
SEDIS


BIBLIOTECA NAZIONALE ROMA
37
13
D
6
3

CODEX DIPLOMATICUS

DOMINII TEMPORALIS S. SEDIS.

CODEX DIPLOMATICUS DOMINII TEMPORALIS S. SEDIS.

RECUEIL DE DOCUMENTS

POUR SERVIR À L'HISTOIRE DU GOUVERNEMENT TEMPOREL

DES ÉTATS DU SAINT-SIÈGE

EXTRAITS DES ARCHIVES DU VATICAN

PAR

AUGUSTIN THEINER

PRÊTRE DE L'ORATOIRE, PRÉFET DES ARCHIVES SECRÈTES DU VATICAN ETC. ETC.

TOME TROISIÈME

1389—1793.

ROME

IMPRIMERIE DU VATICAN

1862.

CODEX DIPLOMATICUS
DOMINII TEMPORALIS SANCTAE SEDIS.

I.

Bonifacius PP. IX. per cardinalem camerarium quaedam iocalia in pignus tribus millibus flor. auri Francisco Ser Ghini de Senis tradit. *Ex Reg. divers. Cameral. lib. I. fol. 99.*

Marinus miseratione divina sancte Marie nove diaconus Cardinalis et sancte Romane ecclesie Camerarius, Universis et singulis presentes litteras inspecturis, Salutem in domino. Universitati vestre notificamus per presentes, quod de mandato sanctissimi domini nostri pape nobis facto oraculo vive vocis damus, tradimus et assignamus sub pignore et nomine pignoris pro tribus milibus florenorum auri de Camera honorabili viro Francisco Ser Ghini de Senis, factori et negociorum gestori Michaelis de Guinisiis et sociorum mercatorum Lucanorum Romanam Curiam sequencium, infrascripta Iocalia consistencia in anulis preciosis et clavi una de auro ornata perlis et lapidibus preciosis, vasis auri et argenti deaurati et albi, ac aliis perlis, pannis de auro et serico laboratis, spectancia et pertinencia ad prefatum dominum nostrum papam et eius apostolicam Cameram, cum hiis pactis et condicionibus infrascriptis, videlicet quod nisi in fina mensis Februarii proxime futuri dicta tria milia florenorum auri de Camera assignentur per apostolicam Cameram ipsi Francisco seu societati predicte, quod liceat ipsi Francisco elapso dicto termino ipsa pignora et quelibet eorum vendere et alienare cuicumque ipsi placuerit ad sui libitum voluntatis. Pignora predicta sunt hec, videlicet: Duo gabelli deaurati initus et extra, qui sunt in uno cum manicis in fundo, abintus uniuscuiusque est smaltatum scatarum, in fundo vero exterius in uno quoque sunt arma dñi Urbani pape VI. cum armis ecclesie super armis dicti domini, et smaltis subtus manicis, ponderis quatuor librarum et septem unciarum. Bacile unum deauratum intus et extra laboratum cum foliis, cum armis domini nostri in fundo, cum armis ecclesie super ipsis armis et camere super ipsis armis, ponderis trium librarum, unciarum quatuor cum dimidia. Unum bocale quadratum deauratum ab extra cum cooperculo, et in summitate cum flore ad arma dicti domini Urbani papa VI. et ecclesie, et cruce rubra in campo albo, et cum exitorio aque cum capite serpentis, ponderis trium librarum et septem unciarum. Una flondra de corio cum perlis intus et una corrigia perlarum et floribus perlarum sigillatis cum armis domini Cardinalis Camerarii. Una cintura de argento cum smaltis rotundis super tessuto valuti viridi cum fibula et balteo, et deficit unum smaltum, ponderis quatuor librarum et quatuor unciarum. Una corrigia de argento aureata cum canellis rotundis, cum fibula et balteo, ponderis unius libre et decem unciarum cum dimidia. Una tacia de auro cooperculata laborata ad nodos Salomonis, et super cooperculo unum rotun-

dum cum dicto nodo in campo albo, ponderis unius libre, septem uniciarum et viginti unius denariorum. Una tacia de auro laborata ad radios solis cum cooperculo de opere Anglicano, ponderis unius libere et septem unciarum. Una ciffania laborata deaurata intus cum smalto, in fundo cum duabus figuris hominum cum brevibus de opere Burdegalensi, ponderis unius libere, decem unciarum et sex denariorum. Unum picterium deauratum cum cooperculo, cum smalto super cooperculo cum capite Regine, ponderis quatuor librarum et unciarum duarum. Unum gobellum parvum de auro eum armis domini nostri in fundo ab extra, ponderis unius libre, sex unciarum et vigintiunius denariorum. Duo bacilia de argento albo laborata in fundo cum litteris deauratis cum armis domini nostri in fundo, ponderis octo librarum, quatuor unciarum cum dimidia. Una gotta de argento deaurata sine cooperculo, cum tribus leonibus in fundo et cum smalto in fundo, ponderis unius libre, sex unciarum et denariorum sex. Unus pes pro drageria cum sex smaltis in medio pomi deauratis, ponderis quatuor librarum, sex unciarum, denariorum decem et octo. Unus calix cum armis sancti Antonii in pede et cum patena, ponderis unius libre, octo unciarum, denariorum sex. Unus alius calix cum patena cum armis sancti Antonii prope nappum, ponderis undecim unciarum et sex denariorum. Unus gobellus de argento aureatus parvus, ponderis unius libere, quinque unciarum, denariorum duodecim. Una aqueria parva alba, ponderis unius libre et unius uncie. Sex salseria parva de argento albo, ponderis trium librarum et sex unciarum. Una tacia de argento deaurata plana, ponderis decem unciarum et denariorum decem et octo. Una tacia de argento laborata deaurata intus cum smalto in campo azurro et leopardo aureato, ponderis septem unciarum et decem et octo denariorum. Unum gobellum de auro cum armis domini supradicti in manica cum capissa de coreo, cum leone et dracone subtus, ponderis duarum librarum, sex unciarum cum dimidia. Una pecia de auro albo in campo albo ad arma dñi nostri predicti. Unum gobellum de argento deaurato cum uno manico cum armis domini predicti in fundo superiori, snagratum in pede, cum smalto in manico, ponderis duarum librarum, unciarum sex cum dimidia. Unum picterium longum, album, quadratum, snagratum in quatuor pedibus cum snagiis deauratis, cum cooperculo, et in summitate coopertum cum flore et glande azurro, ponderis trium librarum et duarum unciarum. Unum gobellum album cooperculatum cum cornu leonis, cornu super cooperculo et diamantis in aliquibus pedibus cum leone albo in campo rubeo in manica, ponderis trium librarum et unciarum duarum. Una cona parva de argento cum figuris Christi coronantis virginem Mariam de ambro, ponderis unius libre, trium denariorum. Unus balasius longus, cortus, cum quatuor branchis et cum fundo. Unus balasius quasi longus et altus cum quatuor branchis, ligatus et cum fundo. Unus zaphirus caglatus cum capite unius damicelle, ligatus in auro. Clavis de auro cum lapidibus preciosis et perlis est extimata ducatorum quingentorum. Duo anuli cum balasiis et zafiro incaglato, extimati sunt ducatorum ducentorum quinquaginta. Viginti pecie panni inter pecias de auro et serico, inter quas est una pecia incisa, sunt extimate ducat. sexcentorum. Una pecia panni de serico albo cum aquilis de auro, est extimata quadraginta ducatorum. Due pecie de sacani sunt extimate ducatorum quadraginta. Libra una perlarum et tres uncie et viginti unus denarii, sunt extimati quindecim ducatorum pro uncia. Quinque uncie perlarum extimate decem ducatorum pro uncia. Viginti sex folia cum perlis super carta sutis decem uncie et decem denariorum, extimata uncia perlarum duodecim ducatorum. Triginta nodi perlarum ponderis in totum trium unciarum duodecim denariorum, extimata uncia perlarum duodecim ducatorum. Sex uncie et viginti denarii perlarum minutarum, extimantur septem ducatorum pro uncia. Una corrigia cum vigintitribus foliis perlarum, et in medio uniuscuiusque folii est nodus perlarum, ponderis in totum quatuordecim unciarum cum dimidia, extimata uncia perlarum duodecim ducatorum. Summa ponderis de auro est librarum septem, unciarum quatuor, denariorum sex: summa ponderis de argento est librarum sexaginta quatuor, denariorum decem et octo. Nota quod extimata est libera auri septuaginta ducatorum: nota quod extimata est libra argenti novem ducatorum. In quorum testimonium presentes litteras fieri, et sigilli nostri Camerariatus officii iussimus appensione muniri. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub anno dñi MCCCLXXXVIIII., Indictione XII., die XVI. Novembris, Pontificatus etc. dñi Bonifacii pp. IX. anno primo.

II.

Anselmus de Raziis et Nicolaus de Calvis constituuntur syndicatores senatoris Urbis et eius officialium.
Reg. Tom. I. fol. 83.

Bonifacius episcopus servus servorum dei, Dilectis filiis Magistris Anselmo de Raziis Mediolanensi utriusque iuris et Nicolao de Calvis Romano Civibus legum doctoribus, in nostro consistorio Advocatis, salutem etc. Inter cetera Civitates et loca nobis et Romane ecclesie immediate subiecta in alma Urbe, quam divina providencia tam spirituali quam eciam seculari potestate constituit caput orbis, cultum vigere iusticie, per quam equum ab iniquo discernitur, et suum ius unicuique tribuitur, et alias res publica multiplicibus incrementis proficit, intensis desideriis affectamus. Sed eciam ne Se-

nator, Assessores aliique Officiales in dicta Urbe ad ipsam ministrandam insticiam depntati in illius executione negligencia torpentes, aut prece vel precio, seu ira vel gracia aut alia mala causa impulsi iudicium a rectitudine ipsa deflectant, aut negocie plus eqno suspendant, curam vigilem et solertem cupimus adhiberi. Cnm itaqne dilectus filius nobilis vir Damiannus de Cathaneis, miles Iannensis, Senator Urbis eiusdem sui Senatus officium sit de proximo completurus: Nos cupientes, qnod eius suorumqne Assessorum, Indicum, Tabellionum, Marescallorum aliorumque Officialium et eciam famulorum negocia, qoantum videlicet ad hniusmodi pertinet officium, diligencius perquirantur, nt si debitum eorum impleverint, consequantur commendationem, si vero deliquerint, congrua fiat satisfectio parti lese, vos, de quorum fidelitate, sciencia, diligencia, discretione aliisqne virtutibus fidneiam gerimus in domino specialem, Damiani Senatoris, Assessorum, Indicum, Tabellionnm, Marescallorum ac aliorum Officialium ac famulorum predictorum Sindicos hac vice auctoritate apostolica tenore presencinm depntamus, vobis eosdem Damianum Senatorem, Assessores, Indices, Tabelliones, Marescallos ac Officiales et famulos, postquam predictum completum fuerit officium, sindicandi, seu peticiones, libellos vel querelas per qnasvis personas contra illos coram vobis exhibendos tam civiles quam criminales recipiendi, illosqne summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, et alias prout est in talibus consnetum, andiendi, decidendi et fine debito terminandi, et alia omnia et singula circa id necessaria et consneta faciendi, mandandi, ordinandi, exeqnendi et complendi potestatem plenam et liberam concedentes, ac mandantes dilectis filiis Populo et aliis Officialibns dicte Urbis, nt vos ad huiusmodi sindicatus officium eiusqne exercicium admittant, nt est moris. Volumus autem, quod antequam ad executionem premissorum procedatis, de illis fideliter exercendis ac debito fidelitatis in manibus dilecti filii Marini sancte Marie nove diaconi Cardinalis, Camerarii nostri, prestetis in forma solita iuramentum. Vos igitur in premissis taliter studeatis vos habere, qnod exinde apud deum meritum consequamini, nosqne fidelitatem, diligenciam et prndenciam vestram commendare merito valeamus. Datum Rome apnd Sanctum Petrum IIII. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

III.

Firmanis ad quinquennium vicariatus in temporalibus eorum civitatis et comitatus sub annuo censu IIM. flor. auri confirmatur. *Reg. Tom. I. fol. 251.*

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filii Populo et Communi Civitatis nostre Firmane, salutem etc. Inter ceteras varias multiplicesqne curas, quibus assidue premimur, illa precipue pulsat et excitat mentem nostram, nt Civitates ac Terre et Castra aliaque loca Romane ecclesie immediate subiecta regantur ntiliter et prospere dirigantur et per viros, qui statum et honorem dicte ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nntriant, subditos non gravent et sine personarum acceptione iusticiam administrent, et sic prudenter ac iuste Civitates, Terras, Castra et loca huiusmodi gubernent et regant, qnod eorum populi et subiecti nostri in pacis amenitate et quietis pulcritudine se vivere gratulentur. Sane attendentes sincere devocionis affectum, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, et qnod vos iam per aliqua tempora Civitatem Firmanam et eius Comitatum bene ac laudabiliter rexistis et gubernastis, ac sperantes indubie, quod ea, que vestris sagacibus studiis duxerimus committenda, promptis affectibus et exacta diligencia vestra devocio prudenter et fideliter exeqnetur, Vicariatum in temporalibus Civitatis et Comitatus predictorum, et Castrorum ac terrarum et locorum in eodem comitatu consistencium usque ad qninqnenninm a data presencium computandum, dummodo persistatis et continuetis in obediencia se fidelitate nr̃a et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrancium et dicte ecclesie, anctoritate apostolica tenore presencium vobis committimus et plenarie assignamus, vobis ipsorum Civitatis et Comitatus Castrorumqne, ac terrarum et locorum regimen et gubernacionem per viros ad hoc ydoneos, huiusmodi Vicariatu durante, cum illis mero et mixto imperio ac iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam seu per officiales per eandem ecclesiam depntatos de iure, ant privilegio vel consnetudine exerceri consneverunt, ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie statumqne prosperum et tranquillum Civitatis et Comitatus, Castrorumqne ac terrarum et locorum predictorum, necnon incolarum et habitatorum ipsorum iuste et fideliter exercendis plenarie committentes, vobisque durante Vicariatu huiusmodi per viros, nt prefertur, ydoneos qnestiones quaslibet tam civiles quam criminales, et alias cuiuscunqne speciei vel generis motas vel movendas, exceptis criminibus heresis et lese maiestatis ac falsitatis litterarum apostolicarum, audiendi et de illis previa racione cognoscendi, easqne fine debito terminandi et debite executioni demandandi, necnon colligendi, habendi, exigendi et percipiendi et durante huiusmodi Vicariatus vestris usibus applicandi omnes et singulos fructus, redditus et proventus, ac omnia et singula emolumenta et introitus, quocunqne nomine censeantur, ex dictis Civitate, Comitatu, Castri, Terris et locis pervenientibus, de quibus nullam teneamini reddere racionem, ad nos et dictam ecclesiam pertinencia, ita tamen quod ex hoc Universitates vel singulares persone Civitatis et Comitatus, aut Terrarum et Castrorum aut locorum predictorum absqne eorum expressa voluntate ultra

consuetum modum non graventur, et de ipsis omnibus et singulis pedagiis, emolumentis et introitibus durante huiusmodi Vicariatu, prout vobis videbitur, disponendi, alienacione tamen bonorum et iurium ipsius ecclesie vobis penitus interdicta: ac per huiusmodi viros ydoneos, quibus id commiseritis, huiusmodi Vicariatu durante merum et mixtum imperium ac iurisdictionem predicta, preterquam in casibus superius expressis et exceptis, exercendi, necnon Contradictores quoslibet at rebelles, quociens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia alia et singula, que honori nostro et eiusdem ecclesie, et pro statu pacifico et tranquillo Civitatis et Comitatus, ac Castrorum et Terrarum et locorum predictorum, et habitatorum ac incolarum eorumdem expedire cognoveritis, faciendi, statuendi, ordinandi, mandandi, corrigendi, puniendi, diffinendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem: ita tamen quod de huiusmodi consuetis at debitis fructibus, redditibus et proventibus ac introitibus, et aliis quibuscunque emolumentis teneamini Civitatem, Comitatum et Castra ac terras et loca huiusmodi, ut premittitur, in Vicariatum vobis concessa, absque eo quod ibidem sine sedis apostolice licencia fortalicia aliqua de novo faciatis, vestris sumptibus et expensis diligenter et fideliter reparare, manutenere, conservare, defendere ac eciam custodire, ac omnia alia ipsorum onera supportare, et absque eo quod dicta ecclesia vobis pro huiusmodi Vicariatu, Rectoria, gubernacione, reparacione, refectione, conservacione, defensione, custodia ac oneribus supportandis subvenire in aliquo, vel alias quomodolibet, seu eorum occasione aliquid ab eadem ecclesia exigi seu peti possit, seu eciam Vicariatu finito restitucio Civitatis, Comitatus, Castrorum, terrarum et locorum huiusmodi retardari valeat seu quomodolibet impediri. Et nichilominus pro omnibus et singulis introitibus, redditibus et proventibus Civitatis, Comitatus et Castrorum ac terrarum et locorum predictorum canonem seu censum nobis et Romane ecclesie, seu Camere apostolice in Urbe Romana, aut ubi nos vel dicti successores nostri residebimus aut Romana curia fuerit, duo milia florenorum auri de Camera boni et iusti ponderis annis singulis, huiusmodi Vicariatu durante, in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quod est de mense Iunii, vestris periculis, sumptibus et fortuna dare, assignare et solvere realiter sub pena iuris et constitutionum apostolicarum super hiis editarum seu eciam edendarum teneamini. Volumus eciam et retinemus ac specialiter et expresse reservamus, quod dicto Vicariatu durante Rector provincie nostre Marchie Anconitane, qui erit pro tempore, et locumtenens eius et curia generalis ipsius Rectoris in causis appellacionum quarumlibet, tam civilium quam criminalium, at aliis ad ipsam curiam de iure vel consuetudine, seu alias legitime deferendis cum plena examinacione et cognicione decidendis ab eis eo iure plene, libere et pacifice in Civitate, Comitatu at Castris ac terris et locis supradictis, et contra ipsorum incolas et habitatores, prout ad eorum officia pertinet, cognoscant et utantur, sicut in terris et locis aliis dicte provincie, que immediate pro dicta regetur ecclesia, in ipsorumque habitatores et incolas de iure, stilo, ordinacionibus seu antiqua consuetudine quomodolibet usi fuerint hactenus, et cognoscere et uti consueverunt, seu cognoscent et utentur imposterum, salvis tamen et reservatis in hoc quibuslibet privilegiis et indultis Civitati, Comitatui et Castris ac terris et locis predictis in hac parte competentibus, si qua forent, quibus propterea non intendimus derogare. Volumus insuper et huiusmodi Vicariatus constitucioni adicimus per presentes, quod vos ac incole et habitatores predicti ad parlamenta generalia accedere, ac exercitus et cavalcatas more solito, sicut alii de dicta provincia consueverunt, facere teneamini et teneantur: quodque vos et officiales vestri, quos ad hoc duxeritis deputandos, Civitatem, Comitatum et Castra ac Terras et loca predicta, ac incolas et habitatores eorumdem huiusmodi Vicariatu durante iuste et legitime regatis et gubernetis secundum iura, consuetudines et statuta Civitates, Comitatus et Castrorum predictorum, ac habitatores et incolas predictos nullatenus opprimatis vel gravetis, ymo in bona iusticia manutenebitis et fovebitis ad bonum statum pacificum et tranquillum eorumdem: et quod omnia statuta, si qua essent, in eisdem Civitate, Comitatu et Castris ac Terris et locis predictis contra Romanam ecclesiam, officium inquisicionis heretice pravitatis, libertatem ecclesiasticam sive ecclesiasticas personas cassetis de libris et Capitularibus eorum, nec ea servetis seu servari permittatis: nec receptetis manifestos vel occultos hostes, inimicos, rebelles vel bannitos eiusdem ecclesia, seu alios criminosos de aliis terris ecclesie ad illa confugientes, nec directe vel indirecte faciatis per alios publice vel occulte receptari, nec eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel favorem dari aut prestari ullo modo permittatis, quin pocius quoscunque ex eis in vestram pervenientes potestatem, quociens super hoc a Legato apostolice sedis vel provincie predicte Rectore, aut aliis dicte ecclesie officialibus, ad quos racione officiorum suorum id pertineret, requisiti extiteritis, bona fide capi faciatis et ad huiusmodi requirentes sub fida custodia destinari. Mandamus quoque districtius dilectis filiis Universitatibus at singularibus personis Comitatus et Castrorum ac Terrrarum et locorum predictorum, incolis quoque et habitatoribus prelibatis, quatenus vobis tanquam Rectoribus ipsorum et officialibus vestris, quos ad Civitatis et Comitatus et Castrorum ac Terrarum et locorum eorum-

dem regimen duxeritis deputandos, in omnibus, que ad Vicariatus et Rectoric huiusmodi spectant officia, nostro et dicte ecclesie ac successorum nostrorum nomine, huiusmodi Vicariatu durante, iuxta presentis constitucionis nostre tenorem pleno intendere studeant et efficaciter obedire. Vos igitur huiusmodi Vicariatu durante Civitatem, Comitatum, Castra ac Terras et loca predicta sic in tranquillitatis et pacis dulcedine, ac iusticie suavitate fideliter, solicite et prudenter gubernare et regere, ac guberuari et regi facere studeatis, quod persone, incole et habitatores predicti utilibus gubernatoribus et Rectoribus providie gaudeant se commissos, vosque apud deum et homines exinde merito commendari, ac nostram et ecclesie predicte benedictionem et graciam uberius consequi valeatis. Forma autem iuramenti, quod vos per dilectos filios Franciscum Iacobi et Angelum Bernardi ac Ausoninum Philippi et Iacobum Marchicti cives Firmanos, Sindicos et procuratores vestros ad hoc a vobis specialiter constitutos, racione huiusmodi Vicariatus in nostris manibus nomine vestro prestiterunt, ut per eam plenius informemini et illud studeatis efficacius observare, presentibus fecimus annotari, que talis est.

Nos Franciscus Iacobi, Angelus Bernardi, Ausoninus Philippi et Iacobus Marchicti Cives Firmani, Sindici et procuratores populi et Communis Civitatis Firmane, nomine populi et Communis predictorum promittimus et iuramus, quod ab hac hora inantea fideles et obedientes erimus beato Petro Apostolorum Principi, et domino nostro, dño Bonifacio pape VIIII. et successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus. Non erimus in consilio, consensu, auxilio, opere vel facto, quod dictus dominus noster Bonifacius VIIII. seu successores sui vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium vero, quod nobis significaverunt vel committent per se vel nuncios aut litteras, sine eorum licencia ad ipsorum dampnum scienter nemini pandemus vel manifestabimus, et nunquam erimus verbo vel facto, consilio vel consensu directe vel indirecte per vos vel alium seu alios publice vel occulte, seu quovismodo contra Romanam ecclesiam vel dominum nostrum summum Pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit: sed semper adiutores erimus ad conservandum, retinendum, defendendum ac recuperandum Civitates, Terras, Castra, Villas, Rocchas et Bastitas vel fortalicia, ac omnia iura sancte Romane ecclesie eciam male alienata, vel per quoscumque homines occupata vel tiraunice detenta adiuvabimus pro posse recuperare, et recuperata defendere, et in suo pleno dominio, utilitatibus et honoribus conservare dictam Romanam ecclesiam, et dictum dominum nostrum summum Pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit, ac Vicarios, Legatos et officiales ipsius, eciam contra Robertum olim basilice duodecim Apostolorum vulgariter dictum Gebennensem, nunc Antipapam, qui se Clementem VII. ausu temerario nominare presumit, et Iohannem olim tituli sancti Marcelli vulgariter dictum Ambianensem presbiteros Cardinales, per felicis recordacionis Urbanum pp. VI. iusto dei iudicio auctoritate apostolica tamquam hereticos et scismaticos puniendos, eorum culpis et demeritis exigentibus, sentencialiter condempnatos, et contra eorum sequaces et dantes eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel favorem, cuiuscunque fuerint preeminencie, ordinis, dignitatis, religionis, condicionis aut status, eciam si Pontificali, Regali seu Reginali vel quavis alia prefulgeant dignitate, et eciam si fuerint dicte Romane ecclesie Cardinales, et contra alios quoscunque per ecclesiam denotatos vel imposterum denotandos, quamdiu extra graciam et communionem diete ecclesie permanebunt: nec eis vel alicui eorum dabimus quovismodo per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis, quantum in nobis erit et impedire poterimus, prestari seu dari permittemus, sed pro posse, donec reducantur ad gremium sancte Romane ecclesie ac obedienciam dicti domini Bonifacii pape VIIII., iuxta tenorem processuum apostolicorum, et prout iustum fuerit, prefatos damnatos, excommunicatos et filios perdicionis prosequemur et invademus, ac prosequi et invadi faciemus, eciam contra omnes homines iuxta posse et bona fide. Et quod nunquam erimus verbo vel facto, consilio vel consensu, ut aliquis Imperator, Rex, Dux vel Marchio seu quivis alius Nobilis, Universitas, Communitas seu Collegium alicuius Civitatis, Terre vel loci eligantur, nominentur seu eciam assumantur in dominum vel Rectorem Civitatis, Comitatus, Terrarum et Castrorum aut locorum predictorum, vel aliarum terrarum eiusdem ecclesie sine expressa licencia dicti domini nostri pape, qui nunc est vel pro tempore erit, seu Legatorum eius, et quod Constituciones papales et maxime pie memorie Iohannis XXII., Clementis VI. et Innocentii VI. summorum Pontificum loquencium de hac materia pro posse et totis viribus observabimus. Et quod si contingeret, quod aliquis nominaretur vel eligeretur aut assumeretur in dominum, officialem seu Rectorem in Civitate, Comitatu, Terris et Castris vel locis predictis sine expressa licencia dicti domini nostri, vel Legatorum seu Vicariorum eius, non prestabimus eis consilium vel favorem publice vel occulte, sed pro viribus, in quantum poterimus, repugnabimus, et quod iuxta posse nostrum in Civitate, Comitatu, Terra et Castris ac locis predictis. Et quod predictum dñum nostrum Bonifacium papam VIIII. et successores suos Romanos Pontifices canonice intrantes, ac Legatos, Nuncios, Vicarios et officiales eiusdem, qui pro tempore erunt, quociens ad partes illas acces-

serint, reverenter et humiliter recipiemus et honorifice pertractabimus, in fidelitate ac obediencia ipsius Romane ecclesie et dicti domini nostri pape et successorum suorum Romanorum Pontificum canonice intrancium, ac Legatorum, Vicariorum et officialium suorum perpetuo et inviolabiliter permanebimus, et quod nunquam contra Romanam ecclesiam et dominum nostrum Bonifacium VIIII., seu successores suos Romanos Pontifices canonice intrantes, aut contra officiales ipsorum rebellabimus aut rebellantibus adherebimus quoquomodo, nec auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte ipsis rebellantibus dabimus, sed preceptis, monicionibus et iussionibus dicte Rom. ecclesie summorumque Pontificum parebimus ac reverenter obediemus cum effectu. Cavalcatas, offensiones, invasiones aut dissensiones non faciemus, nec fieri procurabimus contra aliquos Romane ecclesie fideles, subditos, devotos et obedientes, nisi in quantum dictus dominus noster papa permiserit et de sua processerit voluntate, et quod non invademus nec eciam eos damnificabimus per nos vel alium seu alios, nec invadere seu offendere, aut damnificare attemptantibus seu volentibus illa facere quoquomodo dabimus auxilium, consilium vel favorem, nullamque coniuracionem, conspiracionem seu ligam faciemus contra dictum dominum nostrum Bonifacium papam VIIII. vel Romanam ecclesiam aut officiales ipsorum, nec aliquibus vel alicui eorum dampna faciemus vel fieri procurabimus directe vel indirecte, publice vel occulte. Et quod finito Vicariatu supradicto dabimus operam cum effectu, quod Civitas, Comitatus, Terre et Castra ac loca huiusmodi et eorum fortalicia libere restituentur Romano Pontifici canonice intranti, qui tunc erit, aut illi, cui mandaverit. Sic nos deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Datum Rome apud Sanctum Petrum VI. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

IV.

Vicariatus civitatis Esculanae populo et communitati eiusdem civitatis sub certis capitulis et promissionibus et annuo censu IIM. flor. auri conceditur. *Ex cod. membran. Vicariatuum a Bonifacio PP. IX. concessorum fol. 69.*

In dei nomine Amen. Ad ipsius omnipotentis dei gloriam atque laudem, et beate Marie semper Virginis matris eius, et gloriosissimorum Apostolorum eius principum Petri et Pauli, necnon reverenciam et honorem sancte Romane ecclesie, ac Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii digna dei providencia pape Noni, dicte Sacrosancte et universalis dei ecclesie summi Pontificis, et Rmorum patrum et dominorum, dñorum Cardinalium fratrum eius. Noverint universi presentes pariter et futuri hoc instrumentum publicum inspecturi, quod anno nativitatis domini Millesimo trecentesimo nonagesimo, Indict. terciadecima, et dio tercia mensis Februarii, Pontificatus prelibati domini nostri anno primo, coram eiusdem domini nostri Sanctitate in Urbe apud Sanctum Petrum, et in palatio apostolico, ubi prefatus dñus noster ad presens residet, presentibus ibidem et assistentibus Rmis in Christo patribus et dominis, domino Stephano tit. sancti Marcelli, Francisco tit. sancte Susane, Bartholomeo tit. sancti Martini in montibus, Henrico tit. sancte Anastasie, Cosmato tituli sancte Crucis in Iherusalem presbiteris, Thoma sancte Marie in Dominica, Marino sancte Marie nove, Lodovico sancti Adriani, Raynaldo sancti Viti in Macello et Landolpho sancti Nicolai in Carcere diaconis sancte Romane ecclesie Cardinalibus, In presencia mei notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum, Honorabiles et circumspecti viri dominus Cauffucus dñi Mactii de Cauffucis legum doctor, Parisianus dñi Neapolionis de Parisianis, Anthonius Iohannetii de Roccha et Anthonius Mathei, Esculani cives, sacrosancte Romane ecclesie et ipsius domini nostri devoti filii et fideles, Ambaxiatores Communis et populi Civitatis Esculane, ac etiam syndici et procuratores, et sindicatorio et procuratorio nomine Communis, populi et singularium personarum Civitatis, Comitatus et districtus Esculi, et omnium predictorum nomine supplicaverunt humiliter eidem dño nostro pape, quatenus eos dictis nominibus ad faciendum omnia infrascripta, et eciam ad recipiendum nominibus quibus supra, et ut inferius describuntur, ex certa sciencia de suo benignitatis clemencia et velut habiles et ydoneos ad predicta et infrascripta omnia et singula admittere dignaretur. Et tunc prefatus dñus noster papa more pii patris predictos omnes supplicantes ad predicta, et infrascripta omnia et singula ex certa sciencia et primitus et ante omnia admisit. Habitis igitur super infrascriptis aliquibus tractatibus et colloquiis a dictis Ambaxiatoribus cum dicto domino nostro, ac etiam cum dominis commissariis super infrascriptis ab ipso dño nostro deputatis, finaliter ad infrascripta fuit deventum.

In primis namque predicti Ambaxiatores nomine supradicto volentes agnoscere bonam fidem, promiserunt dicto domino nostro pape presenti et stipulanti et recipienti pro se et suis successoribus canonice intrantibus, et pro sancta Romana ecclesia, et pro aliis quorum interest et interesse posset, quod Ancinni et alii Officiales dicte Civitatis Esculane nomine dictorum populi et Communis Civitatis eiusdem, et singulares persone dicte Civitatis, videlicet mares coram Rectore provincie Marchio Anchonitano, seu eius commissario, seu alio commissario per dictum dominum nostrum papam ad dictam Civitatem destinando, pro sancta Romana ecclesia et predicto domino nostro papa recipienti confitebuntur et publice recognoscent, et ibidem etiam predicti Ambaxiatores dicto nomine confessi

fuerunt et recognoverunt plenum, liberum, integrum et totale dominium et directum immediatum Civitatis, Terrarum, Castrorum et locorum Comitatus et districtus Esculanorum ad sanctam Romanam ecclesiam, et Sanctissimum in Christo patrem et dñum nřum, dñum Bonifacium divina providencia papam Nonum supradictum, et successores eius, qui erunt pro tempore, canonice intrantes solos et in solidum pleno iure cum mero et mixto imperio Regali et omnimoda iurisdictione, et ad nullum alium pertinere, fuisse et esse et perpetuo esse debere veros subditos et subiectos de dominio superioritatis immediate et pleno iure dicti dñi nostri pape et ecclesie Romane, et dictam Civitatem Esculanam cum toto eius Comitatu et eius districtu cum omnibus aliis supradictis spectasse et pertinuisse, et pertinere et spectare plenissime ad ius et proprietatem Romane ecclesie et summorum Pontificum, qui pro tempore fuerint, et prefatam Romanam ecclesiam et dominum nostrum papam plene, libere et omnimode spectare, et quod ipsa Romana ecclesia et dominus noster papa predictus, et eius successores sunt et erunt in futurum domini soli et in solidum Civitatis, Comitatus et districtus Communis, Universitatis et populi predictorum.

Item promiserunt predicti Ambaxiatores predicto nomine prefato domino nostro pape stipulanti et recipienti ut supra, quod Anciani et alii officiales cives, necnon siudici et procuratores dictorum Communis et populi dicte Civitatis Esculane, ad hoc specialiter per eos constituendi, nomine et vice dictorum populi et Communis hominum dicte Civitatis Esculane, et etiam singulares persone, videlicet masculi ad iurandum habiles coram Rectore dicte provincie Anchonitane, seu commissario prefato, et in eius manibus fidelitatis iuramentum prestabunt, ac iurabunt ad sancta dei evangelia, corporaliter tactis scripturis, in forma, que sequitur, mutata plurali locutione in singulari, ubi fuerit mutanda.

Nos Anciani et nos alii Officiales, et ego Sindicus et procurator sindicario et procuratorio nomine populi et Communis civitatis Esculane, et ego talis cives cupientes sub gremio et gracia dicti domini nostri pape et Romane ecclesie permanere, iuramus et solemniter promittimus ad hec sancta dei evangelia corporaliter manibus per nos tacta, quod ab hac hora inantea dictum Commune et populus, et officiales et singulares persone supradicte erunt perpetuo tamquam veri Sindici (subditi) in spiritualibus et temporalibus Rom. ecclesie fideles, reverentes et devoti beato Petro Apostolorum principi, sancteque Romane ecclesie, ac Sanctissimo in Christo patri et domino nostro, dño Bonifacio pape Nono, supradictis eisque successoribus canonice intrantibus. Et quod non erunt in consilio, auxilio, opere seu facto, quod dictus Romanus Pontifex seu successores sui vitam perdant, aut membrum, seu capiantur male captione. Consilium, quod eis vel eorum alteri per litteras seu nuncios significaverint vel commiserint, sine licencia non manifestabunt alicui, nec pandent. Et quod nunquam erunt verbo, facto, consilio vel consensu directe vel indirecte per se vel per alium seu alios publice vel occulte, seu alias quovismodo contra Romanam ecclesiam et dñum nostrum summum Pontificem, qui nunc est, vel qui pro tempore erit, nec contra Legatos sedis apostolice vel Vicarios eiusdem, vel Rectores seu officiales prefate ecclesie, nec contra dominium spirituale vel temporale ecclesie et dicti dñi nostri pape predictorum: sed perpetuo erunt adiutores ad conservandum, defendendum et retinendum in suo pleno dominio, iure et honore dictam Romanam ecclesiam et prefatum dominum nostrum papam et officiales suos predictos, qui nunc et pro tempore erunt, contra omnes homines mundi iuxta posse et secundum conventiones presentis contractus, et etiam contra Robertum olim Basilice duodecim Apostolorum, dictum Gebennensem, presbiterum Cardinalem, nunc Antipapam, qui se Clementem VII. nominat, et contra Iohannem olim tit. sancti Marcelli, dictum Ambianensem, Geraldum olim tit. sancti Clementis, dictum Maiorismonasterii, presbiteros, et Petrum olim sancti Eustachii diaconum Romane ecclesie Cardinales, et per prefatum dominum nostrum papam iusto dei iudicio auctoritate apostolica condempnatos, et contra eorum sequaces ac dantes eis vel eorum alteri auxilium, consilium vel favorem, cuiuscumque fuerint preeminencie, ordinis, religionis, conditionis aut status, etiam si Pontificali, Regali aut reginali, seu quavis alia profulgens dignitate, etiam si Romane ecclesie Cardinales fuerint, et contra alios quoscumque per ecclesiam denotatos, vel imposterum denotandos, quam diu extra graciam et communionem predicte ecclesie permanebunt, nec eis vel alicui eorum dabunt quovismodo per se vel alium directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis, quantum in eis erit, et impedire poterunt, prestari seu dari permittant, sed eos secundum posse eorum, donec convertantur et reducantur ad gremium sancte Romane ecclesie, et ad obedienciam et reverenciam prefati dñi Bonifacii pape, iuxta tenorem processuum apostolicorum, prout iustum fuerit, prefatos dampnatos et excommunicatos et filios perditionis pro posse eorum persequentur et invadent, et invadi faciant iuxta eorum posse et bona fide. Et quod nunquam erunt facto, verbo vel opere, consilio vel consensu, quod aliquis Imperator, Rex, Dux vel Marchio, seu quivis alius nobilis Potentatus, Universitas, Communitas seu Collegium cuiuscumque terre, vel alia quevis persona eligantur, nominentur seu assumantur in dominum seu Rectorem in Civitate, Comitatu, territorio et districtu

predictis, salvo quod possint sibi eligere Rectorem et officialem dumtaxat usque ad tempus concessionis, de quibus officialibus et concessione infra fit mentio.

Item promiserunt predicti Ambaxiatores nomine antedicto prefato domino nostro pape stipulanti et recipienti ut supra, quod Commune et populus, Anciani et alii officiales et singulares persone predicte de cetero dictum dominum nostrum papam, et successores eius, qui pro tempore fuerint, canonice intrantes, Legatos et officiales eiusdem ecclesie, et specialiter Rectorem provincie Marchie Anchonitane, qui pro tempore fuerint pro sancta Romana ecclesia in dicta provincia, et certos nuntios apostolicos reverenter, humiliter et benigne tractabunt, ac in devotione ipsius ecclesie et prefati dñi nostri pape, et successorum suorum et officialium predictorum perpetuo et inviolabiliter permanebunt, et quod nunquam contra prefatam Romanam ecclesiam et dñum nostrum papam, seu eorum officiales predictos rebellabunt, nec ipsis rebellantibus dabunt auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, sed preceptis, monitionibus, mandatis et sentenciis Romane ecclesie et summorum pontificum parebunt et reverenter obedient cum effectu. Cavalcatas, offensiones, invasiones et distorsiones(sic) ac iniurias alias non facient, nec fieri procurabunt contra aliquos Nobiles, Communitates vel singulares personas prefate Romane ecclesie fideles, subditos, devotos vel obedientes, nisi in quantum de dicti domini nostri pape, aut successorum suorum predictorum processerit voluntate, seu nisi predicti seu eorum aliquis absque licencia dicti domini nostri pape contra dictos populum et Commune, seu Cives et Comitativos dicte Civitatis Esculi fecerint aliquam noxiam novitatem, vel molestiam eis inferrent. Quodque terras ecclesie Romane mediate vel immediate subiectas, et eorum incolas non invadent, nec eciam dampnificabunt per se vel alium seu alios, nec illos invadere seu occupare, offendere aut dampnificare attemptabunt, nec attemptantibus quovismodo vel ingenio dabunt auxilium, consilium vel favorem, neque ullam coniurationem, conspirationem seu ligam contra dictum dominum nostrum papam vel eius successores predictos, seu contra ecclesiam Romanam, aut contra officiales ecclesie, aut contra aliquem ipsorum seu in eorum aut alicuius eorum dampnum directe vel indirecte facient. Quodque universos et singulos hereticos et de heresi a prefata ecclesia dampnatos seu dampnandos, quam cito requisiti fuerint vel certificati de eisdem, quantum in eis erit, bona fide et toto posse exterminare studebunt, libertatem ecclesiasticam ubicumque poterunt toto posse eorum fideli studio conservabunt. Quodque ecclesias et personas ecclesiasticas, earum res, bona, iura quecumque tam in Civitate, Terris, Castris et locis aliis, que per eos reguntur et gubernantur, aut regi et gubernari contigerit in futurum, quam alibi pro posse eorum favorabiliter tractabunt et tractari facient, in sua libertate restituent et admittent, aut restitui facient et admitti, ipsasque ecclesias et personas ecclesiasticas suis bonis et iuribus gaudere libere permittent, et eas non impedient nec impediri permittent, quominus gaudere possint privilegiis, libertatibus, beneficiis, fructibus, redditibus, bonis, iuribus et proventibus eorumdem, nec aliquas extorsiones directe vel indirecte quovis quesito colore eis imponent vel exigent ab eisdem.

Item promiserunt dicti Ambaxiatores nomine supradicto prefato dño nostro pape stipulanti et recipienti ut supra, quod prefati populus et Commune Civitatis Esculane (... sic), omnia et singula statuta, reformationes et ordinationes edita et edite per ipsum populum et Commune, seu per habentes potestatem ab eis contra officium inquisitionis heretice pravitatis, seu contra ecclesiasticam libertatem, seu contra illos vel aliquem illorum, qui, dum fuit guerra Citadelle et Esculi, etiam si postea perseverassent, fuissent in servitio ecclesie et domini Gometii contra dictos populum et Commune Civitatis Esculi a tempore et occasione dicte rebellionis tollentur et cassabuntur per eos de libris et Capitularibus suis, infra duos menses a die requisitionis fiende per Rectorem dicte provincie, seu alium commissarium ad hoc deputatum per prefatum Smum dominum nostrum papam: et quod tempore absolutionis obtinende, de qua fit mentio in presenti contractu, omnes et singulis absolvendi iurabunt, quod ea vel eorum aliqua, seu eis similia imposterum non revocabunt aut de novo edent et facient, nec utentur iam editis, aliis tamen statutis et constitutionibus, ordinationibus et reformationibus rationabilibus in suo robore remanentibus.

Item promiserunt dicti Ambaxiatores nomine supradicto dicto dño nostro pape stipulanti et recipienti ut supra, quod omnes inimici odiosi et malivoli dicte Civitatis Esculi, qui iuvissent vel favissent, vel dilassent(?) dñum Gometium vel ecclesiam Romanam prefatam tempore guerre Citadelle Civitatis Esculi, etiam si postea perseverassent, habebuntur et reputabuntur pro reconcillatis et amicis dictorum populi et Communis, et generaliter habebunt et tractabunt amicos ipsius ecclesie pro amicis et inimicos pro inimicis.

Item predicti Ambaxiatores nomine supradicto promiserunt prefato domino nostro pape recipienti et stipulanti ut supra, omnia et singula iura et iurisdictiones, bona immobilia ecclesiarum et maxime ecclesie Esculane, monasteriorum, oratoriorum, hospitalium et quorumcumque piorum locorum, seu clericorum vel personarum ecclesiasticarum, que per dictum Commune vel alium nomine dicti Communis vel officialium Communis et populi antedicti

fuissent occupata, recepta absque iusto titulo habito ab ipsa ecclesia vendita vel distracta, vel quovis titulo alienata vel ablata a dictis locis et personis, et cuilibet ipsorum vel ipsarum, prout ad quemlibet pertinebit, per dictum Commune et detentores seu possessores illorum restituentur infra mensem Maii proxime futuri libere et absque aliqua contradictione realiter cum effectu, et similiter mobilia dictarum ecclesiarum, locorum et personarum sive deputata ad divinum cultum, sive alia supellectilia vel utensilia quecumque dictis locis et personis libere et absque difficultate restituentur per dictum Commune, si extant, alioquin eorum valorem, de fructibus eciam perceptis de bonis immobilibus supradictis satisfiet eis integraliter sine fraude per Commune Esculanum infra terminum supradictum. Et eo instanti prefatus dominus noster mandavit dictis Syndicis et procuratoribus, quod infra duos menses a die date presentis contractus computandos restituatur ecclesia Esculana ad possessionem Castri seu Castrorum ad dictam Esculanam ecclesiam spectantem, que per dictum Commune occupata indebite detinentur.

Item dicti Ambaxiatores supplicaverunt dicto nomine, et nomine et vice Civitatis Esculane, Comitatus et districtus et singularium personarum eorumdem, ac cum Sindicorum et procuratorum nomine omnium predictorum, quatenus ipsa Sanctitas dignaretur ex certa sciencia auctoritate apostolica decernere et declarare dictam Civitatem, eius Comitatum, districtum et personas singulares eorumdem a tempore initorum pactorum, conventionum et concordie dudum inter sancte memorie dominum Urbanum Sextum, immediatum predecessorem dicte Sanctitatis, et Commune Esculanum seu eius nomine sub Millesimo trecentesimo septuagesimo octavo, die vicesima nona mensis Iulii, prima Indictione et circa, semper fuisse et nunc esse fideles et devotos sancte matris ecclesie et apostolice sedis, et presertim beatissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii digna dei providencia pape Noni, nullam rebellionis noxiam et [seu] maculam infamie, periurii, interdicti vel excommunicationis incurrisse offensionem vel iniuriam aliquam non fecisse vel intulisse contra Romanam ecclesiam et apostolicam sedem directe vel indirecte, nec in premissorum aliquo consilium, auxilium vel favorem prestitisse contra ipsam sacrosanctam Romanam ecclesiam, sedem apostolicam aut officiales suos, sed potius per omnia paruisse et in omnibus, que ex forma dictorum pactorum, conventionum et concordie tenebantur et obligati erant, et [seu] eis incumbebant usquemodo, et illa plenarie observasse, et contra deducta in eis non fecisse quoquomodo, preterquam tantummodo in solutione alicuius partis census debiti et promissi Camere Romane ecclesie, et ex forma dictorum pactorum solvendi non soluti cessasse pro certo tempore iam elapso, non tamen propter predictam cessationem solutionis predicte, consideratis certis excusabilibus causis, neque ob causam aliquam aliam, que excogitari vel iniungi possit, penas aliquas incurrisse, maxime commissas et [seu] applicandas Camere Romane ecclesie vel apostolice sedi usquemodo, nec penas aliquas alias spirituales vel temporales, que ab homine vel a iure infligi iuste potuerint, usque in hodiernum diem incurrisse, nec cecidisse in penas aliquas ex aliqua commissione vel obmissione, que intercesserint per eosdem Commune Civitatis, Comitatus, districtus et a personis singularibus Esculi facta vel obmissa contra dictam Romanam ecclesiam, sedem apostolicam aut officiales eius, et presertim pretextu et [seu] ecclesie deductis in dictis pactis et concordia vel altero eorum, nullamque quantitatem Romane ecclesie et sedi apostolice solvere debere, aut aliud facere usquemodo maxime ex forma et virtute dictorum concordie et pactorum, nec ex causa alia, que allegari vel excogitari possit, preterquam quo ad dictam partem census non solutam ut supra est dictum. Et quod ipsos Civitatem, Comitatum et districtum et personas singulares absolutos et liberatos declaret, et decernat ipsa Sanctitas generaliter et simpliciter ab omnibus et singulis penis, sentenciis iuris vel hominis, interlocutionibus, bandis, represaliis, processibus maxime apostolicis, si qui contra eos facti appareut, et a debitis ac obligationibus tam pecuniariis quam aliis quibuscumque, que quomodolibet contra dictos Civitatem, Comitatum, districtum et singulares personas per sanctam Romanam ecclesiam, apostolicam sedem et officiales earumdem usque in presentem predictam diem exigi possent, et scripturas et instrumenta, si qua de eis apparerent, pro cassis et vanis haberi et reputari debere. Quodque dignetur Sanctitas (declarare) omnia predicta haberi debere pro sufficienter expressis, a predictis reservato et excepto quam(?) tantummodo in dicta parte census non soluti, et in censu pro futuro tempore solvendo, in quibus serventur, que inferius continentur. Et prefatus dominus noster decrevit et declaravit, ut superius est petitum et supplicatum.

Item predicti Ambasiatores nomine supradicto ad cautelam et omne dubium removendum supplicarunt humiliter, quod idem dominus noster dignaretur absolvere seu committere absolvendos prefatos populum et Commune, Ancianos et alios officiales et singulares personas predictas a quibuscumque processibus, sentenciis et penis spiritualibus et temporalibus tam a iure quam ab homine promulgatis, factis et latis occasione aliquarum rebellionum, si quas incurrissent, et quod dignaretur remittere omnia et singula dampna, penas, condempnationes et mulctas, si qua et quas incurrissent,

ipso iure vel ab homine inflicta vel inflictas propter observancias maxime contentorum in dictis pactis et concordia dudum initis cum domino Urbano, si in aliquo observata non fuissent, vel si ipsas penas incurrissent pro quibuscumque iniuriis et contumeliis, damnis, predis, robariis et incendiis, rebellionibus, occupationibus et demolitionibus, derobationibus, distorsionibus [et robariis] et aliis quibuscumque delictis commissis, factis, datis, illatis et irrogatis, si que sunt, Romane ecclesie officialibus, gentibus et stipendiariis suis ac terris eiusdem per dictos populum et Commune, Cives, Comitativos et districtuales Civitatis Esculane, seu per gentes eorum abhinc retrousque in presentem diem. Quodque dignaretur interdicta ecclesiarum, si aliquibus predicta Civitas, eius Comitatus et districtus et singulares persone subiacere noscuntur, relaxare et removere, ac relaxari et removeri committere et mandare, singulas quoque personas a quibuscumque sentenciis etiam excommunicationis et ecclesiastice censure, quibus propter premissa essent ligati, absolvere vel absolvi mandare dignaretur in forma ecclesie consueta. Quodque idem dominus noster de speciali gracia et ex certa sciencia dignaretur concedere infrascripta, videlicet quod dicta Civitas Esculana, Commune et eius Cives, Comitativi, districtuales, Rectores et officiales dudum vel nunc ipsius cives vel forenses, quocumque nomine nuncuparentur, cuiuscumque qualitatis, conditionis et status extiterint vel existant, tam clerici quam laici per ipsum dominum nostrum papam restituantur in integrum et pro restitutis in integrum in omnibus et per omnia habeantur penitus et sint adversus omnes sentencias, condempnationes, banna, interlocutiones, penarum incursiones et penas, diffidationes, represalias, processus quoscumque et factos et latos in genere vel in specie, vel nunc pendentes contra eos vel aliquem ipsorum per quemcumque Summum Pontificem, et quoscumque officiales ecclesie Romane, quocumque nomine censerentur, a tempore dictorum initorum pactorum et concordie cum dicto domino Urbano usque nunc, et quas tam ministerio iuris quam hominis incurrissent premissorum occasione. Quodque sentencie, condempnationes, banna, interlocutiones, comminationes, diffidationes et represalie et penarum incursiones, processus nominatim et specialiter contra dictos populum, vel Commune et singulares personas predictas promulgati et facti exnunc pront extunc et extunc pront exnunc pro cassis, vanis, inanibus, irritis ipso iure, quod ad omnes effectus et per omnia penitus habeantur. Quodque pro maiori cautela premissa registrentur penes acta Rectoris et quorumcunque officialium dicte provincie Marchie et aliarum, si et coram quibus predicti Commune, populus seu cives petierint, quodque ipsi restituantur et restitui intelligantur plenarie et expedite adversus omnia et singula maleficia, periuria, excessus et quecumque gravissima nominata vel innominata, que cogitari vel dici possunt quocumque tempore ab hinc retro usque in presentem diem per eos commissa contra ecclesiam Romanam, aut eius Legatos, Vicarios et officiales quoscumque, licet saperent crimen heresis et lese maiestatis, de quibus sceleribus et maleficiis esset cognitum vel non cognitum, processum vel non processum, sententiatum vel non, et sive dicta scelera et maleficia essent publica et notoria, aut quomodocumque laterentur, ita quod restituantur in integrum et reponantur, et repositi et restituti in integrum exnunc prout extunc quo ad omnes effectus intelligantur, in omnibus et per omnia in eo statu, in quo erant ante dicta scelera et maleficia perpetrata, et etiam restituantur et restituti intelligantur (et) sint plenarie et expedite ad omnes honores, dignitates et famam, bona, iura et iurisdictiones, officia, beneficia ecclesiastica seu secularia, et ad gracias et privilegia, immunitates et exemptiones quascumque, quibus dicti populus et Commune et singulares persona ante dicta maleficia, processus et sentencias fungebantur et habebant, et quod occasione dictorum maleficiorum, scelerum et processuum, condempnationum, sentenciarum, penarum, bannorum, interlocutionum, comminationum, diffidationum, represaliarum et realiter vel personaliter, directe vel per obliquum non possint ullo tempore molestari vel quomodolibet inquietari. Quodque hereditates defunctorum et bona vivorum Civium vel Comitatensium seu districtualium dicte Civitatis Esculi, que fuissent vel essent confiscata occasione quarumcumque rebellionum, libere deveniant et devolvantur et adiri valeant, adita teneri et possideri per illos, qui potuissent et debuissent, poterunt et debebunt eis succedere ex testamento vel ab intestato, ac si dicte rebelliones et confiscationes facte non fuissent, et prefatus dominus noster de benignitate clemencie sue ex certa sciencia et omni modo, via et forma, quibus melius potuit et potest, restituit et reposuit et reintegravit, remisit, pepercit, indulsit, fecit et decrevit et reduxit populum et Commune et singulares personas predictas ad pristinum statum, in quo erant, quando fuerunt et erant in maiori devotione et gracia pleniori sancte Romane ecclesie, prout superius petitum et supplicatum est: salvo quod predicta non intelligantur de bonis per ecclesiam Romanam seu officiales eius in aliquem seu aliquos singulariter vel nominatim translatis, incorporatis et apprehensis per eum seu eos, in quem seu quos fuissent translata, nec de beneficiis iam collatis, datis vel concessis. Et voluit idem dominus noster papa, quod absolutiones, relaxationes et dispensationes oportunas in casibus, de quibus supra fit mentio, committerent in partibus aliquibus personis ydoneis vel alicui, de quibus eidem domino nostro videbitur, fiende in forma

ecclesie consueta, et concessit, quod de predictis omnibus et singulis fierent littere oportune sub bulla sua.

Item dicti Ambasiatores supplicaverunt dicto nomine, quod prefatus dominus noster papa committeret Ancianis populi et Communis Civitatis Esculane tam presentibus quam futuris, vice et nomine dicti populi et Communis recipientibus Vicariatum, plenam et liberam potestatem, auctoritatem et bayliam administrandi, gerendi et custodiendi nomine dicti dñi nostri pape et Romane ecclesie omnia et singula spectantia ad regimen et gubernationem Civitatis Esculane, ac districtus et Comitatus eiusdem in quibuscumque rem seu administrationem publicam concernentibus, et eis committat merum et mixtum imperium, omnimodam iurisdictionem in dictis Civitate, Comitatu et districtu, et liberam facultatem recipiendi et administrandi omnes et singulos proventus et introitus dicte Civitatis, Comitatus et districtus eiusdem ad Romanam ecclesiam spectantes, et ipsos prout ipsis Ancianis videbitur conservandi, expendendi et distribuendi, adeo quod de administratis et administrandis per dictos populum et Commune, seu Ancianos et alios cives et officiales eorum de introitibus et proventibus sopradictis non teneantur reddere rationem Romane ecclesie, vel alicui officiali ipsius durante tempore commissionis et concessionis, de qua infra fit mentio, nec etiam post pro tempore predicto: quicquid tamen agent et facient in predictis, agere et facere intelligantur vice et nomine dicti domini nostri pape et ecclesie Romane. Et prefatus dñus noster papa omnia et singula suprascripta commisit et concessit dictis Ancianis predictis, populo et Communne recipientibus usque ad quinque annos proxime futuros, inchoandos a die ratificationis presentis contractus faciende per dictos populum et Communi Civitatis Esculane, seu per eorum syndicum et procuratorem infra terminum, de quo infra fit mentio, et etiam ultra predictum quinquennium usque ad beneplacitum dicti dñi nostri pape et sedis apostolice, hoc salvo, quod populus et Commune, Anciani et officiales ac singulares persone dicte Civitatis Esculi, quando Rector provincie Anconitane seu alius commissarius per ipsum Rectorem, seu per dictum dñum nostrum papam pro se et pro sancta Romana ecclesia cum certis vexillis ipsius dñi nostri pape et sancte Romane ecclesie predicte, vel sine illuc destinandi venient ad dictam Civitatem Esculanam et ad recipiendum possessionem dicte Civitatis, ipsum reverenter et honorifice teneantur recipere, admittere, ac recipient et admittent, eidem Rectori seu commissario recipienti pro dicto domino nostro papa, et pro sancta Romana ecclesia tunc restituent claves portarum dicte Civitatis in signum possessionis et quasi iurisdictionis et dominii dicte Civitatis Esculane, ac populi et Communis et hominum dicte Civitatis, Comitatus et districtus eiusdem, et postea dicte claves per dictum Rectorem seu commissarium tunc tradantur dictis Ancianis tenende et custodiende per eos nomine prefati dñi nostri pape et Romane ecclesie, et etiam eo salvo, quod cognitio et punitio de crimine lese maiestatis in omni casu, quod committeretur contra dictum dominum nostrum papam vel successores suos canonice intrantes, vel contra dominos Romane ecclesie Cardinales, etiam durante tempore concessionis et commissionis predicte, remaneant dicto domino nostro pape vel cui dictus dominus noster papa duxerit committendum et concessit, quod super commissione et concessione huiusmodi possint fieri littere oportune sub bulla sua.

Item quod eadem Sanctitas dignaretur graciose concedere, quod pro censu preterito non soluto debite Camere Romane ecclesie ex forma, et vigore dictorum pactorum et concordie initorum inter prefatum dominum Urbanum et Commune Esculanum, dictum Commune sedi apostolice seu dicte Camere tantummodo solvere teneatur annuatim ducatos quingentos eo tempore, quo solveret censum infrascriptam usque dumtaxat ad integram satisfactionem dicti census debiti non soluti, et aliter vel aliomodo pro aliquo censu pro preterito tempore non soluto dictum Commune non teneatur aliquid solvere, nec cogi possit. Et prefatus dñus noster papa predicta concessit et fieri mandavit.

Item promiserunt predicti Ambasiatores nomine antedicto prefato dño nostro pape stipulanti ut supra, quod Syndicus et procurator dictorum populi et Communis dicte Civitatis, super hoc ab eo sufficiens et speciale mandatum habens, eorum nominibus infra mensem, a die date presentis contractus computandum, omnia et singula per dictos Ambasiatores et Syndicos premissa contenta in presenti contractu eorum gesta et facta ratificabit et approbabit ac iurabit ad sancta dei evangelia, sacrosanctis tactis scripturis, et solempniter promittet ea omnia et singula perpetuo firmiter rata et grata habere, tenere, facere et observare et adimplere realiter cum effectu, et non facere vel venire contra ea, vel aliquod predictorum de iure vel de facto, sub pena reincidencie in penas, quas incurrissent ante presentem contractum et graciam, quam ipsi et eorum quilibet absque aliis processibus, monitionibus et sentenciis ipso facto incurrant, hoc modo videlicet quod dicti populus et Commune seu Civitas Esculana pro culpis, excessibus, criminibus et delictis, que concernerent et committerentur per eos universaliter, singulares persone vero pro singularibus culpis, excessibus, criminibus et delictis, que per eos committerentur singulariter, reincidant in predictos processus, sentencias et penas spirituales et temporales reales et personales in perpe-

tuem, vel ad tempus factos et latas in eos ab homins vel a iure a tempore et occasione pactorum et concordie initorum, de qnibes supra fit mentio, dem tamen culpe, excessus, crimine et delicta huiusmodi fuerint talia et ita gravia, quod pro buiusmodi see similibus tam gravibus processus, sentencie et pene predicti facti, promulgate et late fnerint contra eos: si vero culpe, excessus et crimina, pro quibus ipsi et eorum quilibet in futurum contrafacerent in predictis vel aliquo predictorum, non essent talia nec tam gravia, ut predictum est, sed minima, tunc et eo casu popules et Commune see Civitas Esculana, si contrafacerent, inenrrant in penam quinqae milium florenorum auri de Camera, presertim si cessaverint in solutione predicte quantitatis pecunie, singulares vero persone facientes contra predicta vel aliquod predictorem incurrant penam depli dampnorum et interesse applicandam Camere dicti domini nostri pape et sedis apostolice, et nichilominns sebiaceant aliis penis et mulctis, que sunt inflicte et imposite, seu que mandanter infligi et imponi per constitutiones, ordinationes et statuta dicte provincie Marchie Anchonitane edita et promulgata contra talia committentes, qae pene vigore presentis contractus apposite totiens committantur et exigi possint, qeotiens contrafactum feerit, et eis solutis vel non, nichilominus presens contractus firmus permaneat. Et pro premissis omnibas et singulis attendendis et observandis dicti Ambasiatores vice et nomine predictis obligaverunt omnia bona predictorum populi et Communis, qae omnia et singula in presenti contractu contenta et conscripta, et tam concessa per dictum dominem nostrum pepam, quam promissa et gesta per predictos Ambasiatores nominibus antedictis, volecrunt et convenerunt dicte partes firmiter observare solempnibus stipulationibus hinc inde intervenientibus.

Item qnod dignetur ipsa Sanctitas resignationem clavium fiendam per dictam Commune in signum recognitionis dominii, qnod habet sua Sanctitas et sacrosancta Rom. ecclesia in dictis Civitate, Comitato et districtu et singulares personas earumdem, et dictam resignationem fiendam Communi et Aneianis Esculanis in signum traditionis fiende et de possessione et quasi eorum, que in dicta commissione et concessione venerint sen venient, et absolutiones etiam in forma ecclesie et dispensationes, si peterent, ad cautelam a quibuscumque maxime excommunicationis et interdictorum senteneiis latis quomodolibet nsque modo a iure vel ab homine contra dictos Civitatem, Comitatum et districtum et singulares personas predictas, dictorum iuramentorum delationes et receptiones et omnes actus circa premissa et pro effecte pleno omnium et singulorum predietorum fiendos, et explicandos et oportunos committet Rev. patri et dño, dño Epo Esculano.

Item supplicaverunt predicti Ambasiatores dicto nomine, quod dominns noster concederet prefatis Aneianis, populo et Communi dicte Civitatis Esculane, quod possent sibi eligere Rectorem et Rectores successive pro executione iusticie in dicta Civitate, Comitatu et districtu exercende et administrande, hoc modo videlicet, quod dnm Anciani, populus et Commune debent eligere duos probos viros, undecumqee sint, devotos tamen seu fideles dicto domino nostro pape seu Romane ecclesie, et eorum nomina presentare Rectori provincie Anchonitane pro sancta Romana ecclesia pro tempore existenti, qui Rector dicte provincie teneatur nnum ex predictis nominatis confirmare in Rectorem dicte Civitatis et districtus Esculi infra decem dies a die dicte presentationis: qnod si dictus Rector dicte provincie infra predictum tempes alterum ex predictis presentatis non confirmaverit ad predietum officium iustitie exercende et administrande, extunc alter ex illis, quem dicti Aneiani, populus et Commune Civitatis Esculane preelegerint, intelligatur esse confirmatus et approbatus, sic qeod auctoritate apostolica extunc possit et valeat iustitiam ministrare et exequi omnia, qec ad eius officium pertinent secundum formam statutorum et reformationum dicte Civitatis Esculane. Et qnod talis Rector non teneatur ire ad iurandum, nec se aliter presentare coram Rectore dicte provincie Marchie Anconitane; sed sufficiat qeod iuret in manibus Cancellariorum dictorum popnli et Communis Civitatis Esculane secundem formam statutorum dicte Civitatis, see alterius officialis per eos ad hoc deputandi. Et quod dictus Rector sic per eos nominatus et deinde confirmatus, ut supra premittitur, non debeat sindicari, nisi in Civitate Esculana per Syndicos a dicto Commune Civitatis Esculane depntandos iuxta formam statutorum et ordinationum dicte Civitatis. Et quod dicti populus et Commune possint et valeant eligere, assumere et deputare ceteros officiales, qui in dicta Civitate, Comitatu et districtu Civitatis Esculi requiruntur et exiguntur, necessarios iuxta formam statutorum et reformationum dicte Civitatis absque aliqua confirmatione; sed extunc hebeantur pro confirmatis. Et dominns noster papa predicta gratiose concessit in casu ratificationis predicte, ita tamen quod huiusmodi concessio duret nsque ad quinquenninm, et deinde usque ad beneplacitum dicti domini nostri et sedis apostolice.

Item supplicaverunt prefati Ambasiatores nomine antedicto, qeod dictus dñus noster dignaretur concedere, quod si aliquando contingeret ab aliqua sentencia lata seu ferenda per aliquem ex Rectoribus Civitatis Esculane appellari, tunc talis appellatio ab eodem interponi debeat et devolvatur ad iudicem appellationum in Esculo existentem, et de ea per ipsum iudicem appellationum cognoscatur

et terminetur secundum formam statutorum dicte Civitatis Esculane. Et si ibi non esset iudex appellationum, nichilominus interponatur et cognoscatur de ea et terminetur coram Rectore et officialibus ordinatis et deputatis, vel ordinandis et deputandis per dictum Commune in dicta Civitate Esculi secundum formam dictorum statutorum et ordinamentorum. Et demum si a sentencia secunda super dicta causa appellationis ferenda ab eadem parte, que primo appellaverat, iterum appellari continget, tunc appelletur et appellari debeat ad Curiam Rectoris Marchie Anconitane. Appellationes autem alie et reclamationes quecumque a quibuscumque interlocutoriis, et a quibuscumque bandis, primis vel secundis arbitramentatis vel arbitrariis, et etiam quecumque restitutiones in integrum Esculi cognoscantur et terminentur: quodque in primis certis causis tam civilibus quam criminalibus nullus de Civitate, Comitatu vel districtu Civitatis Esculi trahatur, vel trahi possit extra dictam Civitatem et eius iurisdictionem seu districtum. Et dominus noster concessit predicta in casu predicte ratificationis et usque ad tempus predictum, preterquam pro criminibus commissis et contractis (contractibus) celebratis et rebus existentibus extra dictam Civitatem Esculi et eius districtum.

Item supplicaverunt eidem Sanctitati dicti Ambasiatores dicto nomine, quatenus dicta Sanctitas dignaretur confirmare et roborare omnia statuta, ordinamenta et reformationes edita per Commune Esculi predictum, et tamen eidem Communi concedere, quod nova possint condere et facere in futurum, prout utilitas vel necessitas Communis predicti suadebit, et quod illa sint exnunc efficacia, ita quod alia confirmatione non sit opus, et predicta dictus dñus noster, ut supra petuntur, fecit et concessit, dummodo non sint contra libertatem ecclesiasticam ecclesiasticasque personas.

Item supplicaverunt dicti Ambasiatores dicto nomine, quod dictus dñus noster papa predictos populum et Commune, Ancianos et alios officiales, ac singulares personas predicte Civitatis Esculi et habentes causam ab eis absolveret, quietaret et liberaret de omnibus emolumentis et proventibus, etiam fiscalibus ad Romanam ecclesiam spectantibus, per eos hinc retro de Civitate, Comitatu et districtu predictis perceptis, et de omnibus et singulis obligationibus et debitis, quibus essent obligati Romane ecclesie vel Camere apostolice occasione census vel talie, vel alia quacumque de causa hinc retro usque in presentem diem. Et dominus noster concessit in casu ratificationis, predictis salvis restitutionibus fiendis, de quibus alibi fit mentio in presenti contractu.

Item supplicaverunt dicto nomine, quod omnes contractus, obligationes, distractiones, instrumenta, testamenta et ultime voluntates, et acta quecumque et sentencie tam diffinitive quam interlocutorie facti et facte et late in Civitate Esculi et eius Comitatu et territorio valeant et teneant, non obstantibus dictis delictis, processibus et sentenciis quibuscumque. Et dominus noster concessit in casu dicte ratificationis deb.......... a tempore dictorum pactorum et concordie, dummodo rite et realiter facti et facte fuerint et alias de iure subsistant.

Item predicti Ambasiatores nomine supradicto promiserunt dicto domino nostro pape recipienti ut supra, quod predicti populus et Commune promittent solvere, et solvent et numerabunt realiter cum effectu annuatim dicte tempore durante concessionis et commissionis, videlicet in festo Apostolorum Petri et Pauli anno quolibet duo milia florenorum auri de Camera eidem domino nostro pape, seu eius Camerario, vel cui mandaverit, Rome vel ubi dominus noster papa cum sua Curia residebit, pro censu et Canone dicte Civitatis Esculane, Comitatus et districtus eiusdem, ac dicto termino solvere prout supra supradictos quingentos ducatos pro preterito censu, de quibus omnibus supra fit mentio, et solvet pro omnibus et singulis dampnis, iniuriis, penis et interesse pro quibuscumque quantitatibus pecuniarum, in quibus et pro quibus dicti populus et Commune seu singulares persone predicte ab hinc retro usque in presentem diem obligati fuissent, et essent eidem Romane ecclesie seu Camere apostolice a tempore et occasione dictarum rebellionum et maleficiorum et delictorum, si qua interessent a tempore dictorum initorum pactorum, conventionum et concordie cum prefato domino Urbano et citra, et occasione talis census debiti, represaliarum et cuiuscumque alterius obligationis et pro emolumentis per eos ab hinc retro perceptis vel percipiendis de dicta Civitate, et de eius districtu usque ad tempus concessionis presentis, et pro quacumque alia occasione et causa civili vel criminali, que pretendi possent et dici contra dictos populum et Commune, et singulares personas ab hinc retro usque in presentem diem, ita quod pro predictis non debeat ulterius gravari nec molestari, salvo quod quoad solutionem fiendam de quingentis ducatis annuatim solvendis usque ad satisfactionem census non soluti pro preteritis, videlicet quod non est solutus a tempore pactorum et concordie predictorum factorum cum dicto domino Urbano usquemodo, in quibus servetur, quod supra specialiter est provisum.

Item supplicaverunt, quod ordo et regimen et ritus dominorum Ancianorum et aliorum officialium civium, maxime qui nunc durat, et est secundum formam novorum ordinamentorum dicte Civitatis, popularis status eis sic remaneat et procedat deinceps, prout stat et procedat(sic) hucusque. Et dominus noster concessit usque ad tempus concessionis predicte.

Item promiserunt dicti Ambasiatores nomine quo supra, quod ad omne mandatum et requisitionem Rectoris dicte provincie, vel alterius commissarii prefati domini nostri pape, ibunt ad parlamenta generalia, necnon hostes et cavalcatas in dicta provincia, prout in ipsa provincia extitit fieri consuetum. Et dominus noster premissorum occasione remisit ipsis Ambasiatoribus ut supra recipientibus et stipulantibus exhibitionem et prestationem viginti lancearum pro uno mense dudum debitam annuatim, iuxta formam dictorum pactorum et concordie initorum cum dicto dñe Urbano, et ipsum Commune a dicta prestatione et exhibitione pro futuro tempore penitus liberavit.

Item predicti Ambasiatores nomine supradicto promiserunt dicto dño nostro pape stipulanti ut supra, quod omnes exititii per eos banniti et condempnati Civitatis et districtus Esculanorum a tempore et occasione predicte rebellionis facte contra Citadellam, que quondam fuit in dicta Civitate, pro eo quod fuissent vel alter eorum fuisset pro Romana ecclesia, seu pro dicte domine Gometie contra dictos populum et Commune Civitatis Esculane tempore guerre Citadelle Esculi, seu qui in dicta guerra pro dicta Romana ecclesia et pro dño Gometio et publice et notorie miscuissent, reverti possint libere et expedite ad domos et habitationes eorum solitas, et ad Civitatem predictam et locum, unde sunt exititii. Et promiserunt, quod benigne tractabuntur et assumentur etiam ad officia et honores, sicut ante expulsionem et deiectionem eorum soliti erant habere et tractari et assumi, et quod restituentur et restituti intelligantur, et sint ad omnia bona patrimonialia eorum vel illorum, quorum sunt vel esse possunt heredes vel successores, quantumcumque distracta, ac etiam si per modum et viam distractionis per infinitas manus annullassent (sic), que possidebantur tempore eorum eiectionis tunc vel antequam ipsi vel ipse, quorum sunt et esse possint successores et heredes, non obstantibus bannis, processibus seu sententiis quibuscumque.

Item quod ipsa Sanctitas dignetur mandare ad omnem dubitationem tollendam, et ut in premissis, si eadem Sanctitas dignetur postulata concedere, ut illa sortiantur plenum effectum iuxta suum sanctum propositum, quod ad premissa procedatur seriose et de eis fiat instrumentum sub illa plena forma, sub qua alias facta concessa in forma publica apparent per sancte memorie dñum Urbanum prefatum in dictis concordia et pactis cum eo factis et habitis per Commune predictum, prout expedit ad effectum premissorum. Et quod nichilominus ad voluntatem dicti Communis de omnibus premissis fieri possint et debent bulle sub solita forma, et ut in forma cum clausulis oportunis. Et dictus Beatissimus pater et dominus noster more pii patris volens annuere plenius postulantibus ad cautelam concessit, et mandavit fieri ut superius petitum et supplicatum est.

Acta fuerunt hec Rome apud Sanctum Petrum in Apostolico palacio, in Camera paramenti eiusdem palacii, in presencia Sanctissimi in Christo patris et domini nostri dñi Bonifatii divina providencia pape Noni, et prefatorum Reverendissimorum dominorum sancte Romane ecclesie Cardinalium ibidem assistentium, ac Reverendorum in Christo patrum dominorum Maffioli Archiepiscopi Messanensis, Antonii Esculani, Augustini Pennensis, predicti dñi nostri pape Thesaurarii, Antonii Theanensis, Andree Potentini Episcoporum, et venerabilium virorum dominorum Francisci de Palearia de Salerno, Pauli de Planca de Iuvenaco, Salvatore de Acchille de Aversa et Baylardini de Lascala de Verona apostolice Camere clericorum, testium ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, qui quidem apostolice Camere clerici rogati fuerunt de premissis confici publicum instrumentum sive publica instrumenta unacum Nicolao Chichini Galli de Imola, apostolice Camere notario, auctoritatibus apostolica et imperiali notario infrascripto.

Et ego Nicolaus olim Chichini Galli de Imola, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus notarius et iudex ordinarius, ac dicte apostolice Camere notarius iuratus, supplicationi, confessioni, recognitioni, iuramentorum fidelitatis prestationi, concessioni, promissioni et omnibus aliis et singulis, dum per prefatum dominum nostrum papam et prefatos Syndicos agerentur et fierent, presens fui unacum prenominatis testibus apostolice Camere Clericis, et rogatus scribere scripsi et in hanc publicam formam redegi, et quia aliis arduis dicte apostolice Camere negotiis occupatus per alium videlicet scribi feci, et facta collatione diligenti de presenti publico instrumento cum originali nota, ipsisque repertis invicem concordare, hic me propria manu subscripsi, et signum meum apposui consuetum rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum.

Et ego Franciscus de Palearia de Salarno, Clericus apostolice Camere, suprascriptis omnibus et singulis, dum per prefatum dñum nostrum papam et predictos Syndicos prescriptis modis agerentur et fierent, unacum supra et infrascriptis dñis Clericis et notariis Camere et testibus presens fui, ac de mandato dicti dñi nostri pape et rogatu ipsorum Syndicorum hic me subscripsi, et meum signum apposui consuetum in fidem et testimonium premissorum.

Et ego Paulus de Planca de Iuvenaco, Clericus apostolice Camere, suprascriptis omnibus et singulis etc. ut supra.

Et ego Baylardinus de Lascala de Verona, Clericus apostolice Camere, suprascriptis omnibus et singulis etc. ut supra.

V.

Oddonus Spinola et Baptista de Bartoloctis Bonifacio IX. tradunt arcem Narniensem. *Ex Reg. diversor. Cameral. lib. I. fol. 126.*

In nomine dñi amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo nonagesimo, Indictione XIII., die quarta mensis Februarii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia pape noni anno primo. Neverint universi et singuli presens publicum instrumentum seu presentes litteras inspecturi, quod ego Oddonus Spinola de Luculo meo proprio nomine, ac procuratorio nomine nobilis viri Baptiste de Bartoloctis de Riparia Ianne promitto sanctissimo in Christo patri et dño nostro, dño Bonifacio div. provid. pape nono, quod per totum quintumdecimum diem mensis presentis idem Baptista libere assignabit Roccham Civitatis Narniensis cum guarnimentis et municionibus eidem Baptiste assignatis, illi vel illis, cui vel quibus idem dominus noster papa duxerit committendum, et ad maius robur et firmitatem iuro ad sancta dei evangelia ambabus manibus per me tacta tam in animam meam, quam in animam dicti Baptiste predicta observare et observari facere sine omni dolo, fraude vel malicia sub pena prodicionis, periurii et fidefragii, ac tocius quantitatis dicto Baptiste et michi ab apostolica Camera debite ex quacumque causa, in cuius rei testimonium presens publicum instrumentum per magistrum Nicolaum notarium infrascriptum fieri rogavi, meique sigilli appensione roboravi, et ad maiorem cautelam premissorum manu propria me subscripsi. Acta fuerunt hec Rome apud sanctum Petrum in palacio apostolico, in Camera secreta prefati domini nostri pape, coram prefato domino nostro papa Anno, Indictione, die et pontificatu predictis, presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus dominis Maffiolo Archiepiscopo Messanensi, Augustino Episcopo Pennensi, domini nostri pape Thesaurario, venerabilibus viris dñis Francisco de Palearia, Salvatore de Achille, Gilforte Archidiacono Panormitano et Baylardino de Lascala apostolice Camere Clericis, et discretis viris Fanono de Malozaliis de Ianua et Francisco Ser Ghinii de Senis mercatoribus, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Nicolaus filius olim Cichinii Galli de Imola publicus apostolica et Imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, ac apostolice Camere notarius iuratus, predictis promissioni et iuramenti prestationi ac omnibus aliis et singulis supradictis, dum sic, ut premittitur, agerentur et fierent, presens fui et in hanc publicam formam redegi, aliisque arduis dicte apostolice Camere negociis occupatus per aliom fideliter scribi feci, et facta collacione diligenti de presenti publico instrumento cum originali nota, ipsisque repertis invicem concordare hic me propria manu subscripsi et signum meum apposui consuetum, unacum subscriptione manu dicti Oddonis et eius sigilli appensione seu impressione, rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum scribere scripsi.

VI.

Cardinali legato, ut nobilibus de Piis de Carpo nonnullas possessiones poderae Comitissae Mathildis nuncupatas in feudum concedat. *Reg. Tom. I. fol. 166.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Cosmato tit. s. Crucis in Ierusalem presbitero Cardinali, apostolice sedis Legato, salutem etc. Sincere devocionis affectus, quem dilecti filii nobiles viri Marcus et Nicolaus ac Albertus, necnon Iohannes Galeaz quondam Ghiberti de Piis de loco de Carpo, qui nullius diocesis existit, militis nati, fratres domicelli ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut votis eorum, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dictorum fratrum peticio continebat, quod olim bone memorie Ugo Epūs Ostiensis, tunc in illis partibus apostolice sedis Legatus, quasdam possessiones podere Comitisse Matildis nuncupatas in dictis partibus consistentes, que tunc ad eandem ecclesiam legitime pertinebant, cum iuribus, districtibus, iurisdictionibus et pertinenciis suis quibusdam hominibus tunc expressis, quorum aliqui de Papazonis, quidam vero de Piis de filiis Manfredorum nuncupabantur, sub certis eciam tunc expressis serviciis auctoritate huiusmodi legacionis concessit in feudum. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, huiusmodi homines obierint, nullique ex eis legitimi supersint heredes, pro parte ipsorum fratrum nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi possessiones, illas presertim, que huiusmodi hominibus, qui de Papazonis et de Piis, ut premittitur, nuncupabantur, per dictum Legatum concesse fuerint, ut prefertur, eisdem fratribus pro se et eorum heredibus in feudum perpetuum concedere sub hoiusmodi consuetis serviciis de speciali gracia dignaremur. Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes, ac possessiones huiusmodi per loca, vocabula, confines, quantitates, qualitates et valores habentes presentibus pro expressis, huiusmodi supplicacionibus inclinati, Circumspectioni tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus si per diligentem informacionem per te super hiis habendam premissa reppereris veritate fulciri, nostro et predicte ecclesie nomine huiusmodi possessiones, que prefatis hominibus, qui de Papazonis et de Piis nuncupabantur, ut prefertur, concesse fuerunt, dummodo tempore date presentium non sit in eis alicui speciale ius quesitum, cum iuribus, districtibus, iurisdictionibus et pertinenciis supradictis prefatis

fratribus pro se et eorum heredibus supradictis in feudum perpetuum sub huiusmodi serviciis consuetis auctoritate apostolica concedas, recepto ab eisdem fratribus fidelitatis debite in forma solita iuramento, inducens per te vel alium seu alios eosdem fratres vel procuratores suos eorum nomine in corporalem possessionem huiusmodi possessionum, districtuum, iurisdictionum, iurium et pertinenciarum predictorum, et defendens inductos, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, ac faciens eis de ipsarum possessionum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis integre responderi, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendo, Non obstante si aliquibus communiter vel divisim etc. Volumus autem tibique adiicimus in mandatis, quod de hiis, que egeris in premissis, gentes eiusdem Camere per tuas patentes litteras tuo sigillo signatas publica manu conscriptas harum seriem continentes quantocius certificare procures. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno primo.

VII.

Vicariatum civitatis Ferrariensis eiusque comitatus et districtus Alberto marchioni Estensi, et eius filiis ad vitam sub annuo censu XM florenorum concessum, insertis historia precedentium investiturarum et conditionibus, pontifex confirmat. *Ex cod. Vicariatuum fol. 15. et Reg. Tom. I. fol. 174.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Alberto Marchioni Estensi, in Civitate Ferrariensi eiusque Comitatu et districtu, ad nos et Romanam ecclesiam immediate spectantibus, pro nobis et ecclesia ipsa in temporalibus Vicario, salutem etc. Eximie devocionis affectus, quo tu tuique maiores Romanam ecclesiam et apostolicum apicem precipua cum veneracione coluistis, quo nos eciam veneraris, nec non illibate fidei constancie, quo tu et tui erga ipsam ecclesiam eciam in arduis casibus claruistis, ac multiplicium oportunorum et fidelium obsequiorum promptitudo, que te et illos multifariam comprobavit, digne promerentur, ut personam tuam tuamque potestatem specialis prerogative gracia prosequamur, ac eciam tuis votis, in hiis presertim, per que pacifico statui et tranquillitati nonnullorum terrarum et locorum eidem ecclesie subiectorum, et populorum eorum consulitur, favorabiliter annuamus. Dudum siquidem bone memorie Bertrandus Episcopus Bononiensis, apostolice sedis nuncius, habens in hac parte a felicis recordationis Clemente papa VI. predecessore nr̃o plenariam per eius litteras potestatem, quondam Opizonem Marchionem Estensem genitorem tuum, tunc in humanis agentem, premissis per eundem Opizonem certis recognitione, promissionibus, obligationibus, pactis et conventionibus in eisdem litteris contentis et specifice declaratis, pro ipso predecessore et Romana ecclesia supradicta Vicarium Civitatis Ferrariensis, et eius Comitatus ac districtus, ad ipsam ecclesiam immediate spectancium, sub annuo censu decem milium florenorum auri cunei Florentini boni et iusti ponderis, certis anni temporibus tunc expressis persolvendo, et servitio militari centum equitum dicte ecclesie certo tunc eciam expresso tempore exhibendo, usque ad novem annos preteritos tunc futuros, qui inceperunt computari de mense Iulii anno a nativitate domini nostri Ihesu Christi Millesimo trecentesimo quadragesimo quarto, in temporalibus constituit generalem, certis adiectis modis eciam tunc expressis. Et deinde cum dictorum novem annorum pars maior effluxisset, idem predecessor prefatum genitorem ac te et quondam Nicolaum Marchionem Estensem germanum tuum, tunc in humanis agentem, et vestrum quemlibet in casum obitus ipsius genitoris sub eisdem annuis censu et servitio militari, ac recognitione, promissionibus, obligationibus, pactis, conventionibus et modis usque ad decem annos, a fine dictorum novem annorum continue computandos, Vicarios Civitatis, Comitatus et districtus predictorum in eisdem temporalibus constituit generales. Postmodum vero bone mem. Egidius Ep̃us Sabinensis, dicte sedis Legatus, super hoc habens a pie memorie Innocentio papa VI. predecessore nostro specialem per eius litteras potestatem, cum dictum decennium nondum fuerit elapsum, idemque genitor obiisset, Vicariatum predictum usque ad septem annos, a fine ipsius decennii computandos, tibi et eidem germano vigore pôtestatis huiusmodi prorogavit. Et subsequenter, dum adhuc huiusmodi septemnium perduraret, fel. recordationis Urbanus papa V. predecessor noster dictum Vicariatum tibi et eidem germano et vestrum utrique usque ad sex annos, a fine dicti septemnii numerandos, duxit per suas litteras prorogandum. Demum vero cum de tempore dictorum sex annorum parum restare nosceretur, et pro parte tua dictique germani pie memorie Gregorio pape XI. predecessori nr̃o fuisset humiliter supplicatum, ut tempus dicti Vicariatus (ad) vr̃am et utriusque vitam prorogare de speciali gracia dignaretur, dictus Gregorius predecessor considerans, quod tu idemque germanus dictas Civitatem, Comitatum ac districtum in pacis tranquillitate, ac bona administratione, iustitie ad honorem et statum ecclesie supradicte rexeratis eosque ab hostibus viriliter defenderatis, quodque ipsa ecclesia in beneplacitis et obsequiis suis te et illum semper invenerat paratos et promptos, propter que dictus Gregorius predecessor merito sperabat, quod in regimine, defensione, obsequiis et beneplacitis huiusmodi tu ipseque germanus promptiores et paratiores redderemini, prestante domino, in futurum, prorogationem

huiusmodi obtulit facere graciose. Postquam quondam Bichinus de Marano de Parmo miles, tuus dictique germani procurator ad hoc specialiter ordinatus et constitutus, in presencia quondam Petri tunc Archiepiscopi Bituricensis, eiusdem Gregorii predecessoris Camerarii, ipsius predecessoris et dicte Romane ecclesie nomine recipientis, procuratorio nomine vestro et utriusque vestrum sponte recognovit et confessus fuit, quod merum et mixtum imperium et omnimoda iurisdictio temporalis in dicta Civitate Ferrariensi, et eius districtu, Comitatu et diocesi, ac dominium eorumdem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ab antiquo pertinuerant, et tunc pertinebant ad ipsum Gregorium predecessorem et Romanam ecclesiam supradictam, et quod tu dictusque germanus in iurisdictione, potestate, dominio, mero et mixto imperio prelibatis ius aliquod non habebatis: et deinde prefatus procurator procuratorio nomine antedicto eidem Gregorio predecessori obtulit et promisit annuam pensionem, seu annuum censum decem milium florenorum auri boni et iusti ponderis cunei supradicti, per te et ipsum germanum eidem Gregorio predecessori, et successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus, et Romane ecclesie supradicte singulis annis in duobus terminis, videlicet quinque milium infra festum nativitatis domini, et aliorum quinque milium florenorum auri infra festum beatorum Petri et Pauli Apostolorum in Romana Curia, ubicumque ipsam esse contingeret, vestris periculis et expensis census nomine integraliter solvendorum, quam pensionem seu censum decem milium florenorum auri ipse procurator procuratorio nomine predicto eidem Gregorio predecessori sponte et liberaliter obtulit, et in casum, quo dictus Gregorius predecessor [in] prorogationem et concessionem huiusmodi faceret, vos et utrumque vestrum, prout in mandatis a vobis habebat, efficaciter obligavit, et solemniter promisit, quod Gregorio predecessori nostro, successoribus et ecclesie memoratis prefatam pensionem seu censum singulis annis in iamdictis terminis, vel aliis, quos predecessor seu successores prefati statuerent, solveretis in Romana Curia supradicta.

Item quod haberetis et teneretis vestris propriis expensis singulis annis per tres menses centum stipendiarios sufficientes, et bene munitos atque bonos equites vivos ad obsequium et mandatum Gregorii predecessoris, et successorum predictorum infra spacium septuaginta miliarium computandorum a Ferrariensi Civitate supradicta, cum pro parte dicte Romane ecclesie essetis requisiti: ita tamen quod si uno anno de trasmittendo ipsos stipendiarios equites non essetis requisiti, extunc quod dicto anno iam elapso ipsos non teneremini destinare. Et si contingeret, quod dicta Romana ecclesia maiori numero huiusmodi equitum indigeret, tu ipseque germanus teneremini toto posse vestro preter dictos centum equites predictam ecclesiam adiuvare, expensis tamen ecclesie antedicte, eciam pro maiori tempore tribus mensibus antedictis, nisi guerram veram et non simulatam actu in dicta Civitate vel districtu haberetis, quo casu ultra predictum numerum centum equitum minime teneremini. Quodque bona fide et efficaciter tu dictusque germanus ordinaretis in vita vestra, quod vobis ambobus ab hac luce subtractis, filii et heredes vestri seu alii eosdem Civitatem, Comitatum et districtum cum mero et mixto imperio, et omnibus aliis iuribus et pertinenciis eorumdem bona fide integre, libere et realiter cum effectu Gregorio predecessori, vel successoribus et Romane ecclesie predictis, et apostolica sede vacante, Collegio eiusdem ecclesie Cardinalium et Romane ecclesie prelibate resignarent, restituerent et dimitterent. Et quod infra prefatum districtum Ferrariensem nova Castra vel fortalicia non faceretis, et si qua facta reperirentur, ad mandatum Gregorii predecessoris, et successorum ac Romane ecclesie predictorum ipsa destruere teneremini. Et quod Civitatem, Comitatum et districtum prefatos, ac cives districtuales, incolas et habitatores eorumdem secundum iura, consuetudines et statuta dicte Civitatis, tam presencia quam futura, a iure non reprobata regeretis et eciam gubernaretis, ac tallias et exactiones indebitas eis non imponeretis, nec exigeretis ab ipsis. Et quod contra Gregorium predecessorem vel Romanam ecclesiam sepedictos non essetis, sed pro ipsa essetis et eidem pro posse fideliter adhereretis, et quod coniuracionem, conspiracionem seu ligam non faceretis cum rebellibus et inimicis seu inobedientibus ecclesie prelibate, nec eis prestaretis auxilium vel favorem. Et quod terras, bona, loca, res et alia quecumque iura eiusdem Romane ecclesie per vos, vel alium seu alios non invaderetis, vel quomodolibet occuparetis. Et quod Clericos, ecclesiasticas personas et ecclesias bonis suis et ecclesiarum suarum libere frui et gaudere permitteretis, nec impediretis per vos vel alium seu alios, quominus ipsis clerici et ecclesiastico persone libere et plene gaudere possent suis beneficiis, redditibus, proventibus, privilegiis, libertatibus et iuribus universis in Civitate, Comitatu et districtu predictis, nec permitteretis, quod aliqui vestri subditi vel alii predictos clericos, personas ecclesiasticas, monasteria seu loca super premissis beneficiis, redditibus, proventibus, privilegiis, libertatibus et iuribus suis impedirent vel turbarent, sed ne huiusmodi impedimentum et turbatio fierent, pro viribus prohiberetis. Quodque de terris omnibus vestre administrationi commissis, seu quas tunc tenebatis seu teneretis imposterum, universos hereticos ab ecclesia denotatos vel denotandos bona fide pro viribus exterminare studeretis. Promisit insuper prefatus procurator predicto procuratorio

nomine Gregorio predecessori et Romane ecclesie supradictis specialiter et expresse, qood pretextu quarumcumque expensarum racione defensionis, refectionis et edificacionis vel reparacionis in Civitate, Comitatu et districtu Ferrariensibus, vel eorum occasione factarum vel imposterum faciendarum restitucionem Civitatis, Comitatus et districtus predictorum, vobis, ut prefertur, defunctis, iidem filii vel heredes vestri et officiales non retardarent, nec eciam recusarent, et quod dictas vel alias expensas quacumque racione vel causa factas vel faciendas tu dictusque germanus, vel ipsi filii, heredes vel officiales minime exigeretis vel peteretis a Romana ecclesia supradicta, nec eciam ipsi ecclesie computaretis, Volens dictus procurator ac eciam promittens et expresse conveniens nomine antedicto, quod ipsa Romana ecclesia ad expensas huiusmodi nullatenus teneretur. Promisit eciam solemniter dictus procurator nomine prelibato, et in tuam dictique germani animas, prout a vobis in mandatis habebat, tactis scripturis corporaliter, iuravit, et efficaciter obligavit, quod omnia et singula suprascripta et infrascripta, que videlicet in litteris dicti Gregorii predecessoris continentur, et per eum recognita, dicta, promissa, confessata, oblata, conventa et iurata, tu[que] dictusque germanus specialiter et expresse in presencia bone mem. Petri Episcopi Ostiensis, tunc tituli sancte Marie in Transtiberim presbiteri Cardinalis, et in nonnullis provinciis ac terris diete Romane ecclesie pro eadem ecclesia Vicarii in temporalibus generalis, vel alterius, qnem ipse ad hoc depotaret, infra quatuor menses, a data huiusmodi litterarum dicti Gregorii predecessoris numerandos, ratificaretis, emologaretis, acceptaretis et approbaretis, et eciam innovaretis et corporali iuramento, tactis scripturis, rata et grata habere et inviolabiliter observare, et efficaciter adimplere promitteretis, et publica instrumenta soper hiis vestro pendenti sigillo sigillata infra duos alios menses, predictos quatuor menses immediate sequentes, daretis Gregorio predecessori et Romane ecclesie prelibatis. Quodque predecessori, successoribus et ecclesie predictis fidelitatis sacramentum cum omnibus suis capitulis infra dictos quatuor proximos menses pro toto tempore vite vestre in manibus dicti Episcopi Ostiensis, tunc Cardinalis, sob tunc expressa forma prestaretis.

Pro qoibus omnibus et singulis superius per eundem procuratorem recognitis, dictis, promissis, confessatis, oblatis, conventis et iuramentorum prestatione firmatis attendendis, complendis et inviolabiliter observandis, ac eciam restitucione et satisfactione damnorum et expensarum ac interesse, que Gregorius predecessor, successores ac ecclesia supradicti incurrerent seu eciam paterentur, si tu ipseque germanus omnia et singula supradicta non attenderetis et non observaretis, aut non compleretis, vel in solucione census predicti annis singulis persolvendi, aut in subsidio dictorum centum stipendiariorum deficeretis, vel dictam solucionem sive huiusmodi subsidii exhibicionem contra dictam convencionem differetis, aut contra supradicta vel eorum aliquod faceretis vel veniretis aliqua racione, colore vel causa, dictus procurator procuratorio nomine antedicto, prout a te et eodem germano specialiter in mandatis habebat, omnia vestra bona mobilia et immobilia presencia et futura, ubicumque et in quibuscumque consistencia, Gregorio predecessori, successoribus et Romane ecclesie supradictis solemniter et efficaciter obligavit, volens et consentiens expresse, quod tu dictusque germanus pro premissis omnibus et singulis attendendis, observandis et adimplendis per captionem personarum vestrarum, et distractionem quorumcumque bonorum vestrorum existencium ubicumque, et aliis viis et modis quibuscumque per quoscumque iudices et officiales compelli et cogi possetis, presertim per Camerarium ecclesie Romane, ipsiusque Camerarii et Curie Camere apostolice Auditorem, Viceauditorem seu locumtenentem ipsius, et Marescallum Romane Curie, et quemlibet eorumdem, quorum et cuiuslibet eorum iurisdictioni et coercioni dictus procurator, prout a vobis in mandatis habebat, omnibus iure, modo et forma, quibus melius et efficacius potuit, sponte, libere et expresse ac specialiter te et ipsum germanum summisit, renuncians in predictis omnibus et singulis exceptionibus non sic celebrati contractus, rei non sic geste, quod plus vel minus fuerit scriptum quam dictum, vel dictum quam scriptum, doli mali, in factum actioni, condicioni indebiti iuris et fori, et cuiuscumque alteri apostolico vel imperiali concesso vel concedendo privilegio, peticioni et oblacioni libelli, copie, instrumenti et litterarum de hiis confectorum, omni tempori feriato et quadrimestri, appellacionis remedio tam de una et de duabus dictis in Concilio generali, quam pie memorie Bonifacii pape VIII. predecessoris nostri Constitucionibus, omnique consuetudini et statuto, et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus tam iuris canonici quam civilis, quibus contra predicta vel aliquod predictorum possetis facere vel venire aliquo colore vel ingenio de iure vel de facto, et specialiter iurisdicenti generalem renunciacionem non valere, nisi precessisset specialis. Prefatus itaque Gregorius predecessor recognicionibus, confessionibus, promissionibus, convencionibus, pactis, obligacionibus, summissionibus, iuramentis et renunciacionibus per dictum procuratorem eodem procuratorio nomine factis, et dicte sedis consueta clemencia benigne receptis pariter et admissis, de fratrum suorum consilio te dictumque germanum, et alterum vestrum post mortem alterius vestrum sub premissis promissionibus, obligacionibus, pactis, convencionibus, penis et iura-

mentis per prefatam procuratorem nomine vestro factis et solemniter promissis et prestatis, et per te ipsumque germanum, ut premittitur, premittendis, approbandis, ratificandis et innovandis, eisque plene et effectualiter observandis et adimplendis Vicarios Civitatis, Comitatus et districtus Ferrariensium predictorum pro Gregorio predecessore et sancta Romana ecclesia predictis, sub annuo censu decem milium florenorum auri de Florencia ponderis et cunei supradicti Gregorio predecessori, successoribus et Romane ecclesie prelibatis in predictis Nativitatis domini et sanctorum Petri et Pauli festis, seu terminis annis singulis solvendorum, ut superius seriose, particulariter et districte declaratum et expressum extitit, et cum dicto subsidio militari dando eidem ecclesie secundum modum superius declaratum, ad tuam ipsiusque germani et vestram utriusque vitam extunc constituit generales: ita quod tu dictusque (Nicolaus) germanus iurisdictionem omnimodam temporalem cum mero et mixto imperio, ad eandem Romanam ecclesiam in Civitate, Comitatu et districtu predictis pertinente, auctoritate et nomine Gregorii predecessoris et Romane ecclesie predictorum per vos vel alium seu alios, quem vel quos ad hoc deputaretis, exercendi, necnon ponendi, constituendi, destituendi, removendi potestates, iudices et ceteros officiales, qui possent et deberent questiones et causas tam criminales quam civiles, et cuiuscumque generis motas et movendas inter cives, incolas et habitatores Civitatis, Comitatus et districtus predictorum, ac quoscumque alios racione delicti, contractus vel rei ad vestrum tamquam Vicariorum ecclesie Romane predicte forum spectancium toto tempore vite vestre, et cuiuslibet vestrum auctoritate apostolica audiendi, et de illis eciam cognoscendi, easque diffiniendi et fine debito terminandi, et eciam execucioni mandandi, insuper colligendi, percipiendi omnia thelonea, pedagia, deveria et iura, ac omnes et singulos fructus, redditus et proventus, quocumque nomine censerentur, Civitatis, Comitatus et districtus predictorum ad dictam Romanam ecclesiam pertinencia in eisdem, illis exceptis, que per aliquos, qui certa territoria seu bona alia in ipsis Civitate, Comitatu et districtu tenebant a dicta ecclesia, quique pro illis territoriis et bonis debebant ipsi ecclesie seu eius Thesaurario in provincia Romandiole annuatim solvere certum censum, et de illis omnibus et singulis faciendi et disponendi, prout tibi et eidem germano et alteri vestrum superviventi faciendum racionabiliter videretur seu eciam disponendum, alienacione tamen bonorum eiusdem ecclesie Romane in Civitate, territorio et districtu predictis tibi et eidem germano penitus interdicta, haberetis plenariam potestatem: concedens idem Gregorius predecessor tibi eidemque germano per easdem litteras suas, quod exercicium, regimen et gubernacionem sepedictorum Civitatis, Comitatus et districtus, in quibus ex concessione dicti Urbani predecessoris tibi et ipsi germano facta existebatis, continuare et retinere, ac in eisdem exercicio, regimine et gubernacione tamquam ecclesie predicte Vicarii tibi et eidem germano adinvicem, quando alterum vestrum obire contingeret, succedere et ea auctoritate propria per vos vel alium seu alios recipere et tenere libere possetis. Decrevit autem dictus Gregorius predecessor, quod tu et ipse germanus, si in solucione predicti annui census prefatorum decem milium florenorum auri in dicta Romana Curia Gregorio predecessori, successoribus et Romane ecclesie predictis, ac ipsi Romane ecclesie, apostolica sede vacante, anno quolibet, quamdiu viveretis, ut prefertur, persolvendi per vos cessare contingeret, et per duos menses singulos eosdem terminos ad persolvendum dictam summam florenorum superius assignatos immediate sequentes expectati, de summa iam dicta non satisfaceretis Camere apostolice et Romane ecclesie prelibatis, et dictum subsidium militare ipsi ecclesie non daretis, ut prefertur, excommunicacionis incurreretis sentenciam eo ipso: quod si infra alios duos menses prefatos duos immediate sequentes dictorum decem milium florenorum summam sine dilacione qualibet in terminis supradictis non solveretis Romane ecclesie sepedicte, Civitas Ferrariensis, Comitatus et districtus predicti ecclesiastico interdicto subiacerent ipso facto, et tamdiu tu ipseque germanus remaneretis predicta excommunicacionis sentencia innodati, et Civitas, Comitatus et districtus predicti prefato subiacerent interdicto, donec prelibatum censum integraliter cum restitucione dampnorum et expensarum secutorum ex retardacione solucionis huiusmodi duxissetis persolvendum, ita tamen quod cum predicta solucio facta et completa fuisset, tibi et eidem germano per dictam sedem apostolicam absolucionis beneficium impenderetur, et ipsum interdictum eo ipso esset totaliter relaxatum, prout in predictis eiusdem Gregorii predecessoris litteris inde confectis, in quibus eciam forma iuramenti per sepedictum procuratorem tuo et ipsis germani nomine tunc prestiti, ac tenor mandati, quod idem procurator propterea a vobis habebat, de verbo ad verbum sunt inserti, plenius continetur. Nuper autem ad nostri veniens presenciam dilectus filius Antonius de Montecatino, laicus Lucane diocesis, legum doctor, procurator tuus, habens a te ad hoc speciale mandatum, tuique procuratorio nomine nobis humiliter supplicavit, ut cum suprascripta omnia et singula recognita, dicta, promissa, confessata, oblata, conventa et iurata in eisdem litteris dicti Gregorii predecessoris contenta innovare, et debite fidelitatis iuramentum prestare paratus esset et offerret, et quod tu in propria persona in manibus eius, quem ad id deputaremus, premissa eciam

innovares et approbares proprio iuramento, predictis ipsius Gregorii predecessoris litteris et omnibus et singulis in eis contentis robur apostolice confirmacionis adiicere, et nichilominus Vicariatum ipsum ad filiorum tuorum legitimorum ex tuo corpore legitime descendencium tam natorum quam eciam nascitorum, et in eventum, quo, quod absit, te absque huiusmodi legitimis filiis migrare contingeret ab hac luce, ad dilecti filii Nicolai nati tui, qui defectum natalium patitur, de soluto genitus et soluta, vitam extendere, et in hoc casu cum dicto Nicolao super huiusmodi natalium defectu ad premissa dispensare de benignitate apostolica dignaremur. Et cum huiusmodi supplicacionibus benigne annuentes illa, que dictus Antonius procurator per nos fieri, ut premittitur, supplicavit, obtulissemus liberaliter nos acturos, idem Antonius procurator procuratorio nomine supradicto premissa omnia et singula promissiones, recognitiones, confessiones, obligaciones, pacta, conveneiones, summissiones et renunciaciones, et alia in eisdem sepedicti Gregorii predecessoris litteris contenta sponte recognovit et innovavit, ac in nostris manibus iuramentum prestitit iuxta formam inferius annotatam.

Nos igitur attendentes claram generositatem tuam et merita clariora, que te nobis et ecclesie Romane digne gratum reddunt et acceptum, ac sperantes, quod sicut hactenus tu tuique maiores, postquam in eisdem Civitate, Comitatu et districtu Vicariatum pro ipsa Romana ecclesia gessitis, illos in pacis dulcedine et cum debita administratione iusticie sub ipsius ecclesie obediencia et ad eius honorem laudabiliter gubernastis, ita tam tu quam eciam, cum ex arbore bona bone propagines producantur, huiusmodi filii, et in eventum predictum ipse Nicolaus natus eosdem Civitatem, Comitatum et districtum, dante domino, de bono perseverantes in melius laudabilibus effectibus gubernabitis in futurum, huiusmodi supplicacionibus inclinati, easdem dicti Gregorii predecessoris litteras, et omnia et singula in eis contenta rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica tenore presencium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Et nichilominus post tuum obitum exnunc filios tuos huiusmodi legitimos natos et imposterum nascituros, et in eventum predictum, videlicet quo te absque huiusmodi filiis legitimis contingat de medio submoveri, et eciam quod iidem filii legitimi, dicto Nicolao nato superstite, decedant, eundem Nicolaum natum, ita quod superstes et superstites legitimus seu legitimi decedenti vel decedentibus in huiusmodi Vicariatu vel de directo succedat vel succedant, ipsis vero legitimis omnibus, dicto Nicolao nato superstite, decedentibus, idem Nicolaus natus, ipsis sic defunctis, et in eodem Vicariatu similiter de directo succedat sub predictis promissionibus, recognicionibus, confessionibus, obligacionibus, convencionibus, pactis, submissionibus, iuramentis et renunciacionibus per eundem Antonium procuratorem tuo proprio nomine supradicto factis, et solempniter promissis et prestitis, et per te ipsosque filios et Nicolaum natum in eventum predictum, postquam obieris, promittendis, approbandis, ratificandis, emologendis et innovandis eisque plene et efficaciter observandis et adimplendis, Vicarios in temporalibus ad eorum et cuiuslibet eorum vitam sub simili annuo censu decem milium florenorum auri ponderis et cunei supradicti, in predictis terminis eidem Camere modo simili solvendorum, et eum dicto subsidio militari eidem ecclesie secundum modum superius expressum dando, et cum omnibus et singulis condicionibus, convencionibus, pactis et clausulis in eisdem litteris dicti Gregorii predecessoris plenius declaratis, auctoritate apostolica constituimus et eciam deputamus, ipsumque Vicariatum ad huiusmodi filiorum, et in eventum predictum eiusdem Nicolai nati vitam extendimus et eciam prorogamus, et in constitucione et deputacione huiusmodi penas et sentencias in casibus superius expressis volumus, et eadem auctoritate decernimus per omnia debere intelligi pro adiectis. Et insuper cum prefato Nicolao nato, ut in eventum predictum huiusmodi Vicariatum recipere, gerere et exercere libere et licite valeat, predicto natalium defectu et constitucionibus apostolicis et legibus Imperialibus ac statutis municipalibus, et consuetudinibus et aliis contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica supradicta de uberioris dono gracie tenore presencium dispensamus. Volumus eciam et premissis adiicimus, quod tu infra quatuor menses a data presencium computandos omnia et singula suprascripta, que tuam personam concernunt, in venerabilis fratris nostri Episcopi Ferrariensis, et quod huiusmodi filii tui, ipseque Nicolaus natus in eventum predictum similiter infra quatuor menses post obitum tuum in manibus eius, quem Romanus pontifex, qui tunc erit, ad hec duxerit deputandum, ratifices, emologes, acceptes, approbes et innoves, ratificent, emologent, acceptent et approbent, et corporali iuramento, tactis scripturis, rata et grata habere et inviolabiliter observare et efficaciter adimplere promittas et promittant, et publica instrumenta super hiis tuo et eorum pendentibus sigillis sigillata infra alios duos menses predictos quatuor menses, prout supra tibi et eis statuti sunt, immediate sequentes des et dent nobis et Romano Pontifici, qui tunc erit, ac Romane ecclesie prelibatis, quodque nobis, successoribus et ecclesie predictis fidelitatis sacramentum cum omnibus suis capitulis infra dictos quatuor menses ut supra statutos, tu videlicet in Episcopi Ferrariensis, et dicti filii ac Nicolaus natus in eventum predictum pro toto tempore vite eorum in deputati huiusmodi manibus prestes, at-

que prestent in forma inferius annotata. Forma autem iuramenti, quod prefatus Antonius procurator racione dicti Vicariatus per nos tibi, ut premittitur, confirmati, tactis sacrosanctis evangeliis, prout a te in mandatis specialiter habebat, coram nobis prestitit, et quod, ut premittitur, renovabis dictique filii ac Nicolaus natus in eundem eventum prestabunt, ut per eam plenius informeris et informentur, et eam adimplere studeas et studeant, presentibus inseri fecimus, que talis est.

Ego Antonius de Montecatino layens Lucane diocesis, legum doctor, procurator et nuncius et procuratorio nomine magnifici viri domini mei Alberti Marchionis Estensis, in Civitate, Comitatu et districtu Ferrariensibus pro beatissimo in Christo patre et domino, domino Bonifacio digna dei providencia pape VIIII. ac sancta Romana ecclesia Vicarii in temporalibus generalis, habens a dicto Marchione ad infrascripta speciale mandatum, promitto, quod idem Marchio ab hac hora inantea fidelis et obediens erit beato Petro et dicto dño Bonifacio, eiusque successoribus canonice intrantibus, sancteque apostolice sedi et Romane ecclesie. Non erit in consilio etc. ut supra pag. 5.

Tenor vero procuratorii eiusdem Antonii procuratoris talis est.

In Christi nomine amen. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo trecentesimo nonagesimo, Indictione terciadecima, Pontificatus Sñi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia pape VIIII. anno primo, die decimo octavo mensis Februarii, Ferrarie in palaciis infrascripti domini Marchionis in curtili a fontana ipsius, presentibus testibus vocatis et rogatis egregio et potente milite domino Philippo de Robertis da Tripoli habitatore dicte Civitatis Ferrarie, nobili viro Iacobo de Macha de Ferraria, Bartholamo a Mela notario de Ferraria et aliis, Illustris et magnificus dominus, dñus Albertus Marchio Estensis, natus olim recolende memorie Illustris et magnifici domini, dñi Obicionis Marchionis Estensis de Ferraria, non revocando propterea aliquem suum procuratorem, sed pocius illum vel illos confirmando omni iure, via, modo et forma, quibus melius potest et potuit, fecit, constituit et ordinavit sapientem et discretum virum dñum Antonium de Montecatino, legum doctorem, absentem tamquam presentem suum verum et legitimum procuratorem, actorem, factorem et nuncium specialem specialiter ad supplicandum, petendum et impetrandum a Sanctissimo domino nostro, domino Bonifacio divina providencia papa VIIII. prenominato, et dicto nomine ab ipso Sanctissimo dño nro confirmari Vicariatum, regimen et gubernacionem Civitatis Ferrarie eiusque territorii, Comitatus et districtus etc. *ut in hac bulla, quae singulas promissiones verbotenus continet, et conf. supra Tom. II. pag. 539.*

Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, constitucionis, deputacionis, extensionis, prorogacionis, decreti, dispensacionis, voluntatis et adiectionis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIIII. Kalendas Iunii, Pont. nostri anno primo.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Nicolao Marchioni Estensi, in Civitate Ferrariensi eiusque Comitatu et districtu, ad nos et Romanam ecclesiam immediate spectantibus, pro nobis et ecclesia ipsa in temporalibus Vicario, salutem etc. Eximie devocionis affectus etc. ut supra, mutatis mutandis. Datum Rome apud S. Petrum II. Nonas Iulii, Pontificatus nostri anno quinto.

VIIII.

Vicariatus civitatis Urbini et S. Angeli papalis alias Calliensis Antonio comiti Montisferetri, eiusque fratri et filiis ad XII. annos sub censu DCCC. floren. una cum nonnullis castris conceditur. *Ex codice Vicariatuum fol. 48. et Reg. Tom. I. fol. 268.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Anthonio Comiti Montisferetri, in Civitatibus nostris Urbinate et Sancti Angeli papalis alias Calliensi, et eorum districtibus pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, sal. etc. Inter ceteras varias multiplicesque curas, quibus assidue premimur, illa precipue pulsat et excitat mentem nostram, ut ad regimen et gubernacionem Civitatum et terrarum Romane ecclesie immediate subiectarum viros deputemus ydoneos, fide preclaros, prudentes, circumspectos, rectitudine iustos, experiencia doctos et solicitudine vigiles, qui statum et honorem dicte ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nutrient, subditos benigne pertractent, et sine personarum acceptione iusticiam administrent, et sic prudenter ac iuste populos gubernent et regant, quod iidem populi et subditi nostri laudabiles se recepisse rectores et gubernatores merito glorientur. Attendentes igitur sincere devocionis affectum, quem tu ad nos et eandem Romanam ecclesiam geris, necnon circumspectionis industriam et strenuitatem persone tue, ac alias multiplices virtutes, quibus dominus earum largitor eandem personam tuam multipliciter insignivit, ac volentes infrascriptis nostris et eiusdem Romane ecclesie subditis de utili et provido gubernatore providere, ac sperantes indubie, quod ea, que tuo sagaci studio duxerimus committenda, promptis affectibus et exacta diligencia prudenter et fideliter exequeris, te Vicarium nostrum in temporalibus Civitatum nostrarum Urbinatis et Sancti Angeli papalis alias Calliensis, et earum districtuum et Comitatuum, necnon Pillii, Montisgrimani, Vallis S. Anastasii, Soannis, Montismadii, Tausani, Montisfacogni, Montisterangonis, Montiscopioli, Montisbonaginis, Montisassorum, Ripalte, Montisliciani, Castrinovi, Montisgelli, Rontagnani, Savignani, Ps-

tragutole, Petremauri, Frontini Masse, Belfortis, Vigliani, Turrisfarnaciani, Metule, Bavei, Partinlis, Guince, Sompiani, Castrifabrorum, Montisalarum et Castellare Penneze, Moutisroli, Montisbelli Castrorum et terrarum Urbinatis, Feretrane, Castellane et Faventine diocesum, que ad presens obtines, et eciam aliorum locorum et terrarum, que et quas nunc tenes et possides, ad nos et eandem ecclesiam pertinencium, generalem usque ad duodecim annos a data presencium computandos, at te infra dictum terminum decedente, dilectum filium Nobilem virum Galassum fratrem tuum, aut unum vel plures filium seu filios aut heredes tuos, quem seu quos ad hoc duxeris eligendum seu eligendos, in totum aut in partem dicti Vicariatus, eciam inter eos distribuendo Vicariatum ipsum, ac Civitates, Castra, terras et loca predicta, prout tibi videbitur faciendum, durante Vicariatu predicto, usque ad finem dictorum duodecim annorum, dummodo tu et iidem frater vel filii aut heredes tui persistatis et continuetis in obediencia et fidelitate nostra et dicte ecclesie, auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi regimen, protectionem, administracionem, custodiam et gubernacionem Civitatum et Castrorum ac terrarum, locorum, Comitatuum et districtuum predictorum per te vel alium seu alios usque ad huiusmodi terminum duodecim annorum, quamdiu ipsum Vicariatum tenueris, et post decessum tuum infra dictum terminum eisdem fratri aut heredibus, vel filio seu filiis cum illis mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam seu per officiales per eandem ecclesiam pro tempore deputatos de iure aut privilegio vel consuetudine, aut per Communitates vel Universitates Civitatum, Castrorum ac terrarum et locorum, ac Comitatuum et districtuum predictorum exerceri consueverunt, ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie statumque pacificum et tranquillum Civitatum, Castrorum ac terrarum, Comitatuum et locorum ac districtuum predictorum, necnon civium, incolarum et habitatorum ipsorum iuste et fideliter exercendi potestatem, ac custodiam rocharum nostrarum predictarum Civitatum, Castrorum et terrarum ac locorum tibi plenarie committentes, tibique et prefatis fratri ac filio seu filiis, et heredibus in predicto casu tui decessus, durante Vicariato huiusmodi, per vos vel alium seu alios inibi quoscumque Potestates, Iudices et Officiales ydoneos, qui possint et debeant questiones quaslibet tam civiles quam criminales seu mixtas, et alias cuiuscumque speciei vel generis motas vel movendas, exceptis criminibus heresis ac falsitatis licterarum apostolicarum et lese maiestatis, non commissis contra te aut contra filium vel filios, aut fratrem seu heredes predictos, audire, et de illis previa racione cognoscere, easque fine debito terminare, et execntioni debite demandare, constituendi, creandi et faciendi, removendi et destituendi, et alios quotiens tibi placuerit deputandi, necnon colligendi, habendi, exigendi et percipiendi, et durante huiusmodi Vicariatu tuis usibus applicandi omnes et singulos fructus, redditus et proventus, ac omnia et singula emolumenta et introitus, quocumque nomine censeantur, in Civitatibus, Castris, Comitatibus, districtibus et locis predictis: ita tamen quod ex hoc Communitates seu Universitates et singulares persone Civitatum, Castrorum ac terrarum, at Comitatuum et districtuum ac locorum predictorum absque ipsorum expressa voluntate ultra consuetum modum non gravantur, et de ipsis omnibus et singulis debitis pedagiis, emolumentis et introitibus, durante huiusmodi Vicariatu, prout tibi videbitur disponendum, ita quod durante huiusmodi Vicariatu fructus, redditus et proventus ac introitus et emolumenta huiusmodi tuis, et in casu tui decessus fratris aut filii vel filiorum, aut heredum predictorum usibus applicentur, nec de illis per nos aut successores nostros, seu quoscumque officiales predicte eccl. possitis aliqualiter inquietari, sindicari aut molestari, nec de illis aliquam racionem seu compntum aliquod reddere teneamini, alienatione tamen bonorum et iurium dicte ecclesie tibi et predictis fratri ac filio vel filiis et heredibus penitus interdicta, ac per te vel alium seu alios, quibus tu vel post tuum decessum predicti frater, aut filius seu filii vel heredes id commiseritis, huiusmodi Vicariatu durante, merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem auctoritate predicta, preterquam in casibus superius expressis et exceptis, exercendi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia alia et singula, que honori nostro ac eiusdem ecclesie, et pro statu pacifico et tranquillo Civitatum, Castrorum, terrarum et Comitatuum, ac districtuum et locorum predictorum, ac habitatorum et incolarum eorumdem expedire cognoveritis, faciendi, ordinandi, mandandi, corrigendi, puniendi, diffiniendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem, non obstantibus quibuscumque concessionibus olim factis per quoscunque Romanos Pontifices, aut alios ad id potestatem habentes de ipsis Civitatibus, Castris, terris vel locis, aut ipsorum aliquibus superius nominatis, vel ipsorum regimine aut gubernacione, eciam si in concessionibus ipsis verba derogatoria essent expressa, que quamvis presentibus non exprimantur, haberi volumus pro expressis ac eciam specificatis: ita tamen quod de huiusmodi consuetis et debitis fructibus, redditibus et proventibus ac introitibus, et aliis quibuscumque emolumentis teneamini Civitates, Castra ac terras et Comitatus, et districtus ac loca huiusmodi, ut premittitur, in Vicariatu tibi con-

cessa, ipsorumque arces et fortalitia vestris sumptibus et expensis, durante Vicariatu huiusmodi, diligenter et fideliter reparare, manutenere, conservare, defendere, ac etiam custodire, ac omnia alia ipsorum onera supportare, absque eo quod dicta ecclesia tibi vel fratri, aut filio seu filiis vel heredibus predictis pro huiusmodi Vicariatu, Rectoria, gubernacione, reparacione, refectione, conservacione, defensione, custodia et oneribus supportandis subvenire in aliquo teneatur, seu pro expensis, que in premissis seu premissorum aliquo, seu alias quomodolibet seu eorum occasione facte sint, vel fieri continget in futurum, aliquid ab eadem ecclesia exigi seu peti possit, seu eciam Vicariatu finito restitucio Civitatum, Castrorum et terrarum, ac Comitatuum et districtuum ac locorum huiusmodi retardari valeat, seu quomodolibet impediri.

Et nichilominus tu, et post tuum decessum frater vel filius seu filii, aut heredes predicti pro omnibus et singulis introitibus, redditibus et proventibus Civitatum ac terrarum et Comitatuum, et districtuum ac locorum predictorum, durante dicto Vicariatu, nomine canonis seu census nobis et Romane ecclesie, seu Camere apostolice in Urbe Romana, aut ubi nos vel successores nostri canonice intrantes residebimus, aut Romana Curia fuerit, octingentos florenos auri de Camera seu ad pondus Camere annis singulis dictorum duodecim annorum in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quod est de mense Iunii, vestris periculis, fortuna, sumptibus et expensis dare, assignare ac realiter solvere sub pena iuris et Constitucionum apostolicarum super hoc editarum et edendarum teneamini.

Et quia pro tempore, quo tu Civitates, Castra, terras et loca predicta a felicis recordacionis Urbano pp. VI. predecessore nostro tenuisti in Vicariatum, censum per te exinde debitum integraliter non solvisti, sed adhuc magnam partem de census ipso restas persolvere, volumus, quod singulis annis pro arreragiis dicti census centum florenos auri ad predictum pondus tu, seu frater aut filius seu filii, vel heredes predicti solvere teneamini, donec de predicta summa, quam, ut prefertur, restas persolvere, per te vel fratrem aut filium vel filios, seu heredes predictos fuerit integre nobis vel dicte Camere satisfactum, et pro censu presentis anni, ac pro excompntacione huiusmodi centum florenorum de dictis arreragiis summam nongentorum florenorum auri ad pondus predictum infra tres menses, a data presencium computandos, nobis vel dicte Camere sub dicta pena solvere sis astrictus: ita quod ad solucionem alterius tallie vel collecte caritativi subsidii provincialis, aut alicuius subvencionis vel alterius oneris, quocumque nomine nuncupantur, vel aliam quamcumque solucionem durante tempore dicti Vicariatus tu, vel frater vel filius aut filii, seu heredes predicti minime teneamini, sed dumtaxat ad solucionem dicti census octingentorum florenorum, et aliorum centum florenorum auri racione dicti census preteriti temporis non soluti sis astrictus, et sint astricti. De quibuscunque autem redditibus, proventibus, regalibus et emolumentis eciam fiscalibus per te ex dictis Civitatibus, Castris, terris et locis hactenus levatis ac perceptis plenarie quitamus et absolvimus, ac eciam liberamus te ac fratrem, filios et heredes tuos, necnon Communitates et Universitates ac singulares personas Civitatum, Castrorum et locorum predictorum.

In primis vero instanciis et in primis appellacionibus causarum civilium, criminalium et eciam mixtarum, de quibus tu vel frater, aut filius seu filii et heredes predicti, seu Potestates vel alii officiales per te aut fratrem, vel filium seu filios et heredes prefatos forsan deputandi cognoscere potueritis, incole et habitatores prefati coram Rectoribus provinciarum, in quibus Civitates, Castra, terre, Comitatus, districtus et loca predicta consistunt, aut alio quocunque eorum officiali, durante Vicariatu huiusmodi, trahi seu conveniri non possint inviti: in causis vero primarum appellationum quarumlibet volumus, quod deputetur pro tempore unus iudex, quem tu, et post tuum decessum frater aut filius seu filii, vel heredes predicti habeatis eligere, durante Vicariatu huiusmodi, et per nos seu successores nostros Romanos Pontifices debeat confirmari, salvis tamen et reservatis in hoc quibuslibet privilegiis et indultis, ac iuribus et iurisdictionibus tibi in Civitatibus, Castris, terris, Comitatibus et districtibus ac locis predictis competentibus, si qua forent, quibus propterea non intendimus derogare. Volumus insuper, quod tu et officiales per te, aut per fratrem vel filium seu filios, vel heredes predictos deputandi Civitates et Castra ac terras, et Comitatus et districtus ac loca predictos, in quibus es, ut premictitur, Vicarius deputatus, ac cives et incolas ac habitatores eorumdem, huiusmodi Vicariatu durante, iuste et legitime regas et gubernes, seu regant et gubernent secundum iura, consuetudines et statuta edita et legitime edenda Civitatum et Castrorum ac terrarum, et Comitatuum ac districtuum et locorum predictorum, ac habitatores et incolas predictos nullatenus opprimas vel graves, aut opprimant vel gravent, ymmo in bona iusticia manuteneas et foveas, ac manuteneant ad et foveant bonum statum pacificum et tranquillum eorumdem, et quod omnia statuta, si qua essent in eisdem Civitatibus, Castris, terris, Comitatibus et districtibus ac locis contra Romanam ecclesiam, officium inquisitionis heretice pravitatis, aut contra libertatem ecclesiasticam sive ecclesiasticas personas, casses et de libris ac Capitularibus eorumdem statutorum totaliter amoveri facias, et quod eis non utaris, nec ea serves seu servari permittas: nec receptes manifestos vel occultos hostes, inimicos, rebelles vel bannitos eius-

dem ecclesie, seu alios criminosos de terris ecclesie fugientes, nec directe vel indirecte facias per alios tue dicioni subiectos publice vel occulte receptari, nec eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel faverem dari aut prestari aliquo modo permittas, qui pocius quoscum qneex eis in tuam pervenientes potestatem, quociens super hoc a Legato apostolice sedis vel Rectore provinciarum predictarum, aut aliis dicte ecclesie officialibus, ad quos racione officiorum suorum id pertineret, requisitus extiteris, bona fide capi facias, et ad huiusmodi requirentes sub fida custodia destioare. Ceterum si forsan contingeret, quod absit, inter te et aliquem vel aliquos alios a nobis vel Romana ecclesia predicte aliquas Civitates vel Terras seu Castra, aut alia loca vel fortalitia in Vicariatum tenentes aliquam brigam seu guerram exoriri seu fieri, dummodo huiusmodi guerra non fiat immediate in preiudicium vel iniuriam nostram, aut successorum nostrorum predictorum, vel terrarum nostrarum et eiusdem ecclesie, per hoc non intelligatur te a nostra et dicte ecclesie obediencia recessisse, nec contra presentem concessionem et huiusmodi convenciones et pacta te aliquatenus commisisse.

Mandamus igitur harum serie districtius dilectis filiis Civitatum et Castrorum ac terrarum, nec non Comitatuum et districtuum ac locorum predictorum Communitatibus et Universitatibus, singularibusqne personis ac incolis et habitatoribus prelibatis, quatenus te tamquam Vicarium nrum et Rectorem eorum benigne recipiant et honorifice pertractent, et tibi tamquam ipsorum Rectori et aliis officialibus tuis, qnos ad Civitatum, Castrorum et Terrarum, necnon Comitatuum et districtuum ac locorum eorumdem regimen duxeris deputandos, in omnibus, qne ad Vicariatus et Rectorie huiusmodi spectant officium, nostro et diete ecclesie ac successorum nostrorum nomine, ac post tuum decessum fratri aut filiis siva heredibus tuis predictis, huiusmodi Vicariatu durante, iuxta presentis nostre concessionis tenorem plene intendere studeant et efficaciter obedire. Tu igitur Civitates, Castra, Terras, Comitatus et districtus ac loca prefata, huiusmodi Vicariatu durante, sic in tranquillitatis et pacis dulcedine ac iusticie suavitate fideliter, solicite et prudenter gubernare ac regere studeas et procures, quod Communitates, persone, incole et habitatores predicti utili Gubernatori et Rectori provido gaudeant se commissos, tuqne apud deum et homines exinde possis merito commendari, ac nostram et ecclesie predicte benedictionem et graciam uberius consequi merearis.

Formam autem iuramenti, quod racione huiusmodi Vicariatus dilectus filius Nobilis vir Antonius Vannarelli de Pelis de Mercatello, domicelsus Civitatis Castelli diocesis, procurator tuus ad hoc a te specialiter mandatum habens in nostris manibus prestitit, ut per eam plenius informeris, et illud efficacius studeas observare, presentis fecimus annotari: que talis est. Ego Antonius Comes Montisferetri ab hac hora in antea fidelis ero beato Petro Apostolorum Principi, et beatissimo in Christo patri et dño nostro, domino Bonifacio divina providencia pape VIIII. ac successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus. Nec ero in consilio, auxilio, opere seu facto, quod dictus dominus noster, dñus Bonifacius papa VIIII. seu successor sui vitam perdant aut membrum, vel capiantur mala captione. Consilium vero, quod michi significaverint, vel committent per se vel nuncios seu litteras, sine eorum licencia ad ipsorum dampnum scienter nemini pandam. Et nunquam ero verbo, facto, consilio vel consensu directe vel indirecte per me vel alium seu alios publice vel occulte, seu quovis modo contra Romanam ecclesiam, dominum nostrum summum Pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit: sed semper ero adiutor ad conservandum, retinendum, defendendum et recuperandum Civitates, Terras, Castra et Villas ac Rochas, Bastitas, fortalicia et omnia alia iura sancte Romane ecclesie, eciam male alienata vel per quoscunque homines occupata et tyrannice detenta adiuvabo pro posse recuperare, et recuperata pro posse defendere, et in suo pleno dominio et eorum iuribus et utilitatibus ac honoribus conservare et dictam Romanam ecclesiam et dictum dominum nostrum summum Pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit, ac Vicarios, Legatos et officiales ipsius ecclesie: eciam contra Robertum olim Basilice duodecim Apostolorum, dictum Gebennensem, presbiterum Cardinalem, nunc Antipapam, qui se Clementem VII. ausu temerario nominare presumit, et Geraldum olim tituli sancti Clementis dictum Maiorismonasterii, presbiterum Cardinalem iusto dei iudicio auctoritate apostolica velut hereticos condemnatos, et contra eorum sequaces ac dantes eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel favorem, cuiuscumque fuerint preeminencie, dignitatis, ordinis, religionis, condicionis aut status, eciam si Pontificali aut Regali seu Reginali, vel quavis alia prefulgenant dignitate, eciam si fuerint predicte Romane ecclesie Cardinales, et contra alios quoscumque per ecclesiam denotatos vel imposterum denotandos, quamdiu extra graciam et communionem predicte ecclesie permanebunt, nec eis vel alicui eorum dabo quovismodo per me vel alium directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis, quantum in me erit et impedire potero, prestari seu dari permittam: sed eos pro posse, donec convertantur et reducantur ad gremium sancte Romane ecclesie, et ad obedienciam et reverenciam prefati domini Bonifacii VIIII. vel eius successorum iuxta tenorem processuum apostolicorum, et prout iustum

fuerit, prefatos damnatos et filios perdicionis pro posse persequar et invadam, et invadi faciam, eciam contra omnes homines iuxta meum posse et bona fide. Et quod nunquam ero verbo vel facto, consilio aut consensu, ut aliquis Imperator, Rex, Dux vel Marchio, seu quivis alius Nobilis, Universitas, Communitas seu Collegium cuiuscunque Civitatis, terre vel loci eligantur, nominentur, seu eciam assumantur in dominum, officialem vel Rectorem Civitatum, Castrorum seu terrarum predictorum, seu ipsorum Comitatuum et districtuum sine expressa licencia dicti domini nostri pape, qui nunc est vel pro tempore erit, seu legatorum eius: et quod Constituciones papales, maxime fel. rec. Iohannis XXII, Clementis VI. et Innocentii VI. summorum Pontificum loquentes de hac materia pro posse et totis viribus observabo. Et si contingeret, quod aliquis nominaretur vel eligeretur, seu assumeretur in dñum vel officialem in Civitatibus seu locis supradictis sine expressa licencia dicti domini nostri, vel Legatorum seu Vicariorum eius, ego certe non prestabo eis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, sed pro viribus, in quantum potero, repugnabo. Et quod reverenter et honorifice iuxta posse meum in Civitatibus Urbinate et Sancti Angeli papalis alias Calliensi, et aliis Castris et terris predictis, in quibus sum Vicarius deputatus, et eorum Comitatibus, territoriis et districtibus dictum dñum nostrum papam Bonifacium VIIII. et successores suos canonice intrantes, et Legatos, Nuncios, Vicarios et officiales eorumdem, qui pro tempore erunt, ac in aliis terris, locis, Comitatibus et districtibus eorumdem, quociens ad partes illas accesserint, reverenter et humiliter recipiam, et pro posse honorifice tractabo, ac in devocione, fidelitate et obediencia ipsius Romane ecclesie et dicti dñi nostri pape et successorum suorum canonice intrancium, et legatorum, officialium et Vicariorum suorum perpetuo et inviolabiliter permanebo. Et quod nunquam contra prefatam Romanam ecclesiam et dñum nostrum, dñum Bonifacium VIIII. seu officiales suos vel suorum successorum rebellabo, nec rebellantibus adherebo quoquomodo, nec auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte ipsis rebellantibus dabo, sed preceptis, monicionibus et iussionibus Romane ecclesie summorumque Pontificum parebo et reverenter obediam cum effectu. Cavalcatas, offensiones, invasiones aut dissensiones non faciam, aut fieri procurabo contra aliquos Romane ecclesie fideles, subditos, devotos et obedientes, nisi in quantum dictus dñus noster papa permiserit, et de sua processerit voluntate: neque ipsos invadam, neque eciam dampnificabo per me vel alium seu alios, nec invadere aut offendere aut dampnificare attemptantibus seu volentibus quoquomodo prestabo vel dabo auxilium, consilium vel favorem. Nullam preterea coniuracionem, conspiracionem vel ligam contra dictum dñum nostrum Bonifacium papam VIIII. ac Romanam ecclesiam, aut officiales dicte ecclesie, seu aliquem ipsorum faciam seu fieri consentiam, nec alicui eorum dampnum faciam, vel fieri procurabo directe vel indirecte, publice vel occulte. Et quod post finem dictorum duodecim annorum, pro quibus per dictum dominum nostrum papam sum deputatus Vicarius Civitatis Urbinatis et Sancti Angeli papalis alias Calliensis, Castrorum ac Terrarum et Comitatuum et districtuum predictorum, libere restituam Civitates, Castra, Terras, Comitatus et districtus ac loca predicta, ac ipsorum Rocchas et fortalicia eidem domino pape vel eius successori canonice intranti, aut illi, cui ipsi mandaverint. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Datum Rome apud Sanctum Petrum II. Nonas Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

IX.

Constitutio, qua cavetur, ne rector Marchiae Anconitanae alienationes, infeudationes bonorum etc. amplius facere praesumat. *Reg. Tom. I. fol. 210.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Cum nos hodie dilectum filium nobilem virum Andream Thomacellum militem Neapolitanum, germanum nr̄um, provincie nostre Marchie Anconitane, necnon Civitatum, Castrorum, Villarum, locorum ac demaniorum, Iurium ad nos et Romanam ecclesiam in ipsa provincia spectancium, ac territoriorum et pertinenciarum ipsorum plenarie in temporalibus Rectorem usque ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum auctoritate apostolica duxerimus deputandum, disponendi, ordinandi, statuendi, percipiendi, corrigendi, puniendi, diffiniendi, faciendi et exequendi in eadem provincia, quicquid honori et commodo ecclesie memorate, ac utilitati et prospero statui fidelium dicte provincie expedire cognosceret, et alia, que ad huiusmodi Rectorie officium pertinent de consuetudine vel de iure, in omnibus exercendi dicto Rectori plenam et liberam concedentes per nostras litteras potestatem, prout in ipsis litteris plenius continetur: Nos ne ab amplitudinem potestatis huiusmodi prefatus Rector aliquorum precibus importunis, aut alias ad alienacionem bonorum et iurium dicte provincie quomodolibet inducatur, salubriter providere volentes, eidem Rectori auctoritate predicta tenore presencium districtius inhibemus, ne provincia Civitatum, Castrorum, Villarum, locorum, demaniorum et iurium, territoriorum et pertinenciarum predictorum, vel alicuius eorum bona immobilia aut preciosa mobilia seu iura vendare, donare, infeudare, inpignorare aut alias quomodocumque, quovis titulo seu quesito colore alienare presumat, vendiciones, donaciones, infeudaciones, inpignoraciones et alienaciones huiusmodi, si quas forte contra

nostre presentis inhibicionis tenorem fieri contigerit, exnunc decernentes invalidas, vacuas ac irritas et inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre inhibicionis et constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Reate VI. Idus Augusti, Pont. nostri anno primo.

X.

Constitutio contra usurpatores bonorum ad cameram apostolicam pertinentium, qui monentur eadem bona infra spatium unius mensis restituere.
Reg. Tom. I. fol. 220.

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ceca cupiditas, inextinguibilis ardor et sitis insaciabilis quorundam in tantum crevit habendi, ut experiencia teste non (solum) viis et artibus honestis atque permissis ad rem familiarem tutandam et augendam insudent, verum eciam viis ipsis ut plurimum derelictis et abstinere a vetitis nescientes, ac furto, fraudi, dolo malo, rapinis, occultacioni aliisque modis reprobis inhiantes, ad bona eciam ad Cameram apostolicam et ad nos vel de directe vel ex reservacione aliqua ad nostram et eius disposicionem pertinencia, que pro conservacione et augmento fidei catholice ac universalis reipublice et alimonia pauperum aliisque piis usibus deputata sunt, avidas manus extendant, illaque rapiant, capiant, occupent et usurpent ea restituere dicte Camere non curantes. Quidam vero alii premissorum non ignari vel rerum male ablatarum participio, vel pusillanimitate aut negligencia quadam ea gentibus dicte Camere, per quas ad nos perveniant, non revelant in animarum suarum grave periculum et eiusdem Camere non modicum detrimentum. Expedit ergo, ut quos dei timor ac virtutis amor et proprie consciencie stimulus non commovet, subsecuta pena urgeat et ecclesiastica censura percellat, ad videlicet occupata restituendum et revelandum detentores illicitos, ac de cetero a similibus abstinendum, et vel sic animarum saluti et Camere ipsius commodis eodem contextu pariformiter consulatur. Quamobrem in hiis salubriter et solicite providere volentes omnes et singulos, cuiuscunque status, gradus, ordinis, preeminencie vel condicionis existant, eciam si Pontificali aut Regali vel Reginali, seu quavis alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, eciam si fuerint sancte Romane ecclesie Cardinales, auctoritate apostolica tenore presencium peremptorie requirimus et monemus, eis nichilominus in virtute sancte obediencie et sub infrascriptis penis districte precipiendo mandantes, quatenus infra unius mensis spacium a die affixionis presencium in valvis basilice Principis Apostolorum, et quarumdam aliarum ecclesiarum Urbis faciende proxime computandum, quem terminum ipsis et eorum cuilibet pro omnibus dilacionibus peremptoriis et monicione canonica assignamus, ea quo de bonis mobilibus et stabilibus ad nos et ipsam Cameram pertinentibus, eciam de illis, que felicis recordacionis Gregorii XI. et Urbani VI. Romanorum Pontificum, predecessorum nostrorum, vel alterius eorum fuerunt, vel spectaverunt quomodolibet ad eos aut alterum eorumdem, et quorum omnimoda disposicio, maxime cum dictus Urbanus predecessor, deo permittente, decesserit, est nobis et eidem Camere reservata, occupant aut sciunt occupari, vobis vel gentibus ipsius Camere, per quas ad nos perveniant, cum effectu restituant et revelent: Alioquin eo ipso penam dupli, et si bona occupata huiusmodi valorem decem florenorum auri transcenderint, eciam excommunicacionis sentenciam incurrant, a qua quidem excommunicacionis sentencia eciam in mortis articulo, presertim illi ex predictis, qui Romanam Curiam sequuntur, vel in loco, ubi residet ipsa Camera, morantur, ab alio quam a Romano Pontifice non possint absolvi, et ultra penam et sentenciam huiusmodi, si persone ecclesiastice fuerint, omnibus prelaturis, dignitatibus et beneficiis ecclesiasticis, que obtinent, absque alio hominis ministerio sint private et inhabiles ad illa vel alia imposterum obtinenda, si vero laicales existant, omnibus feudis et bonis, que in terris predicte Romane aut aliarum ecclesiarum obtinent, eciam sint private, et feuda ad dominos devoluta, bona vero huiusmodi eidem Camere confiscata. Ceterum ne presentes littere tantum in preteritis et presentibus consulant, sed eciam utilitatem afferant in futurum, universis et singulis, cuiuscunque status, gradus, ordinis, preeminencie vel condicionis existant, eciam si Pontificali aut Regali vel Reginali, seu quavis alia ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, eciam si fuerint dicte ecclesie Romane Cardinales, eadem auctoritate districtius inhibemus, ne aliquid de bonis huiusmodi, quo ad nos et ipsam Cameram quomodolibet pertinuerint, directe vel indirecte sub quovis quesito colore invadere, capere, detinere aut occupare presumant, alias persone talia presumentes, nisi infra decem dies a presumpcionis tempore proxime numerandos ea restituerint, aut revelaverint nobis vel dictis gentibus aut aliis, per quos ad nos perveniant, in penas et sentencias predictas incurrant ipso facto, a qua quidem excommunicacionis sentencia non nisi ut supra absolvantur. Presentes quoque litteras eisdem valvis mandamus affigi, ut quasi quodam sonoro preconio et patulo iudicio ad cunctorum noticiam valeant pervenire, nec aliquis de illis ignoranciam pretendere possit quovis modo, cum non sit verisimile apud aliquos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo etc. nostrorum requisicionis, monicionis, assignacionis,

inhibicionis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum XIIII. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

XI.

Wenceslaus Romanorum rex oratores suos cum certis capitulis ad pontificem pro recipienda imperiali corona mittit. *Ex Reg. Bonifacii IX. Tom. I. fol. 285.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino, dño Bonifacio dei providencia sacrosancte Romane, ac Universalis ecclesie summo Pontifici, domino nostro Reverendissimo.

Sanctissime pater et domine Reverendissime, Etsi per tocius mundi monarchiam et ambitum in rebus singulis varietas detestanda viguerit et vigeat usque modo, ex quibus propter successus diversos presentis sinistri temporis plurima noscuntur inconveniencia subsecuta, Serenissimusque princeps dominus Karolus Romanorum Imperator augustus et Boemie Rex, genitor noster Carissimus, dum ageret in humanis, circa scandalorum diceptionem ipsorum feliciter procurandam sollerti christianissimaque sedulitate vacaverit: nichilominus tamen nos altissimi favente clemencia nostri genitoris prefati vestigiis accuracius inherentes ad hoc invigilamus assidue curaque sollicita meditamur, qualiter divina nobis assistente clemencia fructum uberem afferentes, malignitati temporis et malorum incursibus finem optabilem imponamus, erigentes volente dño Regium animum ad queque paratum magnifica, sicut secreta agibilia certis oculatis et utilibus respectibus deposcentibus exegerunt, nos acturos eo videlicet, quod qui rem quampiam aggressurus dinoscitur, humeri valitudinem iuxta rei difficilis, circa quam versatur intencio, magnitudinem quantum possit efferre rimari debeat et accurate metiri. Ut autem, Pater Beatissime, Sanctitati vestre de premissis et aliis secretis agibilibus nostris plenarie patefiat intencio, ecce nunc animo deliberato, sano fidelium nostrorum accedente consilio, et ex certa sciencia ad Sanctitatis vestre presenciam destinamus honorabiles Ubaldinum de Florencia, Decretorum Doctorem, Consiliarium, familiarem, domesticum, commensalem, et fratrem Nicolaum ordinis fratrum Minorum Confessorem, devotos nostros dilectos, de intencionibus nris distinctius informatos, quibus inter cetera capitula seu articulos presentibus interclusos responsionem litterarum Sanctitatis vestre commisimus exponendam, eidem Sanctitati vestre devotissimo studio sopplicantes, quatenus vra Sanctitas dictis familiaribus nrie in exponendis eisdem fidem velit adhibere plenariam, tamquam volis personaliter loqueremur, ipsosque favorabiliter exauditos dignetur nuno ad specialem revereuciam Maiestatis Regie tamquam Servitores nros dilectos suscipere commendatos, singularem in eo nobis, Pater Beatissime, graciam facientes. Personam vestram beatissimam sanam et incolumem conservare dignetur altissimus regimini ecclesie sue sancte per tempora diuturna. Datum Prage die XXI. Novembris, Regnorum nostrorum anno Boemie XXVIII. Romani vero XV.

S(anctitatis) V(estre)

devotus filius

WENCESLAUS DEI GRACIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS ET BOEMIE REX.

Ad relationem CURATI KEPPLER FRANCISCUS OLOMUCENSIS CANONICUS.

Infrascripta sunt Capitula exponenda domino nostro pape ex parte Serenissimi dñi Regis Romanorum per dñum Ubaldinum et fratrem Nicolaum suum Confessorem etc.

Et primo quod ipsi cum omni reverencia recommendent prefatum Serenissimum dñum Regem Romanorum Sanctissimo dño nostro, dño Bonifacio pape Nono cum illis honestis et condecentibus verbis, que in tali recommendacione requiruntur.

Secundo exponant Sanctitati sue, qualiter dictus dñus Rex recipit litteras apostolicas cum certis Capitulis dicte Sanctitatis, in quibus certa credencia continebatur in personam honorabilis dñi Antonii Buraballi militis Neapolitani, et in personam eciam dicti dñi Ubaldini, et quod ipsum dñum Antonium diucius expectavit, qui cum non venisset, dictus dñus Ubaldinus practicavit dicta Capitula cum dicto dño Rege, et demum de ipsius voluntate cum eius consilio ob hoc insimul congregato, et quod visum est dicto dño Regi et eius consilio, quod in dictis Capitulis continetur honor sue Regie Maiestatis et etiam sedis apostolice, et regraciatur dño nostro pape de ita perfecto amore, et cum dei auxilio intendit omnino recipere Imperialem coronam a prefato domino papa, et attendere cum omni diligencia ad publicum bonum Italie et Imperii sacri, et simul cum domino papa operari omnia utilia pro bona reparacione christianitatis, et pro removendis omnibus scandalis et guerris, ut cum honore sacri Imperii et Romane ecclesie quiete et cum bona pace vivatur, et ita quamcicius poterit, cum summe sint sibi cordi, et vigilanter in hiis vacet et intendat continue, et nullam in hiis negligenciam committet, sed cum favoribus Sanctitatis sue se cito expediet.

Tercio quod Regia Maiestas provida deliberacione disposuit mittere ad partes Italie Serñum principem dñum Marchionem Moravie Vicarium generalem sacri Imperii, et propter bonam et oculatam consideracionem fuit aliqualiter retardatus ipsius accessus et ad bonum finem: sed cum dei auxilio ipsum dñum Marchionem omnino mittet, et non tardabit, ita quod honor sacri Imperii et Romane ecclesie conservabitur cum tranquillitate et bono statu Italie, de qua ipse paternam curam habet.

Quarto quod dictus dominus Rex cum multa devocione et sincero amore offert se tamquam christianissimum principem dicto dño pape ad omnes suos bonores et sedis apostolice, et certa alia specialia at particularia sua dasideria commisit per dictos suos nuncios ambaxiatores exponenda et perficienda cum dño papa, prout habent in commissis sive in articulis, videlicet per honorabiles viros dñum Ubaldinum de Florencia et fratrem Nicolaum ordinis fratrum Minorum de Praga, devotum dilectum confessorem Serenissimi et invictissimi dñi Wenceslai Regis Romanorum semper Augusti et Boemie Regis, Ambaxiatores dicti dñi Regis.

XII.

Cardinalibus commissariis, ut ad sublevandam ecclesiam Romanam contra rebelles nonnulla bona ecclesiarum, monasteriorum etc. in Urbe eiusque districtu oppignorare, vel etiam alienare possint.
Reg. Tom. I. fol. 260.

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis Bartolomeo tituli sancte Potenciane presbitero, et Marino sancte Marie nove diacono Cardinalibus, salutem etc. Decens reputamus et debitum, ut pro defensione bonoris et status Romane ecclesie et sponse nostre, que a nonnullis iniquitatis alumpnis, qui in eadem ecclesia scisma posuerunt, eam falsis machinacionibus impugnare satagentibus diversa dampna et iniurias patitur, ad ecclesiarum aliarum possessiones et bona, cum necessitas id exigit, recurramus. Cum itaque pro defensione dicte ecclesie et terrarum suarum ad presens nos oporteat magna subire onera expensarum, ad que Camera apostolica, quam nostris apostolatus primordiis pecuniis omnino exhaustam et magnis debitis gravatam reperimus, nullatenus sufficere potest, de vestra circumspectione specialem in dño fiduciam obtinentes, circumspectioni vre impignorandi usque ad tempus et sub modis, condicionibus et formis, de quibus vobis videbitur, Castrum Civitatisnove Velletrensis diocesis, ad monasterium sancti Laurencii extra muros Urbis pertinens, cum omnibus iuribus et pertinenciis suis pro summa sex milium florenorum auri, necnon vendendi seu distrahendi ac eciam impignorandi et obligandi ac alienandi imperpetuum, vel ad tempus tot de possessionibus et bonis tam mobilibus quam immobilibus et se moventibus ecclesiarum ruralium et aliorum beneficiorum curam animarum non habencium quorumlibet in Urbe vel eius districtu consistencium, quod eorum precia et valores usque ad similem summam sex milium florenorum auri ascendant, auctoritate apostolica, eciam iuris solemnitatibus non servatis, et sine consensu et voluntate Abbatis et Conventus dicti monasterii sancti Laurencii, et aliorum quorumcunque prelatorum, Capitulorum seu Conventuum vel personarum ecclesiarum, monasteriorum et beneficiorum predictorum, et eciam eis invitis et irrequisitis, et omnia alia et singula in premissis et eorum quolibet necessaria et oportuna faciendi et exercendi, quibuscumque Constitutionibus apostolicis aut statutis et consuetudinibus dicti sancti Laurencii et aliorum monasteriorum, ecclesiarum at beneficiorum predictorum, necnon privilegiis seu litteris apostolicis contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus, plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem. Datum Rome apud S. Petrum vii. Idus Decembris, Pont. nostri anno secundo.

XIII.

Fratribus de Malatestis et eorum filiis conceditur vicariatus civitatum Ariminensis, Fanensis et Forosinfroniensis.
Ex cod. Vicariat. fol. 53. et Reg. Tom. I. fol. 299.

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis Nobilibus viris Karolo et Pandulpho ac Malateste et Galeocto quondam Galeocti de Malatestis militis natis fratribus domicellis, in Ariminensi, Fanensi ac Forosinfroniensi Civitatibus eorumque Comitatibus, districtibus necnon sancti Martini in Uniti ac Molazani, Vizani de Corpalo et sancti Pauli ac Trebii Insule Gualtrixiorum, Carticeti, Barni, Piccoli ae alterius Carticeti et sancti Blasii Villis et Castris Ariminensis, Fanensis et Forosinfroniensis diocesum, ad Romanam ecclesiam pleno iure at immediate spectantibus, pro nobis et eadem ecclesia in spiritualibus Vicariis generalibus, salutem etc. Dum onus universalis gregis dominici superna disposicione nobis iniunctum diligenter attendimus, considerantes[que], quod nequimus circa singula per nos ipsos exsolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam probatos viros, in quibus timor domini sanctus permanet, in solicitudinis nostre partem assumimus, ut ipsis vices nostras supplentibus ac eorum corporacione laudabili nostri oneris gravitatem relevantibus, ministerium nobis commissum, favente divina gracia, facilius et efficacius exequamur. Et quia inter ceteras varias multiplicesque curas, quibus assidue premimur, illa potissime pulsat et excitat mentem nostram, ut circa regimen at gubernacionem Civitatum, Comitatuum, Terrarum et Castrorum, presertim Romane ecclesie immediate subiectorum viros deputemus ydoneos, fida preclaros, providencia circumspectos, rectitudine iustos, experiencia doctos et sollicitudine vigiles, qui statum ac honorem dicte ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subiectos non gravent, et sine personarum acceptione iusticiam administrent, sicque prudenter at iuste populos gubernent et regant, quod iidem populi et subiecti nostri laudabiles se recepisse Rectores et gubernatores providos merito glorientur, attendentes eciam inconcusse fidelitatis constanciam, quam ad nos et eandem ecclesiam Romanam geritis, et quod vos iam per aliqua tempora

Civitates Ariminousem, Fanensem et Forosinfroniensem, earumqne Comitatus et districtus, necnon sancti Martini in Uniti ac Molazani, Vyzani de Corpalo ot sanoti Pauli ao Trebii Insnlo Gnaltrixiorum, Carticeti, Barni, Piccoli ac alterius Carticeti et sancti Blasii Villas et Castra Ariminensis, Fanensis et Forosinfronionsis diocesum ad eandem Romanam ecclesiam spectantes dicto genitori vr̃o, et vobis in Vicariatum per sedem apostolicam hactenus concessos beno et landabiliter rexistis et gubernastis, pront adhne regitis et gubernatis, necnon circumspectionis industriam ae alias multiplices virtutes, quibus vos dñus earum largitor multipliciter insignivit, ac volentes nostris et eidem ecclesie snbditis do ntilibus ot providis gubernatoribus providore, ot sperantes indnbie, qnod ea, qno vestris sagacibus studiis duxerimus committenda, promptis affectibus et exacta diligencia vestra devote, prudenter et fidoliter oxeqnetur, absolventes vos et vestrum qnemlibet per presentes ab omnibus excommunicacionis et aliis sentenciis ac penis, si quas forsan non servando contenta in predicta concessione Vicariatus Civitatum, Comitatuum, districtuum, Terrarum ot Castrorum predictorum per eandom sedem dicto Galeoeto genitori vestro predicto, et vobis filiis suis, nt prefertur, facta, aut contra ea seu eorum aliqua voniendo, sen ex quavis alia causa incurreritis, ac ipsas sentencias, penas et processus qnoslibet propterea contra vos son vestrum aliqnos vel aliquem ab homine vel a iure qualitercumqne inflictas, latas et promulgatas sen factos, in quantum publicum ent nostrum seu dicte ecclesie, aut Camere apostolice concernunt interesse, tollentes et cassantes penitus et irritantes, vos et vestrum qnemlibet ad iura omnia, famam, honores, dignitates, status pristinos et in integrum restituentes harum serie et reponontes, ac si predictas sentencias et penas non incurrissetis, et contra concessionem predictam et contenta in eadem seu eorum aliqua minime venissetis, vos et quemlibet vr̃um, qnoad vixeritis, vobisqne cedentibus vel decedentibus, filios vestros masculos legitimos et naturales ex vobis immediate descendentes, natos et nascituros, eciam qnoad vixerint, Vicarios nostros in temporalibus generales Civitatum, Comitatuum, districtuum ot Castrorum ac villarum supraseriptorum et pertinenciarum ipsorum, ita qnod uno vestrum sen pluribns decedentibus sine legitimis liberis, superstitem ot superstites ex vobis, si vero filiis superstantibns, ipsos filios nnum vol plures loco ipsorum decedencium Vicarinm sen Vicarios, nt prefertur, dummodo persistatis et persistant et continuatis ot continuent in debita obediencia, fidelitate nostra et eiusdem ecclesio, auctoritate apostolica et de fratrum nostrorum consilio tenore presencinm facimus, coustituimus et eciam deputamus, vobis et cuilibet vestrum, ac ipsis filiis vestris et ipsorum cuilibet curam, regimen et gubernacionem ac administracionem Civitatum, Comitatuum, districtuum, Castrorum, villarum et pertinenciarum per vos vel alinm sen alios, ac ipsos filios vestros cum illis mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam sen alios pro ea diucius exercita fuerunt, et per vos presencialiter oxercentur, ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie statumque pacificum et tranquillum Civitatum, Comitatuum, districtuum, Castrorum et villarum predictorum, necnon civium, Communitatum, Universitatum, incolarum et habitatorum ipsorum inste et fideliter exercendi potestatem plenariam committentes, vobisqne et ipsis filiis vr̃is durante Vicariatu huiusmodi per vos et ipsos, vel alium sen alios inibi qnoscunqne Potestates, Indices et officiales ydoneos, qui possint et debeant qnestiones quaslibet tam civiles quam criminales, et alias cuiuscumque speciei vel generis motas vel movondas ad forum Civitatum, Comitatuum, districtuum, villarum et Castrorum predictorum, et euiuslibet corum racione contractus, debiti vel rei, do qua agetur, aut alias quovis modo de iure vel approbata et prescripta consnetudine pertinentes, exceptis criminibus heresis et lese maiestatis, audire et do eis previa racione cognoscere, easqno fine debito terminare et execucioni debite domandare, constituendi, creandi et faciondi, removendi et destituendi, et alios, qnos plecuit, doputandi, necnon colligendi, habendi, exigendi et percipiendi et durante huiusmodi Vicariatu vestris usibus applicandi omnia et singula consueta et debita telonea, pedagia et omolumenta, fructus, redditus, proventus ot introitus, qnocumque nomine censeantur, ad nos et dictam ecclesiam in Civitatibus, Comitatibus et districtibus, Castris, Villis pertinencia predictis, ita tamen quod ox hoc Universitates et singulares persone Civitatum, Comitatuum, districtuum, Castrorum et Villarum predictorum absque ipsorum expressa voluntate ultra consuetum modum non graventur, et de ipsis omnibus et singulis debitis ac pedagiis, emolumentis et introitibus, durante huiusmodi Vicariatu, pront vobis videbitur, disponendi, ita qnod de administratis ot administrandis por vos et ipsos filios vestros, sen officiales vestros nobis aut prefate ecclesie, vel alicui alii eius nomine nullam teneamini nec teneantur reddere racionem, alienacione tamen bonorum et iurium ipsius ecclesie vobis penitus interdicta, ac per vos et ipsos filios vestros, vobis cedentibus vel decedentibus, vel alium seu alios, quibus id commiseritis et commiserint, huiusmodi Vicariatu durante, merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem predicta, preterqnam in casibus superius expressis et exemptis, exercendi, nec non contradictores qnoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia et singula, que honori nostro ac eiusdem

ecclesie, ac pro statu pacifico et tranquillo Civitatum, Comitatuum, districtuum, Castrorum, Villarum, ac civium, Communitatum, Universitatum, incolarum et habitatorum expedire cognoveritis, faciendi, statuendi, ordinandi, mandandi, corrigendi, puniendi, diffiniendi, sententiandi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem: ita tamen quod de huiusmodi consuetis et debitis fructibus, redditibus et proventibus ac introitibus et aliis quibuscumque pedagiis et emolumentis teneamini Civitates, Comitatus, districtus, Villas et Castra, eorumque arces et fortalicia ac Rocchas vestris expensis et sumptibus fideliter et diligenter reparare, manutenere, conservare, defendere ac eciam custodire, ac omnia alia ipsorum consueta onera supportare, absque eo quod dicta ecclesia vobis vel alicui vestrum pro huiusmodi Vicariatu, Rectoria, gubernacione, reparacione, refectione, conservacione, custodia et oneribus supportandis subvenire in aliquo teneatur.

Et nichilominus singulis annis, quibus huiusmodi Vicariatum, Rectoriam et gubernacionem exercebitis et filii vestri, ut prefertur, exercebunt, de huiusmodi emolumentis, introitibus, redditibus et proventibus pro censu et nomine census Civitatum, Comitatuum, districtuum, Villarum et Terrarum predictorum nobis et Romane ecclesie seu Camere apostolice in Urbe Romana, aut ubi nos vel successores nostri canonice intrantes residebimus, aut Romana Curia fuerit, censum consuetum et constitutum et in terminis deputatis et consuetis, prout in bullis Vicariatus dicto Galeotto genitori vestro concessis plenius est expressum, vestris et ipsorum filiorum vestrorum periculis, fortuna, sumptibus et expensis dare et assignare ac solvere, nec non militare subsidium et alia servicia tam in concessionibus dudum per felicis recordacionis Innocentium VI. et bone memorie Egidium tituli sancti Clementis presbiterum Cardinalem, apostolice sedis Legatum, de ipsius Innocentii predecessoris speciali mandato prefato genitori vestro de ipsis Civitatibus, districtibus, Villis et Terris factis, quam prorogacione per Urbanum V. predecessores nros Romanos Pontifices contenta facere, attendere et adimplere fideliter teneamini et filii vestri teneantur, causas tamen omnium et singularum appellationum et nullitatum quarumlibet tam criminalium quam civilium, et alia quelibet superioritatis iura nobis ac successoribus nostris et Legatis, ac Rectoribus provinciarum nostrarum Romandiole, Marchie Anconitane ac Massetrabarie, qui sunt et erunt pro tempore, expresse et specialiter retinemus, et etiam reservamus, salvis tamen et reservatis in hoc casu quibuscumque privilegiis et indultis dictorum Civitatum, Comitatuum et districtuum, ac Villarum et Castrorum et pertinenciarum predictorum in hac parte competentibus, si qua forent, quibus non intendimus propterea derogare. Volumus insuper et huiusmodi Vicariatus constitucioni adiicimus per presentes, quod cives, Communitates, Universitates incole et habitatores predicti ad parlamenta generalia accedere, et affictum Camere apostolice, sicut olim consueverunt, solvere teneantur, quodque vos et dicti filii vestri, ac officiales vestri et ipsorum, quos ad hoc duxeritis et duxerint deputandos, Civitates, Comitatus et districtus, ac Villas et Castra supradicta, necnon cives, Communitates, Universitates, incolas et habitatores supradictos huiusmodi durante Vicariatu regatis, et gubernetis secundum iura et constituciones et statuta Civitatum, Comitatuum et districtuum, ac Villarum et Castrorum predictorum et pertinenciarum eorumdem, et alia per dictam ecclesiam vel alium ad hoc ab ea potestatem habentem tam edita et approbata, quam imposterum edenda et approbanda, et quod omnia statuta, si qua essent in eisdem Civitatibus, Comitatibus et districtibus ac Villis et Castris suprascriptis contra Romanam ecclesiam et libertatem ecclesiasticam, ecclesias ecclesiasticasque personas seu eorum bona, cassetis et faciatis totaliter aboleri, et quod eis non utamini nec filii vestri utantur, nec eas servetis nec servent, seu receptetis aut receptent rebelles et bannitos eiusdem ecclesie, nec directe vel indirecte faciatis nec faciant per alios receptari, nec eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel favorem dari seu prestari ullo modo permittatis nec permittant, quin pocius quoscumque ex eis in vestrum aut ipsorum filiorum vestrorum pervenientes potestatem, quociens super hoc a Legato sedis apostolice vel Rectoribus dictarum provinciarum, aut aliis dicte ecclesie officialibus, ad quos ratione officiorum suorum id pertineret, requisiti fueritis, bona fide capi faciatis et faciant, et ad huiusmodi requirentes sub fida custodia destinari. Quodque vos omnes gentes et armigeros tam equestres quam pedestres per Legatum seu Rectores prefatos, vel alium a dicta ecclesia seu Legato vel Rectoribus huiusmodi ad hoc deputandum, quocienscumque transmissos in Civitatibus, Comitatibus et districtibus, ac Villis et Castris suprascriptis recipere et receptare, ac recipi et receptari, nec non benigne tractari, eisque de victualibus et aliis necessariis provideri pro competenti pretio sive foro iuxta posse vestrum facere teneamini, et filii vestri teneantur. Quodque cives, Communitates, Universitates, incole et habitatores Civitatum, Comitatuum et districtuum, Terrarum, Villarum, Castrorum et aliorum locorum prefatorum et cuiuslibet eorumdem in manibus vestris seu alicuius vel aliquorum ad id per vos deputandi vel deputandorum iuramentum debite fidelitatis servando nobis vel successoribus nostris, ac vobis et filiis vestris Vicariis nostris et dicte ecclesie in congruum ad hoc per nos moderandum terminum prestare corporaliter teneantur.

Volumus insuper, quod officiales, stipendiarios, provisionatos, salariatos, consanguineos et alios quoslibet, quos vos successivis temporibus ad regimen, gubernacionem seu custodiam Civitatum, Comitatuum, districtuum, ac villarum et castrorum predictorum et cuiuslibet eorum deputare, aut alias vobiscum aut cum dictis filiis vestris habere et tenere contigerit, antequam eos recipiatis et recipiant et admittatis et admittant, vel vobiscum teneatis aut ipsi filii cum eis teneant, in manibus Legati vel Vicarii generalis ecclesie predicte in partibus illis, si ipsi vel eorum alter in eisdem partibus fuerint seu fuerit, alioqnin Rectoris provincie Romandiole sive alicuius alterius ab aliquo ipsorum Legati, Vicarii vel Rectoris deputandi corporale prestari faciatis et faciant iuramentum, quod ipsi nullo modo, ingenio sive forma consentient aut permittent posse suo, quod Civitates, Comitatus et districtus, ac ville et castra suprascripta, vel aliquod eorum, Vicariatu durante prefato, a vestris et ipsorum filiorum vestrorum regimine, gubernacione et administracione, ac fidelitate et devocione dicte ecclesie quomodolibet subtrahantur, et cuiusvis alterius persone singularis vel Universitatis potestati, dicioni vel dominio, ad hoc nostro vel dictorum successorum nostrorum non interveniente consensu, quomodolibet supponantur, quin pocius, ne id fiat, obsistent totis viribus, et se opponent ac toto posse fideliter repugnabunt, et facient, quod Civitates, Comitatus et districtus, ac ville et castra predicta necnon cives, Communitates, Universitates, incole et habitatores sepedicti in vera fidelitate, obediencia et devocione nostra vel successorum ac ecclesie officialiumque ipsorum permaneant illibata. Quodque Civitates, Comitatus et districtus, ac terre, ville et castra et alia loca predicta huiusmodi Vicariatu finito ad potestatem, dominium ad manus nostras vel successorum nostrorum libere revertantur, ipsosque Civitates, Comitatus et districtus, ac villas et castra huiusmodi procurabunt toto posse et sine fraude ipso Vicariatu finito tradere et assignare nobis aut successoribus nostris, seu Legato de latere vel Vicario generali tunc in illis partibus existenti, aut Rectoribus provinciarum, in quibus Civitates, Comitatus et districtus, ac ville et castra prefata consistere dignoscuntur, aut alteri ad id per nos vel successores nostros, vel Legatum de latere seu Vicarium generalem aut provinciarum predictarum Rectores, et apostolica sede vacante nullo existente Legato vel generali Vicario seu Rectore per collegium s. Romane ecclesie Cardinalium deputando, vosque, ut id sequatur et fiat, procuretis oportunis provisionibus et remediis bona fide. Preterea volumus et huic Vicariatui adiicimus per expressum, quod exnunc singulis decem annis huiusmodi Vicariatu durante per vos vel procuratorem vestrum, ad hoc a vobis sufficiens mandatum habentem, coram nobis, seu illo vel illis, cui vel quibus id duxerimus, vel successores ipsi duxerint committendum, de Civitatibus, Comitatibus et districtibus, ac villis et castris supradictis fideliter regendis et gubernandis, ac fidelitatis et alias in forma suprascripta prestetis solitum et debitum, ac per te Karolum pro te et dictis fratribus tuis in manibus nostris prestitum iuramentum, quodque vobis vita functis predicti filii vestri infra sex menses a die obitus vestri seu illius cui succedent, personaliter, ac deinceps huiusmodi Vicariatu durante etiam singulis decem annis teneantur et debeant per se vel procuratorem suum, ad hoc sufficiens mandatum habentem, coram nobis vel successoribus Romanis pontificibus, seu illo vel illis, cui vel quibus id duxerimus vel successores nostri duxerint committendum, predictos Civitates, Comitatus, districtus, villas et castra, necnon Vicariatum, regimen, gubernacionem et administracionem a nobis et successoribus nostris et Romana ecclesia cognoscere, ac fidelitatis et alias in forma suprascripta prestare solitum et debitum iuramentum. Quodque si forsan voluntates, reservaciones, retenciones et alia superius expressata, ac iuramentum per vos et ipsos filios vestros iuxta formam inferius annotatam prestandum, et contenta in eo non servaveritis et ipsi filii non servaverint, seu non adimpleveritis et adimpleverint, aut contra ipsa vel eorum aliquod temere per vos vel alium seu alios feceritis et ipsi filii vestri fecerint, sive veneritis et venerint, et culpam vestram super hoc legitime moniti infra trium mensium spatium, a monitionibus huiusmodi tempore computandum, congrua satisfactione non correxeritis et correxerint, et dictum censum non solveritis et non solverint in terminis supradictis, eo ipso excommunicationis sentenciam, quam in vos et ipsos filios et vestrum et ipsorum quemlibet, qui premissa non servaverit, ut prefertur, ex nunc eo casu ferimus in hiis scriptis, incurratis, et a nemine preterquam a nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus, nisi dumtaxat in mortis periculo, veniatis absolvendi, et nichilominus ab omni exercitio Vicariatus, regiminis, gubernacionis et administracionis predictorum vos suspendimus ipso iure, illudque vobis penitus inhibemus, et si infra tres alios menses huiusmodi primos tres menses immediate sequentes predicta non curaveritis, et ipsi filii vestri non curaverint cum effectu debito reparari, extunc ab ipsis Vicariatu, regimine, gubernacione et administracione ac omni iure vobis et ipsis filiis exinde quomodolibet competente vos et ipsos filios privatos esse volumus, et tenore presentium declaramus. Postremo omnes ambiguitates seu dubia, qui pretextu vel occasione concessionis, constitucionis, voluntatis, reservacionum, retencionum et condicionum superius dictarum, aut

aliquorum aliorum presentibus expressorum quovismodo et quocienscumque imposterum orirentur, ac ipsorum omnium interpretacionem ac declaracionem ad nos et successores nostros, et nullum alium volumus pertinere, iuxta nostrum vel successorum nostrorum voluntatis arbitrium faciendas, mandantes quoque districtius Civitatum, Comitatuum, districtuum ac villarum et castrorum predictorum civibus, Communitatibus, Universitatibus, incolis et habitatoribus prelibatis, quod vos et post cessum vel decessum vestros dictos filios vestros tamquam Vicarios et Rectores suos benigne recipientes et honorifice pertractantes, vobis et ipsis filiis vestris tamquam nris Vicariis et eorum Rectoribus, et aliis vestris et ipsorum filiorum officialibus, quos in eisdem Civitatibus, Comitatibus et districtibus, ac villis et castris predictis duxeritis, et ipsi filii vestri duxerint deputandos, in omnibus, que ad Vicariatus et Rectorie huiusmodi spectant officium, vobis et ipsis filiis ac officialibus vestris, ipso durante Vicariatu, iuxta presentis nostre constitutionis tenorem intendere studeant et efficaciter obedire. Vos igitur ex traditis vobis dono celesti virtutibus circa Civitatum, Comitatuum et districtuum ac villarum et Castrorum predictorum regimen prosperum et tranquillum ita diligentes exhibeatis, et etiam studiosos ac ipsos filios vestros, prout erit vobis possibile, erudire, instruere et docere studeatis, quod cives, Communitates, Universitates, incole et habitatores prelibati utilibus gubernatoribus et rectoribus providis gaudeant se commissos, vosque et ipsi filii vestri provide apud deum et homines valeatis et valeant merito commendari, ac nostram et ecclesie predicte benedictionem et gratiam uberius promereri.

Formam autem iuramenti, quod racione huiusmodi Vicariatus suo et vestro nominibus Karolus prefatus frater vester in nostris manibus prestitit, pro quibus eciam coram nobis de rato promisit et se solempniter et sponte obligavit, et quod vos et filios vestros in dictis terminis prestare volumus, ut prefertur, ut per eam plenius informemini, presentibus inseri fecimus: que talis est. Ego Karolus quondam Galeocti de Malatestis militis natus etc. ut supra pag. 5. et 21.

Nulli ergo etc. nostre constitutionis, deputationis, concessionis, retentionis, reservationis, adiectionis, suspensionis, declarationis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum III. Nonas Ianuarii, Pont. nri anno secundo.

XIV.

Electo Cortonensi, ut Wenceslaum Romanorum regem in laudabili proposito pro recipienda imperiali corona Romam veniendi confirmet, eique ad hoc decimas unius anni ie Bohemia et Germania concedat. *Reg. Tom. I. fol. 319.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Ubaldino Electo Cortonensi, Referendario nostro, fructuum et proventuum in Civitate et diocesi ac provincia Pragensi Camere apostolice debitorum Collectori, apostolice sedis nuncio, sal. etc. In laudis iubilum exultans mater ecclesia leta consurgit ad dominum sibique refert plenitudinem graciarum. Dum Carissimum in Christo filium nostrum Wenceslaum Regem Romanorum Illustrem veluti christianissimum principem circa exaltacionem fidei catholice fervere indefesse promptitudinis studio intuemur, letamur, [in qua] et nos, dum mente revolvimus magnifica sue celsitudinis opera, que conatur laudabiliter in exterminium scismaticorum adimplere, gaudemus eciam et merito, quod ipse celestis benedictionis et gracie rore perfusus ea, que sunt in oculis divine maiestatis accepta, et que eciam sacrosancte Romane ac universalis ecclesie ac Romani Imperii exaltacionem et statum respiciunt, studio diligentis indagacionis exquirens illa prosequi et efficere nititur virtutibus studiosis. Sane nuper tam ex litteris quam ex relatione certorum nunciorum dicti Regis percepimus, quod ipse Rex pro suscipiendo Imperiali diademate almam Urbem Romanam accedere disposuit et disponit infra breve: Nos ipsius Regis laudabile propositum in dño commendantes, ac sperantes, quod per huiusmodi eius adventum in Italiam et susceptionem diadematis huiusmodi pax universali ecclesie et terris Imperii proveniet, sedabuntur scandala, dissidentes et discordes ad pacem reducentur, et propterea volentes prefato Regi, ut expensarum onera, que in huiusmodi veniendi itinere cum suo felici exercitu ipsum Regem necessario oportet subire, facilius valeat supportare, de alicuius subvencionis auxilio providere, ac considerantes, quod id, quod pro universorum commodo disponitur, eciam universi ad ea favores et auxilia prebere tenentur, deliberacione super hoc prehabita diligenti, decimam unius anni omnium reddituum et proventuum ecclesiasticorum in Regno Boemie et terris, tam dicioni predicti Regis racione Regni Boemie et alias subiectis, quam eciam Romani Imperii per Alamaniam, et eciam in terris Patriarchatus Aquilegensis ad Patriarcham Aquilegensem, qui est pro tempore, et ecclesiam Aquilegensem qualitercunque pertinentibus, necnon in Wratislaviensi et Aquilegensi ac eciam in illis Civitatibus et diocesibus, que venerabili fratri nostro ..... Archiepiscopo Pragensi, apostolice sedis Legato nato, racione legacionis huiusmodi subesse dinoscuntur, consistencium in certis terminis per te statuendis solvendam, et eciam exigendam ab omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis ceterisque prelatis et personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, huiusmodi redditus et proventus in Regno et terris ipsis obtinentibus, et infra dictum annum obtenturis, cuiuscunque preeminencie, dignitatis, status, religionis, ordinis vel condicionis

existant, quibus aut eorum alicui nulla privilegia et indulgencias sub quacunque verborum forma vel expressione concessa quo ad hoc volumus suffragari, preterquam a venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus buiusmodi redditus et proventus inibi obtinentibus et obtenturis imposterum, qui nobiscum assidue indifessis laboribus onera universalis ecclesie sorciuntur, necnon a dilectis filiis hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani et beate Marie Theotonicorum Magistris, Prioribus, Preceptoribus et fratribus, qui contra hostes fidei christiane exponunt iugiter se et sua, et preterquam a personis ecclesiasticis in Civitatibus, Terris atque locis, que per dilectos filios nobiles viros Stephanum et alios Duces Bavarie consanguineos eiusdem Ducis Stephani mediate vel immediate ubique tenentur, consistentibus, in quibus quidem Civitatibus, Terris atque locis Ducum et consanguineorum Stephani Ducis predicti prefato Stephano Duci ex certis causis racionabilibus eciam decimam unius anni duximus concedendum, quos Cardinales, Magistros, Priores, Preceptores et fratres, ac personas ecclesiasticas in Civitatibus, Terris atque locis dicto Stephano Duci concessis consistentes a prestacione huiusmodi decime exemptos esse volumus et immunes, solvendam, exigendam et colligendam, ac in relevamen onerum expensarum itineris dicti Regis veniendi pro susceptione diadematis huiusmodi convertendam imposuimus, et imponimus per presentes, volentes quod huiusmodi decima per te, qui fructuum et proventuum in dicto Regno, ac Civitate et diocesi ac provincia Pragensi Camere apostolice debitorum collector existis, et quem eiusdem decime Collectorem deputavimus, et tenore presentium deputamus, et Succollectores tuos, videlicet diocesanos locorum vel alios, de quibus tibi videbitur, clericos dumtaxat, quos tu ad id deputabis, ab ipsis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et Prelatis ac personis aliis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, in Regno et terris, Patriarchatu ac Civitatibus et diocesibus predictis redditus et proventus buiusmodi, ut prefertur, habentibus, et infra dictum annum habituris, preterquam a predictis Cardinalibus, Magistris, Prioribus, Preceptoribus et fratribus, ac personis ecclesiasticis in Civitatibus, Terris atque locis dicto Stephano Duci concessis consistentibus, de ipsis dumtaxat redditibus atque proventibus colligatur, et eciam exigatur sine iniuria et oppressione quacunque et quorumcunque, ita quod per te vel Succollectores predictos ad redditus et proventus ecclesiasticos extra Regnum et terras, Patriarchatum et Civitates ac dioceses predicta consistentes compulsionis officium nullatenus extendatur. Primum enim terminum solucionis medietatis decime huiusmodi statuimus et esse volumus festum Assumptionis beate Marie Virginis proxime futurum: secundum vero terminum solucionis alterius medietatis ipsius decime festum Nativitatis domini nostri Ihesu Christi extunc immediate secuturum. Denique volumus, quod huiusmodi decime exactio fiat secundum taxacionem decime in dictis Regno, terris, Patriarchatu, Civitatibus et diocesibus factam, vel ubi nulla huiusmodi taxacio certa fuit facta, secundum modum, morem et consuetudinem in exactione et solucione huiusmodi decime in illis partibus hactenus observatis, et sine aliquo onere illorum, a quibus huiusmodi decima exigatur. Et ne de moneta, in qua fiet et fieri debebit solucio dicte decime, valeat hesitari, vitenturque gravamina, que propter hoc viri ecclesiastici pati possent, volumus, quod per te et Succollectores prefatos ipsa decima ad monetam in prefatis Regno, Terris, Patriarchatu, Civitatibus et diocesibus communiter currentem levetur et eciam exigatur, et tibi et Succollectoribus predictis nomine Camere nostre apostolice recipientibus persolvatur iuxta Constitucionem super hoc editam in Concilio Wiennensi, ita quod pretextu alicuius cambii debitores et solutores dicte decima non graventur: quodque circa hoc iuxta Constitucionem eiusdem Wiennensis Concilli calices, libri et alia ornamenta ecclesiastica divinis officiis deputata ex causa pignoris, vel alias occasione dicte exactionis nullatenus capiantur, distrahantur vel eciam occupentur. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus decimam ipsam a prefatis Patriarchis, Archiepiscopis, Epis, Prelatis et personis ecclesiasticis de ipsorum ecclesiasticis redditibus et proventibus, quos infra Regnum et terras, Patriarchatum, Civitates et dioceses predicta obtinent et per dictum annum obtinebunt, preterquam a Cardinalibus, Magistris, Prioribus, Preceptoribus et fratribus, et aliis pro dicto Stephano duce deputatis supradictis per te vel alium seu alios exigere et colligere studeas diligenter: Nos enim tibi prefatos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Prelatos et personas ecclesiasticas huiusmodi redditus et proventus infra prefata Regnum, terras, Patriarchatum ac Civitates et dioceses obtinentes et infra huiusmodi annum, ut premittitur, obtenturos, Cardinalibus, Magistris, Prioribus, Preceptoribus et fratribus et pro dicto Duce deputatis dumtaxat exceptis, ad solvendum tibi vel a te deputandis dictam decimam in eisdem terminis auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam, et eciam per sequestracionem ipsorum redituum et proventuum in eisdem Regno et terris, Patriarchatu ac Civitatibus et diocesibus consistencium, si expediens fuerit, per te vel alium seu alios compellendi, et invocandi ad hoc, si opus fuerit, auxilium brachii secularis, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem, Non obstantibus tam felicis recordacionis Bonifacii pape VIII.

predecessoris nostri, ac de una et de duabus dietis in Concilio generali, quam aliis Constitucionibus apostolicis quibuscunque, seo si eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prelatis et aliis personis ecclesiasticis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, qood ad solucionem huiusmodi decime minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari, aot extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas, que de indulto huiusmodi et toto eius tenore, ac de verbo ad verbum et propriis ipsorum ordinum, locorum et personarum nominibus plenam et expressam non fecerint mencionem, et quibuslibet privilegiis, indulgenciis, exemptionibus et litteris apostolicis quibuscunque dignitatibus seu ordinibus, et specialiter sanctorum Benedicti et Augustini, Cluniacensi, Cistercicusi, Premonstratensi, Carthusiensi, Grandimontensi, Vallis umbrose et Camaldulensi, et ipsorum Universitatibus generaliter vel specialiter sob quacunque forma, vel expressione verborum a memorata sede concessis, de quibus quorumque totis tenoribus, ac de verbo ad verbum in nostris litteris plena et expressa mencio sit habenda. Ad hec volumus, quod predicti ordinarii de fructibus, redditibus et proventibus suis ecclesiasticis huiusmodi decimam fideliter et integre persolvant, ita qnod sibi circa hoc non indulgeant, sed in hoc agant bona fide, ac si tali officio in extraneis fungerentur, quodque ipsi ordinarii in scriptis redigi faciant, quidqoid pro dicta decima de ipsorum proventibus ecclesiasticis duxerint persolvendum. Eciam volumus tibique eadem auctoritate concedimus, quod tu, necnon a te deputandi illos de Regno et terris, Patriarchatu oc Civitatibus et diocesibus predictis, quos ex defectu non focte solucionis huiusmodi decime excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentencias incurrisse contigerit, ab eisdem senteuciis post satisfactionem debitam, facta prius tibi fide vel huiusmodi deputandis de satisfactione huiusmodi, absolucionis beneficium impendere valeatis, et super irregularitate, si quam forte sic ligati, non tamen in contemptum clavium, celebrando divina vel immiscendo se illis contraxerint, possitis eciam dispensare. Ceterum qoia forsan nonnulle ex personis ecclesiasticis supradictis adeo pauperes sunt, quod ad solucionem huiusmodi decime impotentes existerent, volumus, quod ad illos de Regno, terris, Patriarchatus ac Civitatibus et diocesibus predictis, qui per te summarie et de plano reperti fuerint in solucione huiusmodi decime in predictis terminis facienda, ut premittitur, impotentes, super quo tuam conscienciam oneramus, relaxes prefatas sentencias, et super irregularitate, si quam sic ligati, non tamen in contemptum clavium, celebrando divina aut immiscendo se illis contraxerint, cum eisdem eciam auctoritate apostolica dispenses et facias dispensari: nostre tamen intencionis existit, quod hii, quorum facultates ad integram solucionem huiusmodi decime, supportatis aliis oneribus consuetis, non suppetunt ultra quam iuxta suarum huiusmodi facultatum exigenciam commode possint, illi vero, qui de illa decima nichil solvere poterunt, super qua impotencia tuam eciam conscienciam oneramus, ad solvendum aliquo pretextu imposicionis huiusmodi nullatenus compellantur. Nos enim tibi et Succollectoribus per te deputandis, et vestrum cuilibet quitandi, liberandi et absolvendi illos, a quibus huiusmodi decimam receperitis, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Tu igitur premissa sic exequi studeas solicite et prudenter, quod de bona diligencia et providencia possis apud nos merito commendari. Datum Rome apud Sanctum Petrum x. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

XV.

Nuntio apostolico, ut res Italiae collapsas componat et pacem inter Galeatium de Vicecomitibus et Florentinos Bononiensesque instauret. *Reg. Tom. II. fol. 106.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Ricardo Carazulo hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani Magistro, apostolice sedis nuncio, salutem etc. Dum peccatis exigentibus, faciente humani generis inimico, suspiciones graves, que multa mala comminabantur, viderentur exorte, et adhuc partes laburent, ne ad congressus bellicos foret processum: Nos, quem non pretereont incommoda filiorum, suspiciones huiusmodi, ne malos fructus parerent, de medio tollere satagentes, et bonam sinceritatem animis inserere, et preparatis ac properantibus periculis obviare, nos inter dilectos filios nobilem virum Galeaz de Vicecomitibus Comitem Virtutum, eiusque colligatos et adherentes ex una parte, ac Florentine et nostre Bononiensis Civitatum Communitates, eorumque colligatos et adherentes ex altera medios statuimus, et ad effectum fuimus, quantum licuit, operoti, sed incassum, cum nondum debita hora venisset. Postea vero, quod dolenter referimus, parcium exasperatis animis grave et calamitosum, et ut ita dixerimus, plus quam civile bellum, nam una et eadem mater Italia partes eduxit in lucem, et in gremio continet atque nutrit, secutum est, et magnis alterutriusque dispendiis mordacibusque et indesinentibus curis geritur de presenti, et ne quid ad miseriarum cumulum desit, ad populacionem, confusionem et exinanicionem eiusdem nostre Italie extere et inimice nationes, et quod magis pudendum et dolendum est, cum summis premiis et grandibus instanciis asciscuntur, et ubi vires Italicas in hostium et infidelium capita converti et retorqueri deceret, mutuis et acerrimis odiis et supremis conatibus exhau-

riuntur, et insimul collidunt et invicem confunduntur, nec desunt illa, que funesta bella secum trahunt, pericula videlicet animarum, infernalibus furiis exagitare cogitaciones, impetuosi furores, nocendi aviditas, dolus malus, dolores acceptorum damnorum et atrox sollicitudo recompense, et omnes alie male animi passiones, que recto sunt plurimum inimice consilio, crudeles corporum mortes, mutilaciones, debilitaciones, immensa effusio sanguinis christiani, honestarum matronarum et virginum raptus, turpes infamie innocencium, captivaciones et spolia, exinanicio publici privatique errarii, incendia, demoliciones, prede et earum artium, quibus imbecillitas humana sustentatur, vacacio dampnosa, et mirabile dictu, quamplurimi in pace quieti atque sedati in bellis mutata condicione efferuntur in rabiem, accedunt et alia immensa et infausta mala, que enumerare longum foret. Premissa namque dum in consideracionem adducuntur, nos teuerrime commovent et conturbant, et cum anxia nos cura solicitant, ut cum partes ambe sacrosanctam Romanam et universalem ecclesiam fide stabili et voluntate unanimi venerentur, easque sinceris et plenie caritatis affectibus completamur, inter partes ipsas pacem et tranquillitatem adducere, ac huiusmodi infestum bellum eiusque radices extirpare totis viribus enitamur. Et quia a deo, qui mittitur, satis cito venit, et nunquam furor insanus tam violenter mentes invasit humanas, quin divina bonitas, cum vult, mentem concitatam a lapsu retrahere et sedare, et in semitam rectam deducere possit, matura et frequenti super hiis deliberacione prehabita ac digesto consilio, inter alios modos et vias, qui ad huiusmodi pacem deducendam ydonei et habiles videbantur, te tandem virum utique pacis et iusticie zelatorem, equanimitatis librate, solucte circumspectionis, prudencie singularis, perspicacis consilii, recti iudicii, electionis provide, rerum agendarum experiencie plurimum comprobatum, et aliarum virtutum redundancia circumfultum, ad easdem partes providimus personaliter destinandum. Te igitur attente requirimus et hortamur, tibi nichilominus in virtute sancte obediencie et ad premium eterne vite districtius iniungentes, quatenus ad partes predictas te personaliter conferens et habens pre oculis solum deum, ipsisque partibus bellorum instancium mala et pericula, quibus indesinenter exagitantur et subsunt, ac pacis bona stabilia et commoda, quibus illa gaudentes abundant et letantur, prudenter aperiens, bellum huiusmodi e medio dimovere partesque ipsas ad pacem, tranquillitatem et concordiam deducere totis ingenii tui viribus studeas et coneris, nichil de contingentibus ommittendo. Nos enim tibi omnia et singula, que ad huiusmodi pacem, tranquillitatem et concordiam necessaria et utilia fuerint, nostro et eiusdem Romane ecclesie nomine deducendi, tractandi, concludendi, procurandi, faciendi et exequendi, et eciam si deo, prout speramus, volente partes ad optatam pacem te medio reducantur, in capitulis pacis eiusdem nostram auctoritatem et decretum interponendi, illaque sub quibusvis censuris et houestis stipulacionibus vallidandi, ac eciam quod pacem et capitula huiusmodi, auctore domino, inviolabiliter observare faciemus, promittendi plenam et liberam concedimus harum serie potestatem. Quamobrem, predilecte fili, perge in nomine domini, et angelus pacis tecum committetur et in hac parte vota secundet, ut, prout summe cupimus et speramus, in conclusione exoptate pacis huiusmodi hostias pacificas delibare et humiles gracias agere possimus pacis auctori, tuque premium merearis apud deum, ac boni et graves digna te laude commendent. Datum Rome apud Sanctum Petrum IIII. Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

XVI.

Statuta et pacta inter pontificem et Romanos inita.
Ex Reg. Bonifacii IX. Tom. I. fol. 344.

In nomine domini amen. Ad bonorem et reverenciam omnipotentis dei, eiusque matris Virginis omniumque sanctorum celestis Curie, honorem et reverenciam Beatissimi ac sanctissimi in Christo patris et domini, domini Bonifacii divina favente clemencia sacrosancte Romane et Universalis ecclesie pp. VIIII. et ipsius successorum canonice intrancium, ac Reverendissimorum in Christo patrum et dominorum Cardinalium, predicti domini nostri pape et ecclesie antefate statum pacificum et tranquillum, ac bonorem Romane Urbis, et fe. So. pa. et Ba. Urbis, ad tollenda errores et scandala, que sepissime orta sunt et oriri possent inter Romanos officiales et Curiales apostolicos, qui sunt et per tempora fuerint, eciam ut preserventur omni tempore in statu et pacifica unione, et ut Romana ipsa Curia materiam habeat in sede vera beati Petri continue residendi.

Infrascripta sunt capitula, statuta, pacta ac ordinamenta facta, edita et firmata inter Revmos in Christo patres et dominos, dñum S(tephanum) Cardinalem Tudertinum, (dñum) P(ileum) Epum Tusculanum, dñum F(ranciscum) tit. s. Susanne, dñum fratrem B(artholomeum) tit. s. Potenciane, et dñum C(hristophorum) tit. s. Ciriaci sancte Rom. ecclesie presbiteros Cardinales, Commissarios a dicto dño nostro Antistite deputatos ad infrascripta omnia facienda vice et nomine dicti dñi nostri, et sacri Collegii fratrum suorum dominorum Cardinalium et Romane Curie parte ex una, et nobiles viros Nardum Berardi Speciarium et Calixtum Lucii Calixti Conservatores Camere Urbis, Senatus officium exercentes et administratores officii pacis et guerre Romani populi, vicegerentes nobilis viri Anthonii Laurencii Iacobi Surdi eorum college absentis pro-

pter eius infirmitatem, Blasium Pape et Androctum Tuctobueno Bandarenses, Solaum Iohannis Ceccharelli, Alterium Corraducii, Petrumpaulum Nucii Saxi et Sabbam Paulum quatuor Consiliarios fe. So. pa. et Ba. Urbis, vice et nomine dicti Romani populi et fe. So. predicte ex parte alia, pro manutencione residencie Romane Curie in Urbe ac rigore iuris: idcirco dicte partes devenerunt ad infrascripta capitula compilanda.

In primis quod Clerici beneficiati et ecclesiastice persone possint gaudere plenarie eorum immunitate, et quod nullus de ipsis se impediat, nisi dominus noster, Camerarius et officiales dñi nostri, dum tamen non preiudicetur iuribus gabellarum ac Ripe et Ripete racione mercanciarum et negociacionum Clericorum, et de macinatu quo ad Clericos infra Cardinalatum.

Item quod Marescalcus domini nostri pape possit libere facere iusticiam de Cortesanis forensibus et aliis sequacibus Curiam, prout consuetum est, et a nullo impediatur: sed libere possit et permittatur facere excubias de die et de nocte cum armis et sine armis, videlicet citra pontem et in locis consuetis.

Item quod quocienscumque contigerit Romanum civem fuisse creditorem Cortesani seu sequentis Curiam Romanam, quod ad postulacionem talis creditoris Marescalcus dñi nostri pape, et quilibet officialis domini nostri pape teneatur tali civi Romano facere expeditam iusticiam summarie et de plano, sola rei veritate inspecta, infra terminum quatuor dierum: quod si deinde contigerit ipsum creditorem in eius peticione fuisse nullatenus expeditum, tunc et in eo casu dictus creditor ad dominos Urbis liceat habere recursum: et e converso si Cortesani haberent facere cum Romano, et reclamarent in Capitolio ut supra.

Item quod Cortesani et sequentes Curiam forenses tantum non graventur a Curia Capitolii, nec pro aliquo delicto, nec pro alia re, dum tamen pro iuribus gabelle Ripe et Ripete possint gravari in rebus tantum et non in personis, nec eciam capiantur per officiales Capitolii, nisi forsitan inventi fuerint in aliquo fragranti crimine per Marescalcum Capitolii: in quo casu si cognoscantur pro Cortesanis vel sequentibus Curiam, statim ducantur ad Marescalcum dñi nostri pape, vel aliter facta fuerit fides, quod sint Cortesani vel sequentes Curiam, forenses tantum statim remittantur ad ipsum Marescalcum domini nostri pape sine difficultate et sine solucione aliqua.

Item quod domini Cardinales et familiares commensales eorum et stantes in domibus ipsorum non solvant aliquam gabellam seu pecuniam, aut sustineant aliquod gravamen pro aliquibus grasciis vel rebus, que porteutur pro eorum usibus, vel emantur seu vendantur, nec ad portas vel Ripam, Ripetam seu portum, nec ad macinaturam, vel alibi in Civitate vel extra.

Item quod provideatur de grascia et victualibus pro Cortesanis et aliis.

Item quod muri Civitatis sine tardacione reparentur et fortificentur, et similiter pontes et passus et vada Tiberis, ubi expedierit.

Item quod provideatur circa factum patrimonii Iohannis Sciarre, et aliorum inimicorum communium pro parte dicti dñi nostri et Romani populi, quomodo et qualiter ibi agendum sit pro recuperacione eorum, que occupata sunt, et conservacione eorum, que tenentur.

Item quod fiant provisiones debite et ordinamenta necessaria ad defensionem domini nostri et Curialium suorum, ac Civitatis et populi Romani contra presumptionem gencium Gallicarum, que contra iusticiam venire dicuntur ad exterminium et destrucionem eorum.

Item quod per Officiales et Communitatem Urbis requirantur et inducantur Barones Romani et circumstantes ad ligam cum domino nostro et populo Romano secundum capitula, que dabuntur pro parte domini nostri et pro parte deputandorum per ipsum populum Romanum seu Officiales vel Regentes, ad quos pertinet.

Item quod Officiales, qui nunc sunt et pro tempore erunt, semper in manibus dñorum Conservatorum Camere Urbis, qui pro tempore erunt, iurent servare et facere servari realiter et bona fide omnia et singula supraseripta capitula, et predicta iurent in principio officiorum suorum.

Item quod predicta omnia ponantur et scribantur in libris, seu Registris Communitatis per modum decreti seu statuti vel reformacionis, prout est consuetum.

Acta, facta, firmata, stipulata et vulgarizata fuerunt per supradictos dominos Conservatores et Bandarenses, quatuorque eorum Consiliarios antefatos fe. So. predicte cum omnibus ipsorum tenoribus et articulis, prout iacent, sub anno a Nativitate domini Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione decima quinta, mensis Septembris die decimo prima, presentibus, audientibus et intelligentibus infrascriptis testibus, videlicet sapienti viro domino Petro de Tufis legum doctore, nunc indice palacii et malleficiorum Curie Capitolii, de regione Transtiberim, et Nucio Colucie Symeonis notario Camere Societatis predicte de regione Columpne.

Subscripta fuerunt dicta capitula, statuta et ordinata per me Nucium.

Subscripta fuerunt presencia capitula, statuta et ordinamenta per me Petrumpaulum de Montaneriis, dei gracia publicum Imperiali auctoritate notarium, et nunc notarium dictorum dominorum Conservatorum de ipsorum licencia pariter et mandato.

XVII.

Laudum et arbitrium per pontificem tamquam compromissarium latum inter comitem Montisferetri et domicellos de Malatestis Ariminenses. *Reg. Tom. II. fol. 266. et ex cod. membr. privileg. comitum Montisferetri.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Redemptor noster dñus Ihesus Christus, secundum divinitatem ex patre ab eterno genitus, patri consubstancialis et coeternus, impercrutabili sancti Spiritus ab utroque pariter procedentis ministerio de sinu patris ex tempore descendens in uterum Virginis matris, in eius ortu salutifero per choros angelicos canticum illud novum, videlicet Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis, voluit decantari, et nichilominus cum propinquaret eius hora, cum discipulis ultima sumpta cena, de mundo, quem redempturus venerat et redemit, transiturus ad patrem pro hereditario bono pacem scilicet discipulis dedit, pacem discipulis et reliquit. Romanus itaque Pontifex eius in terris Vicarius, et quantum sinit humana fragilitas imitator, ex persona principis Apostolorum Petri, cui trina vice dictum est, Pasce oves meas, volens et cupidus oves villicacioni sue creditas, hoc est universum populum christianum pascere in pascuis militantis ecclesie, ante omnia inter oves ipsas contenciones et discordias satagit dimovere, et pacem et concordiam enutrire, ut sic tandem tam ipse quam credite oves per dei graciam pace freti cum choris angelicis, pace in terris bone voluntatis hominibus nunciata et possetenus enutrita, digne in altissimis deo gloriam valeant decantare. Sane cum pridem faciente humani generis hoste inter dilectos filios nobiles viros Antonium Comitem Montisferretri, in Urbinate et certis aliis, suosque collegatos, adherentes et recommendatos ex una, et Carolum Galeocti ac Malatestam Pandulphi, necnon Pandulphum, Malatestam et Galeoctum eciam Galeocti de Malatestis domicellos, in Ariminensi et nonnullis aliis Civitatibus atque terris nostris pro nobis et ecclesia Romana in temporalibus Vicarios, eorumque recommendatos et adherentes ex altera parte gravis et periculosa nimis fuisset discordie et guerrarum materia suscitata: demum volente deo, a quo bona cuncta procedunt, prefati Comes pro se, colligatis, adherentibus et recommendatis suis predictis, pro quibus, et Carolus, Malatesta Pandulphi, Pandulphus et Malatesta Galeocti pro se ipsis, et eisdem Galeocto, qui in pupillari etate constitutus est, recommendatis et adherentibus suis, pro quibus quidem Galeocto, recommendatis et adherentibus dicti Carolus, Malatesta Pandulphi, Pandulphus et Malatesta Galeocti de rato ratihabicione promiserunt in omnem casum et eventum, corde tacti et utrimque mentis apertis oculis, per dilectos filios Antonium Vagnarelli de Pillis de Mercatello, laicum Civitatiscastelli dioc. Comitis, et Iacobum Benencase civem Fanensem, decretorum doctorem, Caroli, Malateste Pandulphi, Pandulphi et Malateste Galeocti predictorum procuratores, ad hoc ab eis specialiter constitutos, prout de mandatis eorum per instrumenta publica, quorum tenores inferius de verbo ad verbum sunt inserti, evidenter apparet, sub forme eciam inferius annotata in nos tamquam in arbitrum et arbitratorem, et eorum communem dominum compromittere curaverunt. Nos igitur in nos suscepto compromisso et eius forma diligenter attenta, et auditis attente ac plenius intellectis, que partes ipse verbo vel in scriptis super premissis et eorum occasione dicere, allegare et proponere voluerunt, ipsisque cum diligencia recensitis et examinatis, et super eis habita deliberacione matura, vocatis quoque ad nostri presenciam ac presentibus procuratoribus antedictis, ad nostrum inter partes easdem in premissis ferendum laudum, arbitrium, arbitramentum atque sentenciam procedimus in hunc modum, videlicet dei nomine invocato, de cuius vultu recta prodeunt indicia, per nostrum presens laudum, arbitrium, arbitramentum et hanc nostram sentenciam, quod et quam huiusmodi compromissi vigore ferimus, in hiis scriptis pronunciamus, laudamus, arbitramur, decernimus et declaramus, quod de et super controversiis, litibus, discordiis et aliis omnibus et singulis, in mandatis et compromisso huiusmodi expressis, usque in presentem diem inter partes superius nominatas exnunc inantea sit firma pax et vera concordia perpetuo duratura, et quod quelibet dictarum parcium de cetero cesset et cessare debeat a tempore noticie presencium, et quantum in eis est, cessari faciant ab iniuriis, molestiis, cavalcatis, predis, invasionibus, et omnibus aliis et singulis in eisdem mandatis et compromisso contentis, et quod (nec) una pars aliam per se vel per alias interpositas personas directe vel indirecte, publice vel occulte seu quovis alio quesito colore, nec altera aliam, nec earum adherentes, colligatos, recommendatos et sequaces, homines utriusque sexus, habitatores, incolas et residenciarios offendent, seu offendi facient sub pena viginti millium ducatorum auri ac periurii, quam penam contrarium facientem ipso facto volumus incurrere, firmis manentibus et in suo robore duraturis nostro laudo, arbitrio, arbitramento et nostra sentencia huiusmodi, cuius pene medietas applicetur Camere apostolice, et alia pars parti obedienti, prout partes voluerint in eorum compromisso predicto, super omnibus differenciis, invasionibus, cavalcatis, rapinis, predis, occupacionibus, incendiis, ruinis, demolicionibus Civitatum, Castrorum, Terrarum, expensis, dampnis et interesse reservamus nobis potestatem pronunciandi, laudandi, arbitrandi, declarandi, sentenciandi, cognoscendi et decidendi, prout nobis pro conservacione iuris utriusque parcium videbitur expedire. Insuper nos utpote verus dñus dictarum parcium

immediatus supremus, ac eciam auctoritate apostolica, in hiis scriptis canonica monicione premissa, contrarium facientes sentenciam excommunicacionis volumus incurrere ipso facto, ac suspensionis et interdicti in locis, que pars non observans qualitercumque gubernat, et eciam privacionis Vicariatus Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum, et omnium aliarum rerum, quocumque nomine nuncupentur, que tenent, regunt et gubernant titulo Vicariatus seu alio quocumque titulo a nobis et Romana ecclesia, partes ipse presens nrum laudum, arbitrium, arbitramentum et sentenciam suscipere debeant ac inconcusse et inviolabiliter observare, et ita volumus, laudamus, arbitramur, pronunciamus, decernimus et declaramus. Quod quidem laudum, arbitrium, arbitramentum et sentenciam procuratores dictarum parcium sponte et ex certa sciencia susceperunt, necnon approbaverunt et emologarunt incontinenti eorum eciam propriis iuramentis, sacrosanctis evangeliis per eos corporaliter manu tactis, prout in eorum mandatis habebant, pacemque firmam, stabilem et perpetuam dicti procuratores procuratoriis nominibus quibus supra simul sponte fecerunt, et in signum eius fuerunt sese invicem osculati. Tenores vero mandatorum et compromissi predictorum tales sunt.

In nomine domini amen. Anno domini a nativitate eiusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quintadecima, tempore Sñi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia pape noni, et die sexto mensis Ianuarii, actum in Civitate Urbini in domibus habitacionis et residencie infrascripti Magnifici domini Comitis Antonii, positis in dicta Civitate iuxta plateam maiorem, vias et alia latera, presentibus magnifico et egregio milite domino Antonio de Piis de Carpo, domino Busone domini Busonis de Caffarellis de Engubio, et egregio legum doctore dño Antonio Bessacioni de Cingulo testibus ad hoc habitis, vocatis et rogatis, Magnificus et potens dñus, dñus Comes Antonius Comes Montisferetri, natus quondam magnifice et recolende memorie Comitis Federici Comitis Montisferetri etc. citra revocacionem aliorum eius procuratorum suo proprio et privato nomine, et vice et nomine Communitatum, Universitatum et hominum Civitatum Urbini, Engubii et Callii, et omnium aliorum terrarum, Castrorum et locorum, que per ipsum dñum Comitem tenentur et gubernantur, et eciam vice et nomine omnium eius subditorum, recommendatorum, colligatorum et adherencium, pro quibus omnibus et singulis ipse dominus Comes promisit michi Iuliano notario infrascripto, tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium, quorum interest vel interesse possit, de rato et se taliter facturum et curaturum cum effectu, quod ipse et ipsi Communitates et Universitates, necnon eius subditi, adherentes, colligati et recommendati ratificabunt, approbabunt et confirmabunt omnia et singula facienda, gerenda et exercenda per infrascriptum procuratorem circha contenta et comprehensa in hoc mandato, et ipsum presens mandatum et contenta in eo sub obligatione infrascripta omni modo, via, iure et forma, quibus melius potuit, fecit, constituit et legiptime creavit et ordinavit nobilem et egregium virum Antonium Vagnarelli de Pilis de Mercatello, absentem tamquam presentem, suum et eorum legiptimum procuratorem, actorem, factorem et certum nunptium specialem, videlicet ad comparendum personaliter coram Sanctissimo in Christo patre et domino nostro, dño Bonifacio divina providencia papa nono, et in eundem dñum nostrum summum pontificem ponendum, compromittendum et libere relapxandum omnem pacem et concordiam fiendam inter Magnificos dños Karolum, Pandulfum, Malatestam et Galaoctum fratres, et filios quondam recolende memorie dñi Galaocti de Malatestis, et Malatestam recolende memorie domini Pandulfi de Malatestis, et Civitates et Communitates, Terras, Castra et loca, que tenent vel gubernant, ipsorumque et cuiuslibet eorum subditos, adherentes, recommendatos et colligatos ex parte una, et prelibatum Magnificum dominum Comitem Antonium, Civitates, Communitates, Terras, Castra et loca, que tenet et gubernat, ipsiusque subditos, adherentes, recommendatos et colligatos ex altera, necnon quascumque et omnes et singulas altercaciones, differencias, dissensiones, questiones, causas, lites et discordias inter dictas partes vertentes, et que verti poterant et possent et poterunt in futurum quacumque de causa, et maxime pretextu, nomine et occasione Terrarum et Castrorum Cornalti et Mondoffi provincie Marchie Anconitane, Canciane Comitatus Engubii, Saxoferrati provincie Spoletani ducatus, Castrorum Donati et Finilgli et Villarum Montisvarchi, Cauneti et Vallis Fabrorum Comitatus Civitatis Callii, et omnium commissorum et perpetratorum ac gestorum et committendorum ac perpetrandorum inter et per dictas partes, et per unam contra alteram, et alteram contra alteram quomodolibet a die facte, concluse et firmate pacis inter recolende memorie dominum Galaoctum de Malatestis suo et eius subditorum, colligatorum et recommendatorum nomine intervenientem ex parte una, et dictum Magnificum dñm Comitem Antonium suo et eius colligatorum, subditorum et recommendatorum nomine intervenientem ex altera, usque ad tempus huiusmodi compromissi in dictum dominum nostrum sanctissimum papam fiendi ex altera, et omni alia et quacumque racione vel causa, et ad dandum, concedendum et tribuendum ipsi Sño domino nostro, domino Bonifacio summo Pontifici plenas et plenissimas auctoritatem, potestatem, facultatem et omnimodam bayliam guerram pre-

sentialiter inter prelibatas partes vigentem tollendi, admovendi et partes ad concordiam reducendi, et de, in et super premissis et pacem et concordiam inhiendi, faciendi, firmandi et concludendi perpetuam vel ad tempus pure, simpliciter vel sub condicione, et cum omnibus et singulis clausulis, modis, condicionibus et capitulis in omnibus et per omnia, prout et sicut, quomodolibet et qualitercumque ipsi domino nr̃o summo Pontifici videbitur et placebit, et ipsas omnes et singulas lites, questiones, differencias, causas et discordias et connessas et dependentes ab eisdem de iure tantum vel de facto tantum, vel de iure et de facto simul et divisim, et quocumque tempore eciam feriato in honorem dei, et in quocumque loco, cum scriptura et sine scriptura, sine strepitu et figura iudicii et omnibus iuris solempnitatibus et substancialitatibus obmissis, absentibus partibus vel presentibus, citatis vel non citatis, vel una citata et altera non citata, seu una absente et altera presente, semel et pluries cognoscendi, decidendi, laudandi, arbitramentandi, diffiniendi, transigendi, et laudum et arbitrium seu arbitramentum seu transactionem in et super predictis et inter ipsas partes proferendi, faciendi et promulgandi in omnibus et per omnia, quomodocumque et qualitercumque ipsi dño nostro summo Pontifici videbitur et placebit, et laudata sive arbitramentanda et transigenda, declaranda et interpetranda cum illis pactis, modis, formis et condicionibus, penarum adiectionibus, bonorum obligacionibus et clausulis oportunis et necessariis pro observacione predictorum, ut eidem domino nostro videbitur et placebit, uni parti accipiendi et eam gravandi enormiter et enormissime, et alteri parti concedendi et attribuendi, et ad promictendum ipsum dominum Comitem Antonium et eius predictos subditos, colligatos, adherentes et recommendatos, Communitates, Civitates, Terras, Castra et loca predicta, quo ipse dominus Comes tenet et gubernat, perpetuo et pleno observaturos eum effectu, quicquid in et super premissis per ipsum dñum nostrum summum Pontificem dictum quomodolibet, stanciatum, firmatum, laudatum vel arbitramentatum quomodolibet de iure vel de facto fuerit, cum penarum adposicionibus, bonorum ipsorum constituencium obligacione, et aliis pactis, clausulis, promissionibus et obligacionibus in omnibus et per omnia, prout et sicut ipsi Antonio procuratori videbitur et placebit; et ad emologandum, adprobandum et confirmandum totum et quicquid in et super premissis et circha premissa per dictum dominum nostrum summum Pontificem dictum, factum, laudatum, mandatum, transactum, declaratum et arbitramentatum fuerit, et ad promittendum solempniter et efficaciter, quod ipse dñus Comes et alii predicti, pro quibus ipse dominus Comes Antonius promisit ab aliquo, quod per ipsum dñum nostrum summum Pontificem in et super premissis statueretur, mandaretur et declararetur sive laudaretur et diceretur, non appellare, non supplicare, non provocare, nec aliqualiter querelare, nec officium iudicis implorare vel agere de nullitate vel iniquitate, nec petere reduci ad arbitrium boni viri, nec restitucionem petere, nec aliqualiter de nullitatibus vel iniquitatibus agere vel excipere, vel defensionem opponere vel admitti implorare per officium iudicis, nec aliquibus infringere vel contravenire de iure vel de facto per seipsos vel alios aliqua racione vel causa, sed omnia et singula predicta perpetuo firma habere, observare et adimplere, et ad iurandum et corporali iuramento firmandum in animam ipsius dñi Comitis per ipsum procuratorem prestando omnia et singula predicta, et omnia et singula dicendum, faciendum, gerendum et exercendum, que in predictis connessis et dependentibus ab eisdem fuerint utilia, necessaria et oportuna, eciam si talia essent, que singula per se mandatum exigerent speciale, necnon ad agendum et defendendum civiliter et criminaliter et plene causandum in omni genere actionis et defensionis officio, et in causa et causis, litibus et querelis, quas ipse dominus Comes Antonius habet et habere intendit cum dictis dominis de Malatestis, et cum quibuslibet aliis personis, Collegiis, Communitatibus et Universitatibus in quocumque loco, et in quacumque Curia, et coram quocumque ad libellum dandum et recipiendum, excipiendum et replicandum, litem et lites contestandum, de calumpnia et veritate dicenda iurandum, et cuiuslibet alterius generis sacramentum prestandum, ponendum, articulandum et probandum, respondendum, confitendum et negandum, iudices, commissarios, auditores, delegatos et executores eligendum et recusandum, pronunptiaciones et sentencias, lauda, arbitria et arbitramenta ferri et dari petendum, adpellandum, querelandum, supplicandum restituciones in integrum, et reductiones ad arbitrium boni viri interponendum et faciendum, et generaliter omnia et singula dicendum, faciendum, gerendum et exercendum, que earum merita et iuris ordo exigunt et requirunt, et que ipse constituens dicere, facere et gerere possit, si personaliter interesset, dans et concedens dicto eius procuratori in predictis omnibus et singulis plenum, liberum et generale mandatum cum plena, libera et generali administracione, promittens solempniter michi Iuliano notario, iurato tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium, quorum interest vel interesse posset, perpetuo ratum, gratum et firmum habere et tenere totum et quicquid per dictum eius procuratorem in predictis, et quolibet predictorum dictum, factum fuerit quomodolibet et gestum, et non revocare sub ypotheca et obligacione omnium eius bonorum, et volens dictum Antonium procuratorem ab omni honere satisdacionis relevare, promisit michi dicto Iu-

liano notario, tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine ut supra, de iudicio sisti et iudicatis solvendo fideiubens dictus constituens pro dicto eius procuratore in omnem causam et litis aventum cum omnibus clausulis oportunis, et ad maius robur ipse dominus Comes Antonius ibidem in presencia antedictorum magnificorum testium iuravit ad sancta dei evangelia, corporaliter manibus tactis scripturis, omnia et singula in et super predictis omnibus et singulis fienda, dicenda, ordinanda, gerenda, statuenda, mandanda et declaranda quomodolibet per prefatum sanctissimum dñum nrum, dñum summum Pontificem perpetuo firma habere, observare et adimplere, attendere et non contravenire de iure vel de facto sub penis et obligacionibus predictis et virtute presentis prestiti iuramenti. Et ego Iulianus Luce de Urbino, publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, predictis omnibus et singulis interfui, et ea rogatus scribere scripsi et publicavi, meoque solito signo signavi in fidem et testimonium omnium premissorum. Signum mei Iuliani notarii antedicti.

In nomine domini nostri Ihesu Christi amen. Anno a nativitate eiusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo primo, Indictione quartadecima, tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii divina dei favente clemencia summi Pontificis et pape noni, die decimo octavo mensis Decembris, Cum hoc sit, quod Magnifici domini Karolus, Pandulfus, Malatesta et Galeoctus fratres nati quondam bone et recolende memorie magnificis dñi Galeocti de Malatestis, et Malatesta natus quondam magnifici domini, dñi Pandulfi de dictis Malatestis, pluries interpellati fuerint per plures et diversos Ambaxiatores et oratores diversorum dominorum, et precipue prefati dñi nostri Pontificis, ut de guerra exorta et nunc vigente inter dictos magnificos dominos ex una parte, et Magnificum dominum Comitem Antonium de Urbino ex alia vellent facere bonam pacem, et ad verum concordiam devenire, pro parteque eiusdem summi Pontificis, ad quem tamquam ad Christi Vicarium universam fidelium mundi machinam, et maxime partem illam, quam ille princeps Sacratissimus Constantinus donacionis titulo contulit in ecclesiam, spectat ad pacis quietem deducere in ipsaque quiete totis viribus preservare, fuit eis velud eiusdem Vicariis et devotissimis servitoribus iniunctum, quod de questionibus, causis et contraversiis ac quibuscumque differenciis vertentibus interdictas partes liberum facerent in ipsum summum Pontificem compromissum, tamquam in eorum verum dominum et iustum ac competentem iudicem. Idcirco prefati Magnifici dñi Karolus, Pandulfus, Malatesta fratres et Malatesta domini Pandulfi annuentes sanctissimi eorum dñi prefati progenitorum suorum et ipsorum more solito iussibus ac mandatis per omnia obtemperare, ipsaque latissime et libere execucioni mandare sponte et ex certa sciencia, et non aliquo iuris vel facti ducti errore, eorum propriis et privatis nominibus, et vice et nominibus predicti Galeocti pupilli et in etate pupillari constituti, ac quorumcumque eorum recommendatorum et adherencium, pro quibus Galeocto, recommendatis et adherentibus prefati Magnifici dñi Karolus, Pandulfus et Malatesta fratres ac Malatesta domini Pandulfi, et quilibet ipsorum promiserunt de rato, videlicet se facturos et curaturos ita et taliter cum effectu, omni exceptione remota, michi Symoni notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice supra et infranominati domini Comitis de Urbino, et omnium et singulorum, quorum interest vel interesse posset, quod dicti Galeoctus pupillus et omnes eorum recommendati et adherentes ratum et firmum, rata et firma habebunt, tenebunt, observabunt et adimplebunt presens procurationis instrumentum, et omnia et singula, ut infra patebit, in eo inserta, et compromissum fiendum per infrascriptum procuratorem constitutum per prefatos magnificos dominos, necnon et omne laudum, arbitrium, arbitramentum, sentenciam, preceptum, declaracionem et diffinicionem sequendum et sequendam ex eo, et ferendum et promulgandum, ferendam et promulgandam per prefatum summum Pontificem et dominum nostrum, dominum Bonifacium, et omnia et singula in eis compromisso, laudo, arbitrio, arbitramento sive sentencia et diffinicione inserenda, imponenda et mandanda per ipsum dominum summum Pontificem alias de se et suo proprio attendere, observare et adimplere promiserunt ipsi magnifici domini michi iam dicto notario ut supra stipulanti sub pena et obligacionibus infrascriptis et in dicto compromisso apponenda et inserenda, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt egregium decretorum doctorem dominum Iacobum quondam dñi Benencase de Benencasis de Fano, absentem tamquam presentem, eorum et cuiuslibet eorum ac dicti Galeotti, necnon et dictorum suorum recommendatorum et adherencium procuratorem, actorem, factorem et certum nuntium specialem, et specialiter et expresse ad compromittendum et compromissum faciendum cum Magnifico domino Comite Antonio de Urbino sive Montisferetri, vel eius legiptimo procuratore in sepenominatum sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dñum Bonifacium divina dei favente clemencia summum Pontificem et papam nonum, de et super omnibus litibus, questionibus, controversiis, differenciis et erroribus quibuscumque ortis et vertentibus, et que verti et oriri possent inter prefatos Magnificos dominos Karolum, Pandulfum, Malatestam et Galeottum fratres et Malatestam domini Pandulfi, et eorum recommendatos et adherentes communiter vel divisim ex una parte, et dictum dominum Comitem

Antonium et eius fratres, recommendatos et adherentes communiter vel divisim ex alia a tempore, quo fuit facta pax et firmata inter recolende memorie prefatum magnificum dominum, dominum Galeoctum et dictum dominum Comitem Antonium usque in diem compromissi predicti fiendi ac prolacionis laudi vigore ipsius ferendi, et specialiter et expresse de et super factis Saxiferrati et Chanciani, et super innovatis et factis in dictis terris sive Castris et recommendiciis ipsorum, vel altero eorum quacumque racione vel causa per ipsas parter vel alteram earum, vel earum recommendatos et adherentes, vel alterius eorum seu alterum ipsorum, Item de et super omnibus aliis attemptatis et innovatis ac dampnis illatis hinc inde tempore presentis guerre vigentis et facte inter eas partes, necnon penarum incursionibus et commissis hinc inde post dictam pacem factam, et generaliter de et super omnibus aliis litibus, questionibus, erroribus, differenciis et discordiis ortis et vertentibus, et que verti et oriri possent inter ipsas partes in presenti vel in futurum racione, nomine vel occasione predictorum vel alterius eorum sive incidencium, emergencium et dependencium et connessorum ab eisdem seu altera ipsarum occasionum, causarum et racionum superius declaratarum, que tamen non fuerint sopite et terminate per suos commissarios usque ad proximum preteritum mensem Iulii, et si fuerunt terminate, non fuerunt execucioni mandate, tamquam in arbitrum et arbitratorem et communem dominum et superiorem; Et ad dandum et concedendum et attribuendum eidem summo Pontifici et domino nostro pape plenum, liberum, speciale et generale mandatum cum plena, libera, speciali et generali administracione et mandato, quod ipse summus Pontifex et dominus pape possit et valeat dictas lites, discordias, questiones, errores et differencias vertentes et ortas, et que verti et oriri possent inter ipsas partes et dominos occasionibus, racionibus et causis predictis et dependentibus, incidentibus, emergentibus et connessis ab eisdem, seu altera earum occasionum, racionum vel causarum, et generaliter omnes alias lites et causas, controversias et discordias, questiones, differencias et errores, quas ipse dominus noster papa declaraverit esse inter dictas partes et dominos, et ad supra expressas et descriptas et ad illas, quas ipse dominus noster summus Pontifex declaravarit esse inter dictas partes, et de quibus et super quibus declaraverit seu declarare voluerit, se extendat eius mandatum, arbitrium et potestas, audire, cognoscere, terminare, sentencionare, diffinire, mandare et arbitrari de iure et de facto, de bono et equo, cum scriptura et sine, partibus presentibus vel absentibus, sive una absente et altera presente, citatis et non citatis, quibuscumque diebus feriatis et non feriatis, sedendo sive recte stando, et omni iuris ordine pretermisso, ac sine strepitu et figura iudicii simpliciter et de plano, ubicumque, quomodocumque, qualitercumque et quocienscumque sibi dño nostro summo Pontifici arbitro et arbitratori videbitur, libuerit et placuerit, et ad eius beneplacitum, libitum et voluptatem, et secundum et prout processerit de ipsius domini nostri pape voluntate et mandato, ipsius mandatum et arbitrium se extendit in cognicione, diffinicione et terminacione omnium et singulorum predictorum et connessorum, dependencium, incidencium et emergencium ab eisdem, seu altero ipsorum inter dictas partes et dominos, et incepta una via ad aliam redire possit et valeat ipse sanctissimus dominus noster arbiter et arbitrator in audiendo, cognoscendo et terminando dictas lites et causas, ut supra expressum est, cum omnibus earum sequelis et dependenciis, secundum quod sibi visum fuerit et placebit, et semel et pluries; Et ad promittendum nominibus ipsorum magnificorum dominorum constituencium ac dicti Galeocti, et quorumcumque eorum recommendatorum et adherencium, quod ipsi omnes magnifici domini constituentes, predictus Galeoctus et dicti recommendati et adherentes, et quilibet ipsorum simul et insolidum stabunt, parebunt et hobedient omni lando, arbitrio, arbitramento, diffinicioni, declaracioni, mandato et sentencie prefati domini nostri summi Pontificis arbitri et arbitratoris, ipsamque sentenciam, declaracionem, diffinicionem, mandatum, laudum, arbitrium et arbitramentum dandum et ferendum per ipsum dominum papam, dominum nostrum arbitrum et arbitratorem, de et super predictis litibus, questionibus, discordiis, differenciis et erroribus ortis et vertentibus inter ipsas partes et dños, et que verti et oriri possent inter eos racionibus vel causis ant occasionibus supra expressis, et de et super omnibus aliis, de quibus supra fit mencio, et omnia et singula per ipsum sanctissimum dominum nostrum arbitrum et arbitratorem in ipso laudo, arbitrio, mandato, precepto, diffinicione, declaracione et sentencia per eum ferendo et ferenda, inserenda et iniungenda sive mandanda et declaranda ratum et rata, firmum et firma, rata et firma habebunt, tenebunt, observabunt et adimplebunt, et in nullo confacient vel venient aliqua racione, ingenio vel causa, seu quocumque colore quesito de iure vel de facto per se vel alios ullo tempore, et nunquam petent ipsum laudum, arbitrium sive arbitramentum, sentenciam, diffinicionem et declaracionem reduci ad arbitrium boni viri, neque ab ipso seu ipsa vel ab aliqua earum parte appellabunt seu supplicabunt, aut de nullitate dicent, proponent vel allegabunt, sed quod ipsi magnifici dñi, Galeoctus et alii prenominati incontinenti ipsum laudum, arbitrium, arbitramentum, sentenciam, declaracionem, diffinicionem post ipsius prolacionem amologabunt et adfirmabunt, ipsamque et ipsum

iustam et equam, iustum et equum et iuridicum dicent et pronunptiabunt, scilicet sub pena viginti milium ducatorum auri, cuius pene medietas committatur et applicetur ac solvatur parti observanti, et alia medietas Camere prelibati domini nostri summi Pontificis; Et ad promittendum dictis nominibus dictorum magnificorum dominorum, dicti Galeocti et aliorum prenominatorum, quod dicta pena tociens committatur, et exigi valeat et possit cum effectu in singulis capitulis compromissi fiendi predicti et laudi, arbitrii, arbitramenti et sentencie inde sequendi et sequende insolidum, quociens per ipsos magnificos dominos constituentes et dictum Galeoctum, seu aliquem eorum recommendatum et adherentem, seu alterum ipsorum fuerit contrafactum vel ventum contra predicta vel alterum predictorum, ratis semper manentibus et in sui robore duraturis perpetuo et permansuris firmis et ratis dictis compromisso, laudo, arbitrio, arbitramento, sentencia et declaracione cum omnibus et singulis clausulis, capitulis et aliis in eis vel altero eorum inserendis et imponendis; Et ad promittendum reficere et restituere in dicto compromisso fiendo dicto dño Comiti Antonio omnia et singula dampna et expensas ac interesse litis et extra sive eius procuratori et nunptio, et pro predictis omnibus et singulis promittendis per dictum eorum procuratorem attendendis et observandis, amologandis et adfirmandis bona omnia mobilia et immobilia, presencia et futura, ipsorum magnificorum dominorum constituencium ac dicti Galeocti obligandum et ypothecandum.

Item ad iurandum et sacramentum prestandum in animas et super animas ipsorum magnificorum dominorum constituencium, dicti Galaocti et aliorum prenominatorum, quod ipsi omnia et singula predicta, et inserenda et ponenda per eum procuratorem dictis nominibus in dicto compromisso fiendo per eum de et super premissis et expressis, scilicet cum dicto dño Comite Antonio sive eius procuratore, et laudo, arbitrio, arbitramento, sentencia et declaracione prefati domini nostri summi Pontificis, inde sequendo et sequenda rata et firma habebunt et tenebunt, observabunt et adimplebunt, et non contrafacient vel venient aliqua racione, ingenio vel causa de iure vel de facto, nec aliquam restitucionem contra ipsa vel alterum ipsorum petent vel implorabunt occasione vel racione minoris etatis, sive alicuius lesionis modici vel enormis dampni, et omne aliud iuramentum et sacramentum in animas eorum prestandum necessarium et oportunum ad predicta, et secundum voluntatem et mandatum prefati domini nostri pape; Et ad recipiendum dictis nominibus prefatorum magnificorum dominorum, Galaocti et aliorum prenominatorum similes promissiones, obligaciones, iuramentum, sacramentum et alia in ipso compromisso fiendas et fienda, inserendas et inserenda a dicto Comite Antonio, suis fratribus et aliis supranominatis sive suo legitimo procuratore, et in omnibus et per omnia, ut ipse procurator dictis nominibus faciet, promittet et exponet eisdem domino Comiti Antonio, suis fratribus et aliis predictis et eorum legitimo procuratori, Et de predictis omnibus et de omnibus aliis, secundum quod processerit de mera intencione, voluntate et mandato dicti dñi nostri summi Pontificis, solemne et publicum compromissi instrumentum cum dicto dño Comite Antonio, suis fratribus et aliis prenominatis et eorum legitimo procuratore faciendum et exponendum cum omnibus capitulis, clausulis, obligacionibus, iuramentis, penarum adiectionibus, et aliis in talibus et similibus iustis, necessariis et oportunis ad voluntatem et mandatum predicti domini nostri pape, et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, procurandum, exercendum et gerendum, que in predictis circha predicta vel alterum predictorum et connessorum, emergencium, incidencium et dependencium ab eisdem, seu altero ipsorum fuerint necessaria, utilia et oportuna, et que ipsi constituentes facere possent, si personaliter adessent, eciam si talia forent, que per se ipsa mandatum requirerent seu exigerent speciale, dantes, concedentes et atribuentes prefati magnifici domini constituentes eorum propriis et privatis nominibus, et nominibus et vice dicti Galaocti et aliorum prenominatorum recommendatorum et adherencium, pro quibus ut supra de rato promiserunt dicto eorum procuratori licet absenti plenum, liberum, latum et latissimum ac generale mandatum cum plena, libera, generali, lata et latissima administracione in predictis, et qnolibet predictorum, et dependentibus et connessis, emergentibus et incidentibus ab eisdem seu altero ipsorum, Volentesque ac mandantes prefati magnifici dñi dictum eorum procuratorem habere in predictis, et qnolibet predictorum generale et generalissimum ac latissimum mandatum exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, secundum et prout processerit de intencione, mandato et mera voluntate prefati summi Pontificis et dñi nostri, Necnon prefati Magnifici dñi Karolus, Pandulfus, Malatesta fratres et Malatesta dñi Pandulfi constituentes eorum propriis et privatis nominibus, ac nominibus et vice dicti Galaocti et dictorum suorum recommendatorum et adherencium, pro quibus ut supra de rato promiserunt, promittentes michi Symoni notario infrascripto, ut publice persone stipulanti et recipienti nomine et vice dicti domini Comitis Antonii, et omnium et singulorum aliorum, quorum interest vel interesse posset in futurum, se perpetuo firma, rata et grata habituros omnia et singula fienda, procuranda, exercenda et gerenda per dictum eorum procuratorem in predictis circha predicta vel alterum predictorum, seu

dependencium, connexorum, emergencium et incidencium ab eisdem seu altero eorum, et non contraventuros aliqua racione, ingenio vel causa de iure vel de facto per se vel alterum eorum, aut alium eorum vel alterius eorum nomine, sub ypotheca et obligacione omnium ipsorum bonorum mobilium et immobilium presencium et futurorum. Ceterum ad maius robur et firmitatem omnium et singulorum premissorum prefati Magnifici Karolus, Pandulfus et Malatesta fratres et Malatesta dñi Pandulfi, et quilibet eorum singulariter iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia, manibus tactis scripturis, in manibus mei notarii deferentis non venire contra predicta vel aliquod predictorum aliqua racione, ingenio vel causa de iure vel de facto, nec restitucionem aliquam impetrare pretextu minoris etatis aut alicuius lesionis modici vel enormis dampni, sed predicta omnia et singula attendere, observare et adimplere sub pena et obligacione omnium suorum bonorum. Actum in Civitate Arimini in contrata sancte Columbe in domibus proprie habitacionis prefati Magnifici dñi Karoli et in camera ipsius, presentibus egregio legum doctore dño Iacbobo de Siliceto eiusdem dñi Vicario, nobili viro Nicolao Filippo nato quondam egregii militis dñi Branche de Branchaleonibus de Castro Durantis, nobili viro Giangino de Bechadellis, Bictino quondam Alberti de Carbonensibus de Bononia, prudenti viro Ser Antonio de Montebodio Cancellario predicti magnifici domini, testibus omnibus ad presens habitatoribus dicte Civitatis ad predicta omnia vocatis, habitis et rogatis et aliis. Ego Symon filius quondam magistri Cichini de Arimino, Imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, predictis omnibus et singulis interfui, et rogatus a prefatis magnificis dominis constituentibus scribere scripsi et publicavi et meum signum consuetum apposui. Et verbum mundi supra interlineatum intra quartum et quintum versiculum propria manu addidi et scripsi, quod errore obmiseram.

In Christo nomine amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quintadecima, die Iovis vicesimaquinta mensis Ianuarii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia pape noni anno tercio, Ad laudem et gloriam omnipotentis dei tociusque celestis curie, statum, honorem et exaltacionem prefati dñi nostri pape et sancte Romane ecclesie, ac sacri Collegii Reverendissimorum in Christo patrum dominorum sancte Romane ecclesie Cardinalium, Constituti et genibus flexi coram prefato sanctissimo in Christo patre et domino nostro, dño Bonifacio divina providencia papa nono, presentibus et assistentibus Reverendissimis in Christo patribus et dominis, dominis Philippo de Alenconio Ostiensi, Francisco Penestrino Epis, sancte Romane ecclesie Vicecancellario, Stephano tit. s. Marcelli, Francisco tituli sancte Susanne, Henrico tituli sancte Anastasie, Cosmato tituli sancte Crucis in Iherusalem, Adam tituli sancte Cecilie et Cristoforo tit. sancti Ciriaci presbiteris, Marino sancte Marie nove, Angelo sancte Lucie in Septemsoliis et Landulfo sancti Nicolai in Carcere Tuliano diaconis sancte Romane ecclesie Cardinalibus, Egregius Iuris utriusque doctor dominus Iacobus dñi Benencase de Fano, procuratore et procuratorio nomine Magnificorum virorum Karoli, Pandulfi, Malateste fratrum et filiorum quondam recolende memorie dñi Galeocti ac Malateste quondam bone memorie dñi Pandulfi de Malatestis, promittencium pro se et Galeocto filio dicti quondam domini Galeocti pupillo et in pupillari etate constituto, prout de eius procuratorio plene constat publico instrumento scripto manu Symonis, filii quondam magistri Cichini de Arimino, Imperiali auctoritate notarii, ex parte una, et nobilis vir Ser Antonius Vagnarelli de Pillis de Mercatello, procurator et procuratorio nomine Magnifici viri Comitis Antonii nati quondam recolende memorie Comitis Frederici Montisferetri, prout de eius procuratorio plene constat publico instrumento scripto manu Iuliani Luce de Urbino, publici Imperiali auctoritate notarii, ad infrascripta compromissum plenum mandatum habentes, sponte et libere procuratoriis nominibus de iure et de facto compromiserunt, et consenserunt in prefatum dominum nostrum papam presentem et huiusmodi compromissum specialis verbi expressione acceptantem et recipientem tanquam in eorum verum dominum arbitrumque, arbitratorem, laudatorem et amicabilem compositorem et pium patrem communem, super omnibus et singulis guerris, litibus, discordiis, erroribus, questionibus, controversiis, iniuriis, damnis, incendiis, predis, rapinis, violacionibus, curreriis, differenciis, odiis, rancoribus, inimiciciis et animositatibus inter dictas partes ortis et versis, seu que oriri et verti possent et potuerunt inter dictas partes et sequaces communiter vel divisim a die, quo fuit facta et firmata pax inter dictos quondam dñum Galeoctum et Comitem Antonium usque in presentem diem, ac diem prolacionis laudi ferendi per prefatum dñum nrum papam, et specialiter et expresse de et super factis opidorum Saxoferrati Nucerine et Canciani Eugubine diocesum, et super innovatis et factis in dictis terris sive castris et recommendiciis ipsorum, vel altero eorum quacunque racione vel causa per ipsas partes vel alteram earum, vel earum recommendatos et adherentes, vel alterius eorum vel alterum ipsorum, Item de et super omnibus aliis attemptatis et innovatis, ac damnis illatis hincinde tempore presentis guerre vigentis et facte inter eas partes, necnon penarum intrusionibus et commissis hincinde post dictam pacem factam, et generaliter de et super omnibus aliis litibus, questionibus,

erroribus, differenciis et discordiis ortis et vertentibus, et que verti et oriri possent inter dictas partes in presenti vel in futurum racione, nomine vel occasione predictorum vel alterius eorum, sive incidencium, emergencium, dependencium et connexorum ab eisdem, seu altera ipsarum occasionum, causarum et racionum superius declaratarum, que tamen non fuerunt sopita et terminata per suos commissarios usque ad proximum preteritum mensem Iulii, et si fuerunt terminate, non fuerunt execucioni mandate, ac de omnibus aliis et singulis dependentibus, emergentibus, connexis et annexis ab eisdem simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii aut arbitrorum, et sine ulla scriptura, contencione vel litigio, et alio modo quocumque arbitrari, arbitramentum mandare, ordinare, disponere et cognoscere, pronunciare, componere, concordare, laudare, precipere, diffinire, senteneiare et alte ac basse, sicut dicto domino nostro pape videbitur et placuerit, terminare, iuris ordine servato vel non servato, ordinarie et extraordinarie, diebus eciam feriatis et non feriatis, sedendo vel stando, in scriptis et sine scriptis et aliter qualitercunque, quomodocunque et quandocunque, prout dicto dño nro pape pronuncianti melius videbitur, nullo obstante premissorum, quacunque hora, tempore et loco, partibus presentibus vel absentibus, vel una presente et altera absente, citatis vel non citatis, vel una citata et altera non citata, atque monitis, verbo, calamo vel scriptura. Promiserunt insuper prenominati dominus Iacobus et Ser Antonius procuratores nobis notariis infrascriptis, tamquam publicis personis et autenticis stipulantibus et recipientibus, procuratoriis nominibus quibus supra, quod ipse partes stabunt, parebunt et obedient dicti domini nri pape compromissarii pronunciantis laudo, dicto, arbitrio, arbitramento, pronunciacioni, diffinicioni, precepto, concordie per ipsum dominum nostrum papam arbitrum, arbitratorem et amicabilem compositorem et communem patrem, seu eciam per dictum dñum nrum papam pronunciantem dicendis, proferendis, fiendis et cognoscendis ac mandandis et componendis, nec ab eis vel aliquo ipsorum ullo tempore appellabunt vel reduci petent ad arbitrium boni viri, nec reclamabunt seu alias quovismodo contravenient aliqua racione vel causa de iure vel de facto, verbo vel opere per se vel per alios seu interpositas personas directe vel indirecte. Promiseruntque dicti procuratores nominibus quibus supra solemniter et expresse, quod ipse partes omnes sentencias, arbitramenta, arbitria, composiciones et concordias dicendas et ferendas, ut prefertur, in omnibus et singulis bona fide observabunt, attendent et complebunt ac effectum mancipabunt, et non contradicent, facient vel venient de iure vel de facto racione aliqua, dolo, ingenio sive causa per se vel alium seu alios directe vel indirecte, aliquo iuris scripti vel non scripti auxilio, sub pena viginti millium florenorum auri pro medietate Camere apostolice, et pro alia medietate parti, que laudum observaverit, applicanda, predictis procuratoribus in invicem altero ab alio et alio ab altero predictis nominibus, et nobis notariis publicis ab utrisque predictam penam nomine apostolice Camere stipulantibus a partibus stipulata solemniter et promissa, que siquidem pena tociens committatur, et sic commissa debeatur apostolice Camere et parti obedienti et obtemperanti per inobedientem et non obtemperantem, et ab ipsa parte inobedienta per dictam Cameram et partem obedientem exigi possit, quociens per aliquam parcium ipsarum contra predicta vel de predictis vel in scriptis contractis dictum, factum vel non obtemperatum aut non paritum fuerit mandato, dicto, arbitrio, arbitramento, ordinacioni, disposicioni, diffinicioni, concordie, pronunciacioni, declaracioni dicti dñi nostri pape, ita quod pars inobediens vel contradicens, aut non obtemperans vel non parens cum effectu teneatur apostolice Camere et parti alteri obedienti dare et solvere penam predictam, et ad illam solvendam per quemcumque tunc possit compelli absque peticione et dacione libelli ac exceptione aliqua, et non obstante aliqua pena commissa, exacta et soluta semel et pluries, aut non soluta vel non exacta, nichilominus omnia et singula predicta in sua permaneant firmitate. Ceterum dicti dominus Iacobus et Ser Antonius procuratores nominibus quibus supra, manu tactis scripturis, iuraverunt ad sancta dei evangelia in animas constituencium, quod partes prefate omnia et singula in presenti compromisso contracta, et in qualibet sui parte, ac eciam omnia et singula in ipsius dñi nostri pape compromissarii, ut est dictum, laudo et arbitrio proferenda, expressanda, dicenda, componenda, declaranda bona fide sine fraude attendent et observabunt, omni dolo et exceptione remotis, et quod omni pene tam a iure divino quam humano ex huiusmodi prestiti iuramenti non observacione indicte, prout ipsa iura dictant, subiacebunt, rogantes nos notarios publicos, ut super premissis omnibus, quotquot opus fuerit, ad usus cuiuslibet partis requirentis publica conficiamus instrumenta. Acta sunt hec Rome apud Sanctum Petrum in apostolico palacio, in Camera paramenti ipsius dñi nostri pape, presentibus Reverendis in Chisto patribus dñis Francisco Nolano, Augustino Callisnsi et Andrea Potentino Epis, et egregiis iuris utrinsque doctoribus dñis Anselmo de Roziis de Mediolano et Matheo de Pisis advocatis consistorialibus, et nobili viro Symone Cecchi de Guidaloctis de Perusio, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et ego Paulus de Planca de Invenacio clericus apostolice Camere predictis compromisso, promissionibus, obligacionibus, iuramentorum in-

terposicionibus ac omnibus et singulis suprascriptis, dum in predictum modum agerentur et fierent, unacum suprascriptis testibus et infrascripto notario presens fui, et de mandato dicti dñi nři pape ac rogatu dictorum procuratorum in hanc publicam formam redegi, et impeditus aliis negociis dicte Camere per alium fideliter scribi feci, et meum signum apposui consuetum. Ego Nicolaus filius olim Chicchini Galli de Imola, publicus apostolica et Imperiali auctoritate notarius et Iudex ordinarius ac apostolice Camere notarius iuratus, predictis compromisso, promissionibus, obligacionibus, iuramentorum interposicionibus ac omnibus et singulis suprascriptis, dum ut prescribitur, agerentur et fierent, unacum suprascriptis testibus et dicte apostolice Camere clerico presens fui, et de mandato dicti dñi nři pape ac rogatu dictorum procuratorum in hanc publicam formam redegi, et aliis arduis dicte Camere apostolice negociis prepeditus per alium fideliter scribi feci, et facta collacione diligenti de presenti publico instrumento cum originali nota, ipsisque repertis invicem concordare, hic me propria manu subscripsi, et signo meo consueto signavi rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum ss.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre pronunciacionis, laudacionis, arbitracionis, constitucionis, declaracionis, reservacionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum vi. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno tercio.

XVIII.

Capitula inter pontificem et Romanos pro instauranda quiete in Patrimonio B. Petri et partibus Romanis inita.

Ex Reg. Bonifacii IX. Tom. II. fol. 289.

In nomine domini amen. Anno Nativitatis dni nostri Ihesu Christi Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quintadecima, die Martis quinta mensis Marcii, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii divina providencia pape noni anno tercio.

Capitula et convenciones facta et ordinata inter miseracione divina Rñmos in Christo patres et dños, dños Stephanum tit. s. Marcelli, Franciscum tituli s. Susanne, Cosmatum tit. s. Crucis in Ierusalem presbiteros, et Marinum s. Marie nove diaconum sancte Romane ecclesie Cardinales, domini pape Camerarium, Commissarios ad hoc deputatos per prefatum sanctissimum dominum nostrum papam, agentes in superioritate, vice et nomine dictorum domini nostri pape et ecclesie Romane ex una, et magnificos viros Cecchum Testa, Iannoctum Primocerii, Nucium Cole Ursi, Conservatores Camere Urbis, Senatus officium exercentes ac guerre administratores, et Lucium Iohannis Gottifrede, Iohannem Augustinum Bandarenses, Cicchum Iohannis Paloccii, Paulum Magalocti, Nucium Gabrielis et Buczaronum Neapolionis, quatuor Consiliarios fe. So. pa. et Ba. alme Urbis, ex auctoritate eis concessa a Romano populo in consilio generali vel publico parlamento, ac Petriconum de Capogallis de Regione Montium, Iohannem Packa de Regione Trivii, Rossolinum de Regione Campimartis, Bucsolum Coctolanum de Regione Pontis, Paulucium Cole Iohannis Pauli de Regione Parionis, Iohannem Rencii Paulucetti de Regione Arenule, Colam Thebaldi de Regione sancti Eustachii, Stephanum Petrigani de Regione Pinee, Petrumpaulum, Canetti de Regione Campitelli, Cecchum Naticutum de Regione Transtiberim, Pauloctum Cole Ricelli de Regione sancti Angeli, Andreoccium de Gractulis de Regione Columpne, Bruscolum Prevignum Pauli Angeli de Regione Ripe, Capita Regionum Urbis, agentes nomine et vice excelsi Romani populi parte ex altera, super guerra per ipsas partes communiter fienda in provincia Patrimonii et partibus Romanis contra omnes adversarios dicti dñi nostri pape, Romane ecclesie et populi supradicti.

In primis promittunt omnes supradicti nominibus quibus supra, post electionem Capitanei per ipsos communiter faciendam, dare eidem Capitaneo centum lanceas inter vivas et mortuas, videlicet quelibet parcium quinquaginta, et stipendium earum incipiat die, qua scripserint et bullaverint dictum numerum lancearum, et cum dictis lanceis servient iuxta capitula inter ipsas partes et dictum Capitaneum ordinanda pro quatuor mensibus, incipiendis die prima mensis Aprilis immediate sequentis.

Item quod dicti dominus noster et Romanus populus in dicta guerra tenebunt communiter alias quingentas lanceas sub Capitaneatu predicto usque ad medietatem mensis Iunii proxime secaturi, et finito dicto tempore et ante dictum tempus, si guasta generalia et universalia omnibus inimicis ecclesie et populi Romani in dictis provincia et partibus facta essent, liceat predicto domino nostro revocare ad se et amovere a dictis Capitaneatu et provincia de supradictis lanceis suis centum et quinquaginta, et alias centum et quinquaginta computatis quinquaginta lanceis per dñm nostrum ipsi Capitaneo dandis dimittere usque ad tempus dictorum quatuor mensium completorum.

Item quod similiter liceat populo Romano post medietatem dicti mensis Iunii et ante, si guasta generalia et universalia omnibus inimicis ecclesie et populi Romani in dicta provincia et partibus facta essent, amovere et revocare ad se ex supradictis lanceis suis ducentas et quinquaginta lanceas, dummodo dimittant ipsi Capitaneo primas quinquaginta lanceas per ipsum tenendas usque ad completum tempus quatuor mensium predictorum.

Item promiserunt predicte partes dare dicto Capitaneo in stipendiis communibus ducentos fa-

mulos pedites, inter quos sint balistarii centum quinquaginta, et ducentos guastatores cum falcibus fenalibus et aliis instrumentis actis ad guastum faciendum.

Item quod omnes alie expense, que fient in dicta guerra pro caballariis et exploratoribus et aliis, fient et solventur communiter per easdem partes.

Item promittunt invicem dicte partes, quod si contingat dictum Capitaneum aut eius brigatam capere aliquam de Civitatibus, terris vel locis, que detinetur per Iohannem Sciarre seu Galassum seu Iohannem Bustardum de Vico et alios de domo de Vico, dicta terra seu locus perveniat ad manus Romani populi, exceptis Viterbio, Orchio et Cencellis (sic), (que) perveniant ad Romanam ecclesiam: omnes autem alie Civitates, terre et loca, que per quoscunque alios detinentur, perveniant et pervenire debeant ad manus dñi nostri pape et Romane ecclesie supradicte, et ita dictus Capitaneus eas assignare teneatur non requisita licencia alicuius: hoc acto et declarato, quod vigore presentis capituli non derogetur iuri predicti domini nostri pape, Romane ecclesie et Romani populi in aliqua de Civitatibus et terris recuperandis. Insuper prefati Rmi dñi Cardinales et magnifici dñi Conservatores, Bandarenses et Capita Regionum predictorum ad maius robur, firmitatem et fidem omnium et singulorum premissorum mandaverunt presentes litteras eorum sigillorum impressionum muniminibus roborari.

XIX.

Malatesta de Malatestis eiusque complices Tudertinae civitatis invasores ad comparendum coram pontifice citantur. *Reg. Tom. II. fol. 326.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Sacrosancte Romane ecclesie matris et magistre cunctorum Christifidelium, cuius regimini divina disponente clemencia presidemus, felici statui salubriter providetur et utilitati rei publice consulitur, si malignancium, presertim ipsius ecclesie rebellium et persecutorum reprimatur audacia, debilitentur conatus et malignitas expugnetur, ne si forte non resistatur eisdem, crescat eorum temeritas, invalescat presumptio et perversitas extollatur. Dudum siquidem fel. rec. Iohannes pp. XXII. predecessor noster omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Potestatibus, Capitaneis et officialibus quibuscumque, ac aliis universis et singulis, tam clericis quam laicis, cuiuscumque status, ordinis seu condicionis, preeminencie vel dignitatis existerent, eciam si Regia vel Imperiali aut Pontificali, vel quavis alia dignitate prefulgeant, Communitatibus quoque ac populis Civitatum, Terrarum et aliorum quorumcumque locorum ubicumque consistencium auctoritate apostolica per suas litteras districtius inhibuit, ne per se vel alios directe vel indirecte Romandiole, Marchie Anconitane, Ducatus Spoletani, Patrimonii beati Petri in Tuscia, Campanie et Maritime Provincias, ac Civitates, Terras et Castra, Villas et loca quecumque ad Romanam ecclesiam pertinencia, vel ipsorum aut alicuius eorum partem occupare, invadere vel turbare, aut occupantibus, invadentibus vel turbantibus publice vel occulte assistere, aut auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte per se vel alium seu alios prestare presumerent quoquomodo, ac in omnes et singulos, qui contra inhibicionem huiusmodi venire aut attemptare per se vel alium aut alios presumerent, tam laicos quam clericos, eciam si, ut predicitur, Regali aut Imperiali seu Pontificali, vel quavis alia dignitate prefulgerent, de fratrum suorum consilio excommunicacionis sentenciam promulgavit, et ipsorum Terras, necnon Universitates, Communitates et Populos quoslibet, ipsorumque Civitates, Castra, Terras, Villas et loca in premissis vel aliquo premissorum culpabiles ecclesiastico interdicto supposuit, ac eos et ipsorum quemlibet omnibus privilegiis, indulgenciis, graciis et immunitatibus realibus et personalibus per eandem ecclesiam concessis eisdem, omnibus eciam feudis, bonis, honoribus, officiis, iuribus et iurisdictionibus, que ab eadem et aliis ecclesiis obtinerent, de fratrum eorumdem consilio privavit, et eos ad illa et similia et quelibet eorum, ac ipsorum filios et nepotes ad dignitates, personatus et officia et alia quelibet ecclesiastica beneficia cum cura et sine cura, quovis nomine censerentur, auctoritate qualibet obtinenda usque ad terciam generacionem exclusive reddidit inhabiles et indignos. Et deinde eodem Iohanne predecessore, sicut dño placuit, sublato de medio, pie memorie Clemens papa VI. predecessor noster huiusmodi processus dicti Iohannis predecessoris de fratrum suorum consilio ex certa sciencia per suas litteras confirmavit et innovavit, ac ipsos voluit vim perpetue Constitucionis habere, huiusmodique processus, ut nullus excusacionem pretendere vel ignoranciam allegare posset, quod ad ipsum minime pervenissent, vel quod ignorassent eosdem, ostiie maioris ecclesie Avinionensis, apud quam idem Clemens predecessor tunc cum sua Curia residebat, affixi, ut moris est, primo et deinde in diversis Lombardie et aliis partibus publicati fuerunt. Postmodum vero, sicut fama publica ad nostrum perduxit auditum, videlicet nuper iniquitatis filii Cathelanus de Actis, Franciscus eius filius olim milites, Conte Iacobi, Franciscus Odonis, Lellus Baldelli, Corradus Bartolelli, Morelletus Cioli, Russus Iacobi de Actis Cives Tudertini, cum nonnullis aliis Nobilibus et ipsorum Concivibus, eorumque in hac parte complicibus et sequacibus contra nos et dictam ecclesiam nequiter conspirantes, tractaverunt et ordina-

verunt Civitatem nostram Tudertinam, ad nos et dictam ecclesiam pleno iure pertinentem, cum eius Comitatu et districtu contra nos et dictam ecclesiam rebellare, et a nostra et ipsius ecclesie subiectione et obediencia, in qua erat, subtrahere, et Civitatem eandem quibusdam dominis temporalibus et Communitatibus, quantum in eis erat, proditorie subicere et subiugare satagerunt, quod tamen, recusantibus eisdem dominis et Communitatibus, efficere nequiverunt. Et licet perdicionis alumnus Malatesta de Malatestis, domicellus Ariminensis, olim in Civitate Penasuriensi et nonnullis aliis nris et dicte ecclesie terris et locis pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicarius generalis, huiusmodi conspiracionum, tractatuum et ordinacionum ac prodicionum non ignarus, velut ingratus graciarum et beneficiorum per ipsum a nobis et dicta ecclesia receptorum, et contra iuramentum fidelitatis per ipsum Malatestam in manibus nostris prestitum dudum temere veniendo, tractatus ac ordinaciones, conspiraciones et prodiciones huiusmodi nobis, prout ex forma iuramenti predicti per eum prestiti tenebatur, et poterat ac debebat, significare non curavit, quin immo in reprobum sensum datus et sue salutis immemor cum prefatis Cathelano, Francisco, Conte, Lello, Francisco, Morelleto, Corrado ac Russo, et complicibus ac sequacibus se confederavit, ac inivit eciam contra nos et dictam Romanam ecclesiam conspirando. Et tandem cum Venerabilis frater noster Pileus Episcopus Tusculanus, in partibus illis apostolice sedis Legatus, de speciali mandato nostro ad eamdem Civitatem nostram pro reducendo ipsam ad nostram, et dicte ecclesie obedienciam et subiectionem cum exercitu gencium armigerarum accessisset, prefatus Malatesta in profundum descendens malorum, Guidonem olim Comitem Maciliani alias de Balneo, Capitaneum gencium suorum, ac gentes suas armigeras equestres et pedestres ad Civitatem predictam transmisit, et Cathelanum, Franciscum, Contem, Lellum, Franciscum, Morelletum, Corradum et Russum predictos, et eorum complices ac sequaces contra eumdem Legatum defensavit atque protexit, et demum temporale dominium eiusdem Civitatis contra iusticiam notorie occupavit, et Civitatem ipsam detinet indebite occupatam, ac officiales quoslibet per nos vel de mandato nostro ibidem deputatos ab ipsorum officiis per dictum Guidonem amoveri fecit, predictumque Legatum et gentes nostras armigeras impedivit, quantum potuit, ac eciam perturbavit: et nichilominus cavalcatas et offensiones multas et diversas terris et gentibus in Comitatu et districtu predictis consistentibus, ac nobis subiectis et obedientibus per gentes suas fieri, et gravia damna et iniurias inferri et irrogari fecit eisdem, propter que Cathelanus, Franciscus, Conte, Lellus, Franciscus, Morelletus, Corradus et Russus, et complices ac sequaces predicti contra nos, et eamdem ecclesiam coniuracionis ac rebellionis spiritum forcius ac virilius assumpserunt. Et licet postmodum idem Malatesta per quosdam nuncios nostros ex parte nostra, necnon ex parte Collegii Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium, ac eciam quorumdam ex eisdem Cardinalibus caritative et instanter fuerit monitus et requisitus, ut ab huiusmodi excessibus resipiscere, et predicte Civitatis dominium per ipsum, ut prefertur, temere usurpatum nobis et prefate ecclesie libere dimittere vellet: idem tamen Malatesta obturans more aspidis aures suas, licet diucius expectatus id efficere non curavit, neque curat huiusmodi penas et sentencias in prescriptis processibus contentas damnabiliter incurrendo in anime sue periculum, divine maiestatis offensam, nostrum et predicte ecclesie grave preiudicium et scandalum plurimorum. Et quamvis premissa omnia adeo sint notoria, quod nulla possunt tergiversacione celari, nosque absque alia informacione iuste contra Malatestam, Guidonem, Cathelanum, Franciscum, Contem, Lellum, Franciscum, Morelletum, Corradum et Russum supradictos possemus animadvertere, tamen ad cautelam et maiorem certitudinem premissorum dilectis filiis nostris Cosmato tituli sancte Crucis in Ierusalem, et Bartholomeo tituli sancte Potenciane presbiteris Cardinalibus commisimus oraculo vive vocis, citra revocacionem tamen aliarum commissionum alias per nos super hoc factarum, ut se de premissis informarent, et que per informacionem huiusmodi reperirent, nobis referre curarent: ipsique Cardinales postmodum huiusmodi informacione per eos recepta nobis in Consistorio retulerunt, se reperisse premissa omnia fuisse et esse vera, manifesta atque notoria. Nos igitur, qui alios in sua iusticia confovemus, nolentes, prout nec velle debemus, iura Romane ecclesie sponse nostre negligere, nec tam notorios excessus sub dissimulacione conniventibus oculis pertransire, ac attendentes, quod latum pandit delinquentibus sinum, qui perversis eorum conatibus non resistit, ac nequeuntes tot et tantos excessus absque gravi offensa Christi ac dicte ecclesie et remorsu consciencie amplius tollerare, adversus eosdem Malatestam, Guidonem, Cathelanum, Franciscum, Contem, Lellum, Franciscum, Corradum, Russum et Morelletum de dictorum fratrum consilio in virtute altissimi decrevimus exurgendum, et contra ipsos super premissis procedendum iusticia mediante. Sepedictos igitur Malatestam, Guidonem, Cathelanum, Franciscum, Contem, Lellum, Franciscum, Corradum, Russum et Morelletum, presente fidelium multitudine copiosa, cuiusmodi citandi modum ex certis causis elegimus, presencium tenore citamus, ut die nona mensis Augusti proxime futuri, si ea die consistorium fuerit, alioquin prima die extunc sequenti,

qua per nos consistorium teneri contigerit, hora consistoriali compareant personaliter coram nobis, ubicumque tunc erimus, visuri et audituri per nos decerni et declarari ipsos Malatestam, Guidonem, Cathelanum, Franciscum, Contem, Lellum, Franciscum, Morelletum, Corradum et Russum et eorum quemlibet propter premissa esse sacrilegos et excommunicatos, ac reos criminis lese maiestatis, et conspiratores eciam contra nos et ecclesiam predictam, eosdem Malatestam et Cathelanum esse periuros, omnesque predictos superius nominatos et quemlibet ipsorum propter premissa incidisse in penas et sentencias sopradictas, et alias in talia perpetrantes tam a iure quam ab homine inflictas et promulgatas, ipsosque Malatestam et Cathelanum, Guidonem, Franciscum, Contem, Lellum, Franciscum, Morelletum, Corradum et Russum et quemlibet ipsorum fore privatos, et per nos privari quibuscumque Vicariatibus, dignitatibus, honoribus, privilegiis et graciis, ac terris, necnon feudis et bonis et iuribus quibuslibet, qoe a nobis et dicta Romana ecclesia et quibuslibet aliis, aut personis ecclesiasticis seu Romano Imperio, et quibusvis aliis quocumque titulo obtinent, ipsorumque Malateste, Guidonis, Cathelani, Francisci, Contis, Lelli, Francisci, Morelleti, Corradi et Russi bona et iura omnia esse confiscata et per nos confiscari: et nichilominus visuri et audituri per nos eis alias penas infligi, prout nobis videbitur et iusticia suadebit, aperte predicentes eisdem, quod sive venerint sive non, nos in dicto termino ad declaracionem et privacionem ac inflictionem huiusmodi, prout iustum fuerit, procedemus eorum absencia seu contumacia non obstante. Ceterum volumus et auctoritate apostolica decernimus, quod citacio, electio, assignacio et voluntas nostre et alia contenta in nostro processu huiusmodi perinde valeant et robur obtineant firmitatis, dictosque Malatestam, Guidonem, Cathelanum, Franciscum, Contem, Lellum, Franciscum, Morelletum, Corradum et Russum et alios, qoos concernunt, omnino artent, quacumque constitucione contraria non obstante, ac si eis intimata et insinuata presencialiter et personaliter extitissent. Et quamvis venientes ad Romanam Curiam, ac morantes in ea et ab ipsa recedentes debeant plena securitate gaudere, ac in spoliantes, capientes et detinentes venientes ad dictam Curiam, commorantes ibidem, vel ab inde recedentes excommunicacionis et anathematis sentencie sint per processus apostolicos promulgate: ne tamen prefati Malatesta, Guido, Cathelanus, Franciscus, Conte, Lellus, Franciscus, Morelletus, Corradus et Russus citati huiusmodi ipsam Curiam communem omnibus patriam locum sibi minus tutum, aot propter inimicicias vel ex aliis causis imminere sibi periculum in itinere veniendi ad dictam Curiam, ad excusacionis suo velamen seu pallium forsan allegent, Universos et singulos Patriarchas, Archiepos et Episcopos ac alios ecclesiarum et monasteriorum prelatos, ac clericos et personas ecclesiasticas, nec non Duces, Principes, Marchiones, Potestates, Capitaneos et officiales alios eorumque loca tenentes, necnon Communia Civitatum, Universitates Opidorum, Castrorum et aliorum quorumcumque locorum auctoritate predicta tenore presencium requirimus et hortamur, ipsisque Patriarchis, Archiepis, Episcopis et aliis personis ecclesiasticis, ceterisque subditis nostris districte mandamus, qoatenus predictis Malateste, Guidoni, Cathelano, Francisco, Conti, Lello, Francisco, Morelleto, Corrado et Russo citatis in veniendo ad dictam Curiam, morando in ea et recedendo ab illa in personis vel bonis aut rebus suis nullam inferant iniuriam vel offensam, nec ab aliis, quantum in eis fuerit, inferri permittant qooquomodo. Ut autem huiusmodi nostra mandata, moniciones et eciam citacio ad dictorum Malateste et Cathelani et aliorum citatorum predictorum noticiam deducantur, cartas sive membranas mandata et moniciones continentes eadem in audiencia publica litterarum contradictarum legi, ac Basilice Principis Apostolorum de Urbe affigi ostiis sive superliminaribus faciemus, que mandata, moniciones et citacionem predicta suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut iidem Malatesta et Cathelanus et alii citati predicti ac alii, qnos concernunt, quod ad ipsos non pervenerint vel quod ignoraverint eadem, nullam possint excusacionem pretendere vel ignoranciam allegare, cum non sit verisimile quo ad eos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo etc. nostrorum citacionis, electionis, voluntatis, declaracionis, mandatorum et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum XI. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno tercio.

XX.

Perusini pontifici vicariatum eorum civitatis ab Urbano PP. VI. ipsis concessum libere resignare, plenamque dominium sub quibusdam conditionibus restituere intendunt, si ipse una cum sua curia ibi residere velit, inserto conventionis inter utramque partem ea de re initae instrumento. *Reg. Tom. II. fol. 343.*

Bonifacius episcopus etc. Venerabili fratri Pileo Episcopo Tusculano, apostolice sedis Legato, salutem etc. Etsi forte ex facultatum tibi concessarum forma, qoe infra describuntur, absque novo mandato sufficienter posses implere, nichilominus tamen, ut res conformius procedat, pro abundanciori cautela fraternitatem tuam in hiis per speciale mandatum decrevimus exercere. Cum igitur dilecti filii nobiles viri Nicolaus Galiocti de Balionibus et Philippus Pellini domicelli Perusini, Ambassiatores, Syndici et procuratores dilectorum

filiorum et Priorum Artium, Consiliariorum, Communis et populi nostre Civitatis Perusine, nuper ad nostri venientes presenciam sindicario et procuratorio nomine dictorum Priorum, Consiliariorum, Communis et populi inter alia publice recognoverunt, Civitatem ipsam et eius Comitatum ad predecessores nostros Romanos Pontifices et ecclesiam Romanam, et nos pleno iure pertinuisse et pertinere, et propositis quibusdam suadentibus causis nobis humiliter supplicaverint, ut nos cum nostra Curia ad eandem Civitatem transferre vellemus, et isto casu nobis solemni stipulacione promiserint, quod ipsi Priores, Consiliarii, Commune et populus, non obstante Vicariatu in temporalibus dudum eis de Civitate et Comitatu predictis per fel. record. Urbanum papam VI. predecessorem nostrum concesso, ad certum tunc expressum tempus nondum lapsum nobis, seu eciam ante nostrum ad eandem Civitatem adventum nostro Commissario dabunt actualem possessionem totalis dominii, et eius exercicii dicte Civitatis, necnon Comitatus, districtus, Castrorum ac terrarum eiusdem, et nonnulla alia tunc expressa sub certis modis et forma eciam tunc expressis facient et effectualiter adimplebunt, et omnia et singula per eosdem Sindicos et procuratores recognita et promissa per eorum iuramenta et instrumenta publica acceptabunt, ratificabunt, emologabunt, approbabunt ac rata et grata habebunt et inviolabiliter observabunt, et huiusmodi instrumenta in debita forma confecta ad nos mittent, nosque recognita et promissa huiusmodi acceptantes inter alia responderimus, quod desiderio desiderabamus ad ipsam Civitatem cum nostra Curia nos transferre, et quam primum ad id oportuna se facultas offerret, si et postquam dicti Priores, Consiliarii, Commune et populus premissa acceptassent, ut prefertur, ratificassent, emologassent et approbassent ac instrumenta, ut premittitur, conficienda ad nos misissent, huiusmodi desiderium cum dei auxilio curaremus implere, prout in instrumento publico inde confecto, cuius tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur: Nos cupientes, quod premissa debitum sortiantur effectum, circumspectioni tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus ex parte et auctoritate nostra Priores, Consiliarios, Commune et populum prefatos et alios, quorum interfuerit, attente moneas et requiras, ut per dictos eorum Sindicos et procuratores, ut premittitur, promissa secundum formam instrumenti predicti acceptent, ratificent, emologent et approbent cum effectu, et ad nos instrumenta conficienda huiusmodi transmittere non omittant. Et si dicti Priores, Consiliarii, Commune et populus ac alii, quorum interfuerit, id facere voluerunt, tu nomine et vice nostris ab eisdem Prioribus, Consiliariis, Communi et populo et aliis, quorum interfuerit, per eorum iuramenta in tuis manibus in debita forma prestanda acceptacionem, ratificacionem, emologacionem, approbacionem et promissionem huiusmodi, necnon actualem possessionem totalis dominii ac eius exercicii Civitatis, Comitatus ac districtus predictorum, ac eciam cassarorum et fortaliciorum eorumdem admittas, recipias et apprehendas, ac retineas et gubernes quousque cum dei gracia ad ipsam Civitatem personaliter veniamus: et nichilominus per te vel alium a dilectis filiis Castellanis et Custodibus cassarorum et fortaliciorum predictorum, et fideiussoribus eorum promissum cum iuramento recipias, quod ipsa cassara et fortalicia nostro et Romane ecclesie nomine usque ad nostrum ad ipsam Civitatem adventum sub penis, quibus dictis Communi et populo tenentur, fideliter custodient et gubernabunt, et illa seu possessionem eorum liberam et expeditam cum municionibus suis ad presens in eis existentibus, et ad Commune pertinentibus absque diminucione, illis exceptis, que interim consumerentur, nobis, quam primum in dicta Civitate fuerimus, vel Commissariis nostris, seu quibus mandabimus, absque aliquo sumptu nostro, sive illis de suis stipendiis, salariis et provisionibus satisfactum fuerit, sive non, demittent et effectualiter assignabunt: et omnia alia et singula, que in premissis et circa ea et quodlibet premissorum necessaria et utilia fuerint, eciam si talia forent, que requirerent magis speciale mandatum, facias et eciam exequaris faciendo fieri super premissis omnibus et singulis publica instrumenta eorumdem Priorum, Consiliariorum, Communis et populi sigillis, prout materia requiret, communita, que quantocius ad nostri presenciam studeat destinare, ut illis habitis circa nostrum accessum providere consulcius valeamus. Ratum insuper atque gratum habituri sumus, quicquid egeris in premissis. Tenor vero instrumenti hic, ut premittitur, confecti, de quo supra fit mencio, per omnia talis est.

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti, amen. Anno a Nativitate eiusdem filii domini nostri Ihesu Christi Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quintadecima, die sexta mensis Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii digna dei providencia pape noni anno tercio, Coram eodem sanctissimo patre et dño nostro, dño Bonifacio nono, assistentibus sibi Reverendissimis in Christo patribus et dñis, dñis Francisco Episcopo Penestrino, sancte Romane ecclesie Vicecancellario, Francisco tituli s. Susanne, Cosmato tit. s. Crucis in Iherusalem et Bartholomeo tituli s. Potenciane sancte Romane ecclesie Cardinalibus, presente eciam Reverendo patre dño Richardo Carazulo, Magistro sacre domus hospitalis

sancti Iohannis Ierosolimitani et pauperum Christi custode, qui fuit unus de Commissariis ipsius dñi nostri super infra describendis deputatis, ac in testium et nostrum notariorum publicorum infrascriptorum presencia personaliter, et flexis genibus constituti nobiles et prudentes viri Nicolaus Galiocti de Balionibus et Philippus Pelini, cives Perusinos, Ambassiatores, Sindici, procuratores, factores et certi nuncii speciales honorabilium virorum Priorum artium, Vicariorum dñorum Potestatis et Capitanei et Consiliariorum, necnon Communis et populi Civitatis Perusine, non vi coacti, non dolo circumventi, non promissis allecti, non fraude seducti, nec per aliquam ignoranciam vel errorem, sed sua spontanea, mera et libera voluntate et certa sciencia syndicario et procuratorio nomine Priorum, Vicariorum, Consiliariorum, Communis et populi predictorum, prout de ipsorum mandato constat quodam publico instrumento, cuius tenor de verbo ad verbum inferius describetur, asserentes, quod que infra preter formam dicti mandati facient et stipulabunt, illa tamquam bene informati de voluntate et intencione dictorum Priorum, Vicariorum, Consiliariorum, Communis et populi faciunt, et eciam stipulantur, cum omni humilitate et debita reverencia recognoverunt et publice confessi fuerunt Civitatem predictam, eiusque Comitatum et Commune ac particulares personas eorum, sicut alias dicti Priores, Consiliarii, Commune et populus per eorum Syndicos et procuratores coram felicis recordacionis domino Urbano papa VI., dicti domini nostri Bonifacii immediato predecessore, recognoverant et publice confessi fuerunt quo ad merum et mixtum imperium, dictum dominium, omnimodam iurisdictionem, altam et bassam, gubernacionem ac totale regimen ad Romanos Pontifices dicti domini nostri predecessores, et eandem Romanam ecclesiam ac ipsum dominum nostrum, postquam fuit ad apicem summi apostolatus assumptus, solos et insolidum pertinuisse et pertinere ac pertinere debere, et similiter in futurum ad eum, quousque divina bonitas ipsum permiserit regimini ecclesie presidere, suosque successores Romanos Pontifices canonice intrantes, et ecclesiam supradictam, salvo in predictis quod Commune Perusii habuit a predicto domino Urbano papa VI. Vicariatum ad certum tempus. Post hec autem prefati Syndici et procuratores syndicario et procuratorio nomine quo supra cum humili et debita reverencia exposuerunt, quod prenominati Priores, Vicarii, Consiliarii, Commune et populus considerantes sinceram devocionem ac devotam affectionem, quam ad Romanam ecclesiam habuerunt et habent, et quod Civitas Perusina erat et est locus, in quo Romani Pontifices cum sua Curia et affluencia magnarum commoditatum resederunt, et alias in edificiis, numerositate habitatorum, situ, rerum ad usum humanum copia et aliis requisitis plurimum splendidus et redundans ac utilis, ac commodus et aptus valde pro residencia dicti domini nři pape et sua Curia, et quod per ipsius domini nostri pape et eius Curie presenciam eadem Civitas Perusina restaurari posset et multipliciter augmentari, que res eciam temporibus modernis ad exaltacionem et prosperitatem ipsius domini nostri pape et ecclesie Romane non modicum iuvamen afferret, dictos Ambassiatores, Syndicos et procuratores ad ipsius domini nostri presenciam transmiserant: et propterea nomine quo supra eidem domino nostro pape devote, humiliter et cum instancia supplicarunt, quatenus dictus dominus noster papa se suamque Curiam ad predictam Civitatem Perusinam sine temporis protractione transferre dignetur, affirmantibus Syndicis et procuratoribus antedictis, quod huiusmodi translacio quantocius sit, tanto alterutrinque salubrius providetur. Quo quidem casu, videlicet ubi prefatus dñus noster papa se suamque Curiam ad ipsam Civitatem Perusinam transferre dignetur, ac transferat cum effectu, supradicti Syndici et procuratores syndicario et procuratorio nomine quo supra eidem dño nostro pape, stipulanti et recipienti pro se, ecclesia Romana et successoribus suis, promiserunt stipulacione solemni, quod non obstante Vicariatu in temporalibus dudum per supradictum dñum Urbanum papam VI. de predicta Civitate Perusina et eius Comitatu eisdem Prioribus, Consiliariis, Communi et populo ad certum tempus tunc expressum, nondum lapsum, et sub certis condicionibus, pactis, modis et formis eciam tunc expressis concesso, prefati Priores, Vicarii, Consiliarii, Commune et populi cum effectu dabunt ipsi dño nostro pape, et eciam ante eius adventum ad Civitatem predictam Commissario, vel Commissariis ipsius dñi nostri ad id deputandis actualem possessionem totalis dominii dicte Civitatis Perusine, et eius Comitatus et districtus, necnon Castrorum ac terrarum ipsius Communis, et quod ipse dñus noster recipietur per eosdem Priores, Vicarios, Consiliarios, Commune et populum ad plenum et liberum exercicium totalis dominii Civitatis, Comitatus, districtus, Castrorum ac terrarum predictorum cum pleno ac libero, mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione alta et bassa, atque plena, libera et generali administracione et regimine eorumdem Civitatis, Comitatus et districtus, et omnium locorum ipsius Communis, dicto domino nostro papa cum sua Curia accedente et personaliter existente in Civitate Perusina, et exnunc dicti Syndici et procuratores, quantum in eis est, ipsi domino nřo possessionem huiusmodi tradiderunt, et quod si ante adventum dicti domini nostri pape et sue Curie ad ipsam Civitatem contingeret, quod per eundem dñum nostrum papam deputaretur aliquis Commissarius seu Commissarii, qui reciperent pos-

sessionem dominii huiusmodi et possessionem corporalem Castrorum predictorum et fortaliciorum dicti Communis, dacio, concessio et assignacio possessionis huiusmodi intelligatur fieri et esse facta et fieri debeat condicionaliter, videlicet si et in quantum dictus dñus noster papa eum sua Curia veniente Perusium intelligatur, dominii possessio esse translata ac data statim ipso iure, com prefatus dominus noster cum sua Curia erit in Perusio, et quod dacio possassionis cassarorum et fortaliciorum Montonis Fracte, Bastite Assisii, Castilionis Clusini, Czeppe Valiane et aliorum fortaliciorum Comitatus Perusii assignabitur predictis Commissariis recipientibus vice et nomine dicti domini nostri pape per istum modum, videlicet quod per Castellanos et fideiussores, si eos dederunt, alioquin eos dicti Castellani de novo dare teneantur, dictorum locorum promittetur et iurabitur huiusmodi Commissariis recipientibos ut supra, quod eadem cassara et fortalicia tenebuntur nomine dñi nostri pape et Romane ecclesie predictorum, qoousqne ipse dominus noster papa cum sua Curia erit in Civitate Perusii, sub illis penis, quibus obligati sunt Communi Perusii, scilicet decem milium florenorum auri, et quod quam primum ipse dñus noster cum sua Curia fuerit in Perusio, dicti Castellani et fideinssores eidem domino nostro, vel quibus mandabit, absque aliquo sumpto dicti dñi nři effectualiter tradent liberam et expeditam possessionem dictorum cassarorum et fortaliciorum cum omnibus et singulis municionibus suis ad Commune pertinentibus, ad presens in illis existentibus, illis dumtaxat exceptis, que interim consumerentur: sic tamen quod si tempore tradicionis huiusmodi predicti Castellani seu stipendiarii aot provisionati ad eorumdem cassarorum et fortaliciorum custodiam deputati pro suis salariis, stipendiis vel provisionibus aliquod restarent habere, id totum Priores, Vicarii, Consiliarii, Commune et populus predicti solvere teneantur, liceat tamen predictis Prioribus, Vicariis, Consiliariis, Communi et populo predictis pro integra solucione et satisfactione facienda predictis Castellanis, stipendiariis aut provisionatis, Prioribus, Capitaneo et omnibus aliis officialibus et salariatis in dicta Civitate, et pro omnibus expensis occurrentibus ibidem, et eciam aliis quibuscumque legitime recipere debentibus a dicta Communitate Perusii ex causa legitima petere et habere a debitoribus ipsius Communis, et eidem Communi debentibus dare legitime aliquem quantitatem pecunie, grani et cuiuslibet alterius generis bladi vel alterius rei pondere, numero et mensura consistentis usque in diem, qoo dñus noster papa cum Curia sua Perusium intrabit, pro integra satisfactione, et usque ad integram solucionem et satisfactionem predictorum et cuiuslibet eorum, et a creditoribus predictis refutacionem, quietacionem, absolucionem recipere et eciam ipsis debitoribus de predictis, qoe dicta Communitas receperit et habuerit, liberacionem et quietacionem facere de iure valituram, et sive dictis Castellanis, stipendiariis et provisionatis persolutum fuerit, sive non, tradicio possessionis cassarorum et fortaliciorum huiusmodi propterea nullatenus differatur. Et super debitis per ipsum Commune Perusii habendis et recipiendis a quibuscumqoe debitoribus ipsius usqoe ad diem, qua dominus noster Civitatem Perusii intrabit, fiat per officiales domini nostri bona et plena iusticia ad exigenda ea ex caosa predicta. Hoc inter dominum nostrum predictum et ipsos Syndicos nomine quo supra specialiter acto et sollemni stipulacione promisso, quod ipse dominus noster pro nullo debito ipsius Communis vel particularis persooe, quodcuoque sit illud, vel cum quocunque cooractum aut sub quacumque verborum forma teneatur, sed ipsum Commune dumtaxat in se onus solvendi recipit pro omnibus debitis contractis et contrahendis usque in diem, qua dominus noster dictam Civitatem Perusii personaliter intrabit. Et hec pro predictis debitis ipsi Communi, que dominus noster ipsi Communi donat, ut creditoribus suis quibuscumque solvere possit, et omnibus aliis supradictis usque ad dictam diem introitus domini nostri in dictam Civitatem Perusii: ita qood si credita plura sint debitis, utilitas, si vero debita creditis maiora existant, damnum dictis Prioribus, Consiliariis, Communi et populo predictis dumtaxat cedant, nec de hoc dominus noster aliqoid habeat interesse. Promiserunt insuper simili stipulacione Syndici et procuratores memorati syndicario et procuratorio nomine supradicto, quod Priores, Vicarii, Consiliarii, Commune et populus circa tradicionem terrarum eis recommendatarum, et cassarorum eorumdem operabontur bono et puro animo cum Universitatibus seu Communitatibus eis recommendatis, quod sicut Commune et populus Perusini faciunt in hac parte de dicta Civitate Perusina, et eius Comitatu et districtu, ita et ipsi Universitates seu Communitates velint facere de se ipsis: sic tamen quod, cum id non a Communis et populi Perusini, sed ab Universitatum seu Communitatum huiusmodi dependeat voluntate, dicti Commune et populus Perusini ad faciendum id fieri necessario minime sint astricti. Supradicti quoque Syndici et procuratores syndicario et procuratorio nomine antedicto eadem stipulacione prefato dño nostro pape promiserunt, quod ipse dominus noster papa existens cum sua Curia in Civitate Perusina, vel eciam ab illa cum sua Curia se absentans, animo tamen ad eam cum sua Curia redeundi, proot inferius describetur, habeat omnes et singulos redditus, introitus et proventus Commonis et populi Perusinorum, et gabellas et communancias infrascriptas, videlicet communanciam aque lacus,

postas et communancias Clusii Perusini, communanciam Mentismalve, communaneiam Montisthecii, gabellam vini Civitatis, Comitatus et districtus Perusinorum, que gabella vini intelligatur sine aliqua diminucione, sed sit, prout tempore pie memorie dñi Gregorii pape XI., dicti dñi nři Bonifacii VIIII. predecessoris fuit et hodie est, gabellam pedagii et omnes alias communancias Civitatis, Comitatus et districtus Perusinorum, et eciam gabellas quadrupedum, eminarum, lignorum et herbarum, et eciam omnes alios et singulos redditus et introitus Civitatis, Comitatus et districtus predictorum, quos olim habebat prefatus dñus Gregorius papa XI., salvis tamen et reservatis vendicionibus communanciarum et gabellarum huiusmodi factis per Commune et populum Perusinos a tempore vendicionum factarum de illis vel earum aliqua, et eciam exceptis communanciis et bonis stabilibus donatis et concessis per Commune Perusii Nobilibus viris dominis Oddoni de Balionibus et Raynero de Raynariis militibus Perusinis: sic tamen quod ipsi dñi Oddo et Raynerius confirmacionem communanciarum et bonorum huiusmodi, si eis magis placuerit, novam concessionem ab ipso domino nostro papa petere et impetrare teneantur, et prestare debitum iuramentum et servicia consueta. Item promiserunt prefati Syndici et procuratores syndicario et procuratorio nomine quo supra eidem domino nostro pape, quod donec communancias lacus Perusini revertatur ad Commune Perusii, videlicet III. Kalendas proxime futuri, exigatur gabella macinatus at eciam gabella contractuum et alie gabelle seu communancie, si que per Commune et populum Perusinos vendite sunt vel obligate, similiter exigantur usque ad huiusmodi Kalendas Maii proxime venturi, quo tempore finit tempus emptorum aque lacus, ut de introitu dictarum gabellarum, macinatus et contractuum et aliarum, si que sunt, ut predicitur, possint alique fieri expense per dominum nostrum papam: et quod, postquam lacus recidet ad dominum nostrum predictum, ut predicitur, dicte gabelle macinatus et contractuum, et omnia alia onera, imposite, collecte et gabelle tam in Civitate quam in Comitatu et districtu Perusii sint et esse intelligantur ipso iure sublata atque remota. Et quod, nisi pro evidenti necessitate et publica utilitate Civitatis, Comitatus et districtus predictorum cum consilio Priorum et Camerariorum eorumdem, per ipsorum maiorem partem obtento, dño nostro pape contrarium videretur, nullum aliud onus, prestancia, imposita, collecta, gabella sive subsidium aliquod ultra predicta superius specificata in eisdem Civitate, seu Comitatu vel districtu quoquomodo de novo possit seu debeat imponi, vel quomodolibet de novo aliter exigi seu levari, salvo et excepto introitu salarie, que duret dumtaxat usque ad satisfactionem factam civibus et aliis, qui mutuaverunt pecunias pro necessitatibus Communis Perusini, et quod eius introitus non possit in alios usus deputari vel converti, nisi dumtaxat in satisfactionem huiusmodi, qua satisfactione facta dicta salaria eo ipso sit revocata, et ulterius imponi vel exigi non possit nec debeat quoquomodo. Preterea eidem dño nostro pape, recipienti et stipulanti ut supra, per stipulacionem promiserunt prefati Syndici et procuratores syndicario et procuratorio nomine antedicto, quod census atque damna, in quibus dicti Commune et populus iuxta formam Vicariatus, de quo supra mencio habetur, sunt ecclesie Romane efficaciter obligati, ipso domino nostro papa de Civitate Perusii recedente animo non redeundi, ut infra declarabitur, et eisdem Communi et populo volentibus habere, et habentibus Vicariatum predictum quoad tempus preteritum et futurum et ipsorum damnorum refectiones, in sua prima remaneant roboris firmitate, sed pro remissis liberaliter habeantur, ipso domino nostro papa residente in Civitate Perusina ac dominio supradicto.

Et quod statuta Civitatis predicte in civilibus et criminalibus, que servabantur tempore dicti dñi Gregorii pape XI., eciam nunc serventur, si qua vero postea facta sint, recenseantur, at ea, que indigebant correctione, corrigantur et remaneant, salvo semper quod dño nostro papa ibidem residente omnis aliorum iurisdictio cesset, et ad ipsum dominum nostrum libere pertineat quoad primas et secundas causas, et in omnibus aliis, salvo quod Camerarii artium et Civitatis predicte habeant et habere intelligantur inter artifices et alias personas occasione artis ipsorum, et cuiuslibet eorum illam cognicionem et iurisdictionem, quam habent secundum formam statutorum Civitatis Perusii et artis ipsorum, et que observabantur tempore Gregorii, excepto semper quod si aliqua causa seu questio eciam in nummis tangeret aliquo modo per viam actionis seu defensionis aliquem curialem seu cortesanum, super ea recurratur pro iusticia ad officiales domini nostri pape.

Et quod, in quantum placeat domino nostro, habeat tamquam liber dominus omnia palacia Communis Perusii, eciam habitacionis Priorum predictorum, pro habitacione sua faciendo, si sibi placuerit unum pontem, prout alias tempore dicti domini Gregorii factum fuerit, et quod huiusmodi palacia semper sint pro habitacione sua et successorum suorum, et eciam ultra hec, in quantum sibi placeat, habeat habitacionem ecclesie sancti Petri propter ortos et iardinos et aerem apertum dicti loci, at alias habitaciones, quas voluerit pro habitacione sua.

Et quod Priores, Camerarii, Consiliarii et alii officiales dicte Civitatis non impedient se quovismodo directe vel indirecte de dominio, vel administracione seu regimine Civitatis, Comitatus, di-

strictus, vel Castrorum seu locorum predictorum; sed ipsi omnes et alii officiales semper, antequam eorum acceptent officia, iurabunt in manibus prefati dñi nostri vel sui Commissarii ad hoc depntandi: intendit tamen idem dominus noster, quod huiusmodi Priores et eciam Camerarii conserventur, et honorabiliter et benigne tractentur cum eorum provisionibus cousnetis.

Et quod si et in quantum contingeret eundem dominum nostrum papam cum sua Curia ad Civitatem accedere antedictam, et eum vel successores suos se absentare cum sua Curia a Civitate Perusina et Comitatu predicto animo non redeundi, saltem per annum impedimento cessante, tunc Vicariatus, de quo supra mencio est, remaneat eisdem Communi et populo Perusinis cum illis membris, condicionibus et clausulis, cum quibus per prefatum dominum Urbanum papam VI. fuit concessus, et tunc anno elapso, predictus intelligatur se absentasse animo non redeundi impedimento cessante, tuncque Vicariatus predictus remaneat Communi et populo Perusinis, prout est superius declaratum.

Que omnia et singula suprascripta prefati Syndici et procuratores syndicario et procuratorio nomine supradicto eidem dño nostro pape humiliter supplicantes, quod illa acceptare dignetur, ac renunciantes expresse in hiis omnibus et singulis exceptioni, doli mali, in factum, actioni, condicioni indebiti, sine causa et ob iniustam vel turpem causam, non celebrati contractus, aliter esse scriptum quam dictum vel econtra, et omni refugio et auxilio iuris canonici et civilis, quibus contra premissa vel eorum aliquod possent quomodolibet se tueri, et specialiter iuridicenti generalem renunciacionem non valere, nisi precesserit specialis, per solemnem stipulacionem dicto domino nostro pape, stipulanti et recipienti pro se et ecclesia Romana et successoribus antedictis, promiserunt sub eorum eciam proprio iuramento, ibidem tactis sacris scripturis, per eos in constituencium et proprias animas prestito perpetuo attendere, observare et cum effectu et integraliter adimplere, et nunquam contrafacere, dicere vel venire aliqua racione vel causa de iure vel de facto, et quod eciam prenominati Priores, Vicarii, Consiliarii, Commune et populus quamprimum hubuerint noticiam de premissis, ea omnia et singula per eorum iuramenta et instrumenta publica in forma debita et oportuna conficienda, et per eos ad ipsum dñum nostrum transmittenda, que presentis instrumenti tenorem de verbo ad verbum contineant, acceptabunt, ratificabunt, emologabunt, approbabunt ac rata et grata habebunt, et effectualiter observabunt, et contra illa vel eorum aliqua nullis temporibus dicent, facient aut venient quoquomodo, sub ypoteca et obligacione omnium et singulorum bonorum presencium et futurorum, et sub illis penis atque censuris, quas dictus dñus noster contrafacientes incurrere voluerit quovismodo. Premissis igitur sic peractis et eisdem Syndicis et procuratoribus, ac testibus nobisque notariis ad nutum ipsius domini nostri in partem secedentibus, dictus dominus noster cum supradictis dominis Cardinalibus ac Ricardo magistro aliquamdiu collocutus, postea Syndicis et procuratoribus, ac testibus nobisque eisdem notariis ad sui presenciam revocatis, dixit et respondit in effectu, quod recognita, confessata, exposita, promissa et supplicata per eosdem Syndicos et procuratores cum spirituali consolacione audierat et plenius intellexerat, ac bonam disposicionem dictorum Priorum, Consiliariorum, Communis et populi plurimum in domino commendabat: recognita vero, confessata et promissa huiusmodi suo et Romane ecclesie ac successorum suorum nomine acceptabat, acceptavit et acceptat, per hoc autem alias iuribus dicte ecclesie preiudicare in aliquo non intendens. De accessu autem suo ad eandem Civitatem Perusinam adiecit, quod desiderio desiderabat cum sua Curia ad illam se transferre, et ea pro viribus operari, que ad dei laudem, exaltacionem ecclesie, rei publice decus, salutem animarum ac bonum statum Civitatis eiusdem valeant redundare, et quum primum oportuna ad id obtulerit se facultas, si et postquam prefati Priores, Vicarii et Consiliarii, Commune et populus supradicti omnia et singula cum effectu acceptaverint, ratificaverint, emologarint et approbarint, et quantum in se fuerit, adimpleverint, et instrumenta super hiis conficienda, ut prefertur, ad ipsum dominum nostrum transmiserint, desiderium huiusmodi cum dei auxilio effectualiter adimplere curabit. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et adimplendis prefati Syndici et procuratores quo supra nomine iuramentum corporaliter prestiterunt sub hac forma.

Nos Nicolaus Galeocti et Philippus Pellini, cives Perusini ac Syndici et procuratores prefati, syndicario et procuratorio nomine quo supra in animas nostras et dictorum constituencium iuramus, quod ab hac hora inantea fideles erimus beato Petro Apostolorum Principi, et beatissimo in Christo patri ac domino nostro, dño Bonifacio divina providencia pape VIIII. ac successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus etc. ut in forma solita, vide supra pag. 24.

De quibus omnibus et singulis suprascriptis prefatus dominus noster papa mandavit, dicti vero syndici et procuratores Communis et populi Perusini nomine quo supra, ac venerabilis et circumspectus vir dominus Thomas de Vicecomitibus de Ficecchio, procurator fiscalis dñi nostri pape, nomine Camere apostolice et domini nostri pape prefati rogaverunt fieri unum, et plura instrumenta publica tenoris eiusdem per nos ipsos notarios publicos infrascriptos ad rei memoriam sempiternam. Tenor

antem instrumenti mandati, de quo supra fit mencio, per omnia talis est.

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti, amen. Et ad honorem, gloriam et exaltacionem et statum sacrosancte matris ecclesie, et sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, beatissimi domini Bonifacii summa dei providencia sacrosancte Romane et tocius universalis ecclesie dignissimi summi Pontificis, et Reverendissimorum patrum et dominorum, dominorum sancte Romane ecclesie dignissimorum Cardinalium suorum confratrum, et ad salutem, augmentum, pacem et quietem, bonum et tranquillum statum magnifici Communis et populi Perusini, Anno dñi Millasimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quintadecima, secundum stilum Civitatis Perusii, tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Bonifacii supradicti dignissima dei providencia pape noni, die vigesima prima mensis Iulii, Actum in Civitate Perusina, in sala inferiori Palacii residencie domini Capitanei populi Perusini, Presentibus Reucio Paulucii Calczolario de Porta Solis, Ser Stefano Ser Raynerii, Schiatto Francisci et Matheolo Petri di Porta sancte Subxanne, Bontempo Iohannis, Tomasso Tancii et Francisco Ceccholi de Porta Eburnea, et pluribus aliis civibus Perusinis, et Ser Petro Philippini di Trevio et innumeris aliis testibus ad heo habitis, vocatis et rogatis, Maiori et Generali Consilio Communis et populi Civitatis Perusii de mandato magnifici viri Francisci Scopti de Scoptis de Placencia, honorabilis Capitanei Populi Perusini, ad sonum Campane et tubarum vocemque preconis, ut moris est, in sala inferiori palacii habitacionis et residencie dicti dñi Capitanei, in sufficienti numero convocato et congregato secundum formam statutorum et ordinamentorum Communis Perusii. In quo quidem Consilio interfuerunt magnifici domini, domini Priores artium Civitatis Perusii numero Octo presentes et in concordia, et egregius legum doctor dominus Antonius da Cingulo, Vicarius et Collateralis dñi Potestatis Civitatis predicte, et sapiens et iurisperitus vir dñus Nicolaus de Costherbosa, Vicarius prefati dñi Capitanei, et Consiliarii dicti Consilii in sufficienti numero secundum formam dictorum statutorum et ordinamentorum. In ipso quidem Consilio prefati dñi Priores et Vicarii unacum dictis Consiliariis in dicto Consilio existentibus, et dicti Consiliarii unacum dictis dominis Prioribus et Vicariis in plena et unanimi concordia existentes omnibus modo, via, iure et forma, quibus melius potuerunt, fecerunt, constituerunt, ordinaverunt atque creaverunt nobiles viros Nicolaum Galiocti de Balionibus et Philippum Pellini, cives et Ambaxiatores Perusinos, et utrumque eorum insolidum eorum et dicti Communis Perusii veros et legitimos syndicos et procuratores, actores, factores et certos nuncios speciales ad comparendum coram Sanctissimo in Christo patre et domino nostro, domino Bonifacio summa dei providencia papa nono, et ad promictendum vice et nomine Communis et populi Perusini, quod Commune et populus Perusinus dabit prefato dño nostro pape dominium et possessionem Civitatis et Communitatis Perusii, et quod prefatus dominus noster papa recipietur per Commune et populum Perusinum ad dominium plenum et liberum Civitatis et Communis Perusii, et Comitatus eius ac districtus, et omnium Castrorum, Terrarum ipsius Civitatis, Comitatus et districtus cum pleno et libero, mero et mixto imperio, atque plena, libera et generali administracione et regimine ipsius Civitatis, et Comitatus et districtus, et omnium locorum ipsius Communis, ipso domino nostro papa veniente et accedente et personaliter existente in Civitate Perusina cum sua Curia. Et quod si ante adventum Sanctitatis sue et sue Curie ad Perusinam Civitatem contingeret, quod per Sanctitatem suam deputarentur aliquis Commissarius seu Commissarii, qui reciperent possessionem dominii predicti, et possessionem corporalem dictorum Castrorum et fortaliciorum predictorum, quod dicta dacio, concessio et assignacio dominii et possessionis intelligatur fieri et esse facta et fieri debeat condicionaliter, videlicet si et in quantum dñus noster papa veniret Perusium cum sua Curia, et non aliter, nec alio modo, et quod tunc eo veniente Perusium cum sua Curia intelligatur esse dominium translatum et possessio data statim ipso iure, cum prefatus dominus noster cum sua Curia erit in Perusio, et quod dacio possessionis cassarorum et fortaliciorum Montonis Fracte, Bastite Asisii, Castilionis Clusini, Czeppe Valiane et aliorum fortaliciorum Comitatus Perusini assignabitur predictis Commissariis, recipientibus vice et nomine dicti dñi nostri pape, per istum modum, videlicet quod per Castellanos et fideiussores dictorum locorum promittetur Commissariis predictis, recipientibus ut supra, cassara et fortalicia predicta tenere nomine Romane ecclesie et dicti domini nostri pape, donec idem dominus noster papa cum sua Curia erit in Civitate Perusii, et quod, ipso domino nostro cum sua Curia existente in Perusio, promictent dicti Castellani et eorum fideiussores tradere possessionem liberam ipsorum fortaliciorum ipsi domino nostro papa, vel deputandis ab eo sub illis penis, quibus predicti obligati sunt Communi Perusii, scilicet decem milium florenorum auri.

Item eciam ad promictendum vice et nomine Communis predicti prefato dño nostro pape, quod Commune et populus Perusii et domini Priores artium dicte Civitatis circa tradicionem possessionis terrarum recommendatarum, et cassarorum eorumdem operabuntur bono et puro animo cum Communitatibus recommendatis dicto Communi Perusii, quod

sicut Commune et populus Perusinus facit de dicta Civitate Perusina et eius Comitatu pro bono tocius patrie, ita et ipse Communitates velint facere, dummodo Commune et populus Perusinus non sint obligati ad faciendum fieri necessario predicta per predictas Communitates, cum hoc dependeat a voluntate populorum dictarum Communitatum, et non a voluntate Communis et populi Perusini. Item ad promittendum vice et nomine Communis et populi Perusini prefato dño nostro pape, quod prefatus dominus noster papa existens cum sua Curia in Perusina Civitate, vel eciam se absentans a Civitate Perusii cum sua Curia, animo tamen redeundi ad Civitatem Perusinam cum sua Curia, prout inferius describitur, habeat omnes infrascriptos redditus, introitus et proventus Communis et populi Perusini, et gabellas et communancias infrascriptas, videlicet communanciam aque lacus, postas et communancias Clusii Perusini, communanciam Montismalve, communanciam Montischeeii, gabellam vini Civitatis et Comitatus Perusii, que gabella vini intelligatur sine aliqua diminucione, sed sit, prout tempore dñi Gregorii pape XI. fuit et hodie est, gabellam pedagii et omnes alias communancias Civitatis et Comitatus Perusii, et eciam gabellas quadrupedum, eminarum, lignorum et herbarum, et eciam omnes alios redditus et introitus Civitatis, Comitatus et districtus Perusii, quos olim habebat sancte memorie Gregorius predictus papa XI., salvis tamen et reservatis vendicionibus communanciarum et gabellarum factis per Commune Perusii pro tempore vendicionum factarum de hiis vel aliqua earum, et eciam exceptis communanciis et bonis stabilibus donatis et concessis per Commune Perusii Oddoni Militi de Balionibus et Raynerio Militi de Rayneriis civibus Perusinis, quarum quidem communanciarum concessio de novo vel con-confirmacio domini nostri pape cum recognicione et iuramento consuetis de speciali gracia, et benignitate apostolice sedis et Sanctitatis fiat, cum per eandem Sanctitatem sit declaratum Ambaxiatoribus Communis Perusii, qui sunt ad pedes sue Sanctitatis, quod Sanctitati sue placet dictas communancias eisdem confirmare, vel de novo concedere cum recognicione et iuramento consuetis.

Item ad promictendum vice et nomine Communis et populi Perusini dicto dño nostro pape, quod donec communanciam lacus Perusini revertatur ad Commune Perusii, videlicet III. Kalendas Maii proxime venturi, exigatur gabella macinatus, et eciam postquam reversa erit ad Commune, gabella contractuum et alie gabelle seu communancie, si que vendite sunt, similiter exigantur usque ad Kalendas Maii proxime venturi, quo tempore finit tempus emptorum aque lacus, ut de introitu dictarum gabellarum macinati et contractuum et aliarum, si que sunt, ut predicitur, possint alique fieri expense per dominum nostrum papam: et quod, postquam lacus decidet ad Commune Perusii, ut predicitur, dicte gabelle macinati et contractuum, et omnia alia onera, imposite, collecte et gabelle tam in Civitate quam Comitatu Perusii sint et esse intelligantur ipso iure sublata et remota. Et quod nullum aliud onus, prestancia, imposita, collecta, gabella sive subsidium aliquod ultra predicta in Civitate predicta vel Comitatu possit seu debeat quoquomodo de novo imponi, vel quomodolibet aliter de novo exigi, salvo et excepto introitu salarie, que duret dumtaxat usque ad satisfactionem factam civibus et aliis, qui mutuaverunt pecunias pro necessitatibus Communis Perusii, et quod eius introitus non possit in alios usus deputari vel converti, nisi dumtaxat in satisfactionem huiusmodi, qua satisfactione facta, ipsa salaria eo ipso sit revocata, et ulterius imponi vel exigi non possit nec debeat quoquomodo.

Item ad promictendum vice et nomine Communis et populi Perusini dicto domino nro, quod census et damna, in quibus dictum Commune est Romane ecclesie obligatum, ipso dño nostro papa recedente de Civitate Perusii animo non redeundi, ut infra continetur, et ipso Communi Perusii volente habere et habente Vicariatum infrascriptum, et de quo infra fit mencio, dicti census quoad tempus preteritum et futurum et dictorum damnorum refectiones in sua prima remaneant roboris firmitate, sed pro remissis liberaliter habeantur, ipso dño nostro papa residente in Civitate Perusii et in dominio supradicto.

Item ad promictendum vice et nomine Communis et populi Perusini dicto domino pape, quod statuta Civitatis predicte in Civilibus et Criminalibus, que servabantur tempore sancte memorie dñi Gregorii pape XI. eciam nunc serventur. Si qua vero postea facta sint, recenseantur, et ea, que indigebunt correctione, corrigantur et remaneant, salvo semper quod, domino nostro papa ibidem presente, omnis iurisdictio aliorum cesset et ad dictum dñum nostrum libere pertineat quoad primas et secundas causas et in omnibus aliis.

Item ad promictendum vice et nomine Communis et populi Perusini dicto dño nostro pape, quod in quantum placeat sue Sanctitati, habeat omnia palacia Communis Perusii, eciam habitacionis dñorum Priorum, pro habitacione sua faciendo, (et) unum pontem, prout alias tempore factum fuit, et quod dicta palacia semper sint pro sua habitacione et successorum suorum, et eciam ultra hec, in quantum sue Sanctitati placeat, habeat habitacionem ecclesie sancti Petri propter ortos et giardinos et aerem longum ipsius loci.

Item ad promictendum vice et nomine Communis et populi Perusini dicto dño nostro pape, quod Priores et Camerarii et alii officiales dicte

Civitatis non impedient se de dominio vel administracione seu regimine Civitatis, Comitatus, districtus vel Castrorum predictorum; sed quod predicti omnes et alii officiales semper, antequam receptent eorum officia, iurabunt in manibus prefati dñi nostri vel Commissarii sui ad hoc deputandi: ita tamen quod dicti dñi Priores dicte Civitatis et Communis, ac eciam Camerarii conserventur, et honorabiliter tractentur, cum eorum provisionibus consuetis. Et si et in quantum contingeret dictum dñum nostrum papam venire cum sua Curia ad Perusinam Civitatem, et eum vel successores suos se absentare cum sua Curia a Civitate et Comitatu Perusii animo non redeundi, saltem per annum impedimento cessante, quod tunc Vicariatus concessus dicto Communi per sancte memorie dñum Urbanum papam VI. remaneat Communi predicte Perusii cum eisdem membris, condicionibus et clausulis, cum quibus concessus fuit dicto Communi per prefatum dñum, dñum Urbanum papam VI. et quod tunc elapso anno predicto intelligatur se absentasse animo non redeundi impedimento cessante, tuncque Vicariatus predictus remaneat Communi Perusii, prout supra declaratum est.

Item ad promictendum vice et nomine Communis et populi Perusini dicto dño nostro pape, observare et adimplere cum effectu et integraliter omnia et singula predicta, et eciam omnia et singula capitula, de et super quibus Sanctitas antedicta voluit et disposuit una cum Ambaxiatoribus dicti Communis, qui fuerunt cum dicto dño nostro papa et Commissariis a Sanctitate sua deputatis ad pedes sue Sanctitatis, eciam si dicta capitula vel aliquod ipsorum in genere vel specie deformarent predictis vel alicui predictorum, Dantes et concedentes dictis eorum Syndicis et procuratoribus et utrique eorum insolidum in predictis, et iuxta predicta et quodlibet predictorum plenum, liberum, generale et speciale mandatum cum plena, libera, generali specialique potestate et balia, promictentes vice et nomine Communis et populi predicti habere ratum, gratum et firmum quicquid per dictos Syndicos et procuratores, vel alterum eorum in predictis et circa predicta fuerit actum, factum et gestum, et in nullo unquam contravenire aliqua racione vel causa, sub ypoteca et obligacione omnium bonorum dicti Communis Perusii presencium et futurorum. Ego Benedictus Ser Petri de Civitate Perusii, Imperiali auctoritate notarius, et notarius nunc supradictorum dominorum Priorum Civitatis Perusine, suprascriptis omnibus et singulis, dum agerentur, interfui, et eu rogatus unacum infrascripto Ser Francisco de licencia et mandato prefatorum dñorum Priorum scripsi, et meis signo et nomine publicavi. Et ego Franciscus olim Ser Iacobi quondam Ser Piendebene de Montepoliciano, Imperiali auctoritate notarius et Iudex ordinarius, et nunc adbreviator reformacionum Communis Perusii, predictis omnibus, dum agerentur, interfui et rogatus una cum prefato Ser Benedicto de mandato dictorum dñorum ad fidem omnium premissorum me subscripsi et publicavi.

Actum Rome apud S. Petrum in palacio residencie dicti dñi nri pape in camera inferiori, presentibus Reverendis in Christo patribus dñis Iacobo Archiepiscopo Barensi, Francisco Nolano, Pavone, Tropiensi et Andrea Potentino Episcopis, Henrico Abbate monasterii sancte Sophie Beneventani, Corrado Caraczolo Subdiacono, Baldasar Cossa, Petro de Bosco Cubiculariis, Francisco de Lanzanico Secretario dñi nostri pape, Tello de Rosciano domicello, Symeone de Quatropanibus de Perusio Advocato consistoriali, et Antonio Francischini de Perusio testibus ad predicta vocatis, habitis et rogatis. Et ego Franciscus de Mercatello, apostolice Camere clericus et auctoritate apostolica notarius publicus, omnibus et singulis suprascriptis, dum agerentur et fierent, unacum testibus et notariis supra et infrascriptis interfui, ipsaque ad mandatum prefati domini nostri, ac eciam rogatus et requisitus per dictos procuratorem fiscalem et syndicos et procuratores dicti Communis Perusii, ut de predictis unum publicum et plura conficerem instrumentum et instrumenta, in notam redigi, et aliis certis et arduis negociis impeditus per alium transcribi feci, meque propria manu subscripsi et signum meum consuetum apposui in fidem et testimonium predictorum. Et ego Thomas de Spina clericus Camere domini nostri pape, auctoritate apostolica notarius, omnibus et singulis suprascriptis, dum agerentur, unacum notariis et testibus infra et suprascriptis interfui, de ipsisque per procuratorem fiscalem dicti dñi nostri pape, et syndicos et procuratores dicte Civitatis Perusine suprascriptis fui rogatus atque requisitus facere publicum instrumentum unum et plura, meque hic manu propria subscripsi et signum meum apposui in testimonium premissorum.

Datum Rome apud Sanctum Petrum VII. Idus Augusti, Pontificatus nostri anno tercio.

XXI.

Francisco de Gonzaga imperiali in civitate Mantuana vicario pontifex castrum Gonzagae in nobile feudum concedit sub annuo censu unius accipitris, castrum ipsum in comitatum erigit, et feudatario pro tempore dignitatem comitis confert. *Reg. Tom. II. fol. 375.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Francisco Comiti Gonzage Reginensis diocesis, in Civitate Mantuana Imperiali Vicario, salutem etc. Multiplicium grandiumque virtutum congeries, quibus personam tuam novimus insignitam, necnon sincere ac magne devocionis affectus, quem erga nos et Rom. ecclesiam gerere comprobaris, merito nos inducunt, ut eandem personam tuam, et per eam

eciam posteros tuos specialibus graciis et favoribus prosequamur. Tuis itaque in hac parte supplicacionibus inclinati, Castrum Gonzage cum eius Territorio Reginensis diocesis ad nos et Romanam ecclesiam pertinens, quod tu pro te et filiis tuis utriusque sexus a nobis, et dicta ecclesia in feudum nobile et honorificum ex nostra concessione obtines, Comitatum de novo facimus et tenore presencium constituimus, volentes et auctoritate apostolica decernentes, quod dictum Castrum cum eius Territorio deinceps perpetuo vocetur et nuncupetur Comitatus Gonzage: et nichilominus te ac filios tuos naturales et legitimos utriusque sexus, si extant et quamdiu extabunt, non extantibus autem legitimis, naturales legitimatos Comites predicti Comitatus Gonzage auctoritate predicta facimus, constituimus et eciam deputamus, decernentes te ac eosdem filios exnunc Comites Gonzage existere, et sic deinceps ab omnibus censeri et nominari, ac eciam nuncupari cum omnibus et singulis emolumentis, commodis, honoribus et preeminenciis, que aliis Comitibus de iure concedi consueverunt. Volumus autem, quod tu, quoad vixeris, et post obitum tuum filii predicti racione huiusmodi Comitatus, et in recognicionem superioritatis et dominii diete Romane ecclesie annis singulis Camere apostolice perpetuo dare, et assignare teneamini unum bonum Accipitrem, et ad hoc sitis astricti ac efficaciter obligati. Nulli ergo etc. nostre factionis, constitucionis, deputacionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum VI. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno tercio.

XXII.

Vicariatus civitatis Bononiensis et eius pertinentium sub certis conditionibus et annuo censu quinque milium floren. communi Bononiensi ad XXV. annos conceditur.
Ex codice Vicariatuum fol. 134.

In nomine domini, Amen. Noverint Universi presentes pariter et futuri huiusmodi instrumentum publicum inspecturi, quod die vicesimanona mensis Octobris anno a nativitate domini Millesimo trecentesimo nonagesimo secundo, Indictione quintadecima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii divina providencia pape noni anno tercio, Coram ipsius domini nostri pape Sanctitate in Civitate Perusii, et infra palacium apostolicum in Camera paramenti, assistentibus eidem Revmis in Christo patribus et dominis, dñis Francisco miseracione divina Episcopo Penestrino, sancte Romane ecclesie Vicecancellario, et Francisco tit. s. Susanne ac Cosmato tit. s. Crucis in Ierusalem presbiteris sancte Romane ecclesie Cardinalibus, necnon Ricardo sacre domus hospitalis s. Iohannis Ierosolimitani generali Magistro, Commissariis eiusdem domini nostri pape, necnon ibidem astantibus Revmis in Christo patribus et dominis, dñis Pileo eadem miseracione Episcopo Tusculano, Christoforo tituli s. Ciriaci presbitero, Marino s. Marie nove et Landulpho s. Nicolai in Carcere Tuliano diaconis dicte sancte Romane ecclesie Cardinalibus, personaliter constituti in presencia notariorum et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, honorabiles et sapientes viri dñi Ugolinus quondam dñi Thome de Stappis, et Iohannes quondam dñi Petri militis et legum doctoris de Caniculo, legum doctores, Maxotus quondam Vezoli de Malviciis mercator sirici, ac Daxotus quondam Ixmair de Argelle notarius, cives Bononienses, Ambassiatores, Sindici et Nuncii, procuratores, actores, negociorum gestores, et quidquid melius et validius de iure fieri et dici potest, Communis, Universitatis et populi Civitatis Bononiensis et eius Comitatus et districtus, ad prefatam Romanam ecclesiam nullo medio pertinentium pleno iure, pluribus prius habitis colloquiis et precedentibus tractatibus, habentes ad infrascripta plenum, liberum ac sufficiens mandatum, et plenam, liberam et sufficientem potestatem, prout apparet per tenorem infrascripti sindicatus et procurationis seu mandati huiusmodi, cuius tenor de verbo ad verbum inferius describitur, nomine procuratorio et sindicatorio predictorum Communis et populi Civitatis Bononie ac Comitatus et districtus eiusdem, ac eciam nomine Comitatus Imole et Comitatus et districtus Masse Lombardorum, ac omnium locorum et terrarum, que per Commune Bononiense tenentur, possidentur et gubernantur, ac vice et nomine eorumdem ac pro eis de libertate et ex certa sciencia scienter et sponte, non seducti, inducti, allecti, decepti vel quomodolibet coacti, nec errantes in iure vel in facto, omnibus melioribus via, modo, iure et forma, quibus melius et efficacius potuerunt, confessi fuerunt, recognoverunt, obtulerunt, promiserunt, submiserunt, ad obedienciam sancte matris ecclesie et domini nostri pape redierunt, iuraverunt, obligaverunt, renunciaverunt, concordarunt, convenerunt, pepegerunt, receperunt, et alia omnia et singula dixerunt et fecerunt in omnibus et per omnia, prout inferius scribitur et continetur, et iuxta continenciam et tenorem omnium et singulorum, que in presenti instrumento continentur et comprehenduntur.

In primis libere et sponte et ex certa sciencia cum omni humilitate et reverencia sindicario et procuratorio nominibus, quibus supra, nomine Communis et Universitatis predictorum, et vice et nomine ipsorum et pro eis dixerunt et proposuerunt, ac confessi fuerunt ac publice recognoverunt, salva semper infrascripta protestacione, procuratorio et sindicario nomine Universitatis et populi predictorum plenum, liberum, integrum et totale dominium utile et directum et immediatum, et omnimodam iurisdictionem Civitatis, Comitatus et districtus ac

Communis, Universitatis et populi predictorum, nec non ipsorum Civitatis, Comitatus et districtus, Castrorum, Villarum, Torrarum et locorum iura, fructus, redditus, proventus, Regalia beati Petri et Romane ecclesie, et alias obvenciones quascumque, ita tamen quod non comprehendantur iura, fructus et redditus, proventus et alie obvenciones quecumque singularium personarum, ad sanctam Romanam ecclesiam et Sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Bonifacium divina providencia papam Nonum, et Romanos Pontifices, qui pro tempore erunt, solos et insolidum pleno iure et ad nullum alium pertinere et fuisse et esse, et perpetuo esse debere veros subditos et subiectos de dominio, superioritate immediata et pleno iure dicti domini nostri et ecclesie Romane, et dictam Civitatem Bononie cum toto eius Comitatu et districtu, et dictum Comitatum Imole et Comitatum et districtum Masse Lombardorum, et omnia loca predicta spectasse et pertinuisse plenissime ad ius et proprietatem Romane ecclesie et summorum Pontificum, qui pro tempore fuerunt, et similiter spectare et pertinere, fuisse et esse, et perpetuo esse debere de dominio directo et utili et proprietate pleno iure dominii et superioritatis immediate Romane ecclesie, domini nostri pape et successorum suorum; et quod prefati Civitas et Comitatus et districtus, et loca predicta eiusdem fuerunt ab antiquo, et a tanto tempore citra cuius inicii memoria non existit, et eciam ante, et sunt et perpetuo esse debent de proprietate, meroque et pleno et immediato dominio sancte Romane ecclesie et summorum Pontificum, qui fuerunt pro tempore, et erunt in futurum, et liberam et generalem administracionem et disposicionem eorumdem ad prefatam Romanam ecclesiam et dominum nostrum summum Pontificem plene, libere et omnimode spectare; et quod ipsa Romana ecclesia et dominus noster papa predictus et eius successores sunt domini soli et insolidum, et esse debent Civitatis et Comitatus et districtus, Communis, Universitatis ac populi, et Comitatuum et districtuum et locorum predictorum: necnon similem recognicionem et confessionem faciunt et fecerunt nomine quo supra cum omnibus et singulis verbis et clausulis superioribus de Castris, terris et locis Comitatuum Imole et districtuum predictorum, ac de omnibus aliis terris, Castris et locis existentibus sub regimine et gubernacione dictorum populi et Communis Bononiensium, et iuraverunt et promiserunt sindicario et procuratorio nomine quo supra, quod non nominabunt, nec recipient aliquem in dominum Bononiensem, neo Comitatus et districtus, neo alicuius Castri vel Castrorum dictorum Comitatus et districtus, vel alicuius terre, Castri et locis existentium sub regimine et gubernaciono dictorum populi et Communis Bononiensium in Comitatu Imole et Masse Lombardorum, vel eciam alibi ubicumque, nisi Romanam ecclesiam et dominum nostrum papam, qui nunc est et pro tempore fuerit.

Item promiserunt sindicario et procuratorio nomine quo supra, quod similem recognicionem in omnibus et per omnia faciont Anciani nomine Communis Bononie, necnon Sindici Communis et populi legitime constituti in generali adunancia Sexcentorum, qui habebunt ad hoc plenum, sufficiens et liberum et speciale mandatum recognoscendi ipsis dominis Ancianis Vicariis et Commissariis dicti domini nostri et ecclesie Romane, et Romanorum Pontificum, qui erunt pro tempore, et hoc infra mensem a die quo predicti Sindici et procuratores, vel maior pars eorum Bononiam applicuerint.

Item prenominati Sindici, procuratores, actores et negociorum gestores sindicario et procuratorio nomine et vice et nomine, quibus supra, prefato domino nostro pape in eius manibus, sacrosanctis dei evangeliis tactis eorum manibus, prestiterunt fidelitatis iuramentum in hec verba.

Nos Ugolinus de Stappis, Iohannes de Caniculo legum doctores, Muxotus de Malviciis mercator, et Baxotus de Argelle notarius, cives Bononienses, Sindici et procuratores Communis, Universitatis et populi Civitatis, Comitatus et districtus Bononiensium, sindicario et procuratorio nomine eorumdem, et vice et nomine ipsorum et pro eis post confessos et recognitos errores et excessus, quibus populus, Commune et singulares persone erant obnoxii, recognoscentes bonam fidem, ad gremium seu graciam dñi nostri et ecclesie totis desideriis reverti affectantes, in animas ipsorum constituencium et nostras iuramus, et solempniter promittimus ad hec sancta dei evangelia corporaliter manibus per nos tacta procuratorio et sindicario nomine, et vice et nomine Communis, Universitatis et populi Civitatis, Comitatus et districtus Bononiensium predictorum, quod ab hac hora inantea dictum Commune, Universitas et populus erunt perpetuo, et predicti Comitatus Imole et districtus Masse Lombardorum et loca premissa, tamquam veri et peculiares filii subditi Romane ecclesie, fideles, obedientes, reverentes et devoti beato Petro Apostolorum Principi, sancteque Romane ecclesie ac vobis Sanctissimo in Christo patri et domino nostro, domino Bonifacio pape Nono predicto, vestrisque successoribus canonice intrantibus: et quod non erunt in consilio, auxilio, opere, consensu seu facto, quod vos Romanus Pontifex seu successores vestri, vel eiusdem sedis Legati seu Vicarius generalis vitam perdant aut membrum, seu capiamini aut capiantur mala captione. Et consilium, quod eis vel eorum alteri per litteras vel nuncios significaveritis vel commiseritis, aut significaverint vel commiserint, sine eorum vel vestri licencia, signo, verbo vel nutu

non manifestabunt, vel pandent ad vestrum vel eorum dampnum. Papatum Romanum et Regalia beati Petri, ac omnia iura Romane ecclesie, que habet ubique, adiutores vobis et eis erunt ad retinendum et defendendum, ac honorem et statum vestrum et eorum, quantum in eis fuerit, conservabunt, vobisque et eis adherebunt et pro posse favebunt, ac in eundo (et) redeundo eos honorifice tractabunt, et in suis necessitatibus adiuvabunt: nec quantum in eis erit, permittent in dicta Civitate Bononie eiusque Comitatu et districtu, et in Comitatu Imole, et in aliis et quibuscumque locis, que per dictum Commune tenentur et possidentur, eis aliquam iniuriam fieri vel inferri, et quibuscumque qui contra premissa vel eorum aliquod conarentur aliquid attemptare, quantum poterunt, se opponent, eosque pro posse impedient: offensiones et dampna vestri domini nostri pape et successorum vestrorum et dicte Romane ecclesie, quantum poterunt, evitabunt: nec erunt in consilio vel facto seu tractu, in quibus contra vos aut successores vestros, aut eamdem Romanam ecclesiam aliqua siuistra vel preiudicialia machinentur vel fiant, et si talia a quibusvis attemptari aut procurari noverint vel tractari, hec pro posse impedient: quod si impedire non possent, per nuncios, nuncium vel litteras vobis et eis significare curabunt, vel illi, per quem citius possit ad vestram et eorum noticiam pervenire. Vocati ex quacumque causa ad vos et eos accedent vel mittent, nisi prepediti fuerint canonica prepedicione, vel alias fuerint legitime occupati, quod in eorum bona fide et constancia resideat, vobisque et eis obedienciam et reverenciam debitas exhibebunt et prestabunt. Et quod nunquam erunt verbo, facto, consilio vel consensu directe vel indirecte per se vel per alium seu alios publice vel occulte, seu alio quovismodo contra vos dominum nostrum Summum Pontificem, qui nunc estis, et successores vestros canonice intrantes, qui pro tempore fuerint, nec Legatos sedis apostolice aut Vicarios eiusdem, aut Rectores seu officiales prefate ecclesie, nec dominum spiritualem vel temporalem ecclesie et domini nostri pape predictorum, nisi in quantum de dicti domini nostri pape processerit voluntate, et nisi dictorum Communis et Universitatis ac subditorum suorum iniuriam persequantur: sed semper erunt adiutores ad conservandum, defendendum et retinendum in suo pleno dominio, iuribus et honore sanctam Romanam ecclesiam et officiales predictos, qui nunc sunt et pro tempore erunt, contra omnes homines mundi, et iuxta eorum posse, et secundum quod superius est expressum et declaratum.

Et quod nunquam erunt verbo vel facto, opere, consilio vel consensu, quod aliquis Imperator, Rex, Dux vel Marchio, Comes vel Baro, seu quivis alius Nobilis Potentatus, Universitas, Communitas, Collegium cuiuscumque terre eligantur, nominentur, seu eciam assumantur in dominum vel Rectorem in Civitate, Comitatu, Territorio et districtu predictis: possint tamen predicti populus et Commune vigore et auctoritate commissionis in presenti contractu eis concedende eligere officiales temporales illius condicionis, cuius hactenus habuerunt: et quod taliter nominati, assumpti seu electi contra vos dominum nostrum et vestros successores vel officiales non prestabunt auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, cuiuscumque dignitatis, preeminencie et condicionis extiterint, sed pro viribus, in quantum poterunt, expugnabunt, et omni modo, iure et forma, quibus melius poterunt, obviabunt. Constituciones vestras et aliorum Romanorum Pontificum, predecessorum vestrorum, specialiter fel. rec. Iohannis XXII. et Clementis VI. eciam loquentes de hac materia pro posse totaliter observabunt, et predictas Constituciones et processus apostolicos factos, et quos fieri continget in futurum, et sentencias per Romanum Pontificem vel eius auctoritate latas et ferendas publicari, et execucioni debite demandari facient et promictent in Civitate, districtu, Castris, Terris, Villis et locis predictis: ita tamen quod liceat dicte Civitati, populo et Communi Bononiensibus retinere quemcumque, cuiuscumque status et condicionis existat, in dicta Civitate Bononiensi, Terris, Villis et locis superius specificatis volentem habitare, studere, vel eciam causa transitus introire volentem admittere, [et] dummodo non veniant contra vel preter premissa vel aliquid premissorum, nec maius gravamen inducant, quam sit expressum in presenti contractu. Et quod Communitas et populus recipient reverenter et honorifice in Civitate, Comitatu et districtu predictis Legatos apostolice sedis, et Vicarios et Nuncios eiusdem sedis seu Romani Pontificis per dictam Civitatem, Comitatum et districtum transitum facientes, et eos et eorum quemlibet reverenter et humiliter pro posse tractabunt, et in fidelitate et devocione et obediencia ipsius ecclesie et prefati domini nostri pape, et successorum suorum perpetuo et inviolabiliter permanebunt, et quod nunquam contra prefatam ecclesiam, dnum nrum papam seu ipsorum officiales rebellabunt, nec rebellantibus quoquomodo adherebunt, nec ipsis rebellantibus dabunt auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte: sed preceptis, menicionibus et iussionibus, processibus et sentenciis Romane ecclesie summorumque Pontificum, Legatorum, Vicariorum et aliorum officialium predictorum parebunt, et reverenter obedient cum effectu, salva tamen potestate et reservacionibus supradictis. Cavalcatas, offensiones, invasiones et dissensiones non facient aut fieri procurabunt seu pro posse procurent(?) contra aliquos Nobiles, Communitates seu alias singulares personas quascumque prefate Ro-

mane ecclesie fideles, subditos, devotos vel obedientes, nisi in quantum de dicti domini nostri pape processerit voluntate, et nisi dictorum Communis et Universitatis ac suorum subditorum iniuriam prosequantur. Regalia beati Petri, civitates, castra, terras, villas, loca et alia bona et iura Romane ecclesie et Bononiensis ac ecclesiarum aliarum, et ecclesiasticarum personarum in dicta Civitate, Comitatu et districtu et Comitatu Imole et aliis locis predictis non occupabunt, non usurpabunt, non invadent nec dampnificabunt, nec occupata, usurpata aut invasa tenebunt per se vel alium seu alios, nec illa occupantibus, invadentibus, usurpantibus vel dampnificantibus, aut aliis quibuscumque rebellibus vestris aut successorum vestrorum et ecclesie Romane memorate dabunt auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte quovis quesito colore: sed ad recuperandum occopata, invasa, usurpata et alias male detenta, et recuperata huiusmodi retinenda et dampna illis resarcienda vobis successoribusque vestris, Legatis, Vicariis et officialibus predictis iuxta posse adiutores erunt. Quodque terras Romane ecclesie mediate vel immediate subiectas, et earum incolas non iuvadent, nec eciam dampnificabunt per se vel alium seu alios, nec illos iuvadere seu eccupare, offendere aut dampnificare attemptantibus seu nitentibus quovis modo prestabunt vel dabunt auxilium, consilium vel favorem: nullam coniuracionem, conspiracionem seu ligam contra dñum nostrum papam et ecclesiam Romanam et Collegium predicta, nec apostolice sedis Legatos aut aliquem ipsorum, seu in ipsorum aut alicuius ipsorum dampnum directe vel indirecte facient. Quodqoe universos et singulos hereticos, vel de heresi a prefata ecclesia dampnatos seu dampnandos, quamcito requisiti fuerint vel certificati de eisdem, quantum in eis erit, bona fide et toto posse directe vel indirecte, publice vel occulte exterminare, seu capere et detinere studebunt, et de eis facere, prout per vos dominum nostrum Summum Pontificem, vel successores vestros, qui pro tempore fuerint, seu officiales vestros eis fuerit iniunctum. Libertatem ecclesiasticam non violabunt, nec violantibus ullum prestabunt suffragium, consilium vel favorem, sed eam ubicumque poterunt, toto posse eorum fideli studio conservabunt. Quodque ecclesias, personas ecclesiasticas, eorum res et bona et iura quecumqoe in Civitate, terris, castris et locis aliis, que per eos reguntur et gubernantur, aut regi et gubernari contigerit in futurum, pro posse eorum favorabiliter tractabunt et tractari facient, ipsasque ecclesias et personas ecclesiasticas suis bonis et iuribus gaudere libere permictent, et eas nen impedient, nec impediri permictent, quominus gaudere possiot privilegiis, libertatibus, beneficiis, redditibus, bonis, iuribus, proventibus eorumdem. Iuramus eciam et promictimus stare, parere et obedire mandatis ecclesie et domini nostri pape predictorum. Sic nos et eos deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Protestantes dicti Sindici nomine quo supra, quod per predicta vel aliquid predictorum nullatenus recedere intendunt a peticionibus et requisicionibus ac clausulis, que in presenti contractu continentur, et concessionibus, quas dñus noster graciose concedere voluerit in infrascriptis et bullis aliis separatis. Item Roberto olim Basilice XII. Apostolorum, dicto Gebennensi, nunc Antipape, qui se Clementem Septimum nominat, et Iohannem olim tit. sancti Marcelli, dicto Ambianensi, presbiteris Cardinalibus, iusto dei iudicio auctoritate apostolica condempnatis, et eorum sequacibus ac dantibus eis vel eorum alicui consilium, auxilium vel favorem, eiusque Anticardinalibus presentibus et futuris non adherebunt, nec eis vel eis in aliquo palam vel occulte, directe vel indirecte per se vel alios dabunt auxilium, consilium vel favorem.

Item prefati Sindici etc. promiserunt et convenerunt, quod Sindicus solempniter constitutus in Consilio populi Bononiensis iurabit in manibus dñorum Ancianorum Vicariorum infrascriptorum fidelitatem et obedienciam, et omnia iuxta formam sacramenti superius expressi, et in proxime precedenti capitulo annotatam, ita tamen quod ubi dicitur Nos Ugolinus etc. dicatur Ego talis Sindicus etc.

Item prenominati Sindici etc. promiserunt et convenerunt, quod per Ancianos et per Sindicum populi et Communis Bononiensis, ad hec plenum et sufficiens mandatum habantes, plenarie et libere restituetur Vexillifero iusticie Communitatis et Civitatis predictarum, recipienti dñi nostri et Romane ecclesie, super hiis eciam speciale mandatum habeuti, possessio Civitatis, Comitatus et districtus Bononiensium ac Comitatus Imole et aliorum predictorum locorum, quam possessionem dictus Vexilliter recipere teneatur et debeat nomine domini nostri pape et ecclesie Romane.

Item prenominati Sindici etc. petierunt et humiliter postularunt, qnod dñus noster papa predictis eius filiis Ancianis Communis populi Civitatis Bononiensis presentibus et futuris, pro eodem dño nostro papa et sancta Romana ecclesia in temporalibus Vicariatum generalem Civitatis Bononiensis, eiusque Comitatus et districtus, ac Comitatus Imole et Masse Lombardorum, necnon Castrorum Centiplebis (Centi et Plebis) et Villarum Medicine, Ganzanichi et Fontane, et omnium Castrorum et terrarum et locorum, que quomodocumque tenentur et possidentur per Commune Bononiense, et eius officiales et subditos, pro tempore Vigintiquinque annorum proxime venturorum cum plena et libera potestate, auctoritate, arbitrio et bailia ad-

ministrandi et gerendi per se, et officiales suos omnia et singula spectancia et pertinencia ad regimen et gubernacionem Civitatis, Comitatus et districtus omnium predictorum tam in creandis officialibus, quam eciam in quibuscumque rem seu administracionem publicam concernentibus cum mero et mixto imperio et gladii potestate, ac omnimoda iurisdictione, et cum facultate recipiendi et administrandi, distribuendi, conservandi et disponendi pro libito voluntatis secundum ordinacionem dicti populi et Communis Bononiensis, adeo quod de administratis et administrandis per eos quocumque modo, et alios cives et officiales eorum et dicti Communis non teneantur reddere racionem aliquam domino nostro pape, vel eius successoribus seu ecclesie Romane, vel alicui officiali eorum vel alterius eorum durante tempore dicte commissionis, vel post pro tempore predicto, ita quod in predictis vel aliquo predictorum non reperiantur esse vel fore deterioris condicionis, quam alie Civitates, domini vel Barones, quibus a vobis domino nostro papa vel a predecessoribus vestris Vicariatuum concessio facta est. Que omnia dictus dñus noster concessit, ut supra petitum est, et ad tempus de quo dictum est.

Item prenominati Sindici etc. humiliter petierunt et postulaverunt, quod dictus dñus noster papa pro se et suis successoribus et sancta Romana ecclesia, et omni modo, via, iure et forma, quibus melius et validius fieri potest, imperpetuum uniat, annectet et penitus incorporare dignetur Communi dicte Civitatis Bononiensis Castra et terras Ceuti et Plebis cum eorum et cuiuslibet eorum pertinenciis et iurisdictionibus eciam temporalibus solvendo Episcopatui Bononiensi pro recompensacione dictorum Castrorum et terrarum Centi et Plebis, et eorum et cuiuslibet eorum pertinenciis et iurisdictionibus eciam temporalibus librarum Triamilia ducentas Bonon. quolibet anno in duobus terminis, prout alias ... Episcopus Bononiensis convenit cum dicto Communi, quando sibi dicta Castra concessit: quam quantitatem pecunie dicti Sindici et procuratores nomine quo supra vice et nomine dicti Communis promictunt solvere in terminis consuetis sub pena infrascripta. Que omnia dominus noster papa, ut petitum est supra, concessit.

Item prenominati Sindici etc. petierunt et suppliciter postularunt, quod per eundem dñum nostrum pro se et successoribus suis imperpetuum uniantur et annecteotur, ac penitus incorporentur Comitatui dicte Civitatis Bononiensis Ville Fontane, Gauzanighi et Medicine cum earum et cuiuslibet earum pertinenciis et iurisdictionibus, et cum omnibus aliis preeminenciis in proximo precedenti capitulo expressatis. Que omnia dominus noster papa, ut petitum est supra, concessit.

Item prenominati Sindici etc. petierunt et suppliciter postularunt, quod idem dominus noster Commune, Populum, Universitatem et singulares personas predictos ab obligacione et solucione censuum tocius temporis retroacti, et eciam per triennium pro futuro, et omnium aliorum, in quibus reperiretur predictum Commune, populum et Universitatem Bononienses, vel eius singulares personas teneri et obligatos fore domino nostro pape seu Romane ecclesie, vel alicui eorum seu alterius eorum officiali seu officialibus quacumque racione vel causa usque in diem presentis concessionis, et specialiter omnium, in quibus dictum Commune, populus et Universitas Bononienses seu singolares persone Civitatis, Comitatus et districtus Bononiensium, ac Terrarum, Castrorum et locorum, que gubernantur et tenentur per Commune predictum, tenerentur seu obligati forent, seu teneri vel obligatos esse dicerentur occasione commissorum seu perpetratorum, vel que commissa et perpetrata quoquomodo dicerentur contra olim Cardinalem sancti Angeli et eius familiam, vel occasione reliquorum dampnorum, vel aliorum commissorum et perpetratorum quoquomodo, ac eciam omnis interesse, quod pretendi posset per eum vel eius familiam, vel aliquem ex ea ex causis predictis vel alia quacumque racione vel causa temporibus retroactis usque in diem presentis concessionis. Que omnia dictus dominus noster papa concessit, prout supra dictum et petitum est.

Item prenominati Sindici etc. petierunt et supplicarunt, quod dictus dominus noster papa pro se et successoribus suis prelibatis dictum populum et Commune, ac Universitatem et singulares personas predictas, laicos, clericos et religiosos, cuiuscumque gradus, status, dignitatis seu condicionis existant, cives seu incolas vel habitatores in Civitate, Comitatu et districtu Bononiensibus, et in Comitatu Imole et in omnibus Castris, Terris et locis, que quomodocumque tenentur et possidentur per dictum Commune Bononie, seu eius officiales et subditos, dicto nomine absolvant ab omnibus contrafactis in locis predictis, vel aliquo predictorum, nec non ab omnibus penis temporalibus et spiritualibus tam a lege quam ab homine inductis quomodolibet, vel in premissis, vel ab irregularitate quacumque, quas et quam fuissent incursi ex quocumque facto, dicto vel perpetrato, vel ex quacumque occasione, racione vel causa usque in diem concessionis presentis, ac eciam a penis spiritualibus quibuscumque, in quibus dictum Commune, populus et Universitas ac singulares persone fuissent quomodocumque incursi, a quibus per vos dominum nostrum presencialiter absolvantur, penam recepturi per confessorem, quem quilibet ipsorum duxerit eligendum. Que omnia dictus dñus noster papa, ut supra petitum est, concessit et absolvit.

Item predicti Sindici etc. suppliciter petierunt, quod omnes irregularitates, processus et sentencie, ac omnia interdicta, si qui, si que, si qua facta, data vel lata apparerent a lege sive ab homine contra dictum Commune et populum, Universitatem, Rectores et Civitatem ac singulares personas predictas, seu contra Universitatem, Rectores vel singulares personas Studii et de Studio dicte Civitatis Bononie ex quocumque dicto, facto, perpetrato vel commisso quacumque racione, accasione vel causa, sint et esse intelligantur ipso iure et facto sublata et ablata, ac eciam concellata et abolita de quibuscumque libris, in quibus reperirentur quomodolibet fore descripta, et omne genus infamie sive macule sive irregularitatis, si quod illatum esse vel apparere posset contra predictos seu predicta, seu aliquid vel aliquem predictorum, sit et intelligatur ipso iure et facto totaliter abolitum et sublatum, adeo quod nulla penitus irregularitas, infamia sive macula iuris vel facti remaneat vel intelligatur aliqualiter remanere. Que eciam dictus dominus noster, ut supra dictum est, concessit secundum formam peticionis.

Item predicti Syndici etc. suppliciter et humiliter petierunt absolucionem et liberam remissionem omnium eorum, que Commune Bononiense seu eius officiales dicto nomine habuerunt a Communitatibus Centi et Plebis, et omnium aliorum bonorum ad Episcopum seu Ep̄atum Bononiensem spectancium et pertinencium, et quarumcumque pensionum, redditnum et proventuum perceptorum de quibuscumque aliis beneficiis, ac eciam quorumcumque bonorum, pecuniarum et rerum, que a clericis quibuscumque quacumque de causa ad dictum Commune Bononiense diceretur quomodolibet pervenisse, salvis remanentibus ad comodum ipsorum clericorum mutuis factis super monte Communis Bononiensis a clericis quibuscumque. Que omnia dictus dominus noster papa concessit graciose.

Item prenominati Syndici etc. suppliciter et humiliter postularunt, quod dominus noster papa confirmet omnia statuta populi et Communis Bonon. facta et fienda, et omnes provisiones et reformaciones factas in Consilio generali Sexcentorum Communis Bononiensis, dummodo illa non sint contra ecclesiasticam libertatem: quod dñus noster graciose concessit.

Item prenominati Sindici etc. devote et humiliter petierunt, quod dominus noster papa approbare dignetur omnia et singula gesta, acticata et facta per Commune et populum Bononiensem et officiales ipsius populi et Communis tam in iudicio quam extra, ac eciam per Rectores et Vicerectores Studii Bononiensis, et Archidiaconum seu eius locatenentes in dicto Studio, et per Doctores insigniis datis Doctoratus in Bononia, et aliis actibus doctoralibus in dicto Studio acticatis, necnon per Curiam Episcopalem seu Vicarium Capituli ecclesie Bononiensis, [et] seu per ipsum Capitulum, ac eciam acta et instrumenta quorumcumque notariorum dictorum Civitatis, Comitatuum et districtuum in precedentibus capitulis expressorum, non obstantibus excommunicacionibus, interdictis seu alia censura ecclesiastica, si qua vel si que essent, que predicta vel aliquid predictorum haberent invalida reddere quoquomodo. Que omnia prefatus dominus noster papa graciose concessit.

Item predicti Sindici etc. petierunt humiliter, quod dictus dominus noster papa confirmet omnes bullas et omnes concessiones, et omnia privilegia facta et concessa Communi et populo Bononiensi, Studio ac scolaribus Studii ipsius Civitatis per dominos Summos Pontifices et Romanorum Imperatores, alias (vel) alterum eorum seu alterius eorum auctoritate, eciam si forent quacumque racione vel causa annullata vel revocata a iure, vel per aliquem Summum Pontificem, vel alium nomine seu ad instanciam ipsius Summi Pontificis vel sancte Rom. ecclesie, et maxime Privilegium concessum per sancte record. Innocentium papam Sextum, in quo inter alia concessit, quod in Civitate Bononiensi vigeret Studium generale in Theologica facultate, cum omnibus contentis in dicto privilegio et bulla super inde confectis, quod privilegium olim Gebennensis revocavit, et privilegium concessum per fel. rec. Theodocinm Roman. Imperatorem, ut patet in Registro Communis Bononiensis ad Cameram actorum ipsius Communis posito. Que omnia prefatus dominus noster papa concessit graciose.

Item predicti Sindici etc. humiliter petierunt, quod considerata inopia clericorum causata a guerris, et eorum necessitate propter rem publicam defensandi, predictus dñus noster papa remissionem faciat omnibus clericis Civitatis, Comitatus et districtus Bononiensium, et Comitatus Imole, et omnium terrarum, castrorum et locorum quorumcumque tentorum et possessorum per Commune Bononiense, seu eius officiales et subditos dicto nomine omnium decimarum, et omnium aliorum debitorum domino nr̄o pape seu Camere Romane ecclesie, vel ipsorum seu alterius eorum Legatis, Nunciis, officialibus, prelatis et aliis quibuscumque pro tempore preterito. Que omnia dictus dominus noster papa graciose concessit.

Item predicti Sindici etc. humiliter petierunt et suppliciter postularunt, quod dictus dñus noster papa concedat indulgenciam pro ecclesia sancti Petronii, nuviter construi incepta iuxta plateam dicte Civitatis Bononie, a pena et a culpa omnibus venientibus ad dictam ecclesiam in die festi ipsius sancti Petronii, et pro sex aliis diebus, videlicet tribus ante dictam diem et tribus post dictum festum. Qui dominus noster graciose procedens concessit ecclesie predicte illam indulgenciam, que per

sancte memorie Summos Pontifices concessa est visitantibus ecclesiam sancti Marci Ewangeliste in Civitate Veneciarum in die Ascensionis dñi nostri Ihesu Christi, et visitantibus ecclesiam beate Marie de Angelis prope Civitatem Assisii in die prima et secunda mensis Augusti: que omnia dictus dominus noster graciose concessit.

Item dicti Sindici etc. humiliter postularunt, quod dictus dñus noster papa, considerato quod cives, comitativi, subditi et districtuales Civitatis et Communis Bononie propter nonnulla urgencia impedimenta fuerunt impediti basilicas et ceteras Urbis ecclesias visitare in anno Iubileo, secundum decretum fel. rec. Urbani pape Sexti predecessoris sui, dignetur graciose et pii patris more civibus, comitativis, subditis, districtualibus, incolis et habitatoribus in Civitate, Comitatu et districtu Bononiensibus, et in Comitatu Imole et in Massa Lombardorum eiusque districtu, et in Castris Centi et Plebis, et in quibuscumque Castris, terris et locis quomodocumque tentis et possessis per Commune et populum dicte Civitatis Bononie concedere Iobileum, si visitaverint dictam ecclesiam sancti Petronii noviter inceptam construi, et obtulerunt dicte ecclesie, videlicet divites seu habiles dimidiam ad minus, et pauperes seu inhabiles quartam partem ad minus eius quod expendidissent in visitando basilicas beatorum Apostolorum Petri et Pauli, de quorum diviciis et paupertate, et quantum expendissent, stetur declaracioni et arbitrio confessoris cuiuslibet visitantis, vel aliorum quibus dñi Anciani duxerint commictendum in dicta Civitate Bononie: quod Iubileum duret per tres menses ad minus. Qui dominus noster papa omnia predicta graciose concessit, prout superius est petitum, et quod inchoet in vigilia Nativitatis domini nrī Ihesu Christi proxime future, et duret usque ad festum dominice Resurrectionis extunc proxime secuturum inclusive.

Item dicti Sindici etc. humiliter postularunt, quod dictus dominus noster papa dignetur concedere, quod scolares clerici beneficiati studentes vere et evidenter, et scolas intrantes in Civitate Bononie in iure Canonico et Civili, seu alia qualibet facultate, et qui in futurum venient ad studendum in Civitate predicta, possint libere studere in ipsa Civitate absque licencia ordinariorum suorum, Capitulorum seu ecclesiarum, in quibus beneficia obtinent, eciam si ipsa beneficia curam habeant animarum, et dignitates, personatus seu officia fuerint, vel alia emolumenta quecunque, non obstante aliqua iuris disposicione, eciam de qua expressam oporteat fieri mencionem, cui intelligatur derogatum expresse, ac eciam ad predictorum sopplicacionem et instanciam provideat, quod studentes predicti in Civitate predicta suorum beneficiorum fructus, redditus et proventus obtineant, eciam si dignitates vel personatus seu officia existant, et curam habeant animarum, et in quacumque ecclesia teneant de presenti, vel eciam in futurum, nulla iuris disposicione obstante, ut in forma non obstanciarum. Que omnia dictus dñus noster papa graciose concessit.

Item predicti Sindici etc. humiliter supplicarunt prefato dño nostro pape, ut dignetur graciose concedere et ex certa sciencia providere, quod omnes et singule persone ecclesiastice studentes ut supra in civitate Bononiensi, et qui in futurum venient ad studendum in ipsa Civitate, et qui in ipsa existentes studebunt ut supra, quibus audire leges et phixicam prohibent canonice sanctiones, possint libere huiusmodi leges et phixicam audire, et in eis vel earum altera in dicta Civitate studere quibuscumque beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura, eciam si dignitates vel personatus existant, que dicte persone obtinent de presenti, seu obtinere contigerit in futurum, quibuscumque apostolicis Constitucionibus aut iuris disposicionibus contrarium volentibus non obstantibus quoquomodo, ut in forma non obstanciarum. Qui dominus noster papa graciose omnia premissa concessit.

Item predicti Sindici etc. humiliter postularunt, quod dictus dñus noster papa approbare et confirmare dignetur omnes locaciones, factas per dominum fratrem Antonium Abbatem sancte Marie in Chosmodim de Ravenna, de territorio Masse sancti Pauli, que dicitur Masse Lombardorum, de eius territorio, fondis ac territoriis, de quibus et pront patet ex instrumentis predictarum locacionum. Que omnia dominus noster papa graciose concessit ut supra.

Item predicti Sindici etc. promiserunt et obtulerunt, convenerunt et ipsum Commune solemniter obligarunt cum omnibus et singulis capitulis infrascriptis, et aliis consuetis et necessariis, seu ecium oportunis in talibus obligacionibus apponi, quod Anciani Bononienses, qui erunt pro tempore, nomine dicti Communis seu ipsum Commune Bononiense mittent ad Romanam curiam, ubicumque ipsam esse contigerit, ac solvent, numerabunt et realiter dabunt et assignabunt anno quolibet dicto domino nostro pape et ecclesie Romane, vel Camere apostolice, aut cui commiserit vel mandaverit, ipsius Communis Bononiensis periculis, sumptibus et expensis pro concessione Vicariatus, et pro commissione, administracione seu regimine et gubernacione Civitatis Bononiensis eiusque Comitatus et districtus, et dicti Comitatus Imole et Masse Lombardorum, et dictarum Villarum Fontane et Medicine et Ganzanigbi, ac omnium supradictorum, que tenentur et ubicunque possidentur, reguntur et gubernantur per dictum Commune Bononiense [et] seu eius officiales, et pro omnibus et singulis introitibus, redditibus et proventibus Civitatis et Comitatuum et locorum predictorum, commissorum

per dictum dominum nostrum papam regimini et gubernacioni predicte Civitatis Bononiensis, in festo beatorum Petri et Pauli, vel saltem infra unum mensem tunc immediate sequentem, quinque milia florenorum de Camera boni puri auri et iusti ponderis quolibet anno durante tempore concessionis et commissionis predicte, et ad hoc dictum Commune pro predictis et ad predicta et ex certa sciencia obligarunt, et consenserunt et convenerunt expresse, quod si Anciani seu Commune prefati non solverint, ut premictitur, in termino predicto, incurrant ipso facto penam aliorum quinque milium floren. applicandorum Camere predicte una cum debito suprascripto: quod si expectati per alium mensem adhuc non solverint dictam summam et penam, tunc et eo casu incurrant ipso facto penam aliorum quinque milium florenorum: que pena tociens commictatur et exigi possit, quociens fuerit contrafactum.

Item predicti Sindici etc. solemniter promiserunt, quod iurabit sindicus habens sufficiens et speciale mandatum nomine dicti Communis in manibus dominorum Ancianorum, quod gubernantes dictam Civitatem, Comitatum et districtum et loca predicta plenarie observabunt ecclesiasticam libertatem, et eciam privilegia concessa ecclesiis et ecclesiasticis personis, ipsamque libertatem non infringent.

Item prenominati Sindici etc. promiserunt, quod facient exordiri in omni actu publico post laudem et gloriam dei ad honorem et statum Romane ecclesie, et domini nostri pape predicti et eius nomine et successorum suorum, qui pro tempore erunt, proponere in instrumentis publicis, que in Civitate, Comitatu et districtu predictis et aliis locis predictis per notarios publicos conficientes intitulabitur (sic) et describetur: et eciam omnia quecumque facient et agent, agantur et fiant, et facere et agi intelligantur sub invocacione Romanorum Pontificum et Romane ecclesie.

Item prenominati Sindici etc. promiserunt, quod omnia et singula supradicta approbabuntur et ratificabuntur per Commune, Universitatem, populum, Ancianos et alios gubernatores Civitatis Bononie in Consilio infra mensem, ex quo fuerint Bononienses Ambassiatores et procuratores prefati, seu eorum pars maior, et ratificacionis et approbacionis predictorum instrumentum publicum et solemniter confectum transmictent dicto domino nostro pape infra mensem post ratificacionem predictam. Que omnia et singula suprascripta et infrascripta promiserunt dicto domino nostro pape suo et sancte Romane ecclesie nomine, et omnium quorum interest seu interesse poterit quomodolibet in futurum, solemni stipulacione et pacto intervenientibus, dicti Sindici, procuratores et negociorum gestores sindicario et procuratorio (nomine), ac vice et nomine dictorum populi et Communis Bononiensium se perpetuo firma et rata habere et tenere, attendere, observare et adimplere, et non contrafacere, dicere, opponere vel venire per se vel alium seu alios aliqua racione, causa, modo vel ingenio de iure vel de facto, in iudicio vel extra, nec officium aliquod aut forum vel iurisdictionem aliquam declinare, nec aliquem actum attentare vel ad eum pervenire, quominus predicta et quolibet predictorum serventur et fiant, sub pena decem milium florenorum de Camera boni auri et puri et iusti ponderis, solemni stipulacione premissa in singulis et pro singulis capitulis, actis, partibus sive membris huiusmodi tractatus et instrumenti, applicanda Camere Rom. ecclesie: que pena tociens commictatur et peti et exigi possit cum effectu, quociens fuerit contrafactum, obmissum seu ventum in premissis seu aliquo promissorum: qua pena soluta vel non, nichilominus firma et rata maneant omnia et singula suprascripta et infrascripta.

Item promiserunt solemniter vice et nomine quo supra reficere, solvere et restituere omnia et singula damna et expensas et interesse, si quas et si qua occassione contravencionis seu opposicionis, que fieret in futurum contra conveuciones predictas et quamlibet predictarum, dictus dominus noster papa, ecclesia Romana seu eorum legati, seu eorum officiales dicto nomine facerent, substinerent seu paterentur ipsi vel eorum alter in iudicio sive extra: pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis, attendendis obligaverunt dicti Sindici, procuratores et negociorum gestores sindicario et procuratorio (nomine), ac vice et nomine dictorum Communis et populi Civitatis Bononie prefato Sanctissimo patri, recipienti suo et ecclesie Romane nomine, predictum populum et Commune, ac omnia et singula bona mobilia et immobilia dicti Communis et populi presencia et futura, et submiserunt se dictis nominibus iurisdictioni, coercioni, officio et bailie cuiuscumque iudicis ecclesiastici et secularis ordinarii et extraordinarii delegati et subdelegati, et maxime domini Camerarii domini nostri pape, et in qualibet Civitate, Terra vel loco per predictas et quolibet predictorum posse conveniri, condemnari, cogi et compelli, renunciantes dicti Sindici nominibus quibus supra, et in hiis et super hiis omnibus et singulis suprascriptis et infrascriptis exceptionibus non sic celebrati contractus, rei non sic geste, et quod plus vel minus fuerit scriptum, quam dictum, vel dictum quam scriptum, doli mali contradictioni, indebiti et sine causa vel ex iniusta causa, in factum actioni, fori privilegio et cuicumque alteri privilegio apostolico vel Imperiali omni tempore feriato, de pluribus reis debendo novarum Constitucionum et epistole divi Adriani cedendarum et dividendarum actionum remedio, appellacionis, suspensionis et nullitatis presentis contractus et instrumenti, et omnium et singulorum in eis

contentorum, restitucionis in integrum, beneficio certificari de dicto beneficio et eius effectu, cuicumque consuetudini et statuto, Constitucioni loquenti de una vel duabus dietis in Concilio generali, fel. rec. Bonifacii pp. VIII. et omnibus aliis exceptionibus et defensionibus tam iuris canonici quam civilis, usus, consuetudinis vel statutorum, quibus contra predicta vel aliquod predictorum dictum Commune et populus facere vel venire possint aliquo colore quesito vel ingenio de iure vel de facto, seu se iuvare possint vel tueri quomodolibet in premissis vel aliquo premissorum, et specialiter iuridicenti generalem renunciacionem non valere, nisi processerit specialis.

Item predicti Sindici etc. in animas Ancianorum et predictorum constituencium sponte iuraverunt corporaliter ad sancta dei Evangelia, tactis scripturis, predicta omnia et singula ab eis et quolibet eorum facta et recognita, dicta, promissa, confessata, iurata, renunciata et oblata perpetuo firma et rata habere, attendere, observare et adimplere, et contra ipsa vel aliquod predictorum non venire, dicere, facere vel opponere quoquomodo aliqua racione vel causa.

Tenor autem dicti instrumenti sindicatus et procuratorii seu mandati, de quo supra fit mencio, de verbo ad verbum sequitur et est talis.

In Christi nomine, Amen. Anno nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo nonagesimosecundo, Indictione quintadecima, die vicesimoquinto mensis Iulii, tempore Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii divina providencia pape noni anno tercio, Congregatis et simul coadunatis in palacio residencie magnificorum dñorum Ancianorum et Vexilliferi iusticie populi et Communis Bononiensium, in sala magna dicti palacii, specialiter ad infrascripta honorabilibus viris Decem Officialibus Bailie Communis predicti, quorum Decem Officialium nomine sunt hec, videlicet dñus Carolus de Zambechariis utriusque iuris doctor, Philippus de Guidoctis, Franciscus de Foscarariis et Nannes de Gozodinis campsores, Iohannes Lodovici et fr. Thomas de Galexiis, Iohannes Oretis mercator, Septem ex dictis Decem Officialibus, cum ceteri tres sint presencialiter defuncti et nondum loco ipsorum alii substituti, habentes ad infrascripta solempne et speciale mandatum, et plenam et liberam potestatem, arbitrium et bailiam a Consilio Sexcentorum populi et Communis predictorum, ac hominibus dicti Consilii, necnon magnificis dominis Ancianis, Consulibus et Vexillifero iusticie dictorum populi et Communis, prout constat publico instrumento scripto manu Berti de Salarolis notarii, tunc notarii dictorum dñorum Ancianorum officio reformacionis dictorum populi et Communis, in Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, Indict. undecima, die trigesimo mensis Octobris. Cuius quidem instrumenti de verbo ad verbum tenor sequitur, et est talis, videlicet:

In Christo nomine, Amen. Anno nativitatis eiusdem Millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, Indictione undecima, die trigesimo mensis Octobris, Consilium generale Sexcentorum populi et Communis Bononiensium convocari et coadunari fecerunt magnifici et potentes domini, domini Anciani, Consules et Vexillifer iusticie populi et Communis Bononiensium in palacio eorum residencie, in sala magna superiori dicti palacii, in qua dictum Consilium consuevit coadunari, ad sonum campane et voce preconis, ut est moris: in quo quidem Consilio et congregacione interfuerunt ultra quam due partes dictorum dominorum Ancianorum, et ultra quam due partes hominum Consiliariorum dicti Consilii, qui representant et soliti sunt representare totum dictum populum et Commune, et in quo Consilio et congregacione sapiens et discretus vir dominus Petrus magistri Enoch notarius, unus ex dictis dominis Ancianis, de consensu et voluntate Priorum dictorum dominorum Ancianorum et aliorum suorum sociorum proposuit infrascriptas postas, prius lectas et approbatas inter ipsos dños Ancianos et Collegia Confaloneriorum populi, et Massariorum artium Civitatis predicte secundum formam statutorum Communis Bononiensis de hoc disponencium.

In primis postam generalem, quam ipsi dñi proponere tenentur et debent bis in mense secundum formam statutorum Communis Bononiensis de hoc disponencium, super qua unicuique de dicto Consilio licet dicere et consulere, que sibi videntur utilia et salubria pro utilitate et commodo Communis Bononiensis, et pro augmentacione et conservacione status presentis popularis.

Item cum sepe contingit, prefatos dominos Ancianos conferre cum honorabilibus viris Decem Officialibus Bailie Communis Bononiensis super multis concernentibus libertatem et conservacionem libertatis, et pacifici status popularis Civitatis Bononie, et ex collacionibus ipsis evidenter colligant et comprehendant ipsi domini, ne dum expediens et necessarium fore, sed eciam salubre et utile Communi et populo predictis, quod auctoritate presentis Consilii, et per ipsum Consilium detur, concedatur et attribuatur auctoritas, arbitrium, potestas et bailia ipsis dominis Decem Officialibus in hiis, et super hiis maxime pro conservacione libertatis predicte, et pro consequenda pace et concordia cum quibuscumque volentibus in pace quiescere, quod ipsi dñi Decem Officialibus de consensu, licencia et voluntate dñorum Ancianorum et Collegiorum suorum, et eciam Massariorum artium inferiorum presencium et futurorum, eorum videlicet qui pro tempore erunt, possint et valeant facere, constituere, creare et ordinare semel et plu-

ries, et prout eis visum fuerit expedire, nomine Communis Bononiensis, et pro ipso Communi et populo unum et plures sindicum seu sindicos dicti Communis specialiter ad promictendum, disponendum et ordinandum, quod Civitas predicta in libertate regatur et gubernetur, et quod omnis discordia, que esset et verisimiliter oriri posset inter quemlibet principalem dominum vel baronem seu secularem, seu ecclesiam Romanam vel Communitatem seu Universitatem aliquam quavis de causa ex una parte, et Commune Bononiense ex altera, tollatur omnino, et quod omnis concordia fiat omni causa discordie remota, et pro predictis et eorum quolibet exequendis et adimplendis promissiones, convenciones, confessiones, obligaciones, renunciaciones, recogniciones et pacta quelibet faciendum et recipiendum, et contrahendum cum clausulis oportunis et sacramentis et solemniter et legitime, et prout eis visum fuerit expedire, et tam in spiritualibus quam temporalibus, et eciam per scripturas publicas inde faciendas, et prout ipsi Decem Officiales expresserint et declaraverint, seu exprimi et declarari fecerint in instrumentis inde fiendis; et generaliter ad omnia et singula alia facienda, exercenda et exequenda, eciam si talia forent, que mandatum exigerent speciale, ita tamen quod predicta fieri et exequi vigore presentis reformacionis et arbitrii concedendi non possint per predictos Officiales, nisi de consensu, presencia et voluntate dictorum Ancianorum et dominorum de Collegiis et Massariorum inferiorum artium Communis Bononiensis presencium, vel qui pro tempore erunt, et per predicta vel aliquod predictorum non derogetur, nec derogatum in aliquo quomodolibet intelligatur arbitrio et bailie alias concessis prefatis Decem Officialibus bailie, et quod in aliquo non sit nec intelligatur diminuta seu restricta, sed intelligatur in suo robore ut ante hanc reformacionem perdurare, et quod fienda per dictos Officiales bailie, ut dictum est, valeant et teneant et debeant integre et inviolabiliter observari, quemadmodum si per dictum Consilium facta fuissent.

Eapropter prefati dñi Anciani, multis consiliis auditis tam suorum Collegiorum quam Massariorum et aliorum civium predictorum, super predictis inter se scruptinio celebrato ad fabas albas et nigras et obtento more solito, providerunt, firmaverunt et deliberaverunt, inquantum placeat presenti Consilio et hominibus ipsius Consilii, quod detur, concedatur et attribuatur dictis Officialibus bailie arbitrium, auctoritas atque potestas posse facere, constituere, creare et ordinare unum seu plures sindicum seu sindicos et procuratores dicti Communis ad faciendum, providendum, disponendum et ordinandum omnia suprascripta, dicta, narrata, lecta et descripta in presenti posta, et quod fienda per dictos Decem Officiales ut supra valeant et teneant, et plenum sortiantur effectum ac si facta essent per presens Consilium, non obstantibus aliquibus statutis, provisionibus seu reformacionibus dicti populi in contrarium disponentibus, et maxime statuto posito sub rubrica de Partitis et quot fabas debeat obtineri, quibus omnibus et singulis sit et esse intelligatur totaliter et expresse derogatum.

Super quibus quidem postis prefatus dominus Petrus de voluntate, presencia et mandato quibus supra petiit sibi et dictis eius sociis sana et salubria consilia exhiberi, quid igitur placet super predictis provideri, decerni et firmari debere. In quoquidem Consilio et congregacione surrexerunt ad consulendum, dicendum et arengandum multi prudentes, et viri valentes et circumspecti de dicto Consilio, qui dicendo, arengando et consulendo dixerunt, arrengaverunt et consuluerunt, quod predicta posta specialis superius scripta et lecta procedat et procedere debeat, et suum consequatur effectum et plenum robur obtineat firmitatis in omnibus et per omnia, prout et sicut superius scriptum est in reformacione. Cuiusdam Consilii auditis consiliis dictis super dicta posta speciali, ut predicitur, exposita per dictum dñm Petrum, et super eo facto partito per ipsum dñm Petrum de presencia, consensu et mandato quibus supra, in hac forma videlicet, quod illi, quibus placet et volunt, quod posta predicta procedat, sicut est scripta et lecta per me notarium infrascriptum, et suum consequatur effectum ac plenum robur obtineat firmitatis in omnibus et per omnia, prout et sicut superius scriptum est et in ea continetur, sit una pars, et ponant et tradant fabas albas: alii vero, quibus predicta displicent, volentes contrarium dicte poste, sit alia pars et ponant et tradant fabas nigras. Et datis fabis albis et nigris hominibus de dicto Consilio et congregacione existentibus de mandato dictorum dominorum Ancianorum, et demum ipsis fabis albis et nigris traditis et restitutis per homines dicti Consilii, et recollectis per fratres Heremitarios ordinis sancti Augustini conventus sancti Iacobi de Bononia, ut moris est, et per ipsos fratres numeratis in presencia dictorum dominorum Ancianorum et Consilii predicti publice, palam et manifeste, placuit illis, qui voluerunt quod posta predicta procedat et procedere debeat, et suum consequatur effectum, prout in ipsa posta continetur et scriptum est, et qui posuerunt et dederunt fabas albas, qui fuerunt in numero trecenti sexaginta unus: alii vero quibus predicta displicuerunt, volentes contrarium dicte poste, et qui posuerunt et dederunt fabas nigras, fuerunt numero quinquagintatres. Et sic bene, solemniter et legitime per dictum Consilium et homines dicti Consilii provisum, deliberatum et firmatum fuit et est, quod supradicta posta superius scripta et lecta, ut omnia et singula in ea contenta procedant

et procedere debeant, et plenum robur obtineant firmitatis in omnibus et per omnia, prout et sicut in ipsa posta continetur et scriptum est, Rogantes me Bertum notarium infrascriptum, ut de predictis superius contentis et expressatis publicum conficiam instrumentum.

Acta fuerunt hec omnia Bononie in sala magna superiori palacii residencie dictorum dñorum Ancianorum, de qua supra fit mencio, presentibus ibidem Iohanne quondam Martini de Dinolo notario, Pasio quondam Thome de Mezovachis notario Bononie, fr. Iacobo de Cinquanto et fr. Gregorio de Burgo S. Petri, ambobus fratribus de dicto ordine et conventu fratrum Heremitarum, testibus ad predicta vocatis, adhibitis et rogatis.

Ego Bertus quondam Iohannis de Salarolis, Imperiali et Communis Bononiensis auctoritate notarius Bononiensis, et tunc notarius pro Communi Bononiensi dñorum Ancianorum et officii reformacionis dicti populi et Communis, predictis omnibus interfui, et rogatus scribere predicta publice scripsi.

Ipsi Septem Officiales Bailie representantes dictum numerum dictorum Decem Officialium unanimiter et concorditer auctoritate dicti Consilii de consensu, licencia et voluntate magnificorum dominorum Ancianorum et Collegiorum suorum, et eciam Massariorum inferiorum nunc presencium, et in presencia eorumdem — quorum dominorum Ancianorum nomina sunt hec, videlicet: D. Franciscus Nanini Vexillifer iusticie, D. Iohannes de S. Gregorio, D. Paulus de Lotis, D. Landus Baroni notarius, D. Iohannes fratris Gotti, D. Guilielmus Fuzoli, D. Bartholomeus Galine, D. Bartolomeus de Manelis, D. Peregrinus de Sechaferiis; nomina vero Collegiorum, videlicet Confaloneriorum et Massariorum artium superiorum et inferiorum sunt hec, videlicet: Bonuctus de Pepazonibus, Ferinus de Spontonibus, Andreas de Marellis, Iacobus de Castello, Michael de Fabrucii, Ser Valentinus de Pizanis, Iacobus Ugolini, Ierominus de Argille, Peregrinus Amorini, Antonius Vincencii, Maghinardus de Campsaldis, Ponarius de Fantaciis, Iohannes Thanatinus, Dominicus Bellii, Angelinus de Marsiliis notarius, Nicolaus de Poetis campsor, Bertus de Salarolis notarius, Iohannes de Siphinici campsor, Petronius de Sanctis mercator, Gaspar de Bombice, Albertus de Captaneis de Montebello, Paulus de Manelis strazarolus, Antonius de Premiadiciis cartolarius, Florianus Rainerii barberius, Iohannes de Rugberia merzarius, Beneventus de Campanaciis piscator, Iohannes Dini de Seta, Tadeus Pacis, Magister Lignamiuus, Iohannes de Danielo merezarius, Laurencius de Mathaspelanis mercator, Bertus Petri aurifex, Petrus Burdegani peliparius, Ronitus de Feba bixilerius, Antonius de Fustuganis sartor, Luchinus Miximi calecharius, Bartolomeus Petri becharius, Iohannes Francisci faber, Franciscus Iohannis calozelarius, Bertus fratris Iohannis de Guainis — omni modo, vie et forma, quibus melius possunt et potuerunt nomine et vice dicte Civitatis et Comitatus eiusdem, ac eciam Comitatus Imole et Comitatus et districtus Masse Lombardorum, et omnium Castrorum, terrarum et locorum, que quomodocumque tenentur et possidentur per Commune Bononiense, et singularium personarum eorumdem sponte, et ex certa sciencia et non per errorem fecerunt, constituerunt, faciunt et constituunt egregios legum doctores dominos Ugolinum de Stappis et Iohannem de Caniculo, necnon providos viros Muxotum de Malviciis mercatorem sirici, et Baxotum de Argille notarium, cives Bononienses, absentes tamquam presentes, eorum et dicti populi et Communis et Universitatis Civitatis et Comitatus eiusdem, ac eciam Comitatuum et districtuum et aliorum predictorum legitimos Ambassiatores, actores, factores, sindicos et negociorum gestores, ac eciam legitimos procuratores tam generales quam speciales, et quidquid melius esse possunt, ad omnia et singula infrascripta specialiter et expresse ad bonam fidem recognoscendum, et deliberate, libere et ex certa sciencia et non per aliquem errorem vice et nomine dicti Communis, Universitatis et populi et singularium personarum Civitatis et Comitatus et districtus eiusdem, ac eciam Comitatuum et districtuum predictorum via et iure et modo, quibus magis et melius potuerunt ad maiorem roboris firmitatem, ad comparendum et se presentandum coram Sanctissimo patre et domino nostro, domino Bonifacio divina providencia papa nono, et coram quibuscumque aliis uno vel pluribus Commissariis tam ecclesiasticis quam secularibus, vel officialibus ad infrascripta deputatis vel deputandis, vel potestatem habentibus, et ad petendum a Sanctmo in Christo patre et domino nostro, et eciam quocumque alio potestatem habente procuratorio et sindicario nomine Communis, populi et Universitatis Civitatis Bononiensis et singularium personarum, et eciam Comitatuum et districtuum predictorum veniam a domini nostri misericordia, in cuius manibus libere se ponere dicant ad confitendum, recognoscendum errores et excessus et peccata, et pro ipsis veniam et misericordiam humiliter postulare, et ad offerendum omnia facere et omnem penitenciam supportare, quam dictus dominus noster vel alius eius auctoritate eis duxerit iniungendam, et ad supplicandum humiliter, ut non eorum errores, sed suam clemenciam respiciens, rigorem cum mansuetudine temperare dignetur, prodigumque filium reverentem pii patris more graciose dignetur recipere, perditamque ovem ad caulam domini revocare.

Item ad recognoscendum et publice confitendum sindicario et procuratorio nomine Communis,

Universitatis et populi Bononie et singularium personarum eiusdem, Comitatuum et locorum predictorum plenum, liberum, integrum et totale dominium utile et directum, ac omnimodam iurisdictionem Civitatis, Comitatus et districtus, ac Communis et Universitatis et populi eiusdem, predictorum Comitatuum et locorum, que per Commune Bononiense possidentur, necnon ipsorum Civitatis, Comitatuum et districtuum, Castrorum, Terrarum, villarum et locorum iura, fructus, redditus, proventus, Regalia beati Petri et Romane ecclesie, et alias obvenciones quascunque: ita tamen quod non comprehendantur iura, fructus, redditus, proventus et alie obvenciones pertinencia et pertinentes ad singulares personas dicte Civitatis et dictorum Comitatuum et districtus, Castrorum, Terrarum, villarum et locorum predictorum ad sanctam Romanam ecclesiam, et Sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Bonifacium divina providencia papam nonum, et Romanos Pontifices, qui pro tempore erunt, solos et insolidum pleno iure et ad nullum alium spectare, pertinere, ac spectasse et pertinuisse, fuisse et esse et perpetuo esse debere veros subditos et subiectos de dominio et superioritate immediate et pleno iure domini nostri et successorum suorum et ecclesie Romane, et dictam Civitatem Bononie et (cum) toto eius Comitatu et districtu spectasse et pertinuisse plenissime ad ius et proprietatem sancte Romane ecclesie et Summorum Pontificum, qui pro tempore fuerunt, et similiter spectare et pertinere, fuisse et esse et perpetuo esse debere de dominio directo et utili et proprietate pleno iure dominii et superioritatis Romane ecclesie, et domini nostri pape et successorum suorum. Et quod prefati Civitas et Comitatus et districtus eiusdem fuerunt ab antiquo et a tanto tempore citra, cuius inicii memoria non existit, et eciam ante, et sunt et perpetuo esse debent de proprietate meroque et pleno dominio sancte Romane ecclesie et Summorum Pontificum, qui fuerunt pro tempore et erunt in futurum, et liberam et generalem administracionem et disposicionem eorumdem ad prefatam Romanam ecclesiam et dominum nostrum Summum Pontificem plene, libere et omnimode spectare, et quod ipsa Romana ecclesia, dominus noster papa et eius successores sunt domini soli et insolidum esse debent Civitatis et districtus Communis, Universitatis ac populi predictorum; necnon ad similem recognicionem et confessionem faciendam nomine quo supra cum omnibus et singulis verbis et clausulis superioribus de Castris, Terris et locis Comitatus et districtus predictorum, et ad promictendum et iurandum procuratorio et sindicario nomine quo supra, quod non nominabunt, nec recipient aliquem in dominum Bononie, nec alicuius Castri vel Castrorum dictorum Comitatus et districtus, nisi Romanam ecclesiam et dominum nostrum papam, qui nunc est et pro tempore fuerit.

Item ad promictendum procuratorio et sindicario nomine quo supra, quod similem recognicionem in omnibus et per omnia facient Anciani nomine Communis Bononiensis et singularium personarum, necnon Sindicus Communis et populi legitime, constitutus in generali adunancia, habens ad hoc plenum et liberum et speciale mandatum recognoscendi Vexillifero iusticie populi et Communis Bononiensis, recipienti vice et nomine dicti domini nostri pape et ecclesie Romane, ac Romanorum Pontificum, qui erunt pro tempore, ac cum eodem Sanctissimo in Christo patre et dño nostro, dño papa prefato suo et successorum ac ecclesie Romane nomine super inobedienciis, contumaciis, culpis, excessibus, delictis et criminibus, et criminalibus offensis, iniuriis, violenciis, condempnacionibus, bonorum occupacionibus, seu eciam obligacionibus contra dominum nostrum papam prefatum, vel eius predecessorem sancte memorie Urbanum Sextum, sanctam Romanam ecclesiam, Cardinales et quoscumque clericos, et alios domini nři pape seu Romane ecclesie officiales, cuiuscumque status, gradus, condicionis fuerint et existant, per eos vel eorum quemlibet ubicumque, seu eciam per quoscumque stipendiarios vel alios quoslibet in Civitate Bononie et eius Comitatu et districtu, et in Comitatu Imole, et eciam in Comitatu et districtu Masse Lombardorum, et in omnibus Castris, terris et locis, que quomodocumque tenentur et possidentur per Commune Bononiense et eius officiales et subditos, et eciam alibi quomodolibet illatis, perpetratis, commissis et factis tam super premissis, quam super reddendis et restituendis per clavium tradicionem Vexillifero iusticie prefati populi et Communis Bononiensis, recipienti vice et nomine dñi nostri pape et sancte Romane ecclesie ac Romanorum Pontificum, qui pro tempore fuerint, Civitate, Castris, Comitatu et districtu Bononiensibus, Comitatu Imole et Comitatu et districtu Masse Lombardorum, et omnibus terris et locis, que quomodocunque tenentur et possidentur per Commune Bononiense, quam eciam super statu, regimine, administracione, dominio et superioritate Civitatis, Comitatus et districtus, et locorum predictorum, que per Commune Bononiense possidentur, quam eciam super quibuscumque controversiis, causis, questionibus sive litibus, quas cum prefato domino nostro papa seu sancta Romana ecclesia habebant seu habere poterant in futurum.

Item ad tractandum reconciliacionie concordiam, conveniendum, concordandum, componendum, transigendum, paciscendum, promictendum, submictendum ad obedienciam dicti domini nostri, et ad unitatem dicte Romane ecclesie reddendum et obligandum, ac confessionem, submissionem,

obligaciones, composiciones, transactiones, promissiones, conveneiones, recogniciones et pacta quelibet pro premissis et premissorum quolibet, seu ad premissa quomodolibet pertinentibus seu pertinere valentibus vel dependentibus ab eisdem, eciam separatis aliis quibuscumque, iniendum, faciendum, firmandum, vallandum et roborandum omnibus et singulis quibuscumque modis, tenoribus, condicionibus, limitacionibus, terminis, stipulacionibus penarum, adiectionibus iuramenti, renunciacionibus aliisque omnibus et singulis oportunis, eciam voluntariis, secundum quod prefati sindici et eorum maior pars cum prefato Sanctissimo in Christo patre et domino nostro, dño papa convenient et concordabunt, seu duxerint conveniendum et concordandum in futurum, que omnia hic habere voluerunt ex certa sciencia pro expressis et singulariter nominatis.

Item ad solemniter promictendum, et sacrosanctis evangeliis corporaliter manu tactis sindicario et procuratorio nomine Communis, Universitatis et populi, Consilii, Ancianorum et Vexilliferi iusticie Civitatis, Comitatus et districtus Bononiensium, Comitatus Imole et Masse Lombardorum, et omnium aliorum locorum subditorum populi et Communis, ac vice et nomine ipsorum et pro eis prestandum solemne eidem Vexillifero iusticie populi et Communis Bononiensium, recipienti vice et nomine dñi nostri pape ac successorum suorum et sancte Romane ecclesie, fidelitatis iuramentum cum omnibus suis clausulis et capitulis, ac eciam prefato Vexillifero iusticie nomine quo supra promictendi et alia quecumque submissionum, promissionum, obligacionum, recognicionum, et alia quecumque et cuiuscumque generis et qualiacumque sint, eciam si talia essent, que sub generalibus clausulis venire non deberent, sed requirerent expressum et speciale mandatum, eciam maiora et graviora quecumque cum quibuscumque capitulis, de quibus prefatus Sanctissimus in Christo pater et dñus noster papa ordinandum duxerit cum eisdem, seu prefati sindici vel eorum maior pars convenerint et concordaverint, seu duxerint conveniendum et concordandum in futurum quascumque colligaciones, confederaciones, pactiones, promissiones et obligaciones per eosdem vel eorum aliquos factas et initas cum quibuscumque contra dñum nostrum papam prefatum sanctamque Romanam ecclesiam prefatam, eciam si essent iuramentis, penarum adiectionibus aut firmitatibus aliis roborate, ut eisdem vel maiori parti eorum videbitur reprobandum, dissolvendum, irritandum et annullandum eisque renunciandum et eis abiurandum, dissolvi, irritari, annullari, viribus vacuari, ac nullas, irritas et inanes nunciari, et iuramenta huiusmodi relaxari constituendum, petendum et procurandum, promictendum et solemniter obligandum cum omnibus et singulis clausulis consuetis et necessariis, seu eciam oportunis et voluntariis nomine quo supra, quod omnia et singula per dictos sindicos vel maiorem partem eorum tractanda, convenienda et concordanda, componenda, transigenda, paciscenda, promietenda, submittenda, confitenda et obliganda, ineunda et firmanda quecumque quomodocumque et qualiacumque existant, approbabuntur et ratificabuntur efficaciter in unum terminum, de quo ipsi sindici vel eorum pars maior duxerit conveniendum per Commune, Universitatem et populum, Ancianos, Vexilliferum iusticie Civitatis Bononiensis in consilio et adunancia generali.

Item ad faciendum nomine quo supra omnem obligacionem realem et personalem in premissis et premissorum occasione, ita quod bene et efficaciter valeat et de iure, et ad obligandum nomine predictorum dictum Commune, Universitatem et populum Bononienses, et Comitatum Imole et Comitatum et districtum Masse Lombardorum, et omnia alia loca et terras, que per ipsam Civitatem tenentur et possidentur, ac eciam Civitatis eiusdem et dictorum Comitatuum et locorum quecumque bona mobilia et immobilia, presencia et futura, ubicunque consistencia solempniter et efficaciter cum omnibus clausulis et necessariis, consuetis seu eciam oportunis, eciam sub pena quacumque, de qua eis vel maiori parti eorum videbitur, tociens commictenda et realiter exigenda, quociens per eos contraventum aut contrafactum fuerit quoquomodo, applicanda Camere apostolice, que pena soluta vel non, predicta omnia et singula firma et rata maneant cum omnibus suis capitulis; et ad recipiendum iure et nomine dicti Communis omniumque quorum interest, vel interesse poterit, omnes convenciones, promissiones, concessiones, commissiones, absoluciones, remissiones, restituciones in integrum, et quascunque alias gracias faciendas et fiendas per Sanctissimum dominum nostrum papam; et generaliter ad omnia et singula alia facienda, gerenda et promictenda, confitenda, iuranda et exercenda et recipienda, que ipsimet constituentes, ac Commune et Universitas predicte Civitatis et Comitatuum et locorum predictorum, et singularium personarum eorum melius et efficacius et validius facere et ordinare possint quovismodo, eciam si maiora essent, quam sint superius expressa, eciam si mandatum exigant speciale, et eciam si talia essent, que sub quibuscumque generalibus clausulis venire non deberent, que omnia in presentibus haberi voluerunt pro expressis et singulariter nominatis, Dantes et concedentes eisdem sindicis et procuratoribus suis plenum, liberum, generale et speciale mandatum cum plena, generali et libera administracione bonorum omnium et singulorum suprascriptorum, promittentes michi notario infrascripto

vice et nomine dicti dñi nostri summi Pontificis et ecclesie Romane, et omnium aliorum et singulorum quorum interest vel interesse poterit, firma, rata et grata perpetuo habere et tenere et efficaciter adimplere omnia et singula per sindicos et procuratores suos quomodolibet facta, gesta, promissa, procurata, grata, firmata, concordata et contenta in premissis vel premissorum aliquo vel alicuius premissorum, et in nullo contrafacere vel contravenire de iure vel de facto per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte sub obligacione et ypotheca omnium et singulorum bonorum populi et Communis Bononiensium predictorum, et ipsorum Communis et Civitatis eorumdem et Comitatuum aliquorum predictorum, sub pena predicta applicanda Camere apostolice, que, ut premictitur, tociens commictatur, peti et exigi possit, quociens per dictum populum, Universitatem et Communitatem contrafactum sive attentatum, vel contraventum fuerit, et ratis, firmis manentibus ordinatis, promissis seu conventis et acceptatis quibuscunque per eosdem procuratores seu sindicos nomine eorumdem.

Item ad promictendum, obligandum et conveniendum nomine quo supra, quod pro omnibus et singulis suprascriptis servandis et adimplendis, et eorum effectuali execucione possint dicti Commune, Universitas et populus conveniri, cogi et compelli in quacunque Civitate, Terra vel loco aut Curia Romana, et sub quocumque Iudice ecclesiastico et seculari ordinario et extraordinario, quocumque nomine nuncupeutur, et presertim per Camerarium dicti domini nostri pape eiusque sedis apostolice Auditorem, Viceauditorem seu locumtenentem ipsorum, et quoscunque alios officiales dicte Camere Romane ecclesie, et ad submictendum nomine quo supra supradictum Commune, populum et Universitatem, et Comitatus et districtus et loca predicta et omnium et singulorum predictorum et cuiuslibet eorum iurisdictioni, officio et bailie, et sub quibuscunque penis et censuris ecclesiasticis in quocumque eciam capitulo presentis convencionis omnibus iure, via, modo et forma, quibus melius et efficacius potuerunt, cum omni iuris et facti renunciacione; et ad renunciandum nomine quo supra in predictis omnibus et singulis exceptionibus et defensionibus tam iuris canonici quam civilis, consuetudinibus usus, seu eciam statutorum, quibus contra predicta vel aliquod predictorum dicti Commune, populus et Universitas et Comitatus et loca predicta possint contrafacere, vel contravenire aliquo colore de iure vel de facto, et specialiter iuridicenti generalem renunciacionem non valere, nisi precesserit specialis. Demum voluerunt et mandaverunt prefati constituentes, quod per me Petrum notarium infrascriptum, Righitinum de Sinzaraxonibus et Peregrinum de Borghexanis notarios reformacionum de predictis fiant, et fieri possint atque debeant unum vel plura consimilia instrumenta. Acta Bononie in sala magna superiori palacii residencie prefatorum dñorum Ancianorum, in qua Consilium generale congregatur, presentibus Alberto quondam Gozadini de Bergilinis, Iohanne de Canraria et Iohanne de Linrignano matriis dictorum dominorum Ancianorum, et Iohanne Bartolomei de Albirolis notario, omnibus de Bononia et habitatoribus Bononiensibus, testibus ad hec presentibus, vocatis, adhibitis et rogatis.

Ego Petrus quondam Aloixii Iacobi de Lapis, publicus Imperiali ac Communis Bononiensis auctoritate notarius Bononiensis, predictis omnibus interfui, et pariter una cum Righitino de Sensaraxonibus et Peregrino de Borghexanis notariis reformacionum dicti populi et Communis Bononiensis rogatus scribere predicta publice scripsi, signumque meum consuetum apposui, et quia scripsi verba videlicet alias concessit prefatis Decem Officialibus bailie obmiseram, in marginibus mea propria manu addidi et scripsi etc.

Actum Perusii in apostolico palacio in Camera paramenti ipsius palacii coram et astantibus quibus supra, presentibus Reverendis in Christo patribus et dominis, dominis Guilielmo Carbono dñi nostri pape prothonotario, Richardo Archiepiscopo Tranensi, Augustino Episcopo Exino, ac Ven. viris dominis Baldasario Cossa de Neapoli, Bartolomeo Archidiacono Beneventano, Dominico de Valeranis Canonico ecclesie sancti Iohannis Lateranensis de Urbe, domini nostri pape Cubiculariis, et Ser Iohanne Iacobi, Lodovico Andree de Bentivoglis, Iohanne Ser Pauli de Malviciis et Iacobo Zenannis de Latenere de Bononia, et dompno Iohanne Lencii Cappellano in ecclesia maiori Bonon. testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Nicolaus filius olim Chichini de Imola, publicus apostolica et Imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, ac apostolice Camere notarius iuratus, predictis supplicacionibus, peticionibus, concessionibus, absolucionibus, quitacionibus, promissionibus, iuramenti prestacionibus, ac omnibus aliis et singulis suprascriptis, dum sic, ut premictitur, coram prefato Sanctissimo dño nostro, assistentibus eidem prefatis Revmis in Christo patribus et dominis, dñis sancte Romane ecclesie Cardinalibus, et presentibus quibus supra, una cum predictis testibus et infrascriptis dominis apostolice Camere Clericis, ac Ser Petro de Lapis notario presens fui, et rogatus una et insolidum cum supradictis scribere in hanc publicam formam redegi, et quia aliis dicte apostolice Camere negociis occupatus per alium fideliter scribi feci, et facta collacione diligenti de originali nota cum presenti publico instrumento, ipsisque repertis adinvicem concordare, hic me subscripsi et signo meo

consueto signavi rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum etc.

Et ego Petrus quondam Aloixii Iacobi de Lapis, publicus Imperiali ac Communis Bononiensis auctoritate notarius Bononiensis, predictis supplicacionibus, peticionibus, concessionibus, absolucionibus, quitacionibus, promissionibus, iuramenti prestacionibus, ac omnibus et singulis suprascriptis, dum sic, ut premictitur, coram prefato Sanctissimo domino nostro papa, assistentibus eidem prefatis R̄mis dominis sancte Romane ecclesie Cardinalibus, presentibus quibus supra, una cum predictis testibus et infrascriptis dominis apostolice Camere Clericis, ac Ser Nicolao notario suprascripto presens fui, et rogatus una et insolidum cum dicto Ser Nicolao ac Clericis infrascriptis scribere in hanc publicam formam redegi, et facta collacione diligenti de originali nota cum presenti publico instrumento, ipsisque repertis adinvicem concordare, presenti instrumento me subscripsi signoque meo consueto signavi rogatus et requisitus ut supra in fidem et testimonium omnium premissorum etc.

Et ego Paulus de Plancа de Iuvenacio, Clericus apostolice Camere, predictis omnibus et singulis, ut supra scribuntur, interfui et ea rogatus una cum infrascriptis dominis Clericis et Notariis in hanc publicam formam redegi, ac per alium fideliter scribi feci et signum meum apposui consuetum.

Et ego Thomas de Pierleonibus de Urbe, Clericus apostolice Camere, predictis omnibus et singulis, ut supra scribuntur, interfui et ea rogatus una cum infrascriptis dn̄is Clericis et Notariis in hanc publicam formam redegi, et per alium fideliter scribi feci et signum meum apposui consuetum.

Et ego Franciscus de Mercatello, apostolice Camere Clericus, predictis omnibus, dum agerentur et fierent, unacum suprascriptis dn̄is Clericis eiusdem Camere et Notariis interfui, eaque omnia et singula per alium transcribi feci, et in hanc publicam formam redegi de mandato prefati dn̄i nostri pape, et in fidem et testimonium omnium predictorum me subscripsi et signum meum consuetum apposui.

XXIII.

Civitas Perusina pontifici sese plenissime subiicit, facta per instrumentum fide. *Ex Reg. Bonifacii PP. IX. Tom. III. fol. 33.*

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti, amen. Ad exaltacionem et gloriam divinissimi in Christo patris et domini nostri, Sanctissimi dn̄i Bonifacii summi dei providencia sacrosancte Romane et tocius Universalis ecclesie dignissimi et Noni summi Pontificis, Anno domini MCCCLXXXII. Indictione XV. die ultimo mensis Novembris, Pontificatus prefati domini nostri anno quarto. Cum prefatus dominus noster beatissimus ardore superni luminis et incomprehensibilis deitatis semper invigilet pacem christianitati concedere, errores undelibet propulsare, salutem et commoda promovere omnium subditorum, et teneritudine paterne gracie et pietatis ad conservanciam et augmentum, salutem et pacem sue devotissime Civitatis Perusine respexerit et respiciat potissime inter et ultra orbis ceteras Civitates, et ut eius deliniret, quinimmo dimoveret undelibet preteritas angustias, et bellorum quorumlibet turbines et intestinas eciam et plusquam civiles discordias et languores in pacis pulchritudinem commutaret, sedem propriam alme Urbis reliquerit, et sit paterna affectione dispositus pro eiusdem Civitatis sue quietudine suas et ecclesie substancias ponere, ut quibuslibet malignitatibus procul pulsis, omnes sub iusticie trutina pacis desiderabili amenitate et rerum exuberancia degant pacifice et tranquille, et ob id piissimis sue beatitudinis verbis expresserit iniungendo in consilio nonnullorum civium Perusinorum, et deinde devotissimis suis filiis Prioribus artium Civitatis sue prefate, et certis aliis civibus commissariis deputatis inter cetera sua exuberantissima pietate prolata, quod occasionem novitatis exorte pridem et presenti mense Novembris in dicta eius Civitate Perusina intendebat, quod nulla cognicio fieret civiliter seu criminaliter, vel alio quovis modo, iure, causa seu forma contra aliquem vel aliquos, seu occasione vel causa dependencium ab eadem, et quod cives et alii qnicunque, qui se a Civitate predicta propterea vel ob id quomodolibet absentasseut, libere assecurentur et redeant ad eorum pristina exercicia pro eorum libito voluntatis, ut omnes sub amenitate pacifica conquiescant;

Item cum intendat pro universali bono, pace et quiete Civitatis prefate et civium quorumcunque circa facta exiticiorum quorumlibet eiusdem Civitatis quavis causa, eciam pro rebellibus salubriter providere, et circa administracionem iuris et iusticie, sine qua non solum regna, sed nec exigua quidem domus constare potest, quod licet ipse dn̄us noster valeat pro libito suo super hiis disponere, vult tamen et intendit habere super hiis omnibus intencionem purissimam predictorum sue beatitudinis filiorum, ut queat salutari provisione illa decernere, sicut et que sublimitas sua noverit circa tales materias, et ad statum et honorem suum et ecclesie sponse sue salubrius convenire:

Eapropter supradicti sue beatitudinis filii ... Priores artium Civitatis sue Perusine introspectantes piissimam et divinissimam disposicionem prefati domini nostri pape Bonifacii erga salutem et conservanciam Civitatis eiusdem, et fidelissimorum civium ipsius et tocius patrie, sancta mente volentes circa responsionem super hiis omnibus faciendam salubriter, sicut tante rei exposcit materia,

providere, habitis nonnollis consiliis eciam notabilium civium tam nobilium quam popularium cuiuscunque grades, et his interrogatis singulariter et distiocte de et super omnibus supradictis, unanimiter et coocorditer in nomine Ihesu Christi pacifici regis regum ad hanc absolutissimam et veracissimam deliberacionem, et deliberatam responsionem faciendam super hiis omnibus prefato dño nostro pape salubriter pervenerunt, videlicet:

Quod cum Commune et populus Civitatis sue devotissime Perusine predicte spiritu ardentissime fidei et devocionis accensi, indifferentibus animis universi ad sublimitatem et gloriam ecclesie militantis, et prefati domini nostri pape Bonifacii noni saloti orbis divinitus destinati se, Civitatem, Comitatum, Territorium et districtum Perusinum cum iuribus et pertioeociis eorumdem summiserint eidem domino nostro pape, et eundem in generalem dominum, Rectorem, gubernatorem et administratorem recognoverint, et assumpserint cum meru et mixto imperio et omoimode iurisdictione, regimine, gubernacione et administracione, prout late patet in publicis documentis, et sicut decet filios veracissime et incommutabilis devocionis, intendant perseveranter consistere sub devocione et obediancia irrefragabili pedom sue clementissime sanctitatis, et suerum successorum canonice intrancium et ecclesia sancte dei, et a tam salutari nunquam deviare proposito, et pro firmitudine, gloria et augmento status eiosdem et successorum et ecclesie sacrosancte indeficientibus studiis exponere se et sua, et eundem in verum dominum cognoscere iugiter et conservare pro viribus ac eciam successores, nullis parcendo periculis seu damnis, usque ad consomptionem spiritus salutaris, et semper in quibuslibet eiusdem sanctitatis et soccessorum obedire et velle et nolle, sicut et proot casu qoolibet sua pietas decreverit quomodolibet vel mandabit: ad premissa omnia igitur respondetur tenore presencium prefato dño nostro pape super his omnibus iuxta verbum oraciouis dominice, fiat voluntas tua sicut in celo et in terra, ita quod soper his omnibus et qoolibet ipsorum et dependentibus et connexis, et aliis quibusconque eciam prorsus extraneis sublimitas sue supermundialis divinitatis et gracie alte et basse, et pro libito volontatis et ad eius liberum et promptissimum velle et arbitrium disponat, provideat atque mandet et exequi faciat quocunque modo et forma, qnomodocunqoe et qualitercunque, proot noverit quomodolibet, ad eius sanctitatis libitum et beneplacitum convenire.

Qee omnia indeficientibus aoimis et operibus per eiosdem sanctitatis filios devotissimos et Commune et populum Perusinos, sicut eb eiusdem domini nostri processerit qoomodolibet beneplacito volontatis, incommutabiliter observabunt, exorantes humilime ac devotissime exuberantissimam sue sanctitatis elemenciam, quatenus ut semper piis et paternis oculis respectando ad salutem prefate Civitatis eiusdem, et devotissimorum filiorum suorum Perusinorum et sancte matris ecclesia servitorum, et ad eorum conservanciam et qnietem dignetur misericorditer pruvidere, ut sub umbra pedum sue clemencie valeant et prutectione ecclesie sancte dei tam secure quam salubriter conservari, et semper exerceri verbo et opere, sicut cupiunt et exoptant, erga conservanciam et honorem status et glorie ecclesie sacrosancte et sue beatissime sanctitatis, quam ille, qui secundum posicionem Theologorum eximii Dionisii Areopagite libro et capitulo quarto de Anglica Ierarchia Angelus magni consilii appellatur, dignetur sua superillustrante clemencia ecclesie sancte et suis devotissimis filiis Perusinis in gloria et triumpho conservare feliciter et longeve per infinita secula secolorum, Amen.

Ego Franciscus olim Ser Iacobi quondam Ser Piendebene de Montepoliciano, Imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius, et nunc Cancellarius Communis Perusii, predictis, dum agerentur, interfui, et rogatus mandato dictorum dominorum Priorum scripsi et publicavi.

XXIV.

Monaldo de Monaldensibus eiusque haeredibus ad tertiam usque generationem pontifex quaedam castra dioecesis Urbevetanae donat. *Reg. Tom. III. fol. 90.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Monaldo Berardi de Monaldensibus domicello Urbevetano, salotem etc. Eximie devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut personam tuam specialibus graciis et favoribus prosequentes tibi reddamur in exbibicione gracie liberales. Tuis igitur in hac parte supplicacionibus inclinati, Ripalvallis et Collislongi ac Sanctivenancii Castra Urbevetana diocesis, ad nos et Romaoam ecclesiam pleno iure pertinencia, ac ipsorum regimen et gubernacionem cum omnibus iuribus et pertinenciis suis, ac mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdiciona tibi pro te, ac heredibus tuis usque ad terciam generacionem dumtaxat inclosive auctoritate apostolica concedimus et donamus, mandantes omnibus et singulis habitatoribus et incolis ipsorum Castrorum, ut tibi ac heredibus predictis, hoiusmodi coocessione durante, plene pareant et intendant. Nulli ergo etc. nostre concessionis, donacionis et mandati etc. Si qois antem etc. Datum Perusii Id. Ianuarii, anno quarto.

XXV.

Ludovico et Lippo de Alidosiis vicariatus Imolensis sub annuo censu mille flor. auri. confertur. *Ex codice Vicariatuum fol. 107.*

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis nobilibus viris Ludovico militi et Lippo de Alidosiis

domicello germanis Imolensibus in Civitate Imolensi ac in Valmaioris et Ville Este dioc. Imolensis et nonnullis aliis Castris et locis, ad nos et Romanam ecclesiam immediate pleno iure pertinentibus, que per vos tenentur, eorumque territoriis et districtibus pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus generalibus Vicariis, salutem etc. Inter ceteras, varias multipliciesque curas, quibus assidue premimur, illa cor nostrum continua pulsat instancia et ad nimirum soliciti reddimur et solertes, ut ad regimen et gubernacionem Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum nobis et Romane ecclesie immediate subiectorum viri deputentur ydonei, fide preclari et providencia circumspecti, rectitudine iusti et experiencia docti ac solicitudine vigilantes, qui honorem et statum eiusdem ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subditos non gravent et sine personarum acceptione iusticiam ministrent, sicque prudenter ac iuste populos et subditos gubernent et regant, quod iidem populi et subditi laudabiles se recepisse rectores merito gratulentur, et de ipsorum deputacione digne possint vestram provideneiam commendare. Attendentes igitur devocionem eximiam et fidem preclaram, quam vos vestrique progenitores erga Romanam ecclesiam gessistis, prout geritis, necnon circumspectionis industriam et alias virtutes multiplices, quibus earum largitor dominus personas vestras multimode insignivit, grataque servicia, que pretate ecclesie impendistis, merito speramus, quod ea, que vestro regimini commictentur, debite et laudabiliter curabitis adimplere.

Dudum siquidem felicis recordacionis Clemens papa VI. predecessor noster attendens, quod quondam Lippus de Alidosiis proavus paternus, Robertus dñi Lippi natus avus vestri milites virtutum exercicio se in eiusdem ecclesie exequiis laudabiliter habuerant, ipsum Robertum in Civitate Imolensi eiusque districtu, ad eandem ecclesiam pleno iure pertinentibus, Vicarium in temporalibus sub certis modo et forma tunc expressis auctoritate apostolica usque ad sedis apostolice beneplacitum deputavit, et deinde bone mem. (Egidius) Episcopus Sabinensis dicte sedis Legatus, habens in hac parte a pie memorie Innocentio papa VI. predecessore nostro, tunc in humanis agente, specialem per eius literas potestatem, ipsum Robertum avum ac quondam Beltrandum genitorem vestros, et Aczonem eiusdem Beltrandi germanum, tunc militem, dicti Roberti natos in dictis Civitate et districtu pro toto tempore, quo ipsius Legati duraret officium et ultra ad beneplacitum Romani Pontificis illis modo et forma, quibus dictus predecessor deputavit, Vicarios in eisdem temporalibus deputare curavit, et subsequenter cum vigore literarum fel. rec. Urbani pape V. predecessoris nostri huiusmodi Vicariatus officium dicti genitor vester eiusque germanus, prefato Roberto de medio sublato, usque ad eiusdem Urbani predecessoris obitum exercuissent et exercerent, pie memorie Gregorius papa XI. predecessor noster ipsos genitorem vestrum eiusque germanum in eisdem Civitate et diocesi Vicarios in huiusmodi temporalibus usque ad decennium constituit, ac similiter ordinavit primo et successive, cum dictus Aczo obiisset, Vicariatum huiusmodi in persona dicti progenitoris vestri dumtaxat ad totum tempus vite sue sub eisdem modo et forma, ita quod ipse genitor, ut ipso Vicariatu durante singulis Decem annis coram Legato vel Vicario dicte sedis, in nostra Civitate Bononiensi pro tempore residente, vel alio super hoc ab eadem sede deputando dictos modum et formam renovare et iurare teneretur, eadem auctoritate extendit et eciam prorogavit.

Et deinde dicto Gregorio ac post eum Urbano papa VI. predecessoribus nostris sublatis de medio, cum dictus genitor vester extunc huiusmodi Vicariatus officium exercuisset, prout exercebat, Nos ad apicem summi Apostolatus assumpti dictum genitorem vestrum, quamdiu vitam duceret in humanis, et post eius obitum eius filios masculos legitimos tunc natos et imposterum nascituros, ita quod uno vel pluribus ex eisdem filiis decendente vel decendentibus superstes vel superstites in huiusmodi Vicariatu succederet vel succederent, usque ad quinquennium ab huiusmodi obitu proxime computandum, et post ipsum quinquennium usque ad nostrum beneplacitum in Civitate et districtu predictis Vicarios, Rectores et gubernatores fecimus, constituimus et eciam deputavimus, prout in nostris et dictorum predecessorum ac Legati literis plenius continetur. Postmodum vero dicto genitore vestro vita functo, vos extunc, non facta nobis per vos de dicto Vicariatu recognicione, nec census racione ipsius Vicariatus per dictum genitorem, et vos nobis et Camere apostolice debiti debita solucione, huiusmodi Vicariatus officium extunc exercuistis, prout exercetis, propter que, eum a plerisque dicatur huiusmodi Vicariatum ex premissis et nonnullis aliis causis expirasse, ac vos ab huiusmodi concessione cecidisse, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis vestroque statui paterno compacientes affectu vobiscum benigne agere, et huiusmodi Vicariatus officium vobis, et filiis vestris masculis legitimis natis et imposterum nascituris pro eo tempore, de quo nobis videretur, de novo concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque devocionis, fidei circumspectionis, virtutum et obsequiorum premissorum consideracione volentes personas vestras, et eosdem filios vros favoribus prosequi graciosis, huiusmodi supplicacionibus inclinati vos ab omnibus sentenciis et penis ab homine vel a iure prolatas, si quas ex causis premissis aliquatenus incurristis, auctoritate apostolica absolventes, ac omnem inhabilitatis

et infamie maculam sive notam, si quam propterea contraxistis, penitus abolentes, vosque in pristinum statum ac in integrum restituentes, ac omnes assignaciones in et super censu racione Civitatis, Castrorum, locorum, territoriorum et districtuum predictorum nobis et eisdem ecclesie, ac Camere apostolice per vos debito et debendo quibuscumque personis sub quibuscumque verborum formis factas tollentes, cassantes penitus et removentes vos quamdiu vitam duxeritis in humanis communiter, et post obitum alicuius vrum superstitem ex vobis ac filios premortui ex vobis natos vel nascituros unum, vel plures unacum predicto superstite similiter communiter vel insimul loco premortui, quamdiu huiusmodi superstes ex vobis vixerit in humanis, et post vestrum et cuiuslibet vestrum obitum huiusmodi filios utriusque vestrum, ita tamen quod uno aut pluribus ex huiusmodi filiis cuiuslibet vestrum superstitibus, ipsi filii simul et in stirpes succedant, et quod uno vel pluribus ex eis decedente vel decedentibus superstes vel superstites in huiusmodi Vicariatu succedat vel succedant, usque ad quinquennium ab huiusmodi obitu proxime computandum, et post ipsum quinquennium usque ad nostrum beneplacitum in Civitate ac districtu predictis, ac in Valmaioris et Ville Este dioc. Imolensis et omnibus aliis Castris et locis, que per vos vel alios tenetis, ad nos et dictam ecclesiam pleno iure et immediate pertinentibus, eorumque territoriis et districtibus, Castris et locis ad ecclesiam Imolensem spectantibus exceptis, Vicarios, Rectores et gubernatores in temporalibus generales, dummodo vos et iidem filii in obediencia et fidelitate nostra et ecclesie predicte persistatis, auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, vobis quoad vixeritis, et huiusmodi filiis iuxta modum premissum, et post obitum predictum usque ad quinquennium et beneplacitum predicta regimen et gubernacionem Civitatis ac Castrorum et locorum, eorumque territoriorum et districtuum predictorum per vos et eos, vel alium seu alios ad id per vos vel eos deputandum et deputandos, cum illis mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam seu eius officiales de iure, privilegio vel consuetudine exercita fuerint seu exerceri consueverint, eciam in crimine lese maiestatis, et cum campa salis pro usu terrigenarum et incolarum Civitatis, Castrorum, territoriorum et districtuum eorundem, ita quod huiusmodi campa de quinquennio in quinquennium per vos et huiusmodi filios ab eadem ecclesia debeat recognosci, ad honorem ipsius ecclesie statumque pacificum et tranquillum Civitatis, Castrorum et locorum ac districtuum, terrigenarum et incolarum predictorum iuste et fideliter exercendis, necnon Custodiam Rocche dicte Civitatis et Castrorum huiusmodi plenarie commictentes, vobisque et post obitum vestrum filiis vestris, dicto Vicariatu durante, ut prefertur, quoscumque Potestates et Iudices ac Officiales ydoneos, qui possint et debeant questiones quaslibet cuiuscunque generis vel speciei, eciam criminis lese maiestatis, in eisdem Civitate, Castris, locis, territoriis et districtibus motas vel movendas, ad secularе forum videlicet pertinentes, audire et previa racione cognoscere, easque fine congruo terminare et execucioni debite demandare, absque eo quod prefati terrigene et incole coram aliis Iudicibus possint ad iudicium evocari, preterquam in criminibus heresis et falsitatis litterarum apostolicarum, constituendi, creandi et removendi ac destituendi, et alios quociens expedierit, deputandi, necnon colligendi, percipiendi et exigendi huiusmodi Vicariatu durante, et vestro et eorumdem filiorum usibus applicandi omnia et singula debita et consueta tam huiusmodi campe salis, quam alia quelibet emolumenta et fructus, redditus et proventus et introitus, quibuscumque nominibus censeantur, ad nos et dictam ecclesiam in Civitate, Castris, locis, territoriis et districtibus predictis quomodolibet pertinencia, et de ipsis omnibus et singulis emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus et introitibus, durante huiusmodi Vicariatu, prout vobis et eisdem filiis videbitur, disponendi, absque eo quod de illis alicui teneamini reddere racionem, et salvo quod novas et indebitas exactiones seu imposiciones imponere aut exigere non possitis, alienacione tamen bonorum et iurium in dictis Civitate, Castris, locis, territoriis et districtibus ad eandem ecclesiam pertinencium vobis et eisdem filiis penitus interdicta, vobisque et huiusmodi filiis per vos et eos, vel alium seu alios, cui seu quibus vos vel illi id commiseritis vel commiserint, merum et mixtum imperium ac omnimodam iurisdictionem predicta exercendi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia alia et singula, que honori nostro et eiusdem ecclesie ac pro statu pacifico et tranquillo Civitatis, Castrorum, territoriorum et districtuum, et terrigenarum ac incolarum predictorum expedire cognoveritis et cognoverint, faciendi, statuendi, ordinandi et corrigendi, puniendi, diffiniendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem: ita quod omnia et singula statuta, si qua contra dictam ecclesiam, ecclesiasticam libertatem seu officium heretice pravitatis aut ecclesiasticas personas, aut eorum aliquos in eisdem Civitate, Castris, locis, territoriis et districtibus edita forent, cassetis et cassari faciatis cum effectu, et quod bannitos, exiticios et expulsos iniuste de Civitate, Castris, locis, territoriis ac districtibus predictis bonisque suis indebite spoliatos, dummodo sint nobis et eidem ecclesie fideles, ad huiusmodi Civitatem, Castra, loca, territoria et districtus reintroducatis,

et ipsis eorum bona restituatis et restitui faciatis, et quod arma et insignia nostra ecclesie predicte in plateis et portis, ac palacio et locis publicis eorumdem Civitatis, Castrorum, locorum, territoriorum et districtuum depingi et debite conservari faciatis cum effectu.

Et quod Civitatem, Castra, loca, territoria et districtus et Roccham supradictam in eo statu, in quo modo sunt vel meliori, finito vel extincto dicto Vicariatu, nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus, aut illis, quibus nos vel dicti successores mandabimus, libere restituere teneamini. Et quod de fructibus, redditibus, proventibus, introitibus et emolumentis supradictis teneamini Civitatem, Castra, loca, territoria et districtus, necnon Roccham supradictam vestris sumptibus diligenter et fideliter reparare, manutenere, conservare, defendere ac eciam custodire, ac omnia alia ipsorumque onera supportare, absque eo quod dicta ecclesie vobis vel filiis eisdem pro huiusmodi Vicariatu, Rectoria, gubernacione, reparacionibus, refectionibus, conservacionibus, defensionibus, custodie et oneribus subvenire in aliquo teneatur, seu pro expensis, que in premissis seu premissorum aliquo, aut alias quomodolibet facte sunt vel fieri contigerit in futurum, aliquid ab eadem ecclesia exigi seu peti possit, aut huiusmodi Vicariatu finito restitucio Civitatis, Castrorum, locorum, territoriorum et districtuum et Rocche huiusmodi impediri valeat seu quomodolibet retardari.

Et nichilominus nomine Canonis seu Census singulis annis huiusmodi Vicariatu durante Mille, et donec de summa Tredecim milium florenorum, que pro censu non soluto de tempore preterito tam racione genitoris vestri, quam vestri teneamini Camere apostolice, et quacumque alia summa, si quam vos ex causa predicta nobis et dicte ecclesie ac Camere in futurum deberi reperiatur, fuerit integre satisfactum, Quadringentos florenos auri de Camera boni et iusti ponderis nobis et eidem ecclesie, seu Camere in Urbe, vel ubi nos et dicti successores nostri residebimus, vel Romana Curia fuerit, in festo Apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii vestrorum et eorum filiorum sumptibus, periculis et fortuna sub pena iuris et Constitucionum apostolicarum super hoc editarum dare et assignare et solvere realiter teneamini, ac eciam teneantur. Volumus autem, quod hinc ad festum Apostolorum Petri et Pauli anni a nativitate domini nostri Ihesu Christi Millesimi trecentesimi nonagesimi quarti futuri predictos Mille et Quadringentos florenos nobis, seu dicte Camere aut alicui alteri minime solvere teneamini, nec filii v̄ri huiusmodi teneantur, et eciam quod ad alia onera persolvenda vel aliter subveniende gravari ulterius non possitis, nisi prout et sicut alii Comitatuum ac terrarum nostrarum et eiusdem ecclesie in dicta provincia consistencium Vicarii occurrentibus casibus gravarentur: premissis quoque sit adiectum, quod de huiusmodi consuetis et debitis emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus et introitibus ecclesie percipiet, de fumaria Civitatis, Castrorum, locorum, territoriorum et districtuum predictorum quicquid ex eadem fumaria provenit et est percipi consuetum.

Volumus autem et retinemus, ac expresse et specialiter reservamus, quod dicto Vicariatu durante Rectores provincie Romandiole, qui erunt pro tempore, ac eorum locatenentes et Curie generalis ipsorum in causis appellacionum quarumlibet tam civilium quam criminalium, et aliis, ut prefertur, superius exceptatis ad nostram Cameram de iure vel de consuetudine, seu alias legitime deferendis, cum plena examinacione et cognicione decidendi eb eis eo iure plene et pacifice in Civitate, Castris, locis, territoriis et districtibus predictis, et contra ipsorum terrigenas et incolas cognoscant et utantur. sicut in Civitatibus et locis aliis dicte provincie, que immediate pro eadem regentur ecclesia, in ipsorum terrigenas et incolas de iure, stilo, ordinacionibus seu antique consuetudine quomodolibet usi fuerint hactenus, et cognoscere et uti consueverunt: ita tamen quod potestatibus, imperiis et iurisdictionibus vobis vel v̄ris filiis [et] in Vicariatu prefato specieliter vel generaliter commissis seu contentis in nullo penitus derogetur, quodque vos per vos et dicti filii per se aut v̄ros seu suos officiales ad hoc deputandos Civitatem, Castra, loca, territoria et districtus, necnon terrigenas et incolas supradictos huiusmodi Vicariatu durante iuste et ligitime regatis, et gubernetis secundum iura et consuetudines Provincie, Civitatis, Castrorum, locorum, territoriorum et districtuum predictorum, ac eosdem terrigenas et incolas nullatenus opprimatis vel gravetis, ymmo bona iusticia manuteneatis et foveatis ad bonum statum pacificum et tranquillum eorumdem. Nec in eisdem Civitate, Castris, locis, territoriis et districtibus recipietis scienter manifestos vel occultos hostes, inimicos, rebelles vel bannitos ecclesie prelibate, seu alios inimicos de terris ecclesie aufugientes, nec directe vel indirecte facietis per alios receptari, nec eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel favorem dari aut prestari permictatis ullomodo, quin pocius quoscumque ex eis in vestram vel ipsorum provenientes potestatem, quociens super hoc a Legato apostolice sedis vel Rectoribus dicte provincie, aut aliis eiusdem ecclesie officialibus, ad quos racione officiorum suorum id pertineret, requisiti fueritis, bona fide capi faciatis et ad huiusmodi requirentes mandatum sub fida custodia destinare. Mandamus insuper districtius terrigenis prelibatis, quatenus vos tamquam Vicarios nostros et Rectores eorum, et vobis decedentibus prefatos filios benigne recipiant et honorifice pertractent, ac vobis et filiis huiusmodi

tamquam ipsorum Rectoribus, et officialibus, quos ad eorumdem Civitatis, Castrorum, locorum, territoriorum et districtuum regimen deputatis, in omnibus, que ad Vicariatus huiusmodi spectant officium, nostro et ecclesie ac successorum predictorum nomine, huiusmodi Vicariatu durante, iuxta presentis nostre concessionis tenorem plene intendere studeant et efficaciter obedire. Vos igitur Civitatem, Castra, loca, territoria et districtus predictos sic in tranquillitatis et pacis dulcedine, ac iusticie suavitate fideliter, sollicite et prudenter gubernare et regere studeatis, quod terrigene et incole prefati utilibus gubernatoribus et providis gaudeant se commissos, vosque apud deum et homines possitis merito commendari.

Forma autem iuramenti, quod vos racione huiusmodi Vicariatus per procuratorem, ad hoc a vobis speciale mandatum habentem, in nris manibus prestitistis, et quod in fine cuiuslibet Decennii, quoad vixeritis, renovabitis, et post obitum vrum huiusmodi filii vestri Romano Pontifici, qui tunc erit, vel ei, quem ad id deputaverit, prestabit, ut per eam plenius informemini et informentur, et illud efficaciter studeatis et studeant observare, presentibus inseri fecimus, que est talis.

Nos Ludovicus miles et Lippus de Alidosiis domicellus germani Imolenses, pro Beatissimo in Christo patre et dño nostro dño Bonifacio digna dei providencia papa VIIII. et successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus etc. ut in forma solita, vide supra pag. 5.

Datum Perusii VI. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quarto.

XXVI.

Quibusdam nobilibus Marchiae Anconitanae terras ecclesiae occupantibus ad comparendum coram pontifice terminus prorogatur. *Reg. Tom. III. fol. 72.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Nuper, videlicet II. Kal. presentis mensis Februarii, iniquitatis filios Gentilem de Varano, Guidonem de Clavellis de Fabriano, Sciarram de Esio et Raynerium de Esio, Guidonem de Matelica olim milites, Radulfum Gentilis et Clavellum Guidonis de Clavellis predictorum natos, Mercennarium de Esio, Lomo de Esio, Honofrium et Robertum de Sancto Severino fratres, ac Benutinum de Cingulo domicellos Camerinensis et Esinensis diocesum, quorum aliqui Camerinensem et quidam Esinensem Civitates, et alii nonnullas terras, villas et castra in provincia nostra Marchie Anconitane consistencia, et ad nos et Romanam ecclesiam pertinencia, tunc expressa, cum eorum districtibus occupaverant, prout adhuc occupant, et nonnullos alios graves et enormes excessus contra nos et dictam ecclesiam perpetraverant, in Consistorio publico, presente fidelium multitudine copiosa, cuiusmodi citandi modum ex certis causis duximus eligendum, auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio citavimus, ut vicesima prima die predicti presentis mensis, videlicet hodierna, si ea die Consistorium esset, alioquin prima die extunc sequenti, qua per nos Consistorium teneri contingeret, comparerent personaliter coram nobis, visuri et audituri per nos decerni et declarari ipsos et eorum quemlibet propter premissa incidisse in penas et sentencias, contentas in processibus olim per felicis recordacionis Iohannem papam XXII., predecessorem nostrum, contra occupatores et invasores Civitatum et terrarum ad Romanam ecclesiam pertinencium factis et solemniter publicatis, et alias a iure in talia perpetrantes inflictas et promulgatas, ac visuri et audituri per nos eis alias penas infligi, sicut nobis videretur et iusticia suaderet, prout in nostris litteris inde confectis ac in Audiencia publica litterarum contradictarum lectis, et ibidem ac in portis ecclesie Perusine, ac in valvis palacii nostri apostolici appensis et publicatis plenius continetur. Nos igitur ex certis racionabilibus causis, ad id nostrum inducentibus animum, huiusmodi terminum hodierne diei usque ad decimam diem mensis Marcii proxime futuri de dictorum fratrum consilio auctoritate predicta tenore presencium prorogamus, dictosque Gentilem, Guidonem de Clavellis, Sciarram, Raynerium, Guidonem de Matelica, Radulfum, Clavellum, Mercennarium, Lomo, Honofrium, Robertum et Benutinum ad cautelam iterum et de novo sub prescripta forma tenore presencium citamus, ut eadem decima die dicti mensis Marcii personaliter compareant coram nobis, visuri et audituri per nos decerni et declarari, prout superius est expressum et in dictis litteris plenius continetur. Nulli ergo etc. nostre prorogacionis et citacionis etc. Si quis autem etc. Datum Perusii VIIII. Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno quarto.

XXVII.

Cornetanis pontifex auxilium mox se missurum contra eorum civitatis invasores significat. *Ex orig. in archivo communis Cornetani asservato.*

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis Confaloneriis, Consulibus, ... Capitaneo Quingentorum ac Consilio et Communi terre nostre Corneti, fidelibus nostris, salutem etc. Sensibus nostris est illa solicitudo continua, quod quantumcunque circa orbis terre negocia, que nobis incumbunt, et ex apostolice servitutis officio diversimode nostrum animum distrahant, adiciamus solicitudinis nostre partes, nichilominus ad statum pacificum et tranquillum terre nostre Corneti, quam paternali zelo complectimur, mente convertimur intima, nec quiescere possumus, dum affligi eam conspicimus, et vexationis miserabilibus angustiis agitari, et licet

ipsius pressuras et erumpnas illarum partium intellexerimus frequenter, et eas interne meditationis acie contemplemur, lacius tamen nuper dilectus filius Gillius Vannelli de Corneto, ad nostram presenciam vestri parte se conferens, illas nobis exposuit seriose, et apostolicam solicitudinem ad celerandum vobis subsidium devotis et fidelibus studiis excitavit. In hoc enim velut in opere, quod inter cetera cordi specialiter gerimus, sicut vos tenere non dubitamus, sine intermissione nostri labores insistunt, et iam per opera efficissemus, nisi gravis, sicut fama saltem publica referente accipere potuistis, infirmitas nos tenuisset ligatos, cuius vinculum, divina nobiscum gracia misericordiam faciente, dissolvimus et dati sumus solite sanitati. Cum itaque in provincia nostra Marchie Anconitane guerrarum turbinibus diucius conquassate, cui plurimum compatiebamur, firmaverimus pacem, ibidemque gentium armigerarum comitivam non modicam pro nostrorum et Romane ecclesie inimicorum exterminio habeamus, quam imbrevi pro vestra et aliorum nostrorum fidelium defensione mittimus: discretionem vestram hortamur attente, quatenus spiritum constancie assumatis, ac vires et animos uberius solito in ista permaximo nunc pressura exerceatis, quoniam dilecti filii Regimina alme Urbis mittent dilectum filium nobilem virum Sartum domicellum Ravennatem cum eius fidelium comitiva, quibus scribimus adeo potenter, donec imbrevi nostrorum potentiam transmittemus, quod invasores Corneti ac eciam Tuscanelle terrarum nostrarum predictarum cogentur turpiter capere fugam, totumque beati Petri Patrimonium eripietur, superne virtutis gracia de manibus impiorum et depresso iugo tirannice servitutis expectate libertatis gaudia reassumet. Commisimus nichilominus prefato Gillio quedam nostri parte circa predicta vobis oretenus referenda, cui velitis fidem indubiam adhibere. Datum Perusii IIII. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

XXVIII.

Nicolao de Balionibus et Bartholomaeo Ceccharelli copiam pontifex dat XIIM. floren. pro militibus in defensionem civitatis Perusinae mutua contrahendi sub hypotheca vectigalis camerae apostolicae debiti.
Reg. Tom. III. fol. 102.

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis Nobilibus viris Nicolao de Balionibus militi, legum doctori, et Bartbolomeo Ceccharelli civibus Perusinis, salutem etc. Ad statum civitatis nostre Perusine eiusque Comitatus et districtus pacifice et salubriter dirigendum solicitis studiis intendentes, operarias manus libenter apponimus, ut in eis cultus iusticie vigeat, pacifica tranquillitas refloreat, plantentur boni mores et reprobi extirpentur. Cum itaque pro premissis adimplendis, et pro huiusmodi conservacione et defensione, ac inimicorum ipsum destruere conancium exterminacione gentibus armigeris non in parvo numero plurimum dinoscamur indigere, pro quibus conducendis et aliis circa hec necessariis Camera nostra apostolica nonnulla non parva expensarum onera subire habeat, ad que supportanda ipsa Camera ad presens propter alia gravia et inevitabilia onera sibi incumbencia commode sufficere non valet: nos, ne propterea huiusmodi conducta et alia Civitatis ac Comitatus predictorum negocia differri aut impediri contingat, providere volentes, ac de circumspectione, fidelitate et industria vestris experiencia nobis notis specialem in dño fiduciam obtinentes, quod ea, que prudencie vestre duxerimus committenda, solicite, fideliter et prudenter curabitis adimplere, circumspectioni vestre petendi et recipiendi nostro et eiusdem Camere nomine pro premissis adimplendis a quibuscunque personis, de quibus vobis videbitur faciendum, et cum quibusvis super hoc poteritis convenire, communiter et divisim prestanciam sive mutuum usque ad summam duodecim milium florenorum auri de Camera in et super gabella macinati et boccarum(?) Civitatis ac Comitatus et districtus predictorum, ad nos et dictam Cameram pertinente, debita et debenda, ipsamque gabellam pro huiusmodi summam eisdem creditoribus cum pactis, obligacionibus, renunciacionibus, promissionibus et cautelis ad hec necessariis et eciam oportunis, prout prudencie vestre videbitur faciendum, obligandi, et omnia alia circa hec necessaria et oportuna faciendi plenam et liberam concedimus auctoritate apostolica tenore presencium potestatem. Nos enim quicquid per vos petitum, receptum, obligatum, pactum, promissum et alias gestum fuerit quomodolibet in premissis, ratum et gratum habebimus, et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod vos, antequam huiusmodi officium incipiatis exercere, in manibus dilecti filii Marini sancte Marienove diaconi Cardinalis, Camerarii nostri, de huiusmodi officio fideliter exercendo et alias fidelitatis debite prestetis in forma solita iuramentum: quodque de omnibus, que proinde receperitis et alias feceritis in premissis, gentibus dicte Camere debitam reddere teneamini racionem. Datum Perusii IIII. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno quarto.

XXIX.

Ioannes de Vico Praefectus Urbis se conversum simulans sacrum collegium cardinalium adiit, ut pontifex statum ecclesiae restauret. *Ex Reg. Bonifacii PP. IX. Tom. III. fol. 107.*

Sacro Collegio Reverendissimorum patrum et singularissimorum dominorum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium.

Reverendissimi in Christo patres et singularissimi dñi mei, debita ac humili recommendacione premissa. Scribe Sanctissimo domino nostro in forma, quam feci inferius adnotari, videlicet: Dextera domini fecit virtutem, qui ad bonum cuncta dirigens nuperrime quicquid tristis zizanie et caliginose nubis, qua mee mentis acies cacodemonum manibus caligarat, potenter decerpsit ignibus exurendum. O infelix, cum veteris malicie fermento corruptus immolarem adhuc laudem de fermento, et super egiptias ollas incumbens pascalis agni delicias non querebam, baratro me aspiciens perpetue dampnacionis immergi! Recogitans igitur in amaritudine annos meos et brevitatem vite, considerans solvi vincula colli mei, a dampnabili cecitate meridianam in lucem consurgens, ad fidem apostolice sanctitatis et sacrosancte Romane ecclesie tota sum mentis devocione conversus, liberatus a periculo inertia huiusmodi, quando da servitute peccati in libertatem iusticia transmigravi. Adest dies, ideo, piissime pater, ardentis animi caritate cupitus, quo dulcedo amaritudini, calamitati succedit felicitas, in iocunditatem lamentum, in refrigeria lacrime mutahuntur, non aliter inde letor, quam tranquillus navita preciosissimis mercibus onustus, ad infamem et procellasum scopulum iam collisus procellis intumescentibus pene submergitur, ventis deinde mitioribus insurgentibus in speratum portum salva puppe confugit, ut quantum ex illis turbinis occasione paveris merorisque incesserat, ita tantundem ex naufragii evasione leticie et iocunditatis accedit. Itaque supernus ille mortalitatis nostre moderater et arbiter in diem hanc, sicut confida omnine, vestram clemenciam reservavit, ut accepto tempore iusticias iudicetis, at ponatis pravia in directa et aspera in vias planas. Ecce iam florent vinee, iam flores fructus parturiunt, tantum sit, qui capiat vulpes parvulas et omne reptile venaticum in sue malignitatis versucia comprehendat. Ecce iemps transiit, imber abiit et recessit, tempus putacionis advenit: putetur ergo, domine, putetur et fediatur vinea domini Sabaoth, ut ea fructificante in usus ampliores exuberet, pacatam nobis hanc vineam reddidit dominus deus noster. Vestri erit amodo operis et laboris, ut sibi mundam et fructiferam resignetis: presto est enim pie intencioni vestre operandi facultas, cui tanta conceditur sancte operacionis auctoritas. Et ut paucis multa complectar, ad restaurandum ecclesie statum posse adiacet vestro culmini, velitis tantum, et salva sunt omnia: prope est, et ut ipsa clamet ad vos: tantum die verbo et sanabitur puer meus. Quis non credit auditui vestro? Quis non obedit verbo? Quis non obtemperat iussioni? Quod si reluctari quisquam pro sua malignitate presumpserit, sonent exultaciones dei in faucibus vestris, et gladii ancipites in manibus assumantur. Speramus siquidem et confidimus de misericordia creatoris, quod ad sanctorum precum vestram instanciam convertetur dñus, et ignoscet populo suo, et sedatis fluctibus procellarum arridebit nobis tranquillitas, et Petri navicula multis perturbacionum exagitata procellis tranquilla locabitur stacione. Datum etc. Vos ergo, metuendissimi domini mei, quos omnipotens deus Apostolorum suorum statuit successores, quod instauracione ecclesie sancte sue, dum instare tempus videtis et horam, ita cum Sanctissimo dño nostro interponere dignemini preces vestras pariter et labores, ut intercessiones vestras, prout indubie sperandum est, cunctis liqueat in tam sanctissimo opere inque vobis honorabili (?) apud Christi Vicarium profuisse. Datum Viterbii die xv. mensis Iunii.

P(aternitatum) V(estrarum) Servitor

IOHANNES DE VICO PREFECTUS ALME URBIS CUM R.

XXX.

Capitula Bonifacii PP. IX. de eius cum curia reditu ad Urbem per conservatores et officiales populi Romani accipiuntur. *Ex Reg. Bonifacii IX. Tom. III. fol. 146. et Innocentii VII. Tom. I. fol. 85.*

In nomine domini, Amen. Ad honorem, gloriam et reverenciam sanctissime Trinitatis, gloriosissime Virginis, Apostolorum Petri et Pauli et aliorum Apostolorum tociusque Curie celestis, nec non Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii divina providencia sacrosancte Romane ac Universalis ecclesie pape VIIII. Si cunctos decet grataanter impendere, quod tendit ad commodum et honorem, statum et consolamen utriusque essencie populi orthodoxi, necnon annuere inridicis voluntatibus et mandatis superiorum eciam alierum, multo excellencius convenit Romanum populum, qui leges et frena illis priscis temporibus prebuit Universis, talia sublimius edere, insuper observare et potissime obedire filiali reverencia, eciam efficacissime annuere sincero corde et animo iustissimis voluntatibus et mandatis prefati dñi nostri pape, patris spiritualis, presulis et domini dicte Urbis, ut pater in filio, ipse quoque in patre preservet deitatem suam eciam in hiis infimis, ex hoc providea- tur salutibus animarum, dum ipse Christi Vicarius residet in throno maiestatis ipsius vere sedis.

Pro parte itaque ipsius Romani populi eiusque Officialium multiplicatis vicibus postulatum eciam supplicatum extitit ipsi Sanctitati ex causis racionabilibus, evidentibus et necessariis, ut dignaretur Romam remeare, ipsius veram sedem cum ipsius Curia solum pre ipsius et suorum salvadine, eciam ad removendum multiplicia scandala, scismata et errores. Que noscens affectionem filialem et et sinceram dictorum populi et officialium, ac petita eciam supplicata fore consentanea racioni et propterea concedenda, paterno pioque affectu annuit ipsis peticioni eciam supplicacioni, dummodo pro

parte dictorum populi, officialium et aliorum contentorum et nominatorum in Capitulis ipsius Sanctitatis infrascriptis promictantur, concedantur et fiant cum effectu ea omnia, que in ipsis continentur, quorum copia sequitur per hec verba.

In nomine domini, Amen. Cum Officiales et populus Urbis pluribus ac iteratis vicibus preteritis temporibus, et presentibus humiliter supplicaverint Sanctissimo in Christo patri et domino, dño Bonifacio divina providencia pape nono pro reditu sue Sanctitatis et Curie ad dictam Urbem, in qua est propria sedes sua: dictus vero dominus papa eorum devotas supplicaciones attendens, et ut meliora prospiciat pro ecclesia sua ac eius Sanctitate et Curia, cum infrascriptis pactis et condicionibus, absque quibus non posset in dicta Urbe honeste ac commode commorari, duxit beniguiter innuendum:

Et primo quod dicti Officiales et populus Urbis mittant ad locum, prout per eius Sanctitatem deputabitur, sollemnem Ambaxiatam cum supplicacionibus sui reditus et Curie ad dictam Urbem, ac oblacionibus honorabilibus ut in forma.

Item quando dictus dominus papa erit ad reditum dispositus, quod pro comitiva et societate eius mittent mille equites bene munitos et dicte sue Sanctitati confidatos.

Item quia propter varias et multas expensas, quas eum subire oportuerit, ad presens indigeat pro suo reditu et aliis necessariis, mutuabunt eius Sanctitati decem milia florenorum.

Item quod fiat consilium Centum adminus bonorum virorum electorum pro rata de qualibet Regione privatum et generale unacum Officialibus, Capitaregionibus et Imbussulatoribus, ut moris est, qui tractent et deliberent nomine tocius populi, a quo per prius circa hec potestatem habeant, et per viam contractus promittant dño S. Cardinali Tudertino, ac dño I. dei gracia Abbati monasterii sancti Pauli de dicta, et in dicta Urbe Vicario dicti domini pape, in personam Sanctitatis ipsius, et pro ea legitime stipulantibus, ac cuilibet eorum in solidum, si alter eorum non posset commode interesse, quibus tactis sacrosanctis scripturis propriis eorum manibus iureut, ac sigillis Officialatus et populi sigilleut singula infrascripta, necnon pro maiori observacione et cautela ipsorum eorum quilibet obligent se ad penam Mille florenorum applicandorum Camere dicti dñi pape. Et primo dictus dominus papa Bonifacius possit, si velit, ponere Senatorem in dicta Urbe iuxta ritum suorum predecessorum Romanorum Pontificum, cum salario Camere dicte Urbis hactenus consueto, et in casu quo nollet, quod Conservatores, qui pro tempore erunt, in principio sui officii in manibus sue Sanctitatis iurabunt Senatus officium ut in forma fideliter exercere.

Item quod dictus Senator deputatus per dictum dominum papam non possit in suo officio et iusticia impediri a Banderensibus et Quatuor seu aliis Officialibus dicte Urbis.

Item quod nec Marescalli Senatoris predicti seu Conservatorum Senatus officium exercencium possint tollere arma Cortesanis clericis et laycis, ac Romanis clericis deferentibus ea, nisi aliud de sua processerit voluntate.

Item quod ambas stratas versus Reate et Narniam, vel adminus unam earum propriis sumptibus tenebunt tutas seu tutam, ita quod liber aditus possit haberi a venientibus ad dictam Urbem.

Item quod tempore, quo navigari potest, teneant pro securitate maris pro venientibus et grascia ad dictam Urbem unam galeam armatam cum augmento gabellarum Ripe et Ripecte et lucris dicte galee.

Item quod Cortesani tam clerici quam layci, et clerici Romani criminaliter vel civiliter non trahantur nisi ad legitimum forum eorum, videlicet clerici Cortesani coram Auditore Camere, layci Corthesani coram Marescallo dicti domini pape, et Romani clerici coram Vicario dicti domini pape in Urbe et aliis propriis eorum iudicibus, et presertim quod eoram magistris edificiorum non vexentur et conveniantur, cum sepius eos in preteritum indebite et de facto gravaverint cum modico honore domini pape et Curie.

Item quod supradicti Cortesani tam clerici quam layci, et clerici Romani sint immunes et liberi a datis et collectis, et custodia dicte Urbis ac aliis oneribus, et presertim quod causa exercitus vel alio colore in equis et aliis eorum animalibus non graventur quo ad officiales et populum supradictos, nisi aliud de eiusdem domini pape processerit voluntate.

Item quod ecclesie Urbis predicte, hospitalia et alia pia loca, ac bona ipsarum sint libera et exempta quo ad datas et collectas vel alia gravamina, quantum ad eos (sic), nisi ut supra.

Item quod dictus dominus papa ac domini Cardinales sint immunes et liberi a gabellis per terram, ac infra terram et aquam dicte Urbis pro usu eorum, super quibus credi debeat, quantum concernunt dictum dominum papam, Camerario sue Sanctitatis, quantum vero dominos Cardinales, eorum cedulis sigillatis ipsorum propriis sigillis cum iuramento Camerariorum suorum.

Item quod Officiales, qui pro tempore erunt, in dicta Urbe, quocumque nomine censeantur, tempore eorum officialatus non petant, neque petere possint quocumque titulo bona et res mobilia et immobilia dictarum ecclesiarum Urbis seu hospitalium, vel aliorum piorum locorum, ac si contrafecerint, syndicentur iuxta mandatum dicti domini pape vel deputandi per eum, et ubi ex importu-

nitate petencium gracia fieret aliqua de predictis, sit ipso iure nulla.

Item quod duo boni viri deputentur super grascia ad unum annum, et sic successive, quorum unus per dominum papam predictum, et alius per dictos Officiales et populum eligantur, qui non permictant ascendere excessive granum et alia blada, vinum, carnes et pisces et alia commestibilia, prout eis videbitur expedire, cum potestate, si contrafecerint, eos cohercendi, puniendi et exequendi, quam ipsis dabit dominus papa predictus, qui omnem bonam fidelitatem servabunt dicto dño pape, quam boni filii et servitores eorum patri ac dño servare tenentur.

Quibus quidem Capitulis et contentis in eis presentatis, et consignatis pro parte dicti domini nostri pape per virum nobilem et scientificum Magistrum Franciscum de Fara, medicine doctorem, civem Romanum et nuncium apostolicum, Nobilibus viris Oddonis Cecchi dñi Fulchi, Petro Sabbe Iuliani et Petro della Sassara Conservatoribus Camere Urbis, Senatus officium exercentibus et Administratoribus officii pacis et guerre dicti Romani populi, Iohanni Stephani Pacche, Iohanni Laurencii Palucecti Banderensibus, Blaxio Tucii Nardi Mucii, Iohanni Cole Iohannis Vari, Iohanni Picco et Paulo Petri Nuccini Quatuor consiliariis felicis societatis Pa..... et Ba......... dicte Urbis, ipsa Capitula omni cum debita subiectionis reverencia receperunt, eciam audiverunt prudenter exposita et narrata pro parte prefati domini nostri super illis, et nonnullis aliis per ipsum Magistrum Franciscum nuncium apostolicum: in hac parte propterea volentes effectualiter adimplere ipsi dñi Officiales ea omnia, que in ipsis Capitulis continentur, precedente prius privato consilio, ut est moris, presenti die cum debitis sollempnitatibus per eos convocato, et congregato in maiori sala palacii Capitolii dicto privato, ac eciam generali consiliis intrascriptorum bonorum civium Romanorum electorum pro rata de qualibet Regione dicte Urbis una cum ipsis Officialibus, Capitibus Regionum, Vigintisex Consiliariis ordinatis more solito in ipsa Urbe, et infrascriptis Imbussulatoribus dicte Urbis, lectis et expositis in eodem consilio contentis in Capitulis ipsis, auditisque verbis prudentissime super illis et aliis expositis per Officiales ipsos et Magistrum Franciscum, deliberatum, ordinatum et consultum extitit in eodem consilio, quod omnes astantes in eodem, nemine discordante, facto partito, ut est moris, videlicet quod fiant, promictantur, ordinentur et adimpleantur omnia et singula, que continentur in eisdem Capitulis et petuntur pro parte ipsius Sanctitatis, salvo solum quod mutuentur sexmila florenorum tantum. Post vero huiusmodi conclusionem et predicta omnia sic gesta, reformata, edita et obtenta, prenominati Conservatores, Banderenses et Quatuor ex potestate, arbitrio, balia, et ordinacione dicti consilii, eciam Consiliarii, Capitaregionum et Imbussulatores predicti unanimiter et concorditer vice ac nomine dicti Romani populi, ipsorum et eorum in officiis successorum promiserunt Reverendo in Christo patri et domino, dño I. dei gracia Abbati monasterii sancti Pauli, et Vicario apostolico in spiritualibus dicte Urbis, presenti, stipulanti et recipienti vice ac nomine ipsius Sanctitatis, observare ac observari facere inviolabiliter omnia et singula, que in ipsis Capitulis continentur. Et sic iuraverunt ad sancta dei evangelia, scripturis per eos et quemlibet eorum corporaliter manibus tactis, necnon pro maiori observacione et cautela omnium predictorum omnes prenominati, et infrascripti ex sponte obligaverunt se et bona sua dicto dño Abbati sancti Pauli, stipulanti et recipienti ut supra, ad penam florenorum mille auri pro quolibet Camere apostolice solvendorum et applicandorum, si fuerit in premissis contrafactum vel aliquo predictorum. Ad quorum omnium fidem et cautelam prefati Conservatores, Banderenses et Quatuor ac Capitaregionum sigilla eorum imprimi mandaverunt.

Nomina vero supradictorum sunt hec, videlicet:

Capita Regionum

Iohannes Antonii Stephani de Regione Moncium, Anestaxellus Anestaxii de Regione Trivii, Stephanellus Iohannis Mey de Regione Columne, Rencius dñe Iacobe de Regione Campimarcii, Paulus Capponis de Regione Parionis, Lellus Barthelucii de Regione Arenule, Matthucius Lelli Petoli de Regione Pinee, Alexius Cole Alexii de Regione Campitelli, Petrucius Octaviannucii de Regione sancti Angeli, Nucius Velli Petri Arlocti de Regione Ripe, Cecchus Colucie Cinci Iohannis Cacini de Regione Transtiberis.

Imbussulatores

Mattheulus de Capudgallis de Regione Trivii, Gregorius Angeli Corradi de Regione Moncium, Petrus Scriniarius de Regione Columne, Petrus Palucii de Regione Parionis, Colucia Nucii Petri Iannini de Regione Campitelli, Antonius Pauli Iacobelli de Regione Arenule.

Consiliarii de Regione Moncium

Nicolaus Iohannes Sabbe Gocii, Laurencius Cecchi Palocchi, Petrus Mancini notarius, Cecchus Iohannis Palocii, Lapiello, Iannottus Primoceri, Rubeus Marcocii.

De Regione Trivii

Torrimbaccha, Lellus Cipane, Cecchus Iannette, Dñus Paulus Iacobi, Cecchus Tascha, Lucarocius Cecchi Lucarocii, Stephanellus Iohannis Pagani, Colucia Staffionne notarius, Gaytanus Petri Piche, Nicolaus Rencii Tucii Cocombari.

De Regione Columne

Laurencius Pieczo carne, Paulus Laurencii Pieczo carne, Bubalus de Cancellariis, Honoracto,

Antonius Iohannis Tucii notarius, Dnus Laurencius de Tedallinis, Iohannes Laurencii Simeonis, Nicolaus Iohannis Sciarre, Iohannes Angelus Rofini, Cecchus Iohannis Cimini, Bernardus Locii.

De Regione Campimartis

Antonius dni Leonardi, Cecchus de Trincha, Paulus Boccapasa, Mattucius della Riccia.

De Regione Pontis

Paulus Iocii, Iacobus Bruno notarius, Fallatrita notarius, Lellus Petroue, Natolus Bucii Natoli, Petrus Maccarelle, Cecchus Malglioccii, Iohannes Damiani, Paulus Bartholomei notarius, Laurencius Leonis notarius, Anthonius Iohannis Dellnoglio, Laurencius Bernabei, Bonisanus de Proficis, Yvo Guillelmi notarius, Cecchus Petrucii, Mattheus Capodecarne, Bartholomeus Cecchi Intrante, Cecchus Francisci Pellimantelli, Christoforus Lelli, Iohannes Canalima.

De Regione Parionis

Vecchiarellus notarius, Antonius Petrucii Signoretti, Cecchus Cocciola, Antonios Bouopera, Romanus Catagne, Paulucius Cole Iohannis Pauli, Iohannes Antonins de Costiariis, Iohannes Cecchi Fordivolglie, Coya, Nardus dello Babbo, Iohannes Cuncio, Mascius Catellini, Antonius Amici Bellihominis, Colucia Petrucii Palini, Iohannes Zoccholi.

De Regione Arenule

Dnus Paulus Alexii, Battista Pauli Gotii, Iohannes Cecchi Ley, Petrus de Cinciis, Manellus Iohannis Paczie, Sabbas Cole Bollarii, Andreocius Cole Calcavacchia, Georgius Petri Sabelli.

De Regione S. Eustachii

Raynonus Christofori Raynoni, Cecchus Egidii, Gnagina Macellarius, Antonius Bernardi Locii, Nicolaus Philippini, Lellus Quatracie, Iulianus Ceci Teuli, Cecchus Pilippini, Nicolaus Tebaldi, Laurencius Scalglia.

De Regione Pinee

Iohannes Nelloli scribasenatus, Iacobellus de Marronibus, Iohannes Lelli Andree de Rubeis, Nicolaus (de Porcariis), Lellus della Valle, Nicolaus Capomaiestro, Antonius Cecchi Ferrarii notarius, Angelellus Sanetus notarius, Laurencius Eustachii notarius, Andreocius Tutobuono, Lellus Eunufrii, Colucia Brenda, Nicolaus Griffoli, Nicolaus Baratte, Petrus Paulus Sabucii (et Tucius do Porcariis).

De Regione Campitelli

Magister Franciscus de Fara, Marcucius Grassi Tramundi, Lellus Petrucii, Iulianus Nucii Petri Iannini, Nicolaus de Pierleonibus notarius, Romanus Stephani, Cecchus Cole Alexii, Stephanellus Colucie Petri Iannini, Nicolaus Salomonis notarius.

De Regione S. Angeli

Antonius Graciani, Nicolaus Tordouerii, Martinus Spsciarius, Sabbas della Franga, Eunufrius de Magoluce, Iohannes Nucii Cotze.

De Regione Ripe

Nucius Dominici Petri Leonis, Iohannes Iannotto, Nicolaus Chiarini, Laurencius della Conte, Laurencius Teuli Carletti, Andreocius Materie.

De Regione Transtiberis

Dnus Nicolaus do Bondiis, Iacobellus Cincii, Iacobellus Stephani, Iohannes Ginafri notarius, Antonius Laorencios Guidolini, Benedictus Cole Obiccionis, Nicolaus Pauli Iudei, Lellus Cerocii, Petrus Iusti, Iohannes Iacobus, Cecchus de Romanliis, Lellus Verardi, Paulus Piantavigna, Nicolaus Matthioli, Lellus de Ciuque.

Acta, ordinata, conclusa, promissa et stabilita fuerunt hec predicta omnia Rome in dicta sala palacii Capitolii die octavo mensis Augusti, prima Indictione, Anno a Nativitate domini nostri Ihesu Christi Millesimo trecentesimo nonagesimotercio, Pontificatus dicti domini nostri pape anno quarto, presentibus hiis testibus, videlicet Nicolao Iohannis Quatracie de Regione S. Eustachii, Francisco de Cerronibus de Regione Moncium, Petrucio Nucii Petri Iannini notario de Regione Campitelli, Petro Cecchi de Nigris notario de Regione Trivii et Petropaulo de Alpis de Regione Campitelli testibus ad predicta vocatis et specialiter rogatis.

Nicolaus Nucii Petri Iannini notarius, unus ex Imbussolatoribus sopradicte societatis et populi, ac secretarius eorumdem, pro me ac vice et nomine suprascriptorum meorum collegarum Imbussulatorum manu propria me ad fidem subscriho.

Paulus Lelli domini Angeli notarius dictorum dominorum Conservatorum.

Antonius Iohannis notarius dictorum dominorum Banderensium et Quatuor Consiliariorum.

XXXI.

Conrado Prosperch marescallo generali mille florenos auri per fratres de Alidosiis Imolenses persolvendos anno quolibet assignantur. *Reg. Tom. III. fol. 143.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Conrado Prosperch militi, ac gencium armigerarum nostrarum generali Marescallo, salutem etc. Magne devocionis sinceritas, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, grata quoque et accepta servicia per te nobis et eidem ecclesie hactenus laudabiliter impensa, et que solicitis studiis impeudere non desistis, necnon nobilitas generis et virtutis eximie, quibus personam tuam tam familiari experiencia, quam eciam fidedignorum testimoniis percepimus insignitam, merito nos inducunt, ut erga te liberalitatis dexteram extendamus, ut exinde eo promptius eisdem obsequiis intendas, quo te cognoveris per nos propensioris munificencie gracia communiri. Hinc est, quod nos tibi provisionem Mille florenorum auri singulis annis de et super censu annuatim per dilectos filios nobiles viros Ludovicum militem et Lippum de Alidosiis

domicellum, in civitate nostra Imolensi pro nobis et Romana ecclesia Vicarios, et qui pro tempore erunt, racione dicti Vicariatus Camere nostre persolvendo recipiendam, tuisque commoditatibus applicandam usque ad beneplacitum nostrum auctoritate apostolica tenore presencium assignamus, prefatis Ludovico et Lippo, et qui pro tempore erunt, districte precipiendo mandantes, quatenus ubicunque pro parte tua fuerint requisiti, provisionem huiusmodi Mille florenorum auri tibi, vel certo tuo nuncio ad id sufficiens mandatum habenti anno quolibet, huiusmodi beneplacito durante, integre solvere et assignare studeant cum effectu. Nos enim tibi prefatos Ludovicum et Lippum, et qui pro tempore erunt, de hiis, que propterea ab eis receperis, nostro et eiusdem Camere nomine quitandi, et perpetuo liberandi plenam et liberam eadem auctoritate concedimus facultatem. Nulli ergo etc. nostre concessionis et voluntatis etc. Si quis autem etc. Datum Assisii III. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

XXXII.

Pontifex mandat, ut castellanus Narniensis rocchae per duos annos tantum praesidat, omnia civitatis officia per Gebellinos exerceantur, XV. Guelfis extra civitatem ad tempus relegatis, reliqui omnes tam Gebellini quam Guelfi in civitatem restituantur etc. *Reg. Tom. III. fol. 253.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providencia circumspecta iuxta pastoralis officii debitum utilitatibus subditorum libenter intendere consuevit, et ad removenda scandala, ponendam concordiam et nutriendam quietem inter suos subditos eo propensius apostolice sollicitudinis studium adhibet, quo dissensio eorum fore dispendiosior comprobatur. Horum igitur consideracione inducti ad statum civitatis nře Narniensis eiusque comitatus et districtus pacifice et salubriter dirigendum solicitis studiis intendentes, operarias manus libenter apponimus, ut in eis cultus iusticie vigeat, pacifica tranquillitas refloreat, plantentur boni mores et reprobi extirpentur, et ex certis racionabilibus causis ad id nostrum animum moventibus volumus, et auctoritate apostolica tenore presencium ordinamus et districte precipiendo mandamus, quod deinceps Castellanus Rocche ipsius nostre Civitatis Narniensis, qui nunc est aut pro tempore erit, se nullatenus de regimine ipsius Civitatis, sed solum de custodia ipsius Rocche usque ad duos annos a data presencium computandos intromittat, quodque Priorum et alia officia ipsius Civitatis per Commune ipsius Civitatis tantum deputari et dari consueta, per personas status ipsam Civitatem ad presens regentis, videlicet Gebellinos dumtaxat, et non per quosvis alios usque ad eosdem duos annos tantummodo, ipsis in fidelitate, devocione et obediencia nostris persistentibus, et non alias exerceantur et gubernentur: ulteriusque volumus eciam et ordinamus ac mandamus, quod Quindecim ex Guelfis ipsius Civitatis per ipsum Commune seu Gebellinos ipsius Civitatis Venerabili fratri nostro Iohanni Episcopo Adriensi, in dicta Civitate Vicario nostro, infra unum mensem a data presencium computandum nominandi, per eundem Episcopum extra ipsam Civitatem et loca ac territoria, de quibus eidem Episcopo videbitur, usque ad dictos duos annos confinentur, ita quod huiusmodi duobus annis durantibus dicti sic confinati huiusmodi confinia sub pena rebellionis et bonorum eorum omnium confiscacionis, quam contrarium facientes incurrere volumus ipso facto, servare inviolabiliter teneantur. Et insuper volumus et mandamus, quod omnia castra et alia loca Comitatus dicte Civitatis perveniant ad manus nřas et Rectoris ipsius Civitatis per nos ibi deputati, efficaciter pareant et obediant dicto Rectori et aliis officialibus nostris et dicte ecclesie per nos aut dictum Rectorem in eadem Civitate deputatis. Et nichilominus volumus, ordinamus et mandamus, quod prestitis prius per dilectum filium Nobilem virum Marium de Cathenaciis, domicellum Narniensem, in manibus dicti Episcopi Vicarii nostri iuramento fidelitatis, et debita caucione de Octo personis ad hoc ydoneis ipsius Civitatis per ipsum Episcopum eligendis, et sub pena, de qua eidem Episcopo videbitur, quod ipse Marius perpetuo erit fidelis et obediens nobis et dicte ecclesie ac officialibus nostris, et quod conservabit bene et fideliter in fidelitate, devocione et obediencia nostris et dicte ecclesie turrim Corzani dicti Comitatus, quod ipsa turris eidem Mario restituatur, et eidem tradatur et assignetur, et quod eius nepotes, qui captivi detinentur, libere relaxentur et pristine eorum libertati restituantur. Et nichilominus volumus, ordinamus et mandamus, ut omnes et singuli Gebellini et Guelfi ipsius Civitatis eiusque Comitatus et districtus, qui hinc inde per utramque partem aut forenses, qui huiusmodi novitate durante fuerunt, et nunc sunt infra ipsam Civitatem, ad invicem libere liberentur, et eorum pristine restituantur libertati, eisdem Communi tam pro huiusmodi liberacione, quam satisfaciendo stipendiariis ipsius Communis et personis dictos captivos detinentibus, quam aliis expensis per ipsos Commune necessario factis dativam Quatuor milium et quingentorum florenorum auri in et super omnibus personis tam Guelfis quam Gebellinis, et aliis quibuscunque Civitatis, Comitatus et districtus predictorum per eas communiter, ut est moris, solvendam, semel dumtaxat imponendi, quibuscunque Constitucionibus apostolicis et aliis contrariis nequaquam obstantibus, plenam et liberam potestatem harum serie concedentes. Nulli ergo etc. nostre ordinacionis, mandati,

concessionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. Nonas Maii, Pontificatus nostri anno quinto.

XXXIII.

Cardinali camerario pontifex copiam dat XXIIM. flor. auri mutua a Carolo de Malatestis accipiendi pro defensione status Romanae ecclesiae sub hypotheca civitatis Brictenoriensis. *Reg. Tom. III. fol. 283.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Marino sancte Marienove diacono Cardinali, Camerario nostro, salutem etc. Decens reputamus et debitum, ut pro defensione honoris et status Romane ecclesie sponse nostre, que a nonnullis iniquitatis alumnis, qui in eadem ecclesia scisma posuerunt, et eam falsis machinacionibus impugnare satagunt et moliuntur, diversa dampna et iniurias patitur, ad ecclesie huiusmodi possessiones et bona, cum necessitas id exegerit, recurramus. Cum itaque pro huiusmodi defensione diu nos oportuerit, et ad presens oporteat magna subire onera expensarum, ad que Camera apostolica multiplicibus oneribus pregravata nullatenus sufficere potest, nos ne propterea ipsa Romana ecclesia detrimentum patiatur, eidem Camere de alicuius subvencionis auxilio providere volentes, et de tua circumspectione specialem in dño fiduciam obtinentes, quod ea, que eidem circumspectioni commiserimus, curabis fideliter et prudenter exercere, eidem circumspectioni impignorandi nostro et Romane ecclesie, ac Camere apostolice nomine dilecto filio nobili viro Carolo de Malatestis domicello Ariminensi, provincie nostre Romandiole pro nobis et dicta ecclesia Rectori, seu eius procuratori vel procuratoribus ad hoc per eum legitime constituto seu constitutis, Civitatem nostram Bretenoriensem et eius castrum sive fortalicium, eiusque territorium et districtum cum omnibus iuribus et pertinenciis suis pro summa vigintiduorum milium florenorum auri de Camera per ipsum nomine huiusmodi pignoris tandiu tenenda et possidenda, donec per nos aut Romanam ecclesiam seu Cameram predictam de dicta summa sibi fuerit integraliter satisfactum, recognoscendi quoque ab ipso Carolo summa florenorum predictam ex causa mutui assignatam ac solutam fuisse et esse Camere prefate sub modis, pactis, formis, obligacionibus et cautelis ad hec necessariis et eciam oportunis, prout fuerit oportunum, et circumspectioni tue videbitur faciendum; et nichilominus eidem Carolo auctoritate apostolica concedendi, quod ad probandum summam florenorum predictam in utilitatem prefate ecclesie Romane versam fuisse minime teneatur, sed ab huiusmodi probacionis onere penitus sit immunis, quibuscunque constitucionibus et privilegiis apostolicis et aliis contrariis nequaquam obstantibus, plenam et liberam concedimus auctoritate predicta tenore presencium potestatem. Volumus autem, quod de omnibus, que egeris in premissis, duo confici facias consimilia publica instrumenta, quorum uno penes te retento, reliquo ei pro ipsius cautela dato, ea in Camera predicta registrari facias et procures. Nos enim quicquid per te impignoratum, obligatum, pactum, promissum et alias actum fuerit in premissis, ratum et gratum habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Iulii, Pontificatus nostri anno quinto.

XXXIV.

Pontifex Malatestam de Malatestis datae fidei violatorem et usurpatorem civitatis Tudertinae excommunicatum enuntiat. *Reg. Tom. III. fol. 278.*

Bonifacius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Debitum pastoralis officii, cui licet immeriti, disponente domino, presidemus, requirit, ut nefarios malignorum excessus, et presertim illorum, qui sacrosancte Romane ecclesie sponse nostre graves et enormes iniurias temerariis ausibus irrogare presumunt, oportunis remediis reprimamus, et ne presumptores huiusmodi in sua malicia glorientur, ac exinde prebeatur aliis occasio malignandi, de excessibus per eos commissis debite ultionis penam infligamus eisdem. Dudum siquidem felicis recordacionis Iohannes papa XXII. predecessor noster omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Potestatibus, Capitaneis et officialibus quibuscunque, ac aliis omnibus et singulis tam clericis quam laicis, cuiuscunque status, ordinis, condicionis, preeminencie vel dignitatis existerent, eciam si Regia vel Imperiali aut Pontificali, vel quavis alia dignitate fulgerent, Communitatibus quoque et populis Civitatum, Terrarum et aliorum quorumcunque locorum ubicunque consistencium auctoritate apostolica per suas litteras districtius inhibuit, ne per se vel alium directe vel indirecte Romandiole, Marchie Anconitane, Ducatus Spoletani, Patrimonii beati Petri in Tuscia, Campanie et Maritime provincias, ac Civitates, Terras et Castra, Villas et loca quecunque ad Romanam ecclesiam pertinencia, vel ipsorum aut alicuius eorum partem occupare, invadere vel turbare, aut occupantibus, invadentibus vel turbantibus publice vel occulte assistere, aut auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte per se vel alium seu alios prestare presumerent quoquomodo, ac in omnes et singulos, qui contra inhibicionem huiusmodi venire aut attemptare per se, vel alium seu alios presumerent, tam laicos quam clericos, eciam si, ut predicitur, Regali vel Imperiali seu Pontificali, vel quavis alia dignitate fulgerent, de fratrum suorum consilio excommunicacionis sentenciam promulgavit, et ipsorum Terras, nec non Universitates, Communitates et populos quoslibet, ipsorumque Civitates, Castra, Villas et

loca in premissis vel aliquo premissorum culpabiles ecclesiastico interdicto supposuit, ac eos et ipsorum quemlibet omnibus privilegiis, indulgenciis, graciis, immunitatibus realibus et personalibus per eandem ecclesiam concessis eisdem, omnibus eciam feudis, bonis, honoribus, officiis, iuribus et iurisdictionibus, que ab eadem Romana aut aliis ecclesiis obtinerent, de fratrum eorumdem consilio privavit, et eos ad illa et similia, et quemlibet eorum ac ipsorum filios et nepotes ad dignitates, personatus et officia ac alia quelibet ecclesiastica beneficia cum cura vel sine cura, quovis nomine censerentur, auctoritate qualibet obtinenda usque ad terciam generacionem exclusive reddidit inhabiles et indignos. Et deinde eodem Iohanne predecessore, sicut domino placuit, sublato de medio, pie memorie Clemens papa VI., predecessor noster, huiusmodi processus dicti Iohannis predecessoris de fratrum suorum consilio ex certa sciencia per suas litteras confirmavit et innovavit, ac ipsos voluit vim perpetue Constitucionis habere, huiusmodique processus, ut nullus excusacionem pretendere vel ignoranciam allegare posset, quod ad ipsum minime devenissent, vel quod ignorasset eosdem, hostiis maioris ecclesiis Avinionensis, apud quam idem Clemens predecessor tunc cum sua Curia residebat, affixi, ut moris est, primo, et deinde in diversis Lombardie et aliis Italie partibus publicati fuerunt. Postmodum vero dudum, cum fama publica ad nostrum perduxisset auditum, quod quondam Cathalanus de Actis et Franciscus eius filius, milites Tudertini, cum nonnullis aliis ipsorum in hac parte complicibus et sequacibus contra nos et dictam ecclesiam nequiter conspirantes tractassent, et ordinassent Civitatem nostram Tudertinam, ad nos et dictam ecclesiam pleno iure pertinentem, cum eius Comitatu et districtu contra nos et dictam ecclesiam rebellari, et eam a nostra et dicte ecclesie subiectione et obediencia, in qua erat, subtrahere, et Civitatem eandem quibusdam dominis temporalibus et Communitatibus, quantum in eis erat, proditorie subicere ac subiugare satagissent, quod tamen recusantibus eisdem dominis et Communitatibus efficere nequiverant, ac perdicionis alumnus Malatesta Pandolphi de Malatestis domicellus Arimineusis, olim in Civitate Pensauriensi et nonnullis aliis nostris et dicte ecclesie terris et locis pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicarius generalis, huiusmodi conspiracionum, tractatuum et ordinacionum ac prodicionum non ignarus, velut ingratus graciarum et beneficiorum per ipsum a nobis et dicta ecclesia receptorum, et contra iuramentum fidelitatis per ipsum Malatestam in manibus nostris dudum prestitum temere veniendo, non solum tractatus ac ordinaciones, conspiraciones et prodiciones huiusmodi nobis, prout ex forma iuramenti predicti per eum prestiti tenebatur et poterat ac debebat, significare non curasset, quin ymmo in reprobum sensum datus, et sue salutis immemor cum prefatis Cathalano et Francisco ac sequacibus se confederasset ac univisset, eciam contra nos et dictam Romanam ecclesiam conspirando. Et quod tandem, cum Venerabilis frater noster Pileus Episcopus Tusculanus, in partibus illis apostolice sedis Legatus, de speciali mandato nostro ad eandem Civitatem pro reducendo ipsam ad nostram et dicte ecclesie obedienciam et subiectionem cum exercitu gencium armigerarum accessisset, prefatus Malatesta in profundum descendens malorum Guidonem olim Comitem Maciliani alias de Balneo, Capitaneum gencium suarum, ac gentes suas armigeras equestres et pedestres ad Civitatem predictam transmisisset, et Cathalanum ac Franciscum et eorum complices ac sequaces predictos contra eundem Legatum defensasset atque protexisset, et temporale dominium eiusdem Civitatis contra Iusticiam notorie occupasset, et Civitatem ipsam detinuisset, prout detinebat indebite occupatam, ac officiales quoslibet per nos, vel de mandato nostro ibidem deputatos ab ipsorum officiis per dictum Guidonem ammoveri fecisset, predictumque Legatum et gentes nostras armigeras impedivisset, quantum potuerat, et eciam perturbasset; et nichilominus cavalcatas et offensiones multas et diversas terris et gentibus in Civitate et districtu predictis consistentibus, ac nobis subiectis et obedientibus per gentes suas fieri, et gravia dampna et iniurias inferri et irrogari fecisset, easdem huiusmodi penas et sentencias in processibus supradictis contentas dampnabiliter incurrendo in anime sue periculum, divine maiestatis offensam, nostrum et dicte ecclesie grave preiudicium et scandalum plurimorum. Et quamvis nos propter premissa contra eundem Malatestam certos processus, iusticia suadente, fecissemus, tamen postmodum cum ipse ad cor reversus et suos recognoscens errores veniam a nobis de premissis humiliter postulasset, nos more pii patris ipsum et quosdam alios complices suos a penis et sentenciis, quas propter premissa incurrerant, graciose absolvimus: ea tamen condicione in huiusmodi absolucione adiecta, quod si ullo unquam tempore idem Malatesta ab obediencia et devocione nostra vel dicte Romane ecclesie se subtraheret, vel nobis aut eidem ecclesie rebellis fuerit, huiusmodi absolucio et gracia nullius existerent roboris vel momenti: et nichilominus eidem Malateste dictam Civitatem Tudertinam ac eius Comitatum in Vicariatum sub certis pactis et modis duximus concedendam, que quidem pacta idem Malatesta iuravit fideliter observare. Cum autem postmodum prefatus Malatesta in reprobum sensum datus, et contra huiusmodi pacta et iuramentum suum temere veniendo Castrum Colaczani Tudertine diocesis, ad nos et dictam ecclesiam pleno iure pertinens, hostiliter invasisset, gentes armigeras inibi per nos ad custodiam dicti Castri deputatas exinde

eiecisset, ipsumque Castrum nequiter et contra iusticiam occupasset et detinuisset, ac detineret indebite occupatum, nosque certos nuncios nostros ad ipsum Malatestam destinassemus monendo ipsum, ut ab inferendis iniuriis et molestiis Civitatibus et terris nostris, ac gentibus in eisdem existentibus omnino cessaret: idem tamen Malatesta postmodum nonnullas cavalcatas cum rapinis, robariis et cedibus hominum super territoriis Spoletane, Narniensis et Interamnensis Civitatum nostrarum et aliis terris et Castris nostris fieri, et nonnullos Britones armigeros scismaticos, ac nobis et Romane ecclesie predicte rebelles et inimicos in Civitate nostra Ortana receptari fecisset, et hiis non contentus, eciam postmodum auxilium, consilium et favorem nonnullis Civibus Narniensibus, ut eandem Civitatem Narniensem contra nos et dictam ecclesiam rebellarent, dedisset et prestitisset, ac predictis Britonibus hereticis et scismaticis adhesisset et favisset eciam contra nos et ecclesiam supradictam, ac gentes suas armigeras ad faciendum huiusmodi rebellionem transmisisset, et ad nutriendum et fovendum huiusmodi rebellionem prefatis rebellibus victualia et alia subsidia transmittere presumpsisset, et quamplura alia crimina et excessus contra nos et dictam ecclesiam commisisset et perpetrasset, propter que ipse Malatesta in penas et sentencias reincidisset in supradictis processibus contentas, ac eciam alias in hereticos et scismaticos tam a iure quam ab homine inflictas et promulgatas de novo incurrisset, predictaque omnia adeo essent, prout sunt, notoria, quod nulla poterant tergiversacione celari, nosque sine alia informacione iuste contra eundem Malatestam animadvertere potuissemus: nos tamen ad cautelam et maiorem certitudinem premissorum dilectis filiis nostris Cosmato tituli sancte Crucis in Iherusalem et Bartholomeo tituli sancte Potenciane presbiteris Cardinalibus commisimus oraculo vive vocis, ut se de premissis informarent, et que per informacionem huiusmodi reperirent, nobis referre curarent, ipsique Cardinales postmodum huiusmodi informacione per eos recepta, nobis in Consistorio retulerunt se reperisse premissa omnia fuisse et esse vera et manifesta atque notoria.

Nos igitur huiusmodi tam temerarios et nephandos excessus notorios nequeuntes salva consciencia tollerare, nuper videlicet IIII. Idus Aprilis proxime preteriti auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio eumdem Malatestam, presente fidelium multitudine copiosa, in publico consistorio citavimus, ut quarta die mensis Maii proxime preteriti, si ea die consistorium foret, alioquin prima die extunc sequenti, qua per nos consistorium teneri contingeret, hora consistoriali personaliter compareret in consistorio coram nobis, visurus et auditurus per nos pronunciari, decerni et declarari ipsum Malatestam propter premissa esse sacrilegum, ac excommunicatum et reum criminis lese maiestatis, et conspiratorem eciam contra nos et ecclesiam predictam ac periurum, et reincidisse in predictas penas et sentencias in predictis processibus contentas, et alias propter premissa a iure vel ab homine quomodolibet promulgatas, ipsumque Malatestam fore privatum, et per nos privari quibuscunque Vicariatibus, dignitatibus, honoribus, privilegiis et graciis, necnon terris, feudis et bonis ac iuribus quibuscunque, que a nobis et dicta Romana et quibusvis aliis ecclesiis, aut personis ecclesiasticis quocumque titulo obtineret, ipsiusque Malateste bona ac iura omnia fuisse et esse confiscata et per nos confiscari, et nichilominus visurus et auditurus per nos alias penas ei infligi, prout nobis videretur et iusticia suaderet, aperte predicentes eidem, quod sive veniret sive non, nos nichilominus in dicto termino assignato ad declaracionem et privacionem huiusmodi, et aliarum penarum inflictionem procedemus, eius absencia seu contumacia non obstante, ac voluimus et ex certa sciencia decrevimus, quod huiusmodi citacio et voluntas nostre, ac alia contenta in nostro processu predicto robur obtinerent firmitatis, et perinde arctarent predictum Malatestam, ac si ei presencialiter et personaliter intimata et notificata extitissent, ei de securitate veniendi ad presenciam nostram providimus et alia fecimus in talibus fieri consueta, prout in litteris nostris super hiis confectis plenius continetur. Et nichilominus ne predictus Malatesta posset ad sue excusacionis velamen super premissis ingnoranciam pretendere seu allegare, cartas seu membranas citacionem et processum huiusmodi continentes in audiencia publica litterarum contradictarum legi, ac hostiis basilice principis Apostolorum de Urbe et palacii nři apostolici, in quo residemus, publice affigi fecimus. Adveniente igitur predicta die quarta predicti mensis Maii, nos ex certis racionabilibus causis ad id nostrum inducentibus animum huiusmodi terminum usque ad quintamdecimam diem eiusdem mensis Maii primo, et subsequenter cum dicta quintadecima dies mensis Maii advenisset, nos ex certis eciam racionabilibus causis ad id nřum inducentibus animum, predictum terminum usque ad decimam diem presentis mensis Iulii tunc futuri de dictorum fratrum consilio per diversas nostras litteras duximus prorogandum, dictumque Malatestam iterum et de novo sub forma suprascripta per easdem nostras litteras in predicta audiencia lectas et publicatas, ac portis prefate basilice affixas citavimus, ut eadem decima die dicti mensis Iulii compareret personaliter coram nobis, visurus et auditurus per nos decerni et declarari, prout superius est expressum. Interim vero prefatus Malatesta mala malis accumulans, et in reprobum sensum datus gentes suas armigeras per territoria Civitatum et terrarum nostrarum et dicte ecclesie discurrendo

transmittere, et predas ac rapinas, ac incendia et homicidia fieri facere, et Civitates ac terras predictas, quantum in ipso erat, sibi subiicere, easque a nostra et dicte ecclesie obediencia et subiectione subtrahere, ac ipsarum Communitatibus et Universitatibus, ne gentes nostras et dicte ecclesie receptarent, inhibere, ac tandem predictam Civitatem Narniensem noviter occupare, ac ad ipsam iniquitatis alumnum Ludovicum de Monticulis, pro milite Parmensi se gerentem, pro suo locumtenente seu Vicario transmittere dampnabiliter presumpsit, ipsamque Civitatem detinuit, prout detinet indebite occupatam in anime sue periculum, nostre et apostolice sedis contemptum et scandalum plurimorum. Adveniente igitur eadem decime die presentis mensis Iulii, videlicet hodierna, nobisque cum dictis fratribus in Consistorio publico existentibus, comparuit coram nobis dilectus filius magister Iacobus de Subinago, procurator phiscalis dicte Romane ecclesie, et predicti Malateste citati non comparentis contumaciam accusavit, ac petiit ipsum per nos contumacem reputari, ac decerni et declarari ipsum in penas et sentencias predictas, et in predictis processibus contentas, et alias propter premissa a iure vel ab homine in talia perpetrantes inflictas et quomodolibet promulgatas, seu eciam ordinatas incidisse, et alias ei penas per nos infligi, prout nobis videretur et iusticia suaderet. Nos igitur dilectis filiis nostris Raynaldo sancti Viti in Macello et Landulpho sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconis Cardinalibus vive vocis oraculo mandavimus, ut ad portas palacii nostri apostolici accederent, et ibi per se et alios clamarent, et clamari facerent, ut si predictus Malatesta aut aliquis vel aliqui pro eo ibidem existerent, dictum palacium intrarent et ad nostram presenciam accederent: ac deinde predicti diaconi Cardinales ad nos redeuntes dixerunt, se ad predictas portas accessisse, et ibidem per se et alios clamasse et clamari fecisse, prout eis per nos mandatum fuerat, quod si idem Malatesta vel aliquis seu aliqui pro eo ibidem existerent, dictum palacium intrarent, et ad nostram presenciam accederent, et retulerunt se predictum Malatestam aut aliquem pro eo minime repperiisse, propter quod predictus procurator iterum petiit, prout primo petierat et superius est expressum. Nos igitur prefatum Malatestam de dictorum fratrum consilio reputantes, prout est, merito contumacem, ac nolentes nec valentes, salva consciencia, tantam contumaciam et tot excessus notorios relinquere impunitos, in eumdem Malatestam propter huiusmodi contumaciam excommunicacionis sentenciam promulgamus: et insuper propter huiusmodi Malateste excessus ac delicta et alia supradicta Civitatem Tudertinam cum eius Comitatu et districtu, ac alias Terras et Castra quecunque, que per ipsum Malatestam quomodolibet eciam de facto tenentur aut reguntur, ecclesiastico supponimus interdicto: et nichilominus presente populi multitudine copiosa per hanc nostram sentenciam pronunciamus, decernimus et declaramus predictum Malatestam propter premissos excessus in penas et sentencias supradictas, a quibus per nos, ut prefertur, absolutus fuerat, reincidisse, ac eciam alias sentencias et penas in supradictis processibus contentas, et alias propter premissa a iure vel ab homine in talia perpetrantes inflictas et promulgatas, seu ordinatas iterum de novo incidisse, ipsumque esse periurum et sacrilegum ac reum criminis lese maiestatis, et conspiratorem eciam contra nos et ecclesiam predictam, ipsumque fuisse et esse privatum, et eum privamus quibuscunque Vicariatibus, honoribus, privilegiis et graciis, necnon terris, feudis et bonis ac iuribus quibuscunque a nobis aut a Romana vel a quibuscunque aliis ecclesiis, aut personis ecclesiasticis, aut a Romano Imperio vel quibusvis quocunque titulo obtinere, ipsiusque bona et iura omnia fuisse et esse confiscata, et ea confiscamus, ipsiusque Malateste personam detestabilem et infamem fore exponendam, et exponimus a Christifidelibus capiendam, ut sic captus, si absque eius fuga vel evasionis periculo fieri possit, ad nos indilate mittatur, et si id fieri tute nequeat, in arctis carceribus detrudatur et tandiu sub fida custodia detineatur, donec huiusmodi captio, detrusio et detencio nobis fuerint intimate, et donec detinentes huiusmodi aliud super hoc a nobis habuerint in mandatis. Et quoniam dignum est, ut tam nephandorum raciona flagiciorum ulcionis severitas amplius extendatur, et propter enormitatem culparum penarum modus exuberet, de dictorum fratrum consilio monemus omnes et singulos Christifideles utriusque sexus, cuiuscunque status, condicionis, dignitatis, preeminencie, gradus vel ordinis extiterint, eciam si Regia, Reginali, Imperiali vel Pontificali, seu alia quavis prefulgeant dignitate, eciam si fuerint sancte Romane ecclesie Cardinales, ne aliqui eorum in Civitatibus, Castris, Villis vel Terris seu locis, que eciam de facto detinent, prefatum Malatestam dampnatum scienter recipere seu receptare, aut sibi ad ea aditum prebere, seu ad illa, in quibus predictus Malatesta nunc habitat seu moram trahit, vel in futurum habitabit vel moram traxerit, in ipsius Malateste favorem bladum, vinum, pannos, carnes, ligna, victualia, pecunias, merces aut res alias, vel quecunque alia bona ad ipsius Malateste usum utilia portare, mittere vel deferre, seu portari, mitti vel deferri facere presumant, nec per alios quoquomodo, si hec prohibere poterunt, mitti, deferri seu portari permittant. Preterea omnibus et singulis temporale dominium in quibuslibet provinciis, Civitatibus, Castris, villis, terris vel locis eciam de facto tenentibus presencium tenore mandamus, ut sicut reputari et haberi cupiunt catholici

et fideles, prefatum Malatestam, cum in eorum provinciis, Civitatibus, Castris, terris, villis vel locis repertus fuerit, seu eum ad illa vel prope ea forsan venerit, si facultas aderit, capi faciant, ac si fieri tute poterit, ipsum ad nos captum transmittant, seu captum custodiant, donec huiusmodi captio et detencio nobis fuerint intimate, et a nobis aliud habuerint in mandatis, prout superius est ordinatum. Illos autem, qui volentibus eundem Malatestam capere, detinere vel ad nos transmittere impedimentum aliquod per se vel alium seu alios publice vel occulte, directe vel indirecte prestiterint seu fecerint, quominus ipse Malatesta capi, detineri et ad nos transmitti valeat, ut prefertur, necnon illos, qui dictum Malatestam potuerint capere et detinere, seu facere capi et detineri, et id facere contempserint vel neglexerint, seu qui in premissis vel aliquo premissorum contra huiusmodi monicionem et mandatum nostra facere, vel eidem Malateste directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem prestare presumpserint, si singulares persone, excommunicacionis sentenciam incurrant, si vero Communitates vel Universitates, fuerint, tam ipsos Communitates et Universitates quam eciam eorum Civitates, Castra, terras, villas et loca ecclesiastico interdicto subiacere volumus ipso facto, et Civitates, Castra, terre, ville et loca huiusmodi careant commercio aliorum Civitatum, Castrorum, villarum et locorum, et nichilominus Civitates ipse pontificali dignitate priventur, a qua quidem excommunicacionis sentencia nullus ab alio, quam a Romano Pontifice, preterquam in mortis articulo, possit absolvi, nec interdictum huiusmodi per alium quam per Romanum Pontificem valeat relaxari. Et insuper omnes et singulos, qui prefato Malateste iuramento fidelitatis seu homagii aut alterius cuiuscunque obsequii debito, submissione, obligacione vel pacto quacunque firmitate vallato prius tenebantur astricti, absolvimus et decernimus absolutos, ita quod nullus ei obedire, intendere vel parere, nullus ei debita reddere, nullus ei respondere extra iudicium vel in iudicio teneatur: quin ymo districtius inhibemus omnibus et singulis Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus et aliis singularibus personis quibuslibet, necnon Communitatibus et Universitatibus quibuscunque, ne dicto Malateste aliquatenus pareant vel intendant, nec sibi aut officialibus suis quecunque dacia, collectas, gabellas, pedagia aut fructus, redditus, proventus seu pecuniarum summas aut quevis alia subsidia seu servicia directe vel indirecte, publice vel occulte dare, solvere seu quovis modo prestare presumant: alioquin omnes, qui secus egerint, si singulares persones, excommunicacionis, si vero Communitates vel Universitates fuerint, interdicti sentencias ipso facto incurrant, a qua quidem excommunicacionis sentencia, preterquam in mortis articulo dumtaxat, nullus ab alio quam a Romano Pontifice possit absolvi, nec huiusmodi interdictum ab alio quam ab eodem Romano Pontifice valeat relaxari, et si infra unum mensem post publicacionem presencium a premissis auxiliis, consiliis et favoribus seu a premissorum solucione seu prestacione non destiterint, et scienter et sponte primissa seu aliquod premissorum, ut premittitur, solvere seu prestare presumpserint, omnibus dignitatibus, feudis et bonis, que a Romana et aliis ecclesiis et personis ecclesiasticis, aut a Romano Imperio et quibuslibet personis aliis quomodolibet tenent, privamus et decernimus esse privatos, ac volumus, quod ipsa feuda et bona ad ecclesiasticas et alias personas et Imperium predicta libere revertantur. Sit eciam ipse Malatesta intestabilis, nec testandi habeat liberam factionem, ad bona quoque aliorum ex testamento vel ab intestato nullatenus admittatur, nulla fides, nulla ei credulitas adhibeatur, sed a testamento velut infamis et indignus totaliter repellatur: sit ei iudicatus et cuiuslibet alterius officii publici exercicium interdictum. Volumus insuper, quod omnes et singuli Christifideles, qui crucis assumpto caractere ad predicti Malateste per nos, ut prefertur, dampnati exterminium se accinxerint, et illum pro posse persequentur, illa gaudeant indulgencia, illoque privilegio sint muniti, que accedentibus in terre sancte subsidium conceduntur. Et insuper ut predicti Malateste eo maior sit confusio, quo ipsius culpe pateneius fuerint divulgate, omnibus et singulis Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis et aliis ecclesiarum prelatis sub excommunicacionis pena, quam ipso facto incurrant, nisi mandato nostro huiusmodi, postquam ad eorum noticiam pervenerit, paruerint cum effectu, districte precipiendo mandamus, quatenus ipsi prelati in singulis eorum ecclesiis, cum in eis maior aderit populi multitudo, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, ac demum extinctis et ad terram proiectis, per se vel alios dictum Malatestam publice et alta ac intelligibili voce fuisse et esse excommunicatum, et contra nos et dictam Romanam ecclesiam conspiratorem et reum criminis lese maiestatis denuncient, et ipsum ut talem tandiu faciant a Christifidelibus evitari, donec ad cor reversus suosque regnoscens errores, a nobis vel successoribus nostris Romanis Pontificibus absolucionis beneficium meruerit obtinere. Quod si forte ipse Malatesta in mortis articulo ab alio quam a nobis vel successore nostro Romano Pontifice fuerit absolutus, nichilominus decernimus et volumus, quod ipse perpetuo careat ecclesiastica sepultura, et si supervixerit, volumus, quod quancito commode poterit, coram nobis vel dictis successoribus nostris se personaliter representet, satisfacturus et recepturus, prout iusticia suadebit: alioquin ne propter hoc censure ecclesia-

stice illudantur, volumus, quod ipse Malatesta in eandem excommunicacionis sentenciam reincidat ipso facto, et quicunque eumdem Malatestam scienter presumpserint ecclesiastice tradere sepulture, usque ad satisfactionem condignam excommunicacionis sentencie se noverint subiacere, nec absolucionis beneficium obtinere mereantur, nisi propriis manibus ipsius Malateste corpus extumulent et procul abiiciant ab ecclesiastica sepultura, et nichilominus locus ille perpetuo careat ecclesiastica sepultura. Nulli ergo etc. nostre reputacionis, pronunciacionis, constitucionis, declaracionis, privacionis, absolucionis, monicionis, inhabilitacionis, processus, mandati ac voluntatis infringere etc. Siquis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum vi. Idus Iulii, Pontificatus nostri anno quinto.

XXXV.

Pontifex mutuum xviiim. floren. auri Romanae ecclesiae necessitatibus a communi Florentino per duos Cardinales deputatos sub pignore castri Castricarii contractum confirmat. *Reg. Tom. III. fol. 288.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens et congruum existit, ut ea, que in evidentem utilitatem et nostro et Romane ecclesie nomine per commissarios apostolicos ad id per nos specialiter deputatos bona fide sunt gesta, illibata consistant, illis robur apostolici muniminis adhiberi. Cum autem dilecti filii nostri Angelus tituli sancti Laurencii in Damaso et Cosmatus tituli sancte Crucis in Iherusalem presbiteri Cardinales, ex commissione et mandato per nos super hoc per nostras litteras specialiter eis factis, pro nonnullis nostris et Romane ecclesie urgentibus necessitatibus nto et dicte ecclesie nomine mutuo receperint realiter et cum effectu, et se recepisse recognoverint et confessi fuerint, a dilectis filiis Communi Civitatis Florentine decem et octo milia florenorum auri de Camera, pro quibus ipsi Cardinales vigore commissionis et potestatis nostrarum huiusmodi eisdem Communi castrum Castricarii, eiusque arcem, Comitatum, territorium et districtum Forliviensis diocesis, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure pertinencia, impignoraverint, per eosdem Commune sub pignore et nomine pignoris tamdiu tenenda et possidenda, donec per nos aut successores nostros Romanos Pontifices, seu dictam ecclesiam seu Cameram apostolicam eisdem Communi de dicta summa fuerit integraliter satisfactum, et alias sub certis pactis, obligacionibus, promissionibus, condicionibus et cautelis ad hec oportunis, prout in publico instrumento inde confecto per dilectos filios Paulum de Planca de Invenacio et Baylardinum de Lascala de Verona, dicte Camere clericos, recepto plenius continetur; et pro parte ipsorum Communis fuerit humiliter supplicatum, ut pro eorum cautela huiusmodi mutui receptioni, confessioni et impignoracioni, ac omnibus et singulis per dictos Cardinales in premissis gestis et factis, et in dicto instrumento contentis robur apostolici muniminis adiicere, defectusque, si qui in premissis quovis modo intervenerint, supplere de benignitate apostolica dignaremur: Nos itaque, prout decens et congruum existit, huiusmodi eorum supplicacionibus inclinati, cum nobis clare et effectualiter innotescat, premissa omnia et singula et in dicto instrumento contenta fore vera, et de nostro speciali mandato fuisse facta, huiusmodi mutui receptionem, confessionem, impignoracionem et omnia et singula premissa in predicto instrumento contenta, quod et que presentibus ex certa sciencia haberi volumus pro insertis et sufficienter specificatis et declaratis, rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica et ex certa sciencia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in premissis, ac promittentes ea inviolabiliter observare et facere observari, ipsaque pignora non reluere causa tantum alicui alteri impignorandi. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, communicionis, supplecionis, promissionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum vi. Idus Augusti, Pontificatus nostri anno quinto.

XXXVI.

Episcopo Fulginati, ut verbum crucis contra Brordum de Michelottis Perusinum invasorem terrarum ecclesiae proponendum curet. *Reg. Tom. IV. fol. 27.*

Bonifacius episcopus etc. Venerabili fratri Episcopo Fulginatensi, salutem etc. Quoniam in oculis, ut ita dixerimus, nostris, prout ambiguum non existit, iniquitatis filius Brordus de Michelottis armiger Perusinus cum nonnullis gentibus armigeris, quas insimul congregavit iniquitas, diversa Civitates et Castra, ac terras et loca nobis et Romane ecclesie eciam in temporalibus immediate subiecta invadere, eaque nefandis ausibus occupare ac multipliciter affligere, et incendia, rapinas et diversa alia dampna ac iniurias incolis Civitatum, Castrorum, terrarum et locorum predictorum irrogare, necnon Ambaxiatores, Cortesanos, Romipetas et alios ad Romanam Curiam venientes impedire, quominus ad eamdem Curiam venire possint, et eos alias per se et alios multipliciter vexare ac molestare presumpsit hactenus et presumit, et ad ulteriora nititur manus extendere violentas, ac diversos alios graves excessus contra nos et eamdem ecclesiam nequiter perpetravit, et propterea penas ac sentencias in processibus contra eumdem Brordum publicatis contentas, non est dubium incurrisse: Ideo nos attendentes, quod nostra singulariter interest, impios huiusmodi conatus opprimere, ac eciam animadvertentes, quod nisi cum deo adiu-

torio et fidelium presidiis eidem Brordo cum potencia resistatur, valde timendum est, ne ad ulteriora manus violentas extendat in dicte Romane ecclesie et aliorum maximum detrimentum, ac super hiis utiliter providere volentes, dilectum filium nobilem virum Andream Thomacellum, provincie nostre Marchie Anconitane pro nobis et ecclesia predicta Rectorem, cum non modica armigerarum gencium quantitate ad nostra et dicte ecclesie stipendia militancium adversus eumdem Brordum et eius sequaces, et in eorumdem Brordi et sequacium exterminium et confusionem duximus statuendum. Et quia in hoc agitur causa dei, expediens ac necessarium videtur, ut ad hoc Christifidelium presidium imploremus, et ad huiusmodi pii operis prosecucionem Christifideles ipsos diligencius excitemus, et propterea causam ipsam summopere prosequentes de Thesauro sacrosancte Romane et Universalis ecclesie, et preciosi sanguinis domini nostri Ihesu Christi et Apostolorum ac Martirum, quorum patrociniis gloriamur, eosdem Christifideles ditare, et spiritualibus graciarum muneribus confovere cupientes, ut omnibus proficiat ad salutem, et eamdem causam eo fervencius prosequantur, quo exinde maioris retribucionis merita se speraverint adepturos, de omnipotentis dei misericordia et dictorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis, qui contra predictum Brordum et suos sequaces in personis et sumptibus propriis, necnon hiis, qui in personis propriis, alienis tamen expensis in prosecucione tam pii operis per tempus, de quo tibi expedire videbitur, laborabunt, tam clericis quam laicis, et hiis insuper, qui suis dumtaxat expensis iuxta suarum exigenciam facultatum destinabunt, seu ad id a te deputandis sufficiencia subsidia ministrabunt, ut pro eis destinari possint persone ad ipsam prosecucionem ydonee per dictum tempus morature et laborature ibidem, illam concedimus indulgenciam et veniam peccatorum, que concedi per sedem apostolicam proficiscentibus in terre sancte subsidium consuevit, et in retribucione iustorum salutis eterne pollicemur augmentum. Eos autem, qui non per integrum tempus huiusmodi, sed ipsius temporis partem in huiusmodi dei servicio laborabunt, iuxta quantitatem laboris et devocionis affectum participes esse volumus indulgencie memorate. Quod si forsan eorum aliquis post iter acceptum in prosecucione dicti negocii ab hac luce migrare contigerit, vel interim negocium ipsum congrua terminacione compleri, eos integre participes esse volumus indulgencie supradicte. Huius eciam indulgencie volumus esse participes iuxta quantitatem subsidii et devocionis affectum omnes, qui ad prosecucionem cause predicte de bonis suis huiusmodi a te deputatis cum oracionum frequencia ministrabunt. Quocirca fraternitatem tuam attente requirimus et monemus, tibi niehilominus districte precipiendo mandantes, quatenus predicta omnia per te vel alios ad hoc ydoneos in Ecclesiis, et locis Civitatis et diocesis Fulginatensium diebus dominicis et festivis solempniter publicando et exponendo, ac per alios, quos ad hec deputaveris, publicari et exponi faciendo, ut melius et clarius intelligantur ab omnibus, eciam in vulgari, prefatos Christifideles instancius et efficacius per verbum predicacionis et alias, prout expediens fuerit, inducere studeas, ut suscipientes cum reverencia per manus tuas, vel aliorum per te ad hoc deputatorum venerabile signum Crucis, illudque suis humeris et cordibus affigentes, ad prosequendum huiusmodi causam dei et dicte ecclesie matris eorum contra eumdem Brordum, et eius sequaces predictos viriliter se accingant. Nos insuper te eorum, que pro subsidio prosecucionis huiusmodi fuerint quomodolibet erogata, Collectorem harum serie deputamus: volumus tamen, quod illa, que propterea quomodolibet recepta fuerint, ad usum prosecucionis huiusmodi integre et fideliter convertantur. Presentibus post unum annum proxime futurum minime valituris. Datum Rome apud Sanctum Petrum VII. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno septimo.

XXXVII.

Ioanni de Vico Praefecto Urbis pontifex de certis capitulis pacis cum eo et Viterbiensibus ineundae scribit.
Ex originali Communis Viterbiensis.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iohanni [de] Sciarre de Vico Prefecto Urbis, salutem etc. Venerunt ad nos dilecti filii tui et Civitatis nostre Viterbiensis Ambassiatores, quos graciose recepimus et audivimus, ac credentes, quod vellent nobiscum concludere, ut offerebant, ad petita per eos maxime tangencia personam tuam condescendimus, sed ipsi noluerunt concludere nobiscum, quo non obstante nos volentes pro conservacione mutui amoris et consanguinitatis inter nos et te consistentis benigne agere, mittimus Capitula inter nos et eos ordinata dilecto filio nobili viro Andree germano nostro, et bullam, per quam sibi damus potestatem tecum et cum ipsis Viterbiensibus iuxta ipsa Capitula, et alias, prout sibi videbitur, tractandi et concludendi. Quocirca hortamur Nobilitatem tuam, quatenus super hoc velis cum dicto germano nostro tractare, et ad contenta in eisdem Capitulis condescendere, ac ipsos Viterbienses inducere, ut similiter condescendant: et in casu quo ipsi Viterbienses nolint condescendere, quod tu ab ipsa Civitate quantocius recedas, ut mutuus amor inter nos et te conservetur, et nulla dissensio propterea oriatur: nam alias quamvis displicenter oportebit nos terras tuas offendere et eis damna inferre, quia omnino ipsam Civitatem ad

manus nostras intendimus recuperare et habere, in hoc nil de contingentibus omittendo. Datum Rome apud Sanctum Petrum XVII. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno septimo.

XXXVIII.

Pontifex concordiam cum Ioanne de Vico et Viterbiensibus per Andream Thomacellum nomine Romanae ecclesiae initam confirmat. *Reg. Tom. IV. fol. 62.*

Bonifacius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut ea, que in nostrum et sancte Romane ecclesie favorem et commodum per commissarios nostros ad id deputatos bona fide, et provide cum consciencia nostra facta sunt, illibata consistant, illis robur apostolici muniminis adiiciamus. Cum itaque, sicut nobis innotuit, inter dilectos filios nobilem virum Andream Thomacellum Marchionem Anconitanum, germanum nostrum, gencium armigerarum in provincia nostra Patrimonii beati Petri in Tuscia ad nostra et ipsius ecclesie servicia militancium Capitaneum generalem, commissariumque nostrum per nos ad hoc specialiter deputatum, nostro et dicte ecclesie nomine ex una, ac nobilem virum Iohannem Sciarre de Vico Prefectum Urbis et Communitatem Civitatis nostre Viterbiensis ex alia partibus, super ipsorum Iohannis et Communitatis reductione ad fidelitatem et devocionem nostram et dicte ecclesie, a quibus humano inimico procurante aliquandiu se subtraxerunt, et eorum concordia nonnulla pacta et convenciones cum consciencia nrã intervenerint: Nos volentes ea bona fide observantibus perpetuo illibata observari, omnia et singula pacta, promissiones et convenciones inter Andream nostro et dicte ecclesie, et Iohannem ac Communitatem predictos seu eorum Syndicos nominibus quovis modo super reductione et concordia huiusmodi habita et facta, et quecumque inde secuta, que presentibus haberi volumus pro expressis, rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica ex certa sciencia tenore presencium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, communicionis, supplecionis et voluntatis etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum V. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno septimo.

XXXIX.

Praedicta concordia cum supradictis capitulis, pactis, promissionibus et obligationibus iterum a pontifice approbatur. *Reg. Tom. IV. fol. 81.*

Bonifacius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut ea, que in favorem et utilitatem nostram et sacrosancte Romane ecclesie per commissarios nostros per nos ad hoc specialiter deputatos nostro et ipsius ecclesie nomine, et de consensu ac sciencia nostris provide gesta sunt, illibata permaneant, illis adiiciamus apostolici roboris firmitatem. Cum itaque super reductione Civitatis nostre Viterbiensis ad nostram et ipsius Romane ecclesie, matris et domine, fidelitatem, devocionem et obedienciam a quibus paulisper, humane nature inimico procurante, deviavit, inter dilectum filium nobilem virum Andream Thomacellum, militem Neapolitanum, germanum nostrum, ac provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia Rectorem et Capitaneum generalem, habentem ad hoc a nobis specialem potestatem nostro et ipsius ecclesie nomine et expressa consciencia nostra ex una parte, et dilectos filios nobilem virum Iohannem Sciarre de Vico Prefectum Urbis ac Commune ipsius Civitatis Viterbiensis ex alia, pax et concordia cum certis capitulis, pactis, promissionibus, convencionibus et obligacionibus facta fuerint, quas et que ipse Andreas germanus noster eciam de expressa sciencia nostra per nos confirmari et observari promisit, prout in ipsis capitulis per nos diligenter inspectis, que eorumque tenorem de verbo ad verbum presentibus haberi volumus pro expressis, continetur: Nos attendentes, quod decens et congruum existit, quod ea, que per commissarios nostros de speciali mandato ac consensu nostris matura deliberacione prehabita bona fide, ac pro nostra et ipsius ecclesie utilitate gesta sunt, perpetuam habeant roboris firmitatem et illibata serventur, ac volentes huiusmodi promissionem per dictum Andream, ut premittitur, eis factam observare et in hiis favorem benivolum impertiri, motu proprio, non ad ipsorum Prefecti et Communis instanciam, sed de nostra mera liberalitate pacem, concordiam, capitula, pacta, promissiones et obligaciones huiusmodi, et quecumque inde secuta rata habentes et grata, ea omnia et singula auctoritate apostolica ex certa sciencia tenore presencium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem: ac promittimus, quod ea omnia et eorum quodlibet simul et divisim bona fide observantibus et adimplentibus inviolabiliter perpetuo observabimus et adimplebimus, et observari faciemus et eciam adimpleri, et quod nullo unquam tempore per nos aut aliquem Legatum, aut Nuncium vel Vicarium seu Rectorem, vel officialem sedis apostolice, vel quemquam alium contra ea vel eorum aliquid, si ipsi Iohannes Prefectus et Commune ea, ut promiserunt, observaverint, veniemus aut faciemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis, communicionis, supplecionis, promissionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum X. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno septimo.

XL.

Ioannes Holand comes Huntingdensis confalonerius in terris ecclesiae et gentium armigerarum capitaneus generalis constituitur *Reg. Tom. IV. fol. 218.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Iohanni Holand Comiti Huntingdensi sancte Romane ecclesie Confalonerio, ac in omnibus provinciis, Civitatibus, Terris, Castris et aliis locis ad nos et predictam ecclesiam quomodolibet spectantibus in Italia, et alibi ubilibet consistentibus, ac omnium et singularum gencium armigerarum ad nostra et dicte ecclesie servicia ubilibet militancium pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicario et Capitaneo generali, salutem etc. In laudis iubilum exultans mater ecclesia leta consurgit ad dominum, sibique refert plenitudinem graciarum, dum te velut fidelissimum nostrum et Romane ecclesie filium et devotum circa exaltacionem fidei catholice, et ipsius ecclesie fervere indefesse promptitudinis studio intuetur, letamur inquam et nos, dum mente revolvimus magnifica tue devocionis opera, que tua devocio laudabiliter proposuit in exterminium scismaticorum et aliorum nostrorum et ipsius ecclesie inimicorum adimplere, gaudemus eciam et merito congratulamur, quod tu celestis benedictionis et ipsius, cuius causa agitur, gracie rore perfusus ea, que sunt in oculis divine maiestatis accepta, et que ipsius Romane et universalis ecclesie ac tocius fidei catholice exaltacionem et statum respiciunt, studio diligentis indagacionis exquirens, illa prosequi et efficere niteris virtutibus studiosis. Horum igitur et aliorum laudabilium virtutum et strenuitatum tuarum, quibus ipse altissimus personam tuam multipliciter insignivit, consideracione inducti, et sperantes, quod per te ipsius altissimi dextera tibi assistente propicia, status ipsius Romane ecclesia probdolor ad presens plurimum, inimico humano genere faciente, oppresse, scismaticis et aliis ipsius ecclesie inimicis exterminatis, ad statum debitum reducetur et exaltabitur, te Confalonerium ipsius ecclesie ac Patrimonii beati Petri in Tuscia, et quarumlibet aliarum provinciarum, parcium, Civitatum, Terrarum, Castrorum et aliorum locorum ad nos et dictam ecclesiam quomodolibet pertinencium in Italia, et alias ubilibet consistencium, necnon omnium et singularum gencium armigerarum ad nostra et ipsius ecclesie servicia militancium Vicarium in temporalibus, et Capitaneum generalem pro nobis et eadem ecclesia cum omnibus bonoribus, et oneribus ac emolumentis consuetis usque ad nostrum beneplacitum auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi omnia et singula, que pro nro et ipsius ecclesie bonore, ac pro cultu iusticie, pacis tranquillitate et prospero statu provinciarum, parcium, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum ipsorum expediencia cognoveris, et que ad ipsorum Confaloneriatus, Vicariatus et Capitaneatus officia de consuetudine, vel de iure quomodolibet pertinent, mandandi, ordinandi, precipiendi, disponendi, faciendi ac exequendi, contradictoresque et rebelles auctoritate nostra per temporalem districtionem et alia iuris remedia, appellacione postposita, compescendi potestatem plenam et liberam eadem auctoritate concedentes, mandantes quibuscumque nostris et dicte ecclesie officialibus, ac universis et singulis Communitatibus, Universitatibus et personis provinciarum, parcium, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum huiusmodi, ac gentibus armigeris predictis earumque aliis Capitaneis, cuiuscumque condicionis fuerint, et omnibus aliis quorum interfuerit, ut tibi in omnibus, que ad huiusmodi officia et eorum quodlibet pertinent, huiusmodi beneplacito durante pareant, obediant efficaciter et intendant: Alioquin senteneias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas et gratas habebimus, easque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Tu igitur huiusmodi officia prompta devocione suscipiens, sicut virtutum tuarum studia spem nobis indubiam pollicentur, sic studeas laudabiliter exercere, quod virtuosis tuis operacionibus, gracia tibi suffragante divina, commoda sperata succedant, tibique exinde cumulus honoris et laudis accrescat, et a nobis condigna graciarum actio dignaque retribucio proveniat meritorum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno octavo.

XLI.

Bononiensibus, ne de annuo censu camerae apostolicae debito cuiquam sine speciali mandato pontificis provisionem solvant. *Reg. Tom. IV. fol. 231.*

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis Ancianis, Consulibus et Vexillifero iusticie populi et Communis Civitatis nostre Bononiensis, salutem etc. Volumus et vobis per apostolica scripta districte precipiendo mandamus, quatenus nullam provisionem seu assignacionem per nos, aut Cameram apostolicam in et super censu per vos racione Vicariatus Civitatis nostre Bononiensis, et aliarum terrarum et locorum, que a nobis et Romana ecclesia quovis modo tenetis, aut alias quovis modo eidem Camere debito, quovis modo et ex quacumque causa factam alicui solvatis, donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Datum Rome apud S. Petrum xiiii. Kalendas Augusti, Pont. nostri anno octavo.

XLII.

Astorgio de Manfredis vicario Faventino extendit vicariatum in terras Montismaioris etc. sub annuo censu unius librae cerae. *Reg. Tom. IV. fol. 263.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Astorgio de Manfredis domicello, in nostra

Civitate Faventina et eius Comitatu ac districtu pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario, salutem etc. Constantis fidei sinceritas et precipue devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, non indigne merentur, ut personam tuam, et dilectum filium nobilem virum Iohannem Galeas, natum tuum, domicellum Faventinum specialis favoris gracia proseqoamur. Dudom siquidem, videlicet vi. Idus Februarii Pontificatus nostri anno primo, te in nostra Civitate Faventina et eius Comitatu ac districtu nostrum et predicte ecclesie in temporalibus Vicarium osque ad decem annos extunc proxime secuturos, teque infra dictum terminum decem annorum, de qoo non modicum superest, cedente vel decedente, unum vel plures filium seu filios tuum vel tuos legitimum seu legitimos, quem vel quos tunc haberes et eligendum duceres seu eligendos, usque ad finem dietorum decem annorum, dummodo tu et huiusmodi filius seu filii in obediencia et fidelitate nra et eiusdem ecclesie, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrancium persisteretis, similiter Vicarium seu Vicarios in temporalibus per oostras litteras fecimus, coostituimus et eciam deputavimus, tibi et in eventum predictum huiusmodi filio seu filiis regimen et gubernacionem Civitatis, Comitatus et districtus predictorum per te vel eum seu eos, aut alium vel alios usque ad huiusmodi terminum decem annorum cum illis mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione temporali, que ibidem predictam ecclesiam seu eius officiales de iure, privilegio, consuetudine vel statuto exerceri consueverunt, necnon custodiam Rocche et fortaliciorum Civitatis, Comitatus et districtus predictorum plenarie committendo, certis clausulis et condicionibus super hoc adiectis, prout in dictis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte tua peticio continebat, tu terras Montismaioris, Fusignani et Ville Donegalie in provincia nostra Romandiole constitutas dudum possederis et possideas de presenti, desideresque dictum Vicariatum eciam ad terras predictas extendi: Nos de specialis dono gracie Vicariatum predictum ad dictas terras cum earum villis, territoriis et districtu cum mero et mixto imperio ac omnimode iurisdictione, et omnibus clausulis in dictis litteris expressatis extendimus, et volentes te dictumque Iohannem Galeaz premissorum intuitu favoribus prosequi gracie amplioris, tuis et eius in hac parte supplicacionibus inclinati, Vicariatum predictum et dictam eius extensionem quoad dictas terras, si te ultra huiusmodi decennium superesse contigerit, usque ad tue vite, et post obitum tuum usque ad eiusdem Iohannis Galeaz nati tui, si tibi supervixerit, vite finem, si in obediencia eiusdem ecclesie permanseritis, ut prefertur, cum omnibus et singulis clausulis contentis in litteris antedictis auctoritate apostolica de uberioris dono gracie protrahimus, extendimus et concedimus per presentes, volentes expresse, quod tu dictusque Iohannes Galeaz pro censu Montismaioris, Fusignani et Ville Donegalie terrarum predictarum unam libram cere singulis annis, in festo Apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii, solvere tenearis et eciam teneatur, quodque tu iterum et idem Iohannes Galeaz, antequam administracionem apprehendat, in manibus Venerabilis fratris nri ..: Episcopi Faventini nostro et ipsius ecclesie nomine recipientis fidelitatis debite prestetis in forma solita iuramentum, et quod idem Episcopus formam huiusmodi iuramenti per eius litteras publica manu conscriptas harum seriem continentes, tuo dictique Iohannis Galeaz sigillis munitas gentibus nostre Camere transmittere non postponat. Nulli ergo etc. nostre extensionis, voluntatis, protractionis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum v. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno octavo.

XLIIII.

Cecho et Pino de Ordelaffis vicariis in temporalibus Forlivii, ut de annuo censu vicariatus ipsorum ccc. flor. auri Ioanni de Piscibus singulis annis assignent. *Reg. Tom. IV. fol. 319.*

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis Nobilibus viris Cecho et Pino de Ordelaffis domicellis fratribus, in Civitate nostra Forliviensi pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicariis, salutem etc. Grata familiaritatis et devocionis obsequia, que dilectus filius Iohannes Goffredi de Piscibus civis Beneventanus, in artibus et medecina magister, nobis et apostolice sedi hactenus impendit, ac impendere solicitis studiis non desistit, litterarum sciencia, vite ac morum honestas alieque virtutes, quibus personam suam tam familiari experiencia, quam fidedignorum testimoniis novimus multipliciter insignitam, nos inducunt, ut erga personam suam liberalitatis dexteram extendamus, ut proinde eo vigilancius ac promptius eisdem incumbat obsequiis, quo se cognoverit propensioris munificencie gracia communiri. Hinc est, quod nos eidem Iohanni provisionem annuam trecentorum florenorum auri de Camera per vos super et de censu annuo, qoem nobis et apostolice Camere in festo beatorum Petri et Pauli Apostolorum annuatim vigore Vicariatus prefate nostre Civitatis concessi solvere tenemini, recipiendam suisque commoditatibus applicandam usque ad nostrum beneplacitum, prout in aliis nostris inde confectis litteris plenius continetur, auctoritate apostolica duximus assignandam. Quocirca volentes eundem Iohannem premissorum obsequiorum intuitu favoribus prosequi munificencie specialis, Nobilitatem vestram hortamur attencius, vobisque presencium tenore man-

damus, quatenus provisionem trecentorum florenorum huiusmodi annis singulis, huiusmodi beneplacito nostro durante, de et super censu per vos nobis et apostolice Camere annuatim debito, ut prefertur, in dicto festo eidem Iohanni aut eius nuncio speciali ad id mandatum habenti dare et assignare curetis: Nos enim prefato Iohanni per se aut nuncium suum huiusmodi de hiis, que ipsi vel eorum alter propterea a vobis receperit, vos nostro et eiusdem Camere nomine quitandi, absolvendi et liberandi plenam eadem auctoritate concedimus potestatem, ac dicta auctoritate decernimus, quod huiusmodi quitacio, absolucio et liberacio perinde ubique habeantur, ac si dictam summam gentibus eiusdem Camere dicto termino in Romana Curia solvissetis, ipseque gentes vos de sic solutis legitime liberassent, et quod ea, que dicto Iohanni seu eius nuncio solvetis, ut pretertur, in solucione dicti census per vos, ut premittitur, debiti per gentes ipsas plenarie deducantur. Volumus autem, quod de hiis, que proinde solveritis, duo confici faciatis consimilia publica instrumenta, quorum alter penes vos pro vestra cautela retento, reliquum ad dictam Cameram destinare celeriter procuretis. Datum Rome apud Sanctum Petrum v. Kalendas Marcii, Pont. nostri anno nono.

XLIV.

Natoli Bucii Natoli vineam cum eius pertinentiis ob conspirationem in Urbis statum perturbandum capitis damnati adiacenti castro S. Angeli pontifex annectit. *Reg. Litt. divers. Tom. V. fol. 98.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ad muniendum Castrum Adriani, alias Crescencii, nunc vero sancti Angeli de Urbe nuncupatum, ad nos et Romanam ecclesiam pertinens, ut necessariis victualibus temporibus debitis fulciatur, sicut expedit, libenter extendimus curas nostras. Et cum omnia et singula bona tam mobilia quam immobilia, ac iura quecunque ad quondam Natolum Bucii Natoli de Regione Pontis de Urbe quomodolibet pertinencia, ex conspiracione pestifera per ipsum Natolum in perturbacionem status boni, pacifici et tranquilli prefate Urbis contra nos et Romanam ecclesiam dampnabiliter pertractata, suis exigentibus demeritis, per dilectum filium Nobilem virum Angelum de Alaleonibus militem de Monte sancte Marie in Georgio, officii Senatus alme Urbis predicte locumtenentem, capitaliter condempnatum, ultimoque affectum supplicio ad Cameram prefate Urbis ad nos iure pleni dominii pertinentis legitime devoluta et confiscata existant: Nos itaque volentes dicto Castro de oportuno provisionis remedio providere, vineam dicti quondam Natoli, et ad ipsum tempore confiscacionis huiusmodi et ante pleno iure spectantem ac pertinentem, extra muros dicte Urbis in loco, qui dicitur Cazano, sitam, cui ab uno campus prefati Castri, ab alio fluvius Tiberis et res dilectorum filiorum Cenfie ac Cole Tucii et Cottore ac Loce macellatoris, necnon Antonii Trancie civium Romanorum, et siqui alii plures aut veriores fines existunt, cum universis iuribus et pertinenciis suis auctoritate apostolica tenore presencium dicto Castro annectimus, unimus et perpetuo incorporamus, ita quod amodo dicta vinea cum iuribus et pertinenciis huiusmodi sit, et esse debeat ac censeri imperpetuum de iurisdictione ac pertinenciis ipsius Castri: et eadem auctoritate decernimus, quod Castellanus predicti Castri, qui est et erit pro tempore, possit et valeat, dilectorum filiorum gencium Camere apostolice ac officialium Camere prefate Urbis, et aliorum quorumcunque licencia minime requisitis, possessionem liberam et expeditam vinee, iuriumque et pertinenciarum huiusmodi auctoritate propria apprehendere ac libere retinere, ipsamque vineam cultivari et custodiri facere, ac ex eo fructus, redditus et proventus percipere et custodire pro municione dicti Castri, prout fuerit oportunum, et prout de aliis similibus municionibus ipsius Castri tenetur facere et debet fideliter cum diligencia singulari. Nulli ergo etc. nostre annexionis, unionis, incorporacionis, constitucionis et decreti infringere etc. Siquis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum II. Nonas Marcii, Pontificatus nostri anno nono.

XLV.

Pileus episcopus Tusculanus vicarius generalis in temporalibus in Urbe eiusque districtu constituitur. *Reg. Tom. IV. fol. 353.*

Bonifacius episcopus etc. Venerabili fratri Pileo Episcopo Tusculano, in alma Urbe eiusque districtu pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Ad prosperum et tranquillum statum alme Urbis eiusque districtus paternis et solicitis studiis, prout ex debito tenemur pastoralis officii, intendentes ac intensis desideriis anelantes, eiusdem Urbis ipsiusque districtus regimini cupimus solertem ac utilem et venerabilem presidere personam, per cuius circumspectionem providam et providenciam circumspectam inibi cultus iusticie vigeat, pacifica tranquillitas refloreat, boni mores planteatur et reprobi extirpentur, viri quoque virtuosi proprie actionis premium senciant, mali vero debite corrigantur, et si extiterint obstinati, luant pro demeritis dignas penas. Ad tuam igitur circumspectionem prudencia et industria multipliciter insignitam, rectitudinis et iusticie amatricem, ac in aliis magnis et arduis apostolice sedis negociis tamdiu laudabiliter comprobatam nostre consideracionis intuitum dirigentes, Te in alma Urbe eiusque districtu predictis pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicarium generalem usque ad nostrum beneplacitum aucto-

ritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam ordinamus, tibi ordinandi, mandandi, precipiendi et exequendi, ac faciendi et exercendi omnia et singula, que ad officium veri Vicarii in temporalibus dicte Urbis et honorem ac statum nostrum et ecclesie Romane, necnon pacem et tranquillitatem ipsius Urbis pertinent, et que Vicarii in temporalibus ipsius Urbis pro tempore existentes facere possunt et debent, Contradictores quoque et rebelles auctoritate apostolica per temporalem districtionem et alia iuris remedia, appellacione postposita, compescendi potestatem et facultatem plenam et liberam tenore presencium concedentes, ac mandantes quibuscumque officialibus ac populo et singularibus personis dicte Urbis eiusque districtus, ut tibi in hiis, que ad huiusmodi officium pertinent, durante huiusmodi beneplacito, humiliter pareant et intendant. Tu igitur circa huiusmodi Vicariatus officium, sicuti tue circumspectionis probata sinceritas spem nobis indubiam pollicetur, sic studeas laudabiliter te habere, quod virtuosis tuis operacionibus, gracia tibi suffragante divina, populo et personis predictis commoda sperata succedant, tibique exinde cumulus honoris et laudis accrescat, et a nobis condigna retribucio proveniat meritorum. Datum Rome apud Sanctum Petrum IIII. Nonas Iulii, Pontificatus nostri anno nono.

XLVI.

Malatesta de Malatestis Urbis senator, vicarius in temporalibus et capitaneus generalis Urbis eiusque districtus a pontifice nuntiatur. *Reg. Tom. V. fol. 35.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Malateste de Malatestis domicello Ariminensi, alme Urbis Senatori, salutem etc. Si cunctis Civitatibus et terris nobis et Romane ecclesie subiectis, ut cultus iusticie vigeat et pacis ibidem servetur amenitas, de ydoneis Rectoribus, prout facultas nobis ex alto permittitur, providere solicite nos convenit, quanto studiosius id expedit in hac Urbe inclita, que caput est orbis, et orbem provide rexit ab olim, et leges tradidit, quibus perpetuis temporibus salubriter regeretur: tanto namque id ardencius debemus efficere, quantum in ea Apostolorum sanguine rubricata celestis altitudo consilii sedem apostolicam stabilivit et radicavit ecclesie fundamenta, ac sua propterea dignitate amplius promeretur, quanto pro salute fidelium ad ipsam Urbem causa devecionis confluencium plus noscitur expedire. Sane ad conservandum statum prosperum et tranquillum dicte Urbis, quem princeps pacis sua miseracione reddidit diebus istis pacificum et quietum, nostre consideracionis intuitum paternis affectibus dirigentes, cum nobis ad presens incumbat de dicte Urbis Senatus officio providere, ac cupientes providam, utilem ac ydoneam presidere personam, per cuius circumspectionem providam et providenciam circumspectam inibi vigeat iusticie cultus, fidei puritas, devocionis integritas, pacis amenitas et obediencie promptitudo, ad te igitur clara nobilitate et prudencia insignitum, rectitudinis et iusticie amatorem, magnificencia strenuum, tua tuorumque potencia et consilio circumfultum, ac in magnis et arduis nostris et Romane ecclesie negociis laudabiliter comprobatum, nostre consideracionis intuitum dirigentes, te dicte Urbis eiusque Comitatus, territorii et districtus ad nos et dictam ecclesiam, sponsam nostram, pleno iure spectancium Senatorem, et Capitaneum generalem ad quascunque guerras Romanum Pontificem habere contigerit, Reformatorem ac nostrum in dicta Urbe et districtu in temporalibus Vicarium generalem, cum illis mero et mixto imperio, libero arbitrio et omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam seu alios pro ea diucius fuerunt quomodolibet exercita de consuetudine vel de iure, ac cum officialibus, familiaribus, famulis, equis, vadiis, salariis, emolumentis, honoribus et oneribus consuetis pro semestri proxime futuro, die, quo officium dicti Senatus inceperis, inchoando, et rursus ad nostrum beneplacitum duraturo auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus, ordinamus et eciam deputamus, tibi regimen, gubernacionem et liberam custodium ac reformacionem Urbis, Comitatus, districtus, ac civium et incolarum ipsorum per te vel alium ad hoc a te deputatum vel deputandum, te presente vel absente, si te de mandato nro vel alia urgenti et necessaria causa abesse contigerit, (exercenda et administranda) plenarie committentes, cum potestate quoscunque Iudices, Mareschalchos, Notarios et officiales ydoneos tam in ipsa Urbe, quam in eius territorio et districtu oportunos et solitos faciendi, qui sciant, possint et debeant causas quaslibet tam civiles quam criminales, et alias cuiuscunque speciei vel generis motas vel movendas, ad forum dicte Urbis eiusque Comitatus, forcie et districtus, vel alicuius ex eis racione contractus vel delicti aut rei, de qua agitur, aut quovis modo de iure vel approbata seu prescripta consuetudine pertinentes, previa racione et iuxta tuum arbitrium et discrecionem cognoscere, easque fine debito terminare et execucioni debito demandare; et insuper ordinandi, mandandi, precipiendi et exequendi, et exercendi omnia et singula, que ad Senatoris officium ac honorem et statum nrum et Romane ecclesie, ac pacem et tranquillitatem dicte Urbis pertinent, et que Senatores dicte Urbis pro tempore existentes facere possunt et debent; Causas quoque civiles summam Centum Quinquaginta librarum monete Romane non excedentes summarie, et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, prout tibi videbitur, audiendi et decidendi, ac eas iurisperitis partibus non suspectis auctoritate nostra delegandi, partesque ipsas ad

compromissum cogendi, ac eciam penas reales et corporales, non obstantibus statutis dicte Urbis, exagerandi, adaugendi ac minorandi, prout secundum qualitates excessuum et demerita personarum tibi videbitur expedire; Et ubi de delicto legitime constiterit, reos penis condignis puniendi, eciam iuris solempnitate et observencia statutorum dicte Urbis obmissis; discordes quoque et inimicos capiendi eciam carcerandi, scutatos (armatos) removeri faciendi, illosque ad concordiam et pacem reducendi, coadiutores insuper rixancium decetero cohibendi et pena simili tamquam consencientes patratoribus criminum cohercendi, puniendi et mulctandi, ut rixantibus ipsis decetero materie rixandi habilius subtrahatur; Et insuper salvosconductus quoslibet dandi et concedendi, et cum videris oportunum, relegandi et confinandi, ac eciam confinia deputandi, eciam statuto quolibet in contrarium forsan edito non obstante, necnon Iudices, Notarios, officiales, servitores et ministratores alios solitos assumendi et retinendi cum salariis debitis et consuetis, ac omnie et singula gerendi, faciendi et exercendi, que circa reformacionem et tranquillitatem status pacifici dicte Urbis circumspectioni tue videbitur, eciam via facti exequendi; rebelles quoque et hostes populi Romani prefati et invasores viarum eciam per edictum citandi, et contra eos via regia procedendi, eorumque personas, Territoria, Castra, loca et bona invadendi, capiendi, detinendi et arrestandi, ac Castra ipsa et loca, in quibus pessimi malandrini et huiusmodi viarum invasores receptantur, demoliendi; Contradictores quoque et rebelles dicta auctoritate per temporalem districtionem et alia iuris remedia, appellacione postposita, compescendi plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, ac mandantes quibuscunque officialibus ac populo et singulis personis dicte Urbis et eius districtus, ut tibi in hiis, que ad huiusmodi Senatus et Capitaneatus officium pertinent, durante huiusmodi semestri et beneplacito nostro humiliter pareant et intendant, et dilecto filio Camerario dicte Urbis, quatenus tibi et officialibus tuis de salario, provisione, stipendio et vadiis tibi et ipsis per nos, et statuta dicte Urbis ordinatis et deputatis sine contradictione et detractione, et absque alicuius gabelle solucione persolvant, de uberioris tibi dono gracie concedentes, quod tu et officiales tui nisi de furtis, baratariis et debitis racione dictorum officiorum possitis nullo modo sindicari. Tu igitur huiusmodi Senatus officium, sicut virtutes tue spem nobis indubiam pollicentur, sic studeas ad laudem dei et honorem nostrum, ac eiusdem ecclesie dictorumque Urbis et districtus prosperitatem et statum pacifice conservandum provide gerere servando iusticiam, nutriendo pacem, honorando bonos et improbos compescendo, quod tuis virtuosis operacionibus, gracia tibi suffragante divina, civibus, incolis et habitatoribus prelibatis commoda sperata succedant, et tu a deo premium et nostre benivolencie graciam uberis consequaris, tueque fame inde preconium propensius extendatur. Nos enim sentencias sive penas ac mulctas, quas tu et officiales tui rite tuleritis seu statueritis in delinquentes et rebelles, ratas et gratas habebimus, et faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum v. Idus Iulii, Pont. nostri anno nono.

XLVII.

Gaspar Cossae capitaneus generalis classis pontificiae constituitur. *Reg. Tom. V. fol. 15.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Caspari Cosse domicello Isclanensi, gencium in mari ad nostra et Romane Curie stipendia naviganeium pro nobis et ecclesie ipsa Capitaneo generali, salutem etc. Famosa tue probitatis et laudabilium operum testimonio comprobata strenuitas, necnon experiencia circumspecta, ac sincera erga nos et Romanam ecclesiam tue devocionis et fidei plenitudo, obsequiosaque in serviciis ipsius ecclesie atque nostris et sollicita ac utilis promptitudo, quas in te a iamdiu fuimus experti, et continuo de bono in melius experiemur, spem nobis indubiam repromittunt, quod ex tuis virtuosis et strenuis actibus fidelium et terrarum ipsius ecclesie defensio, recuperacio et conservacio, inimicorum ipsius ecclesie humiliacio debeat resultare. Horum igitur consideracione inducti, te quarumcumque gencium ad nostra et dicte ecclesie stipendia in mari navigancium pro nobis, et ecclesia ipsa Capitaneum generalem usque ad nostrum beneplacitum auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam ordinamus, tibi quoscumque galearum aut omnium aliarum navium patronos, ac alias gentes prefate ecclesie in mari predicto, quocunque nomine censeantur, et cuiuscumque status fuerint, dirigendi, necnon ordinandi, mandandi, statuendi, precipiendi et exequendi totum et quicquid pro predictis defensione, conservacione et recuperacione fidelium ac terrarum, et expugnacione inimicorum, et status ecclesie prelibate exaltacione fuerit quomodolibet oportuuum, seu tibi visum fuerit expedire, necnon stipendiarios et gentes ecclesie predicte, si inobedientes fuerint, seu quantum ad tuum officium huiusmodi pertinet, quomodolibet deliquerint aut mandata tua excesserint, cuiuscumque status, gradus aut condicionis existant, iuxta tuum arbitrium ac pro excessus qualitate mulctandi, puniendi et corrigendi, in eosque merum et mixtum imperium ac iurisdictionem omnimodam exercendi, aliaque omnia et singula, que ad plenum Capitaneatus officium dinoscuntur quomodolibet pertinere, faciendi et exequendi plenam et liberam

concedentes harum serie potestatem, universis eciam et singulis gentibus ipsis earumque patronis, et aliis quibuscumque districte precipiendo mandantes, ut tibi in omnibus et per omnia, que ad huiusmodi Capitaneatus officium pertinent, huiusmodi beneplacito durante, plene pareant et intendant, tuisque monitis et mandatis studeant efficaciter obedire. Volumus autem, quod antequam huiusmodi Capitaneatus officium incipias exercere, de officio ipso fideliter exercendo, ac debite fidelitatis in manibus Venerabilis fratris Conradi Archiepiscopi Nicosiensis, Camerarii nostri, prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur sic in premissis te habere studeas fideliter, solicite et devote, quod exinde fidelitatem, diligenciam et industriam tuas de bono in melius possimus non immerito commendare. Datum Rome apud Sanctum Petrum XIII. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno nono.

XLVIII.

Ioannes de Ceccano capitula treugae per se et suos nuntios cum archiepo Nicosiensi camerario pontificis inita ratificat. *Reg. Tom. V. fol. 274.*

In nomine domini, amen. Anno dñi Millesimo trecentesimo nonagesimo octavo, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia pape noni, anno eius decimo, Indicione VII. mensis Novembris die XIII. in presencia mei notarii et testium subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Magnificus vir Iohannes de Cecchano dominus dicti Castri ex certa sciencia, non per errorem iuris aut facti, pro seipso ac vice et nomine omnium et singulorum vassallorum, familiarium, sociorum, subditorum, sequacium, incolarum et accolarum castrorum suorum, videlicet Cecchani et Arn... e et aliorum quoruncunque presencium et futurorum, visis Capitulis Treuge firmatis, factis et ordinatis per Reverendissimum in Christo patrem dominum Conradum Archiepiscopum Nicosiensem, domini nostri pape Camerarium, ex commissione specialiter sibi facta per Sanctissimum in Christo patrem et dominum, dñum Bonifacium divina providencia papam nonum, de qua commissione constat bulla ipsius dñi nostri pape, non cancellata, nec abrasa seu aliter abolita, aut in aliqua sui parte suspecta, cum prefato viro magnifico Iohanne de Cecchano, acceptavit, ratificavit et corroboravit ipsam Treugam et Capitula inde confecta quo ad omnes clausulas in eisdem Capitulis contentas, et Treugam ipsam et ipsa Capitula promisit per unum annum integrum, incipiendo a die VII. huiusmodi mensis Novembris VII. Indictionis, inviolabiliter et illesa servare et servari facere ab omnibus suis superius nominatis, subiciens se sponte predictus Iohannes per eum in ipsis Capitulis declaratis, si quod absit, contra ipsa Capitula aut aliquod ipsorum per ipsum Iohannem et suos factum fuerit aut aliter conventum. Quorum quidem Capitulorum tenor sequitur infrascriptus.

In nomine domini, amen. Infrascripta sunt Capitula concordie, promissionis, convencionis et treuge sub spe pacis etc. prout in registro pactorum stipendiariorum de verbo ad verbum, usque testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. Et scripta fuerunt per notarium Iacobum Nicolai de Damiano de Neapoli, publicum et apostolica auctoritate Camere apostolice eiusque Curie causarum notarium et scribam, qui premissis omnibus et singulis supradictis ac pactorum firmacioni, prout superius continetur, interfuit, eaque omnia sic fieri vidit et audivit, ac in publicam formam redaxit cum impressione sigilli ipsius domini Camerarii, et signum suum posuit consuetum. Que omnia sic peracta, ut prefertur, Iohannes de Cecchano superius nominatus ratificavit et approbavit, ac omnia gesta in hac causa dumtaxat per discretos viros notarium Iohannem Iacobi de Castro Cecchanensi et Andream de Mediolano, familiares ipsius Iohannis et speciales nuncios ad suprascripta acta perficienda specialiter deputatos, ex certa sciencia confirmavit coram me notario et testibus infrascriptis, de quibus omnibus ego Antonius notarius et scriba infrascriptus presens publicum confeci Instrumentum. Acta sunt hec in Roccha Castri Cecchani, presentibus nobilibus et discretis viris Iannotto naturali quondam Magnifici viri Thomasii de Cecchano, Iohanne Hectoris de Castro Cecchano, religioso viro fratre Cioccho de Anticulo Monacho Casinensi, ipsius Iohannis Capellani notario, Antonio Iohannis Antonii de Verulis et pluribus aliis testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Antonius Masii Petri de Castro Proxedi, publicus Imperiali auctoritate notarius, predictis ratificacioni et confirmacioni interfui, eaque omnia in publicam formam rogatus redegi, et signum meum posui consuetum.

XLIX.

Senatori Urbis, ut officio senatoris perfuncto insignia camerario ecclesiae restituat. *Reg. Tom. V. fol. 83.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Malateste de Malatestis domicello Ariminensi, salutem etc. Cum officium alme Urbis Senatoris, ad quod per nos deputatus hactenus extitisti, finiat de presenti, volumus et per apostolica scripta presencium tenore mandamus, quatenus eo finito et deposito huiusmodi officio, baculum signum plenitudinis potestatis, vexilla, arma et quecumque alia insignia ad huiusmodi Senatoris officium spectancia, tibi nro et ecclesie Romane nomine hactenus tradita et assignata, Venerabili fratri Conrado Archiepiscopo Nicosiensi, Camerario nostro, pro nobis et prefata ecclesia recipienti, reddere, restituere et

assignare procures, cui quidem Camerario te de premissis consignatis quitandi et absolvendi plenam et liberam harum serie concedimus facultatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. Id. Ianuarii, Pontificatus nostri anno decimo.

L.

Salvusconductus macellario dñi papae datur pro conducendis animalibus ad Urbem pro usu hospitii papae.
Reg. diversor. Cameral. lib. I. fol. 39.

Marinus miseracione divina sancte Marienove diaconus Cardinalis, dñi pape Camerarius, Magnificis et Potentibus ac Nobilibus et prudentibus viris dominis Prioribus, Ancianis, Vexilliferis, Vicariis, Potestatibus, Capitaneis et aliis Officialibus et Gabellatoribus quibuscumque per Territorium alma Urbis, et per provincias Tuscie, Patrimonii beati in Tuscia, ducatus Spoletani, Civitates Perusin. et Tudertin. et alias provincias ac ubilibet constitutis, ad quos presentes littere pervenerint, Salutem in domino. Cum discretus vir Ciccus Nelli alias dictus Cicchus Rode de Urbe de Regione Pontis, maccellarius dñi nostri pape et noster familiaris intimus, presencialiter versus dictas partes et provincias sit accessurus pro conducendis de dictis partibus, et per ipsas partes ad hanc almam Urbem nonnulla animalia, tam bovinas, vaccinas, vitellinas, castratina, quam alterius cuiuscumqee generis pro usu hospicii domini nostri pape, Magnificencias, Nobilitates et prudencias vestras affectuose requirimus et rogamus, quatenus eum predictus Cicchus in eundo, stando ac cum dictis animalibus redeundo, [stando] per vestras Civitates, terras, castra, villas, loca, portus, passus et pontes transierit, eumdem cum duobus suis equis et quinque famulis, uno equestre et quatuor pedestribus cum dictis animalibus graciose tractantes ob reverenciam sedis apostolice, et nostri contemplacionem sine solucione alicuius dacii, pedagii, gabelle vel costuma libere transire permittatis, et si expediens fuerit, et vos duxerit requirendos, eisdem de securo conducto providere velitis, ut exinde vobis ad graciarum actiones merito teneamur. Presentibus post duos menses minime valituris. Datum Rome sub appensione etc. Anno dñi MCCCLXXXXIX. Indictione XII. die VII. Aprilis, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et dñi n. d. Bonifacii etc. anno undecimo.

LI.

Capitula et petitiones Anagninorum ad ecclesiae obedientiam revertentium pontifex admittit et confirmat.
Reg. Tom. V. fol. 178.

Bonifacius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Humilibus et honestis et presertim Romane ecclesie fidelium votis libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur oportunis. Exhibita siquidem nuper pro parte dilectorum filiorum populi, Communis, Universitatis et singularium personarum utriusque sexus tam clericorum quam laicorum, necnon habitatorum et incolarum Civitatis Anagnine, eiusque Comitatus, territorii et districtus provincie nostre Campanie peticio continebat, (qui dudum, hoste humani generis satore zizanie procurante, felicis recordacionis Urbano pape VI. predecessori nostro, nobisque et Romane ecclesie cunctorum Christifidelium matri et domine rebelles fuerint, ac iniquitatis filio Honorato Caetano olim Comite Fundorum, iusto dei iudicio per processus apostolicos tam prefati predecessoris nostri, quam nostros solemniter publicatos et factos pro rebelli, apostata, scismatico et heretico, ac de crimine lese maiestatis sentencialiter condempnato, contra prefatum predecessorem nostrum, nos et ecclesiam prefatos, ac subditos, adherentes, complices et fautores dederunt auxilia, consilia et favores adherendo, credendo et favendo damnate memorie Roberto olim duodecim Apostolorum presbitero Cardinali, tunc Antipape, qui ausu sacrilego Clementem VII. se nominare presumpsit, et subsequenter Petro de Luna olim sancte Marie in Cosmedin, nunc Antipape, qui se dicto Roberto successisse pretendit, et sequacibus suis) quod cum nuper ad cor reversi dolentes ab intimis de commissis, ad nostram et dicte ecclesie graciam fidelitatem et obedienciam humiliter redierint, et in huiusmodi obediencia, fidelitate et gracia ac devocione nostris et prefate ecclesie, ac successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrancium firmiter perpetuo persistere, et perseverare intendant, et propterea dilecto filio nostro Ludovico sancti Adriani diacono Cardinali, in provinciis nostris Campanie et Maritime in spiritualibus et temporalibus generali Vicario, ac dilecto filio Nobili viro Andree Thomacello militi Neapolitano, Marchie Anconitane Marchioni, in dictis provinciis generali Capitaneo per nos et sedem apostolicam deputatis, prorexerint quedam supplicaciones et capitula, super quibus gracias fieri et largiri petierunt, ac per Ludovicum et Andream Vicarium et Capitaneum prefatos nonnulla ex supplicacionibus et capitulis huiusmodi admissa fuerunt, et acceptata ac graciose signata, necnon eorumdem sigillorum impressionibus roborata, prout in eisdem capitulis et supplicacionibus, quorum tenorem de verbo ad verbum inseri fecimus, plenius continetur: quare pro parte populi, Communis, Universitatis et singularum personarum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut supplicacionibus, capitulis, signaturis, sigillacionibus predictis, et aliis in dictis supplicacionibus et capitulis et signaturis contentis robur apostolice firmitatis adiicere, eaque inviolabiliter observari facere, necnon defectus quoslibet, si qui forsan intervenerint in eisdem, supplere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati supplicaciones, capitula, signaturas, acceptaciones, sigillaciones et alia in eisdem supplicacionibus et capitulis, ac signaturis contenta auctoritate apostolica tenore presencium ex certa sciencia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, siqui forsan intervenerint in eisdem. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, ipsi aut eorum aliqui ab obediencia, fidelitate et devocione nostris et ecclesie memorate, aut successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrancium se subtraxerint, aut nobis vel successoribus nostris et ecclesie prefate rebelles fuerint, huiusmodi confirmacio, gracia et presentes littere quo ad eos, qui in premissis culpabiles fuerint, nullius existant roboris vel momenti, et quod tales sic culpabiles in easdem sentencias ac penas spirituales et temporales reincidant protinus ipso facto.

Tenores vero supplicacionum, capitulorum et signaturarum predictorum sequuntur et sunt tales.

Ad laudem et honorem omnipotentis dei et gloriose matris eius, necnon exaltacionem status et honoris Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii sacrosancte Romane ecclesie pape VIIII. et sancte sedis apostolice, vobis illustri et inclito principi domino Andree de Thomacellis Marchioni Marchie Anconitane, et Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Ludovico de Flisco sancte Romane ecclesie et tit. sancti Adriani diacono Cardinali, in spiritualibus et temporalibus Vicario generali in provinciis Campanie et Maritime per eundem dominum nostrum specialiter deputato, Fideles Sanctitatis prefati dñi nostri Civitas, populus, clerus, cives, habitatores et incole Anagnie cum omni debita reverencia pro remuneracione eorum obediencie petunt per vos benigne admitti ad gracias infrascriptas.

In primis, quod cum inicio huiusmodi pestiferi erroris et scismatis in dei ecclesia prohdolor pullulantis cives et homines dicte Civitatis nonnulla damna, homicidia, furta, violencias, rapinas et alia quamplurima indebita, illicita et inhonesta patraverint atque commiserint contra terras, personas, res et bona terrarum et locorum dictarum provinciarum, et alibi prefate ecclesie subditos et fideles, petunt omnium predictorum et aliorum, de quibus esset processum vel non processum tam in Curia generali prefati domini nostri pape, quam alia particulari quacunque et in quacunque forma verborum, generalem, plenam et liberam remissionem et absolucionem cum omnibus membris, iuribus, cautelis et solemnitatibus oportunis, ita quod nullo unquam tempore fieri possit, nec debeat per viam alicuius impedimenti, molestie vel novitatis per ipsum dominum nostrum vel eius officiales et Curiam apostolicam memoratis quoquo modo, et exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc habeantur pro annullatis, cassis, irritis et penitus evacuatis. „Fiat."

Item quod cum dicto tempore per homines, cives et incolas dicte Civitatis captus fuerit quondam miles egregius dominus Andreas Carrafa de Neapoli, cum certis officialibus et caporalibus gencium armorum, qui tunc erant ad servicia prefate ecclesie Romane, et redempti pro magnis pecuniarum summis, pro parte civium et hominum predictorum petunt, quod occasione predictorum non possint, nec debeant ad alicuius instanciam ullo tempore inquietari, vel quomodolibet molestari tam occasione delicti, quam restitucionis pecuniarum, spoliorum et rerum, quas et que dicerentur quomodolibet habuisse. „Fiat."

Item quod cum apud Commune et speciales personas dicte Civitatis tempore, quo antiquum Collegium dñorum Cardinalium (sic), et post ipsorum recessum de dicta Civitate remanserint nonnulla iocalia, suppellectilia et bona alia, petunt, quod de ipsis nulla fiat repeticio pro parte dicti dñi nostri vel alterius: sed quod ab omni futura repeticione vel alia molestia penitus et totaliter liberentur et absolvantur. „Fiat."

Item petunt, quod omnia privilegia et indulta summorum Pontificum, dignitates, iurisdictiones, statuta, consuetudines et immunitates quelibet Communis et Civitatis predicte per dictum dominum nostrum, eiusque successores et officiales perpetuo et inviolabiliter observentur. „Fiat, dummodo non sit contra ecclesiasticam libertatem."

Item quod omnes et singuli cives, incole et habitatores Anagnie restituantur, et restitui debeant a die firmacionis ipsorum capitulorum ad possessionem bonorum omnium, ubicunque ea ipsos vel ipsorum alterum habere contigerit, tam in terris ecclesie Romane quam in Urbe, impetracione de ipsis bonis forsitan facta vel obtenta qualibet non obstante: quam impetracionem postulant exnunc inantea penitus annullari et nullius esse roboris, efficacie vel momenti. „Fiat iusticia."

Item quod prefatus dominus noster non debeat, nec possit concedere dominium dicte Civitatis Anagnie alicui dño, principi vel baroni, cuiuscunque condicionis, dignitatis, preeminencie et gradus existat, nisi quatenus procedet de voluntate tocius populi Civitatis eiusdem. „Detur forma honesta verborum, et fiat ut petitur."

Item petunt, quod Reverendus in Christo pater dñus Iohannes Episcopus Anagninus factus et creatus tempore felicis recordacionis pape Urbani V. sive eius predecessoris, remaneat et remanere debeat in pacifica possessione ecclesie Anagnine cum iuribus et dignitatibus consuetis. „Fiat."

Item quod omnes, videlicet Prepositus, Canonici, Archipresbiteri, Clerici et Beneficiati in

dicta Civitate Anagnina et eius diocesi, vel alibi in terris ecclesie remaneant et stent in pacifica possessione eorum dignitatum et beneficiorum, quas et que nunc tenent et hactenus tennerunt, amoto quolibet alio detentore. „Fiat de beneficiis, que per ipsos presencialiter possidentur.“

Item petunt, quod Castra Viti, Morceni et Villemagne cum vaxallis, agris, silvis, aquis et iuribus aliis dictorum locorum restituantur ecclesie et Canonicis Anagninis cum plena possessione, proprietate et dominio, pront tennerunt et possederunt, tenebant et possedebant ante tempus scismatis vigentis in ecclesia dei. „Fortalicia, que presencialiter sunt, remaneant penes dominum L. Cardinalem de Flisco Vicarium in provincia Campanie, recipientem nomine domini nostri et sancte matris ecclesie; fructus vero et redditus deveniant ad manus Episcopi et Capituli Anagninorum.“

Item quod Venerabilis in Christo pater dñus frater Nycolaus de Anagnia Abbas monasterii Glorie de Anagnia ordinis Floris stet, et remaneat in pacifica possessione dicte Abbatie cum iuribus et dignitatibus suis, et quod restituantur sibi bona, que habet dicta Abbatia in Regno Anglie, Insula Trinacrie et alibi, remotis abinde detentoribus aliis quibuscunque. „Fiat.“

Item petunt, quod viri nobiles Nicolaus et Iohannes de Zau....to, eorum cives honorabiles, restituantur ad possessionem, proprietatem et plenum dominium vaxallorum predictorum et aliorum bonorum, que habent in Castro Zau....ti et eius territorio, amoto exinde quolibet alio detentore. „Fiat.“

Item quod cum propter reductionem Civitatis Anagnine ad obedienciam prefati domini nostri pape prefati Nicolaus et Iohannes dubitent de perdicione bonorum dotalium uxorum dictorum Nicolai et Iohannis, que habent in Civitate Fundana et terra Secie et territoriis dictorum locorum, pro recompensacione petunt dari et concedi equivalens in terris vicinis ecclesie Romane de bonis, fructibus et redditibus ecclesie supradicte. „Perquiratur, si dñus noster habeat talia bona de presente, sin autem, investigetur, et habita informacione supplicabimus Sanctitati dñi nostri instanter, quod faciat et fiet.“

Item petunt, quod exititii Communis dicte Civitatis non reducantur ad dictam Civitatem causa habitacionis, vel aliter pro scandalis evitandis sine voluntate dicti Communis, et magnifici viri Iordani Capitanei et Gubernatoris dicte Civitatis pro dicto domino nostro papa, restitutis tamen ipsis exititiis bonis eorum, que reperiuntur, non venditis per Commune dicte Civitatis vel officiales Comitis Fundorum tempore, quo tenuit dominium Civitatis eiusdem, quas vendiciones petunt in eorum firmitate et robore duraturas. „Exititii non immutati cum intrinsecis rientrent ad beneplacitum Sanctitatis dñi nostri; alii vero, qui immutati essent ad beneplacitum diete Sanctitatis cum voluntate Communitatis Anagnine; bona vero vendita remaneant penes quos sunt, sed alia restituantur.“

Item petunt, quod omnes reprehensalie, processus, condempnaciones et diffidaciones facte in Curia Capitolii pro quacunque causa, et in quacunque forma verborum contra Commune et speciales personas dicte Civitatis, cassentur, deleantur et penitus annullentur, ita quod nullius sint roboris vel momenti. „Fiat ut petitur, salvo iure specialium personarum.“

Item quod notarii facti et creati dicto tempore, quo fuit prefata Civitas extra gremium ecclesie, remaneant in eorum dignitate et officio, et quod contra scripturas publicas vel privatas per ipsos, vel ipsorum alterum factas et ordinatas tempore predicto racione Pontificatus vel alia quacunque aliquid obici vel opponi valeat nullo modo; sed ipsis notariis, contractibus et scripturis plena fides adhibeatur. „Fiat, hoc est quod contractus facti et alie scripture remaneant valide et firme; sed ipsi notarii de officio notariatus confirmacionem habeant a dño nro, vel ab alio auctoritatem habente a Sanctitate sua.“

Item petunt, quod omnes cives Anagnini nunc morantes in terris Comitis Fundorum, et alii, quos ipse Comes tenet in officiis, vel aliter volentes sponte redire, esse, stare et concurrere cum aliis civibus, reducantur et recipiantur sine aliqua molestia vel novitate in personis vel bonis eorum quomodolibet inferendis. „Iurent fidelitatem primo, et fiat.“

Item quod cives Anagnini non possint citari pro aliqua causa civili vel criminali ad aliud forum, quam ad Curiam Communis Civitatis predicte. „Fiat in primis causis.“

Item quod ad evitandum omne futurum scandalum et pro bona vicinitate conservanda cum Civitate Ferentinate et Castro Paliani, petunt eis restitui campanas ecclesiarum sanctorum Iacobi et Angeli, quas tenent dicte terre elevatas de dictis ecclesiis tempore guerre. „Providebimus.“

Item petunt, quod restituantur Iacobo domini Andree bona, que habet in Castro Anthiculi cum proprietate, iuribus et pertinenciis eorum. „Volumus informari, et providebimus, iusticia mediante, summarie et de plano.“

Item quod Iudei Civitatis Anagnine gaudeant privilegiis et dignitatibus dicte Civitatis, sicut alii cives dicti loci pociuntur et gaudent. „Si sic est consuetum, fiat.“

Item petunt, quod cum vir nobilis Iacobus de Puteo eorum civis habeat certa bona in Castro Ytri, de quorum perdicione verisimiliter dubitatur, quod pro compensacione dictorum honorum provideatur sibi de equivalenti in terris ecclesie de fructibus et redditibus bonorum ecclesie supradi-

etc. „Si casus eveniet, providebimus circa reintegracionem.“

Item quod cum notarius Nicolaus de Alatro sit civis dilectus et incola dicte Civitatis, ad quem Commune et homines singulariter afficiuntur propter ipsius merita bonitatis, petunt, ut ipsum dignetur dominus noster recipere in recommissum, et quod fratribus suis Meo et Iohanni restituantur omnia bona ipsorum stabilia et mobilia, si qua reperiantur, que habent in Civitatibus Alatrina et Verularum, cum fructibus, iuribus et pertinenciis eorum. „Remaneat in pectore domini L. Cardinalis de Flisco Vicarii etc.“

Item petunt, quod cum vir nobilis Antonius Nicolai domine Donicze civis eorum fuerit, et sit in plena possessione tenute domorum et possessionum quondam Maximi de Alatro ex concessione sibi facta, quod dignentur prefati domini manutenere ipsum in dicta possessione, non obstantibus quibuscunque. „Non est iustum.“

Item petunt concedi per dominum nostrum ad peticionem dicti Communis sex dignitates Episcopales et Abbatiales, necnon et alios congruos honores in Curia ipsius domini nostri pro civibus Civitatis eiusdem, quos dictum Commune duxerit nominandos. „Remaneat in Sanctitate dñi nostri.“

Item petunt concedi in ecclesia Anagnina, videlicet in festo beati Magni martiris indulgenciam et remissionem omnium peccatorum, que habeat vim remissionis Anni Iubilei, et duret a die festivitatis ipsius usque ad octavam eius. „Fiat de indulgencia sancte Marie de Angelis ad decennium.“

Item quod processus facti contra Magistrum Venturam Iudeum medicum de Alatro phisicum tam propter recessum a dicta Civitate, quam ex alia causa quacunque annullentur et viribus penitus evacuentur. „Fiat ut petitur.“

Item quod Castrum Acuti, quod est speciale membrum Civitatis Anagnine, concurrat in presenti obediencia et gaudeat omnibus remissionibus generalibus et specialibus, quemadmodum dicta Civitas Anagnina, ita quod nulla racione vel causa aliquod dici possit vel debeat contra Universitatem et homines dicti Castri occasione dicti criminis vel delicti, quod per ipsum Castrum vel singulares personas toto predicto tempore diceretur quomodolibet perpetratum, nichilominus privilegia dicti Castri acceptentur et confirmentur. „Fiat ut petitur, facta obediencia.“

Item quod cum universaliter cives Anagnini ad personam viri magnifici Iordani de Columna habeant confidenciam singularem, attenta ipsius generis claritate, petunt cum instancia pro contemplacione dicte Civitatis eundem Iordanum in Capitaneum et Gubernatorem dicte Civitatis pro uno anno proxime futuro: cui provideatur pro defensione et tutela dicte Civitatis de lanceis Quinquaginta, vel aliter iuxta beneplacitum dicti domini nostri pape. „Declaratum est.“

Item petunt pro observacione omnium bonorum (quod) viri magnifici Adinulphus et Ildebrandinus de Comite, Iordanus de Columna, Theobaldus de Aniballis et Paulus de Ursinis, necnon Communitates Ferentinas, Alatrina et Verularum promittant et se obligent, solempni stipulacione interveniente, se facturos et curaturos, quod dictus dñus noster omnia capitula et quodlibet ipsorum effectualiter observabit et adimplebit, et si quod absit, defecerit, predicti magnifici et nobiles ac Communitates faciant taliter, quod dominus noster dicta Capitula protinus adimplebit. „Non esset honor dño nostro, nec representantibus suam Sanctitatem.“

Item Alocouri homines de Ferentino, de Castris Porciano et Anthiculo, exititii de dictis terris habitantes in Civitate Anagnina, reducantur ad eorum domicilia et natale solum, et restituantur ad honores, dignitates et bona eorum cum fructibus, iuribus et redditibus universis. „Remaneant in pectore domini Cardinalis supradicti.“

Item quod omnes cives Anagnini obligati occasione fideiussionis facte ad peticionem Comitis Fundorum nobili viro Antonio Primici de Terraceno, nempe vendicionis facte per ipsum Antonium dicto Comiti de parte castri Sepranensis, cuius erat ipse Antonius dñus et possessor, non possint nec debeant dicte fideiussionis quomodolibet molestari. „Fiat quod iuris est.“

Item quod debitis contractis tempore pacis et credenciis factis per cives Anagninos in aliis terris ecclesie fiat eis plena et expedita iusticia per officiales dictarum terrarum. „Fiat.“

Item quod dictus dominus noster per suam plenam et autenticam bullam cum insercione presencium capitulorum ipsorum observanciam promittat, acceptet et confirmet. „Dñi nři Sanctitas acceptabit acceptata.“

Item petunt, quod de omnibus fructibus, quos viri nobiles Nicolaus de Zau...to et Iohannes eius frater receperunt, et habuerunt de fructibus et domibus de Stancardis, absolvantur et liberentur. „Fiet ut petitur.“

Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, communicionis, supplecionis, voluntatis et constitucionis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum IV. Non. Maii, Pontificatus nostri anno decimo.

LII.

Ioanni Ceccharelli domicello Setino eiusque haeredibus castrum Cisternae et roccham et quasdam alias possessiones pontifex remunerationis causa concedit et confirmat.

Reg. Tom. V. fol. 195.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Iohanni Cecharelli domicello de Setia Terracenensis diocesis, salutem etc. Sincere devocionis

affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, grataque et accepta obsequia per te nobis et eidem ecclesie, et maxime nuper in recuperacione terre Setie provincie nostre Maritime impensa, et que solicitis studiis impendere non desistis, merito nos inducunt, ut non solum personam tuam, verum eciam posteros tuos apostolicis graciis et favoribus prosequamur. Horum igitur consideracione inducti Castrum et Roccham Cisterne dudum, ut asseris, per te emptum a quondam Iordano milite de Ursinis, et post reductionem tuam ad nostram et prefate ecclesie fidelitatem et obedienciam per bostes nostros et prefate ecclesie de tuis manibus ereptum, ac per iniquitatis filium Honoratum Caietanum olim Comitem Fundorum detinetur presencialiter occupatum, necnon dimidiam cuiusdam alterius Rocche prope dictam Roccham Cisterne situate, ad iniquitatis alumnum Nofrium de Frangepanibus adherentem prefati Honorati olim pertinentis, ac eciam tenimentorum Castriveteris, quod olim ad ipsum Nofrium pertinebat, ac eciam quasdam domos et vineas in Territorio Castri Mareni, que olim fuerunt prefati quondam Iordani de Ursinis, et per ipsum, ut asseris, tibi venditas, cum omnibus et singulis vassallis, terris, possessionibus, iuribus, iurisdictionibus et pertinenciis suis, que omnia hic per quantitates, qualitates, loca, vocabula, confines ac valores haberi volumus pro sufficienter expressis et declaratis, prout in totum seu pro parte ad nos et Romanam ecclesiam ac Cameram apostolicam de iure pertinent atque spectant quocumque modo, causa vel forma, sive confiscata aut alias devoluta fuerint ex quocunque facto vel persona, omnes et singulas donaciones, concessiones ac mandata de donando vel concedendo sub quacuoque forma vel conceptione verborum sub presentis, seu cuiusvis alterius diei data alii seu aliis forsan per nos aut auctoritate nostra facta, eciam si de eis hic esset de verbo ad verbum specialis mencio facienda, ex certa sciencia revocantes, easque decernentes nullius esse roboris vel momenti, constitucionibus apostolicis et aliis contrariis nequaquam obstantibus, tibi pro te ac tuis heredibus et successoribus imperpetuum auctoritate apostolica concedimus per presentes, ita quod liceat tibi et dictis heredibus Castri et Rocche Cisterne, et dimidie alterius Rocche, et tenimenti Castriveteris, domorum, vinearum, vassallagii, terrarum, possessionum, iurium, iurisdictionum ac pertinenciarum predictorum, et cuiuslibet ipsorum possessionem auctoritate propria libere, alicuius licencia vel consensu minime requisitis, apprehendere et licite retinere, mandantes nichilominus universis et singulis incolis et habitatoribus, vassallis Castrorum, Roccharum ac tenimenti predictorum, et omnibus aliis, ad quos id pertinet, ut te et dictos heredes ad Castra, Rocchas, tenimentum cum fortaliciis, iuribus et pertinenciis supradictis eorumque omnium possessionem libere recipiant et admittant, tibique ac mandatis tuis et dictorum heredum tamquam eorum veris et utilibus dominis plene et in omnibus pareant et obediant cum effectu, sicut nobis et aliis Romanis Pontificibus predecessoribus nris obedire consueverant et debuerunt. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore a fidelitate et obediencia nostris et prefate ecclesie, et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrancium te subtraxeris, aut ipsi heredes et successores se subtraxerint, presens donacio et concessio nullius existat roboris vel momenti. Ceterum huiusmodi concessioni adiicimus per presentes, quod antequam predictorum possessionem capias, in manibus Venerabilis fratris Conradi Archiepiscopi Nicosiensis, Camerarii nostri, fidelitatis prestare debeas in forma debita iuramentum. Nulli ergo etc. nostre revocacionis, silencii imposicionis, donacionis, concessionis, mandati, voluntatis et adiectionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum x. Kal. Iulii, Pontificatus nostri anno decimo.

LIII.

Petrus Passarellus castri Mareni Albanensis dioecesis capitaneus constituitur. *Reg. Tom. V. fol. 251.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Petro Passarello militi Neapolitano, Castri nostri Mareni Albanensis diocesis ad nos et Romanam ecclesiam pertinentis pro nobis et dicta ecclesia Capitaneo et Castellano, salutem etc. Dum sincere devocionis et probate fidei plenitudinem, quam ad nos et Romanam ecclesiam per laudabilem evidenciam operum gerere comprobaris, ac grandium virtutum dona, quibus personam tuam ab experto percepimus insignitam, diligenter attendimus, inducimur non immerito, ut tuis honeris pro ecclesie Romane honore adiiciamus solicitudines et labores, tuamque personam multiplicibus honoribus prosequamur. Premisso igitur moti pariter et inducti, te Castri nostri Mareni Albanensis diocesis ad nos et predictam ecclesiam pertinentis, ac ipsius Castri pertinenciarum Capitaneum et Castellanum cum plena meri et mixti imperii ac gladii potestate, necnon cum salario, familia, honoribus et oneribus, ac aliis contentis in pactis et capitulis inter Venerabilem fratrem nostrum Conradum Archiepiscopum Nicosiensem, Camerarium nostrum, nostro et dicte ecclesie nomine ex una, et te ex alia parte nuper initis ac eciam celebratis, usque ad nostrum beneplacitum auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi dictum Capitaneatus et Castellanatus officium gerendi et exercendi, et unicuique petenti iusticiam ministrandi, ac contra quoscunque in dicto Castro quomodolibet delinquentes iuxta iuris debitum procedendi, et eos tam civiliter quam

criminaliter, et tam realiter quam personaliter, prout culpe qualitatem et facti circumstancias exigere putaveris, puniendi, corrigendi, mulctandi, condempnandi et absolvendi, necnon omnia alia et singula in dicto Castro faciendi, ordinandi et statuendi, que pro bonere et statu nostro in premissis necessaria cognoveris, seu quomodolibet oportuna, plenam et liberam concedentes harum serie facultatem, ac mandantes dilectis filiis incolis et habitatoribus dicti Castri, ut tibi in hiis, que ad huiusmodi Capitaneatus et Castellanatus officium quomodolibet pertinent, fideliter pareant et intendant. Nos enim sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Tu igitur sic in premissis te habere studeas fideliter, solicite et prodenter, quod exinde sperati fructus proveniant, tuque propterea apud nos et sedem apostolicam de solicitudine et prudencia tuis valeas non immerito commendari. Volumus autem, quod antequam predictum Capitaneatus et Castellanatus officium incipias exercere, de illo fideliter exequendo in manibus dicti Conradi Archiepiscopi prestes in forma solita iuramentum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Nonis Septembris, Pontificatus nostri anno decimo.

LIV.

Capitula treugae unius anni inter Romanam ecclesiam et Ioannem Sciarrae de Vico Praefectum Urbis initae.
Reg. Tom. V. fol. 256.

Universis et singulis presentes litteras inspecturis Conradus miseracione divina Archiepiscopus Nicosiensis, dñi pape Camerarius, Salutem in dño. Universitati vestre notum facimus per presentes. Hac presenti die sub spe pacis inter nos vice et nomine Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii divina providencia pape noni, et Romane ecclesie, et pro provinciis, Civitatibus Terris, Castris, locis, incolis, habitatoribus, subditis, suppositis, recommendatis, adherentibus, fautoribus, sequacibus, officialibus stipendiariis prefati domini nři et ecclesie, et pro aliis in infrascriptis Capitulis per nos in specie nominatis ex una, et prudentem virum Ser Iutium Hugolini de Tuscanella procuratorem Magnifici dñi Iohannis Sciarre de Vico alme Urbis Prefecti, prout de eius mandato constat publico documento scripto manu Erasmi magistri Ricciardi de Fabrica in Roccha Vetralle die xii. presentis mensis Octobris, a me notario infrascripto viso et lecto, vice et nomine dicti Iohannis Sciarre, et pro Civitatibus, Terris, Castris, locis, incolis, habitatoribus, subditis, suppositis, recommendatis, adherentibus, fautoribus, sequacibus, officialibus stipendiariis ipsius, et pro aliis in specie per ipsum procuratorem nominatis in dictis infrascriptis Capitulis denotatis agentis ex altera partibus Treugam in dei nomine pro tranquillitate perpetuo fuisse firmatam, et conclusam in infra sub et cum Capitulis, pactis, convencionibus, modis, condicionibus, penarum adiectionibus, ac pro tempore infrascripto auctore domino inviolabiliter duraturam. Quorum Capitulorum tenor est, qui sequitur, videlicet:

In nomine domini, Amen. Infrascripta sunt Capitula Treuge facta, inita, iurata et firmata inter Revmum in Christo patrem et dominum, dominum Conradum miseracione divina Archiepiscopum Nicosiensem, dñi pape Camerarium, agentem vice et nomine Romane ecclesie ac Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Bonifacii divina prov. pape noni ex una parte, et Magnificum dominum Iohannem Sciarram de Vico alme Urbis Prefectum ex alia, pro eo et Civitatibus, terris, castris, villis, oppidis et fortiliciis, que tenet, ac incolis, habitatoribus aliisque adherentibus, Baronibus, dominis atque nobilibus, familiaribus, sequacibus, stipendiaris, armorum gentibus, saccardis suis.

In primis, quod ipsa Treuga duret et durare debeat usque ad festum Nativitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futurum, ac exinde ad unum annum ex tunc immediate secuturum, et ut sequitur, finiendam a die presentis firmate Treuge.

Item quod ipsi domini solemniter hinc inde promittant pro se, Civitatibus et terris et locis ipsorum, et eorum potestati et iurisdictioni subiectis, subditis et vassallis, quod durante dicta treuga partes ipse adinvicem se non offendent, nna videlicet alteram et altera alteram in personis, nec in rebus, neo in mari, nec in terra, neo per se, nec per alios, neo offendentibus subvenient publice vel occulte, ita quod ipsa treuga durante quelibet ipsarum partium ab altera servetur illesa.

Item ipsi domini ut supra promittant hincinde non receptare, nec receptari facere, vel eciam assecurare vel pati quomodolibet offendentes vel ledentes, aut offendere vel ledere procurantes in personis et bonis, rebus et animalibus quibuscumque hincinde, neque dabunt vel prestabunt, aut dari vel prestari facient quomodolibet publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem in eorum terris, civitatibus, castris, fortilliciis et territoriis quibuscumque terrestribus vel marinis, in portubus sive extra, nec receptabunt, nec receptari facient seu receptari quomodolibet procurabunt per se vel alium seu alios cursales, piratas, invasores seu adversarios aut Cathalanos, qui mare possent in vicina loca et aditus amicorum naviganeium impedire.

Item quod toto tempore presentis Treuge durante ipsi domini vice mutua ac terre, subdicti et vassalli, adherentes et sequaces ipsorum se tractent, gerant ac reputent adinvicem et vicissim in omnibus et per omnia, ac si tempus vere pacis et firmissime securitatis adesset.

Item qnod ipsa Trenga durante si contingat aliqua navigia per mare, vel gentem armigeram per terram transire, vel venire ad partes sobiectas vel subditas alteri dominorum ipsorum in offensionem alterius, sen eius territorii vel hominum ipsius realem vel personalem, quod quamcicius fieri potest, notificabitur per dñum ipsum seo eius officiales vel homines, per cuius partes transire et venire contigerit, alteri in cuius offensionem accederent, qnibus venientibus in offensionem predictam per ipsos dominos, nec alterum corumdem, et eorum homines, adherentes, complices et subditos non prebeatur receptaculnm, nutrimentum, aliquod consilium, adiutorinm, nec favor per se vel alios publice vel occulte.

Item quod hincinde quicumqne et nndecumqne pedites vel eqnestres Romam, sen ad Romanam Curiam occedentes, sen exinde discedentes possint transire, morari, ire et redire tute secure per stratas pnblicas, tenimenta et territoria ipsarum partium absque offensione aliqua reali et personali cum rebus et mercimoniis quiboscumque.

Item promittunt partes ipse nna alteri et altera alteri se invicem solemniter obligando, qnod dicta treuga inter eos promissa, firmuta et facta toto tempore predicto firmiter et inviolobiliter observabitur: ita quod nulla occasione vel causa, nullo ingenio vel arte qualibet directe vel indirecte, pnblice vel occulte pro se, vel ad cuinscumqne vel qualiscnmque persone requisicionem sive colligati cuiuscumqne, et quocumque causa instanciam quamlibet et requisicionem, sive per cuiuscumque subditi vel extranei pravum conatom vel quaulibet snb qnocumqoe colore mobicionem violetur vel infringatur.

Item in Capitulis supraseriptis et in dicta intelligantur Treuga, et intelligi debeant officiales familiaree stipendiarii ntriusque partis, donec erunt ad servicia, stipendia seu provisionem alicuius ex predictis dominis tam presentis quam futuris, qui durante tempore dicte Treuge ad prefatorum dominorum vel alicuius eorum stipendia, servicia seu provisiones militant de presenti, et militabunt quomodolibet in futurum.

Item promittunt adinvicem dicte partes, mutua promissione interveniente, qnod vigore alicuius lige vel confederacionis, quam nna pars haberet contra aliam, nulla hincinde fiet, aut fieri permittatur, vel quomodolibet cousentiatur iniuria, noxia, novitas vel offensa realis vel personalis durante tempore dicte treuge, aut aliquod operetur contra aliquam ex promissionibus supra et infrascriptis.

Item promittit dictus procurator nomine qoo snpra dicti Iohannis Sciarre predictam treugam pro tempore supradicto nullo quesito colore rumpere, nec contra predicta quovis modo venire quocumque iussu, requisicione vel mandato cuiuscumque persone temporalis vel spiritnalis, cuiuscumque status, dignitatis, ordinis, condicionis vel preheminencie existeret, nec eciam aliquem nnncium vel familiarem Antipape aut Anticardinalium, vel alterius eorum viva voce vel per litteras, nec eos in snis terris receptare quantum bona fide in eo erit, sed predicta omnia et singula durante tempore dicte treuge observare, et observari facere pure, inviolubiliter et illeso ad penam et sob penu perpetue infamie, prodicionis et fidei violate: et pro maiori cautela omniom premissorum ipse Intius procurator in animam ipsius Iohannis Sciarre constituentis, tactis sacrosanctis scripturis, de predictis omnibus observandis et inviolabiliter adimplendis prestitit corporaliter inramentum, promittens infra quindecim dies presentare presencia Capitula subscripta manu dicti Iohonnis Sciarre, et sui Iohannis Sciarre et maioris sigilli impressione mnnita.

Item qnod predicta et infrascripta omnia et singulu debeant inviolabiliter a dictis partibus et qualibet ipsarnm in omnibus et quo ad omnia observari sub pena Centum millinm florenorum auri in singulis Capitulis prefate treuge, in quibus quomodolibet contrafieret, committendorum, applieandorum et solvendorum eo ipso parti observanti per partem inobservantem, seu contrafacientem in aliquo sopra aut infra contentorum.

Item promittit dictus dñus Camerarius nomine qno supra, quod Nobiles viri Anselmus de Bolimarcio, Fuczolus de Roccha Uctza et Iohannes Laurencius de Montecalvello, et qnilibet ipsorum ratam et gratam hubebunt dictam Trengam, et dicto durante tempore effectualiter observabunt.

Item dicte partes concorditer inter se et invicem et vicissim convenerunt et firmarunt, quod quelibet dictarum partium teneatur suos adherentes declarare infra quindecim dies, nunc a die presentis firmate treuge computandos.

In quorum testimonium etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum snb anno domini Millesimo trecentosimo nonagesimo nono, Indictione vii. die xx. mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et dñi nři dñi Bonifacii divina providencia pape noni anno decimo.

Acta sunt hec Rome in Thesauraria apostolice Camere, presentibus Reverendis in Christo patribus dñis Augustino Perusino, Guillelmo Anconitano Episcopis, domini nostri pape Thesaurariis, et magnificis viris Buffalo de Cancellariis, Laurencio Stagla, et Matheo Nicolai Iohannis Stephani Conservatoribus Camere alme Urbis, et Venerabilibus viris dñis Baylardino de Verona, Thomasio de Pierleonibus et Sabba de Muscianis Apostolice Camere Clericis, testibus ad premisso vocatis specialiter et rogatis. Ego Nicolaus de Imola apostolice Camere notarius rogatus de premissis ad fidem me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Ego Iohannes de Vico dei gracia Prefectus alme Urbis ad fidem omnium premissorum propria me manu subscripsi, meoque sigillo iussi predicta Capitula sigillari.

LV.

Quibusdam castris Tiburtinae dioecesis incolis opibusque deficientibus dimidium gabellae salis et focatici remittitur. *Reg. Tom. V. fol. 346.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iacobo de Ursinis Comiti Talliacocii, sal. etc. Sincere devocionis affectus, constancia fidei inconcusse, quibus erga nos et Romanam ecclesiam hactenus laudabiliter claruisti, et adhuc de bono in melius clarere nosceris, merito nos inducunt, ut peticiones tuas, quantum cum deo possumus, ad exaudicienis graciam favorabiliter admittamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte tua peticio continebat, quod Terre ac Castra Vicovarii, Sancti Pauli, Bordelle, Scarpe, Porcilis ac Petescie Tiburtine diocesis, quas regis et gubernas, que olim consueverint esse focularibus ac gentibus populosa, adeo prepter guerrarum turbines ac pestilencias mortiferas sunt focularioram et habitancium numero diminuta, et incole ac habitatores in eis ad tam exilem deducti sunt pauperiem, quod ad solucionem oneris seu gabelle salis et focatici eis impositi et taxati, que Camere alme Urbis solvere tenebantur annuatim, eorum non sufficiunt facultates quoquomodo. Quare pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut onus ac gabellam salis et focatici huiusmodi reducere et diminuere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, qui nostri et Romane ecclesie devoti filii paupertati more pii patris compatimur, huiusmodi supplicacienibus inclinati, onus et gabellam salis et focatici predicta auctoritate apostolica ac pleni dominii quo fungimur prefate Urbis tenore presencium ad dimidiam diminuimus, reducimus et taxamus de gracia speciali, teque et dilectos filios, Universitates et singulares personas dictarum terrarum et castrorum ad solucionem dimidie quantitatis oneris ac gabelle predictorum, dumtaxat pro huiusmodi onere ac gabella deinceps perpetuis futuris temporibus teneri volumus, et non ultra, teque ac Universitates et singulares personas huiusmodi ab ulteriori solucione occasione oneris ac gabelle prefatorum eadem auctoritate perpetue eximimus et eciam liberamus, districtius inhibentes dilectis filiis Senatori Urbis, Conservatoribus ac Camerarie Camere predictorum, ac quibuscunque aliis Rectoribus, Thesaurariis et aliis officialibus Romane ecclesie et Urbis prefatarum pro tempore deputatis, presentibus et futuris, ne te ac Universitates et singulares personas Terrarum predictorum occasione oneris ac gabelle huiusmodi, preterquam in dicta dimidia, quam hic haberi volumus pro sufficienter expressa, dumtaxat ullo unquam tempore per se vel alium seu alios molestare aut inquietare quoquomodo presumant. Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo omnino etc. nostre diminucionis, reductionis, exemptionis, liberacionis, inhibicionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. Siquis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum xv. Kal. Aprilis, Puntificatus nostri anno undecimo.

LVI.

Bartholomaeo Carraffae senatori Urbis, ut cum quibusdam nobilibus condemnatis compositionem facere possit. *Reg. Tom. VI. fol. 44.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Bartholomeo Carrafe, Priori hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani de Urbe, eiusdem Urbis Senatori, salutem etc. Cum te in alma Urbe Senatorem pro tempore, ac cum officio, modis et condicionibus in aliis nris litteris superinde confectis plenius denotatis duxerimus deputandi, et volentes, ut quo maiori fueris potestate munitus, eo status nostri et ecclesie Romane, ac dilectorum filiorum populi Romani suscipere valeat, auctore domino, peramplius felicia incrementa, discrecioni tue, de qua in hiis et aliis plenam in altissimo fiduciam obtinemus, hac vice dumtaxat componendi cum quibuscumque fideiussoribus dudum datis et prestitis in Curia dilecti filii Nobilis viri Malateste de Malatestis domicelli Ariminensis, tunc prefate Urbis Senatoris, per iniquitatis alumnos Petrum Mathencii de sancti Eustachii et Thomam Martellucii de Campomartis Regionibus de Urbe, tunc per dictum Malatestam Senatorem eorum culpis et de neritis exigentibus relegatos, qui eis assignata confinia ropperunt, ac eciam cum quibuscumque criminosis, qui contra statum bonum, pacificum, tranquillum nrum, ecclesie et Romani populi predictorum cum iniquitatis filiu Nicolao de Columpna, ceterisque suis complicibus et fautoribus de presenti anno usque in presentem diem conspiraverunt, et Nicolao et aliis supradictis dederunt auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte per se vel alios quovismodo, quorum omnium tam fideiussorum quam facinerosorum predictorum nomina, cognomina culparum, criminum, excessuum et delictorum, sive de ipsis sit cognitum vel non, per ipsos vel eorum aliquem quomodolibet commissorum, eciam si lese maiestatis crimina saperent, ac obligaciones dictorum fideiussorum et qualitates ac species hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, et supra bannis, processibus et condempnacionibus ac penis et mulctis contra eos, vel eorum aliquem premissorum vel alicuius eorum occasione, seu dependencium vel connexarum a iure vel ab homine usque in presentem diem factis, illatis vel inflictis, quantum

videlicet concernant publicum interesse tam nram ac Romane ecclesie Cameras apostolicam quam alias Urbis predicte, prout discrecioni tue videbitur, ut bannis, processibus et condempnacionibus huiusmodi non obstantibus, possint libere ad propria redire, et ad quevis officia publica et privata, honores et privilegia admitti sicut prius, necnon banna, processus, condempnaciones et sentencias huiusmodi, postquam Camere prefate Urbis persone ille, cum quibus composicionem feceris, effectualiter totum illud, de quo composicio facta fuerit, persolverint, de quibuscumque libris, registris ac quaternis, in quibus descripta forent, tollendi, cancellandi et annullandi, et eb hiis, de quibus non esset cognitum, absolvendi et liberandi, ac personas tam fideiussores quam criminosas superius denotatas in integrum restituendi, ac omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eas premissorum occasione contractam abolendi, Constitucionibus apostolicis ac legibus Imperialibus et statutis prefate Urbis, ac obligacionibus dictorum fideiussorum et aliis contrariis nequaquam obstantibus, ac de solutis in dicta Camera quitandi et absolvendi, et quitari et absolvi mandandi plenam et liberam auctoritate apostolica, et pleni dominii quo fungimur prefate Urbis tenore presencium concedimus potestatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum IV. Kal. Maii, Pont. nostri anno undecimo.

LVII.

Processus Bonifacii PP. IX. contra Columnenses.
Reg. Tom. VI. fol. 68.

Bonifacius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Regnans in excelsis triumphans ecclesia, cui pater est pastor eternus, cui sanctorum ministrant agimina et laudum gloriam angelorum chori decantant, in terris sibi Vicariam constituit ecclesiam militantem Unigenito filio dei vivi, domino nostro Ihesu Christo ineffabili commercio copulatam. Ad cuius quidem ecclesie regimen voluit Christi clemencia Romanum Pontificem vice sui deputare ministrum, qui inter cetera ex commissi celitus sibi cura regiminis apostolici culminis, dum iustorum et delinquencium merita digna censura iudicii pertractantur, iustis per retribucionis semitam ad glorie titulum, eb errore quoque tenebris revocatis sue sinum misericordie cum humilitate et contricione petentibus per veniam ad misericordiam, graciam, delinquentibus vero, qui in sentinam malorum omnium descendentes, contemptis salutaribus monitis ac preceptis, viam perfidie et obstinate pertinacie dampnabiliter sunt secuti, et iusticie regulam abdicarunt, nisi convertantur et vivant, per penam ad dampnacionem perpetuam responderet. Nos itaque, superna disponente clemencia, constituti in suprema prefate militantis ecclesie stacione, cui divine sapiencie inscrutabilis altitudo consilii disposicione incommutabili precipuum super terre latitudinem contulit magistratum, iam pridem in nostre consideracionis speculam extollentes, quod licet olim felicis recordacionis Bonifacius papa VIII. predecessor noster infructuosos palmites pestiferos et nocivos, quos tunc quasi ficus fatua domus de Columpna de Preneste nuncupata produxerat, curavisset, quantum fuit in eo, succidere, tamen nuper, quod non sine gravi cordis amaritudine recensemus, uno ferme revoluto Centesimo, infra quem Centesimum ut predecessorum iniquitatis alumpnorum Iohannis et Nicolai de Columpna de Preneste nuncupatorum contra felicis recordacionis predecessores nostros Romanos Pontifices ac Romanam ecclesiam, necnon almam Urbem enormia et detestanda per eos patrata scelera taciturnitate silencii mundo tamen notoria transeamus: nostris tamen ac modernis temporibus prefati Iohannes et Nicolaus non unquam conspiracionibus guerrarum, plerumque turbinibus eciam usque ad hostilem ingressum, iam effluxit quinquennium, in ipsam Urbem in nostrum et sedis apostolice contemptum ac perturbacionem tranquillitatis pacifice dicte Urbis dampnabiliter factum, perversis conatibus affligere tam ipsam ecclesiam, quam dilectos filios Romanum populum et subditos eorumdem, ac cum perdicionis alumpno Petro de Luna, olim s. Marie in Cosmedin diacono Cardinali, tunc et nunc Antipapa, qui se ausu sacrilego Benedictum XIII. nominare presumpsit, prout eciam presumit ad presens, ac cum quodam viro iniquissimo dampnate memorie Honorato Gaytano olim Fundorum Comite, et nonnullis aliis scismaticis contra prefatam Romanam ecclesiam tractatus et conspiraciones dampnabiliter ordinare ac firmare, et quantum in eis fuit, adimplere minime destiterunt, domus ipsa denuo pullulavit. Nam sicut est prohdolor manifestum, prefatus iniquitatis alumpnus Nicolaus de Columpna, qui de Preneste vulgariter appellatur, cum favore et opere Iohannis de Columpna germani sui predicti, associatis sibi quibusdam aliis Romanis civibus suis in hac parte complicibus, hiis ferme diebus, cum de ipsis tamquam de filiis, quos sincere caritatis brachiis complectebamur, amplis clarisque prosequebamur honoribus, plenam fiduciam haberemus, usque adeo ut, dum de diversis partibus atque fidelibus ante novitatem execrabilem per ipsos in prefata Urbe contra nos, Romanam ecclesiam ac Romanum populum supradictos de presenti anno et mense Ianuarii proxime preteriti iniquissime attemptatam nobis fuisset veredice nunciatum, huiusmodi novitatem et subversionem status pacifici nri et ecclesie atque Urbis predictorum proculdubio emersuram, id minime vereremur, cum vigore federum inter Venerabilem fratrem Conradum Archiepum Nicosiensem, Camerarium nostrum, nro et ecclesie prefate nomine ex una, et dilectum

filium Angelum quondam Iohannis de Urbevetere Scribam, Secretarium ac procuratorem dicti Nicolai, eiusdem Nicolai et dicti Iohannis eius germani nomine agentis et de rato promittentis ad hec specialiter constitutum ex altera partibus, in anno nativitatis dominice Millesimo trecentesimo nonagesimo septimo, Indictione quinta, die decimaseptima mensis Iunii predicti anni, Pontificatus vero nostri anno octavo, Rome celebratorum inter cetera pacta et capitula in dictis contenta federibus per dictum eorum procuratorem solempniter et in substancia promisissent dicto Camerario dicto nomine recipienti, quod ipsi Iohannes et Niculaus essent obedientes, fedeles et devoti nobis et prefati ecclesie, et qood ipsi aut eorum gentes et vasalli nen offenderent neque offendi permitterent, aut offendentibus darent auxilium, consilium vel favorem aut receptaculum seu victualia contra Romanam ecclesiam, nos aut dilectos filios nobiles viros germanos nostros et terras ecclesie, seu Cortesanos et alios venientes ad dictam Urbem seu ad locum, ubi cum Curia nostra residenciam faceremus, ac eciam si ipsi vel eorum alter sciret aliquod damnum sive preiudicium contra nos et statum nostrum et prefate ecclesie quomodolibet attemptari, id pura fide ac sceleriter nobis reserare curarent, necnon quod durante Triennio eciam nondum elapso, a dicta die computando, ipsi Iohannes et Nicolaus aut eorum alter non facerent ligam, aut confederacionem cum aliquo domino spirituali vel temporali, Universitate vel loco, seu aliud pactum, quod esset seu esse posset contra statum nostrum et ecclesie prelibate, et insuper premissis et nonnullis aliis firmatis et conventis inter Camerariom et procuratorem predictos dictis nominibus, et sigillorum Nicolai et Iohannis predictorum muniminibus roboratis, nomine (sic) inviolabiliter observandis et fideliter adimplendis, idem procurator quo supra nomine prestitisset in forma debita iuramentum: et propterea et per asserta per dictum Nicolaum, dum presenti anno in albis vestibus eum nonnullis aliis ad nostram venisset presenciam, ut de veris filiis in domino gerentes fiduciam pleniorem ad prefatum Nicolaum, primo (misimus) Vener. fratrem nostrum Bartholomeum Epum Piligmatuanensem administratorem ecclesie Penestrine, ac honoris et status prefati Nicolai et suorum paterno zelo ferventissimum procuratorem, et deinde cum cumularentur de novitate certissima multiplices relaciones, unacum dicto Epo dilectos filios nobiles viros Aloisiom Caracsolum militem Neapolitanum, Bufalum de Cancelleriis et Paulum Staci domicellos Romanos parte nostra explicaturos eidem Nicolao, (a) nobis tamen minime credita, que de diversis partibus senseramus, ut de intencione sua, quam cunctis respectibus putabamus sincerissimam et fidelem, mentem nostram paternis affectibus ad statum et honorem suum dispositam certissime cercioraret, qui redeuntes ab eo nobis complissime retulerunt ex assercione eiusdem prefatum Nicolaum ferventi devocione dispositum usque ad extremum vite sue spacium nullis parcendo periculis, laboribus vel dispendiis suis aut suorum in nostra, ecclesie ac Romani populi predictorum fidelitate, obediencia et devocione persistere, ac pro statu nostro et eiusdem ecclesie exponere indesinentibus studiis ac totis viribus se et sua. Tandem idem Nicolaus viperine fraudis communitus, dictique pestiferi Romani cives eius in hac parte complices fidem eorum in sceleratissimam vertentes perfidiam, nocturno tempore cum non parva equitum et peditum comitiva tamquam factiosi et perturbatores status boni, pacifici et tranquilli pacifice Urbis et partium vicinarum Urbi, ipsam Urbem, in qua tunc cum nostra Curia residebamus, prout eciam residemus, intrarunt et arcem Capitolii et locum fratrum Minorum de Araceli temerariis atque sacriligis ausibus obsiderunt, usum et dicte Urbis statum subvertere, aliaque detestanda eciam in personam nostram perpetrare, que propter honestatem summi apostolatus duximus involvenda silencio, perversis et nephandis conatibus molientes: sed illo, a quo bona cuncta proveniunt, faciente, prefati sacrilegi conspicientes eorum esse temeraria molimina manifesta, cum ingenti eorum confusione, nemine prosequente, fugierunt, nonnullis ex eis, qui tam celeriter fuge remedio se committere nequierunt, captivatis, et prout illorum presumptuosa temeritas meruerat, ultimo supplicio condempnatis.

Hoc autem reticere non possumus nec debemus, quod dictus Iohannes, dum ad nostra et prefate ecclesie stipendia militaret, quondam Symonem Ceccholi de Perusio, virum utique nobis et dicte ecclesie fidelissimum, cum ad nostram presenciam per nos vocatus unacum dilecto filio Iohanne eius nato venisset, ac deinde Perusium se transferret, ac dilectum filium Nicolaum de Imola familiarem nostrum proditorie captivavit, ipsosque tamdiu detinuit carceribus mancipatos, donec iidem Symon et Nicolaus se pro non exigua quantitate pecunie redemerunt: et deinde prefatum Episcopum administratorem dicte ecclesie Penestrine, ut eundem Nicolaum ab erroribus revocaret, paterna confidencia ad ipsum accedentem in contemptum pontificalis dignitatis dampnabiliter captivavit, et adhuc detinet captivatum. Nos autem paterne solicitudinis gravitate erga filios oberrantes patris officium diligenter exequi cupientes, ac pro illis consilium capientes diu expectavimus, ut ipsi ab huiusmodi resipiscentes erroribus, et saniori usi consilio ad nostram et dicte ecclesie eorum matris et dñe reverti obedienciam niterentur: ipsi vero descendentes in profundum malorum intelligere noluerunt bene agere, sed mala malis divino timore postposito cumulantes, extunc non desierunt contra nos et

ecclesiam ac Romanum populum predictos, et provinciales Patrimonii beati Petri in Tuscia, Sabine, Ducatus Spoletani, specialis commissionis et alias nostris at ecclesie Romane et Romani populi predictorum, et alios nostros et prefate ecclesie subditos cavalcatas facere, predas abducere, stratas publicas perturbare, peregrinos et alios utriusque sexus de diversis mundi partibus ad Urbem ipsam causa devocionis, et alias ad Romanam Curiam accedentes spoliare, verberibus cedere, diversis tormentis afficere, et alias mala tractare et quamplures ex eis immaniter trucidare presumpserunt hactenus, et adhuc presumere non verentur in dei omnipotentis iniuriam, nostrum et prefate sedis contemptum ecclesiarum, monasteriorum et piorum locorum ac personarum ecclesiasticarum enorme dispendium et preiudicium, et Christifidelium scandalum singulare. Nos igitur attendentes, quod premissa cedebant in detestabilem exempli perniciem, ut est notorium, incurrendo eo ipso in penas et sentencias per processus apostolicos tam felicis recordacionis Iohannis XXII. et Clementis VI. Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum contra perturbantes, occupantes, invadentes aut alios molestantes Almam Urbem eiusque districtum, provincias nostras et ecclesie prefate, videlicet Patrimonii beati Petri in Tuscia, Campanie, Maritime, Ducatus Spoletani, Marchie Anconitane et alias Civitates, terras et loca dicte ecclesie, et alias a iure vel homine in talia perpetrantes inflictas et promulgatas, et non valentes absque gravi offensa superni arbitrii, cuius vices licet immeriti in terra gerimus, talia conniventibus oculis pertransire, tam detestabilem ac deo pariter et mundo execrabilem actionem decrevimus, nisi forsan, quod magis appetebamus, prout appetimus, ad cor reversi suos errores corrigent, puniendum. Et quamvis premissa omnia et singula adeo fuissent, prout sunt, notoria, quod nulla potuissent tergiversacione celari, nosque absque alia informacione iuste potuissemus animadvertere in Nicolaum et Iohannem predictos: attamen ad cautelam et maiorem premissorum certitudinem dilectis filiis nostris Angelo tituli sancti Laurencii in Damaso, Cosmato tituli sancte Crucis in Ierusalem presbiteris, et Landulpho sancti Nicolai in Carcere Tuliano diacono sancte Romane ecclesie Cardinalibus commisimus oraculo vive vocis, ut se de premissis omnibus informarent, et ea, que per huiusmodi informacionem reperirent, nobis in consistorio referre curarent: ipsi Cardinales informacione huiusmodi per eos recepta nobis in consistorio retulerunt, se reperisse omnia et singula premissa fuisse et esse vera, manifesta et eciam notoria. Nos igitur attendentes, quod error, cui non resistitur, approbari videtur, et latum pandit delinquentibus sinum, qui eorum perversis conatibus non resistit, et nequeuntes absque gravi offensa Christi et remorsu consciencie tot et tantos detestabiles excessus et horrendos amplius tollerare, adversus prefatos iniquitatis filios Nicolaum et Iohannem de Columpna, de Preneste nuncupatos, de fratrum nostrorum consilio in virtute altissimi decrevimus insurgendem, et contra ipsos et eorum utrumque super premissis celeriter procedendem, ipsosque Nicolaum et Iohannem, presente fidelium multitudine copiosa huiusmodi citandi modum ex certis causis elegimus, per alias nostras litteras citavimus, ut quarta decima die presentis mensis Maii tunc proxime secuturi, si ea die consistorium esset, alioquin prima die extunc sequenti, qua consistorium publicum et generale per nos teneri contigerit, compareant personaliter coram nobis, ubicumque tunc essemus, visuri et auditari decerni per nos et declarari ipsos fuisse et esse excommunicatos, periuros, scismaticos, apostatas et blasphemos, et contra nos, ecclesiam ac Romanum populum predictos conspiratores, et tamquam hereticos puniendos, et reos criminis lese maiestatis, et eos ac eorum utrumque propter premissa incidisse in penas et sentencias tam a iure quam ab homine in talia perpetrantes inflictas et promulgatas, ipsosque Nicolaum et Iohannem eorumque descendentes et posteros fuisse et esse privatos et depositos, ac per nos fore et esse privandos et deponendos quibuscumque dignitatibus et honoribus, necnon omnibus feudis et bonis, que a dicta Romana et quibuslibet aliis ecclesiis aut Romano Imperio seu Regibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus aut Principibus, vel personis ecclesiasticis seu aliis quomodolibet obtinebant, eorumque et utriusque eorum bona, iura et iurisdictiones fuisse et esse confiscata, ac per nos fore et esse Camere apostolice confiscanda, et propter huiusmodi crimina, excessus et delicta per eos, ut supra prefertur, commissa et alia sepradicta iocidisse in penas et sentencias contentas in processibus supradictis, per quos omnes et singuli occupatores, invasores et turbatores provinciarum ac terrarum huiusmodi seu alicuius ipsarum, ac ipsas occupantibus, invadentibus seu perturbantibus dantes auxilium, consilium vel favorem excommunicacionis sentenciam innodantur, ac privantur omnibus privilegiis, indulgenciis, graciis ac immunitatibus realibus et personalibus per dictam Romanam et quascumque alias ecclesias, Romanum Imperium, Reges, Duces, Marchiones, Comites, Principes et alios supradictos, aut eorum aliquem eisdem quomodocumque concessis; et nichilominus visuri et auditari per nos eisdem Nicolao et Iohanni alias penas infligi, prout nobis visum foret et iusticia suaderet, aperte predicentes eisdem, quod sive venerint sive non, nos in dicto termino ad declaracionem, privacionem et inflictionem huiusmodi, prout iustum foret, procederemus, eorum aut alterius eorum absencia vel contumacia quomodolibet non

obstante. Ceterum volumus et auctoritate apostolica decrevimus, quod huiusmodi citacio perinde valeret et plenum robur obtineret firmitatis, dictosque citatos et eorum utrumque perinde artaret, quacumque Constitucione contraria non obstante, ac si eis nunciata et insinuata presencialiter et personaliter extitisset. Et licet venientes ad Romanam Curiam, morantes in ea et ab illa recedentes plena debeant securitate gaudere, ac in spoliantes, detinentes seu capientes eosdem excommunicacionis et anathematis sentencie sint per processus apostolicos promulgate, ne tamen prefati Nicolaus et Iohannes citati ipsam Curiam, communem omnibus patriam, locum eis minus tutum et propter inimicicias vel ex causis aliis imminere sibi periculum in itinere veniendi ad ipsam Curiam, vel alias ad excusacionem eorumdem velamen forsan allegarent, universos et singulos Patriarchas, Archiepiscopos et Episcopos et alios ecclesiarum et monasteriorum Prelatos et Clericos ac personas ecclesiasticas, nec non Duces, Marchiones, Comites, Principes, Potestates, Capitaneos et quoslibet alios officiales ac magistratus ac eorum locatenentes, nec non Communia Civitatum, Universitates Terrarum, Castrorum, opidorum, villarum et aliorum locorum quorumlibet ubique consistencium tenore earumdem litterarum requisivimus et hortati fuimus, ipsisque Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et aliis Prelatis ceterisque subditis nostris districte precipiendo mandamus, quatenus Nicolao et Iohanni predictis aut eorum alteri in personis, bonis aut rebus eorum in veniendo ad Romanam Curiam vigore citacionis huiusmodi, vel morando in ipsa vel recedendo ab ipsa nullam inferrent iniuriam, noxam vel offensam, vel ab aliis, quantum in eis fuisset, permitterent inferri. Denique ut huiusmodi citacio et processus ad Nicolai et Iohannis et aliorum, quorum interest, noticiam deducerentur, cartas seu membranas citacionem et processum continentes eosdem portis basilice Principis Apostolorum de Urbe predicta, ac palacii nostri apud eandem basilicam siti affigi fecimus, que citacionem eandem quasi suo sonoro preconio et patulo indicio publicarent, ut iidem Nicolaus et Iohannes, quod ad ipsos non pervenisset, vel eandem citacionem ignorassent, nullam possent excusacionem pretendere vel ignoranciam allegare, cum non esset verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicabatur.

Adveniente igitur predicta decima quarta die Maii, videlicet hodierna, nobisque cum dictis fratribus nostris in consistorio publico ac generali consistentibus, apparuit coram nobis dilectus filius magister Iacobus de Subinago procurator fiscalis dicte Romane ecclesie, et predictorum Nicolai et Iohannis citatorum non comparencium contumaciam accusavit, ac petiit ipsos per nos contumaces reputari, ac declarari ipsos in penas et sentencias predictas in ipsis processibus contentas, et alias propter premissa a iure vel ab homine in talia perpetrantes inflictas et quomodolibet promulgatas, seu eciam ordinatas incidisse, ac alies penas per nos infligi et contra ipsos procedi iuxta termini assignacionem, prout nobis videretur et iusticia suaderet. Nos igitur dilectis filiis nostris Raynaldo sancti Viti in Macello diacono, et predicto Landulpho Cardinalibus vive vocis oraculo mandavimus, ut ad portas palacii nostri predicti accederent, et ibi per se et alios publice clamarent et clamari facerent, ut si predicti Nicolaus et Iohannes vel alter eorum, seu alius vel alii pro eis seu eorum altero ibidem existerent, dictum palacium intrarent et ad nostram presenciam venirent: et deinde dicti diaconi Cardinales ad nos redeuntes retulerunt se ad predictas portas accessisse, et ibidem per se et alios clamasse et clamari fecisse, prout mandaverimus, quod si prefati Nicolaus et Iohannes vel alter eorum, seu alius aut alii pro eis seu eorum altero inibi existerent, predictum palacium intrarent et ad nostram presenciam accederent, ac retulerunt se dictos Nicolaum et Iohannem vel alterum eorum, aut alium seu alios pro eis seu eorum altero minime reperisse, propter quod prefatus Iacobus procurator iterum peciit, prout alias pecierat, ut superius est expressum. Nos igitur prefatos Nicolaum et Iohannem de dictorum fratrum consilio reputavimus, prout sunt, merito contumaces, et nolentes nec valentes huiusmodi ipsorum Nicolai et Iohannis excessus amplius tollerare, de dictorum fratrum consilio per hanc nostram sentenciam pronunciamos, decernimus et declaramus, presente populi multitudine copiosa, prefatos Nicolaum et Iohannem fuisse et esse excommunicatos, periuros, sacrilegos, scismaticos, apostatas et blasphemos, et contra nos et Romanam ecclesiam et Romanum populum predictos conspiratores, et tamquam hereticos ponisodos, reosque criminis lese maiestatis, ipsosque propter premissa incidisse in penas et sentencias contentas in dictis processibus contra occupatores, invasores et detentores terrarum dicte ecclesie per dictos felicis recordacionis Iohannis XXII. et Clementem VI. Romanos Pontifices predecessores nros, ut prefertur, factis, ac propter huiusmodi excessus et delicta dictorum Nicolai et Iohannis et alia supradicta Civitatem Penestrinam, Castrimonium, Zagorolum, Galesium, Pennam, Pozagulam, S. Gregorium, Galicianum et alias terras et loca quecumque, que detinent, cum earum comitatibus, territoriis et districtibus ecclesiastico supponimus interdicto; et nichilominus eosdem Nicolaum et Iohannem iterum decernimos propter premissa omnibus dignitatibus et officiis, graciis, privilegiis ac indultis, necnon omnibus Civitatibus, Terris et locis, ac feudis et bonis, que a prefata ecclesia et quibusvis aliis ecclesiis et personis eccle-

siasticis, Romano Imperio, Regibus, Ducibus, Marchionibus, Principibus, Comitibus vel aliis obtinuissent vel detinerent, fuisse et esse privatos, ipsosque et eorumque utrumque privamus, ipsaque bona mobilia et immobilia, iura et iurisdictiones fuisse et esse confiscata, et iterum ea omnia confiscamus, et personas eorum detestabiles et infames fuisse exponendas, et exponimus a Christifidelibus capiendas, ut sic capte, si absque fuga et evasionis periculo tute fieri poterit, nobis indilate transmittantur, si autem id tute fieri non posset, volumus et mandamus eosdem detrudi et in arctis carceribus, et tandiu inibi sub fide custodia detineri, donec captio, detrusio et detencio huiusmodi nobis fuerint intimate, et donec detinentes eosdem a nobis aliud habuerint in mandatis. Et quoniam dignum est, ut tam nephandorum racione flagiciorum ulcionis severitas amplius extendatur, et propter enormitatem culparum penarum modus exuberet, de dictorum fratrum consilio monemus omnes et singulos Christifideles utriusque sexus, cuiuscumque status, condicionis, dignitatis, preeminencie, gradus vel ordinis extiterint, eciam si Imperiali, Regali, Reginali aut Pontificali seu alia quavis prefulgeant dignitate, eciam si fuerint sancte Romane ecclesie Cardinales, ne aliqui eorum in Civitatibus, Terris, Castris, villis seu locis, que eciam de facto detinent, prefatos Nicolaum et Iohannem vel eorum alterum recipere scienter vel acceptare, aut sibi aditum prebere, seu ad illa, in quibus prefati Nicolaus et Iohannes nunc habitant seu moram trahunt, aut in futurum habitabunt vel moram traxerint, aut illa, qua quomodolibet detinent aut imposterum detinebunt, in ipsorum Nicolai et Iohannis aut eorum alterius favorem vel alias bladum, vinum, carnes, pannos, ligna, victualia, merces aut res alias, vel quecumque alia bona ad ipsorum Nicolai et Iohannis vel alterius eorum, aut ipsorum subditorum vel sequacium usum utilia portare, mittere vel defferre sen portari, mitti vel deferri facere quomodolibet presumant, nec per alios, [quantum] si hoc prohibere poterunt, mitti vel deferri seu portari permittant: eccus autem facientes eo ipso unacum animalibus, blado, vino, victualibus et aliis supradictis, eum reperti fuerint, libere et impune capi possint ac ad redemptionem poni, ac bona, pecunie, animalia et res alie predicte sint et esse debeant eos capiencium ipso facto. Preterea omnibus et singulis temporale dominium in quibusvis provinciis, Civitatibus, Terris, Castris, villis vel locis eciam ea de facto tenentibus presencium tenore mandamus, ipsis in remissionem peccaminum iniungentes, ut sicut reputari et haberi cupiunt catholici et fideles, prefatos Nicolaum et Iohannem, cum in eorumdem provinciis, Civitatibus, Terris, Castris, villis vel locis reperti fuerint, seu eum ad illa vel prope ea forsan venerint, si facultas aderit, capi faciant, et captos transmittant, si tute fieri possit, alias in et sub fida custodia detinere, prout superius continetur, cum effectu procurent. Illos autem, qui volentes eosdem Nicolaum et Iohannem aut eorum alterum capere, detinere vel ad nostram presenciam transmittere impedimentum aliquod per se, vel alium seu alios publice vel occulte, directe vel indirecte quomodocumque aut qualitercumque prestiterint seu fecerint, quominus dicti Nicolaus et Iohannis capi, detineri et ad nos transmitti valeant, ut prefertur; necnon illos, qui eosdem Nicolaum et Iohannem poterunt capere, detinere seu facere capi et detineri, et id facere contempserint vel neglexerint, seu qui in premissis vel aliquo premissorum contra huiusmodi monicionem et mandata nostra facere, vel eisdem Nicolao et Iohanni directe vel indirecte, publice vel occulte eciam in stipendiis, provisionibus vel gagiis, seu aliter contra nos, Romanam ecclesiam vel nras et diete ecclesie iurisdictiones, bona, subditos et adherentes vel sequaces auxilium, consilium vel favorem prestare, seu alias servire vel adhibere presumpserint, si singulares persone, sentenciam excommunicacionis incurrere, si vero Communitates vel Universitates fuerint, tam ipsas Communitates et Universitates quam eciam eorum Civitates, Terras, Castra, ville et loca ecclesiastico interdicto subiacere volumus ipso facto, et Civitates, Castra, Terre, ville et loca huiusmodi careant commercio aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum, villarum et locorum, et nichilominus Civitas ipse Pontificali dignitate priventur: a quidem excommunicacionis sentencia nullus ab alio quam a Romano Pontifice, preterquam in mortis articulo, possit absolvi, nec interdictum huiusmodi per alium, quam per ipsum Romanum Pontificem valeat relaxari. Preterea omnes et singulos, qui prefatis Nicolao et Iohanni vel eorum alteri iuramento fidelitatis seu homagii, ligii aut alterius cuiuscumque obsequii debita submissione, obligacione, liga, confederacione vel pacto alio quacumque firmitate vallato prius tenebantur astricti, absolvimus et decernimus absolutos, ita quod nullus eis respondere in iudicio vel extra illud in aliquo quomodolibet teneantur: quinymmo districtius inhibemus omnibus et singulis Marchionibus, Comitibus, Ducibus, Principibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus et aliis quibuscumque, ne dictis Nicolao et Iohanni aliquatenus pareant vel intendant, nec eis aut alterius eorum officialibus quecumque dacia, provisiones, subvenciones, collectas, imposiciones, pedagia, gabellas, fructus, redditus, proventus, angarium, perangarium vel theloninm, responsiones, census seu pecuniarum summas vel res alias, aut quevis alia subsidia, auxilia vel servicia directe vel indirecte, publice vel occulte per se vel alium seu alios quomodocumque aut qualitercumque quovis modo, iure, causa vel forma exhibere vel prestare, favere vel adherere presumant, alioquin omnes,

qui secus egerint, si singulares persone, excommunicacionis, si vero Communitates seu Universitates fuerint, interdicti sentencias exnune contra quoscumque contrafacientes proferimus in hiis scriptis, a qua quidem excommunicacionis sentencia, ut prefertur, preterquam in mortis articulo, nullus ab alio quam eodem Romano Pontifice absolvi valeat, dictumque interdictum per nullum quam per eumdem Romanum Pontificem valeat relaxari, et si infra unum mensem post publicionem presencium o premissis auxiliis, consiliis et favoribus, fautoria, adhesione, seu a premissorum solucione, dacione et prestacione non destiterint, ac scienter et sponte premissa seu aliquid premissorum solvere seu prestare presumpserint, omnibus dignitatibus, feudis et bonis, que a Romana vel aliis ecclesiis seu personis ecclesiasticis, aut o Romano Imperio, Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus vel Baronibus, Communitatibus et quibuscumque personis aliis quomodolibet obtinent, decernimus eciam privatos, ac privamus exnune, et volumus, quod huiusmodi bona ad Rom. et alias ecclesias, ecclesiasticas personas, Romanum Imperium et alios supradictos eo ipso libenter revertantur. Sint eciam iidem Nicolaus et Iohannes intestabiles, nec testamenti habeant liberam factionem, ad bona quoque aliorem ex testamento vel ab intestato nullatenus admittantur, nulla fides, nulla credulitas eis adhibeatur, sed a testimonio velut infames et indigni totaliter repellantur: sit eis iudicatus et cuiuslibet alterius publici officii exercicium interdictum, sitque eis ad premissa et similia denegatus ascessos, filii quoque et nepotes Nicolai et Iohannis predictorum ex recta eorum linea descendentes usque ad terciam generacionem inclusive dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis ecclesiasticis sint privati, et eos privamus, et inhabiles eciam ad ea vel similia imposterum obtinenda, omni spe dispensacionis eisdem adempta, penis aliis contra ipsos de iure statutis in suo robore duraturis. Et ut huiusmodi dampnatorum Nicolai et Iohannis maior sit confusio, quo ipsorum culpa patencius fuerit devulgata, omnibus et singulis Patriarchis, Archiepis, Epis et aliis ecclesiarum prelatis sub excommunicacionis pena, quam eo ipso incurrant, nisi mandatis nostris huiusmodi, postquam ad eorum pervenerint noticiam, (obediant) cum effectu, districte precipiendo mandamus, quatenus omnes et singuli in singulis ipsorum ecclesiis, cum in eis aderit maior populi multitudo, singulis diebus dominicis et festivis, pulsatis campanis et candelis accensis, et demum extinctis et in terram preiectis, per se vel alios dictos Nicolaum et Iohannem publice alta et intelligibili voce fuisse et esse excommunicatos, periuros, scismaticos et blasphemos et tamquam hereticos puniendos, et contra nos, Romanam ecclesiam et Romanum populum predictos conspiratores, et reos criminis lese maiestatis, ac excommunicatos et anathematisatos denuncient, et ut tales tamdiu facient a Christifidelibus evitari, donec ad cor reversi suos recognoscentes errores a nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus canonice intrantibus absolucionis beneficium meruerint obtinere. Quod si forte Nicolaus et Iohannes predicti propter mortis articulum imminentem ab alio quam a nobis, vel successore nostro Romano Pontifice fuerint absoluti, vel eorum alter extiterit absolutus, nichilominus perpetuo careant ecclesiastica sepultura, et quicumque eosdem Nicolaum et Iohannem aut eorum alterum scienter presumpserint ecclesiastice tradere sepulture, usque ad satisfactionem ydoneam excommunicacionis sentencie se noverint subiacere, et absolucionis beneficium (non) mereantur, nisi propriis extumulent et procul ab ecclesiastica sepultura proiciant corpora eorumdem, et locus ille nichilominus careat eciam perpetua sepultura: et si iidem Nicolaus et Iohannes supervixerint, volumus quoque, quod quam cito poterint commode, coram nobis vel dictis successoribus se personaliter representent, recepturi et facturi, prout iusticia suadebit, alioquin ne propter hoc censure ecclesiastice illudentur, in eandem excommunicacionis sentenciam reincidant ipso facto. Volumus insuper quod omnes Christifideles, qui Crucis assumpto caractere ad prefatorum Nicolai et Iohannis exterminium se accinxerint, et eos eorumque sequaces pro posse prosequentur, illa gaudeant indulgencia, illoque privilegio sint muniti, que accedentibus in terre sancte subsidium conceduntur. Nulli ergo etc. nostre reputacionis, declaracionis, privacionis, requisicionis, exhortacionis, confiscacionis, mondoti, voluntatis et constitucionis infringere, aut etc. Si quis autem etc. Datum et actum Rome apud Sanctum Petrum II. Idus Maii, Pontificatus nostri anno undecimo.

LVIII.

Theobaldus de Hannibalis Romani populi extra muros Urbis contra Columnenses capitaneus constituitur.
Reg. Tom. VI. fol. 10.

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Thebaldo de Hannibal domicello Romano, contra iniquitatis alumpnos Iohannem et Nicolaum de Columna eorumque subditos, complices et sequaces dilectorum filiorum Romani populi extra muros alme Urbis generali Capitaneo, salutem etc. Famosa tua probitas ac laudabilium operum comprobata fidelitas, ac strenuitas et sincera devocio, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, spem nobis indubiam pollicentur, quod ea, que nobilitati ac fidelitati tue committenda duxerimus, viriliter, prudenter, strenue et fideliter exequeris. Horum igitur consideracione inducti te dilectorum filiorum Romani populi et omnium subditorum dicto populo extra muros prefate Urbis

in persecucionem, exterminium Iohannis et Nicolai et aliorum predictorum generalem Capitaneum tenore presencium usque ad nostrum beneplacitum cum honoribus, oneribus et emolumentis consuetis auctoritate apostolica facimus, constituimus et eciam ordinamus, tibi omnia et singula, que ad huiusmodi Capitaneatus officium de consuetudine vel de iure pertinent, gerendi et mandandi, exercendi et exequendi, Contradictoresque quoslibet et rebelles districtione, qua convenit, appellacione postposita, compellendi plenam et liberam potestatem eadem auctoritate concedentes, mandantes dilectis filiis Romano populo et singularibus personis, civibus, districtualibus et subditis dicte Urbis, eciam Baronibus ac Universitatibus ac aliis, cuiuscumque status, gradus, dignitatis ac preeminencie fuerint, eorumque gentibus tibi in omnibus et singulis, que ad huiusmodi Capitaneatus officium pertinent de consuetudine vel de iure, huiusmodi beneplacito durante efficaciter pareant, obediant et intendant: alioquin sentencias et penas, quas rite tuleris et statueris in rebelles, ratas et gratas habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod de huiusmodi officio laudabiliter exercendo in manibus Venerabilibus fratris Conradi Archiepiscopis Nicosiensis, Camerarii nostri, prestes antequam ipsum incipias exercere, et alias fidelitatis in forma debita iuramentum. Datum Rome apud Sanctum Petrum XL Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno undecimo.

LIX.

Instrumentum concordiae inter pontificem et Columnenses initae. *Ex Reg. Bonifacii IX. Tom. VI. fol. 127.*

In nomine sancte et individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti, Amen. Et in honorem beate Marie Virginis et beatorum Petri et Pauli apostolorum tociusque celestis Curie, et ad reverenciam Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Bonifacii divina providencia pape noni et sancte Romane ecclesie. Noverint universi et singuli hoc instrumentum publicum inspecturi, Quod anno Nativitatis domini nostri Ihesu Christi Millesimo quadringentesimo primo, Indictione nona, die decimaseptima mensis Ianuarii, Pontificatus prefati domini nostri anno duodecimo, coram eiusdem domini nostri Sanctitate Rome apud Sanctum Petrum in palacio apostolico, in Camera paramenti dicti palacii, presentibus ibidem et assistentibus Reverendissimis in Christo patribus et dominis, dominis Angelo miseracione divina tituli sancti Laurencii in Damaso, vulgariter dicto Florentino, et Francisco eadem miseracione tituli sancte Susanne, summo penitentiario, vulgariter dicto Manopolitano, sancte Romane ecclesie presbiteris Cardinalibus, In presencia quoque mei notarii et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum, Magnificus vir Iohannes quondam dñi Stephani militis de Columpna, civis et ex principibus Romanis, pro se ipso et procurator magnifici viri domini Nicolai de Columpna eiusdem Iohannis germani, prout de eius procuratorio constat publico documento scripto manu Francisci Nicolai Francisci de Preneste, publici Imperiali auctoritate notarii, rogati de presenti anno die quintadecima mensis Ianuarii, a me notario infrascripto viso et lecto, pro quo eciam germano suo de rato et ratihabitacione sponte et deliberato animo promisit, per solempnem stipulacionem suo proprio nomine sub pena infrascripta et procuratorio nomine quo supra, Reverendissimo in Christo patri et domino, domino Conrado miseracione divina Archiepiscopo Nicosiensi, domini nostri pape Camerario, stipulanti et recipienti vice et nomine prefati domini nostri pape et successorum suorum canonice intrancium, sancteque Romane ecclesie et eius apostolice Camere, et omnium quorum interest vel poterit interesse, facturum et curaturum, quod dictus dñus Nicolaus per se ipsum ratificabit, approbabit et emologabit omnia infrascripta infra octo dies proxime secuturos, et quod instrumentum dictarum ratificationis, approbacionis et emologacionis in forma publica manu sua scriptum, et suo sigillo sigillatum transmittet assignandum dicto dño Camerario recipienti ut supra, ac quod iurabit corporaliter tactis scripturis ea attendere et observare, et quod ea omnia et singula rata et grata habebit et tenebit: quod si non fecerit, dictus Iohannes pro se ac procurator et procuratorio nomine quo supra per solempnem stipulacionem voluit, convenit et promisit dicto Reverendissimo dño Camerario recipienti nomine quo supra, teneri et obligari dictis octo diebus elapsis in viginti milibus florenorum auri de Camera, apostolice Camere prefate ipso facto applicandorum, dictis domino Camerario et michi notario predicto ut publicis personis pro ipsa Camera recipientibus, et insuper eciam eos teneri et obligari ad penam fidefragii seu fidei rupte, quibus penis commissis, vel solutis, vel non solutis presens contractus et pacta in eo contenta rata et firma remaneant et perdurent.

In primis quidem dictus Iohannes de Columpna pro se et nomine procuratorio et modo quibus supra confessus fuit, et recognovit se ipsum et dominum Nicolaum eius germanum graviter errasse, et deliquisse contra prefatam Romanam ecclesiam, et contra prefatum dominum nostrum papam, Romanum populum, et eos multipliciter offendisse, et contra eosdem dampnabiliter et detestabiliter rebellasse, et se ipsos ab eiusdem dñi nostri et ecclesie obediencia subtraxisse, et almam Urbem, nonnullas Civitates, Terras, Castra et alia loca ipsius domini nostri pape, Romane ecclesie

et Romani populi a dicto tempore dicte rebellionis citra invasisse et invadi fecisse, necnon libertatem ecclesie violasse, ecclesias et ecclesiasticas personas, iura, bona et iurisdictiones ipsarum graviter offendisse, inimicos prefati dñi nři, ecclesie et Romani populi rebelles contra mandata et voluntatem ipsius domini nostri pape receptasse, et tenuisse in terris et fortaliciis ipsorum, que tenent, eisque dedisse auxilium, consilium vel favorem contra dictum dñum nostrum, ecclesiam prefatam et eiusdem ecclesie adherencium et subditorum suorum dampnum et detrimentum, cavalcatas eciam per se et gentes eorum ad nonnullas terras et territoria eorumdem et adherencium predictorum fecisse, et fieri mandasse, sentencias et processus ipsius domini nostri pape et dicte ecclesie temere contempsisse, et multa alia et diversa crimina et delicta gravia et euorma commisisse et perpetrasse in animarum eorum grave periculum, perniciosum exemplum et multorum scandalum, propter que in penas et sentencias iuris et eciam multorum apostolicorum processuum, et specialiter felicis recordacionis dñorum Iohannis XXII., Benedicti XII., Clementis VI. Summorum Pontificum, et prefati domini nostri pape ipsi sine dubio inciderunt, de quibus omnibus ad cor reversi dolent. Et ex hiis dictus Iohannes pro se et nomine procuratorio dñi Nicolai sui germani predicti et modo quibus supra humiliter, reverenter et devote peciit de predictis omnibus et singulis veniam, et ut pro modo culpe eis iniungatur penitencia salutaris, ac remissionem, absolucionem, liberacionem et reductionem ad graciam et misericordiam prefati domini nostri pape, et habilitacionem ad omnia, ad que habiles erant ante omnia supradicta per eos vel eorum alterum commissa, et restitucionem in integrum, et reposicionem in eo statu, in quo erant antequam predicta vel eorum aliquod perpetrassent, iurans dictus Iohannes pro se et procuratorio nomine et modo quibus supra, quod stabunt et parebunt mandatis prefati domini nostri pape et Romane ecclesie. Que omnia prefatus dominus noster benigne ex sui solita clemencia ipsi Iohanni pro se et fratre suo graciose concessit, iniungens penitenciam ac remittens, absolvens, liberans, reducens, ad graciam habilitans, in integrum restituens et in pristino statu reponens, prout superius per ipsum Iohannem pro se et fratre suo predicto extitit supplicatum.

Item prefatus Reverendissimus dominus, dñus Conradus Camerarius nomine quo supra, et predictus Iohannes pro se et procuratorio nomine dñi Nicolai germani sui predicti quo supra fecerunt et faciunt sibi adinvicem vicissim plenam liberacionem, quitacionem, remissionem et finem de omnibus et singulis guerris, odiis, rancoribus, iniuriis, inimiciciis, homicidiis, incendiis, robariis, rapinis et dampnis, penis, expensis et offensionibus quomodocumque et qualitercumque inter partes seu alteram ex dictis partibus (sic) communiter seu separatim homines, subditos, gentes vel districtuales aut adherentes dictarum partium vel alicuius earum retroactis temporibus factis, vel illatis seu commissis, vel perpetratis vel incursis, et exnunc remiserunt et remissa generaliter et eciam specialiter voluerunt ipso iure et ipso facto inter ipsas partes eorumque subditos predictos, necnon omnia odia, extorsiones, penas, dampna, homicidia, crimina et debita quecumque et qualiacumque sint eciam magna vel maxima, eciam si specialem expressionem requirerent, licet hic expressa non essent, facta, data, illata vel incursa in presenti guerra incepta die quinta decima mensis Ianuarii anni proxime preteriti inter partes predictas, vel eius occasione et quocumque medio tempore per unam partem alteri vel alteram alteri, et per ipsarum partium homines, subditos, adherentes vel stipendiarios, et cuiuscumque generis personis partium predictarum usque in presentem diem, ita quod nulla de causa, quecumque sit, eciam si concesse fuissent alique represalie infra dictum tempus ex aliqua ex predictis occasionibus, possit aliquis molestari vel inquietari, eciam si diceretur penes ipsos existere de rebus ablatis a dicto tempore inchoato guerre usque in presentem diem de robatis vel ablatis per aliquem ex aliqua dictarum partium, nec possit aliqua persona seu Universitas, quecumque et cuiuscumque condicionis existat, ex eo quod diceretur aliquid de rebus sic dicto tempore derobatis seu raptis emisisse vel receptasse, aliqua via seu modo molestari, neque inquietari vel conveniri civiliter vel criminaliter, nec modo aliquo capi personaliter vel arrestari. Et promiserunt dicte partes adinvicem solempni stipulacione interposita nominibus quibus supra, dictas remissiones et liberaciones perpetuo firmas et ratas habere et observare, et nullas represalias dicto tempore concessas uti permittere: quinymmo, si[ve] concesse fuissent contra aliquam personam vel Universitatem aliqua occasione ex predictis vel dependenti ab aliqua predictarum, intelligantur per presentem contractum revocate et omni roboris firmitate carere, nec in futurum ex aliqua ex occasionibus predictis possint vel debeant modo aliquo represalie concedi, sed omnino petenti audiencia denegari, et contra illas liberaciones et remissiones non facere vel venire directe vel per indirectum, vel aliquo quovis modo, et imposterum non molestare, offendere vel invadere una aliam tacite vel expresse, directe vel indirecte, salvis tamen Capitulis infrascriptis et omnibus et singulis contentis in eis et quolibet eorum.

Item per solempnem stipulacionem promisit dictus Iohannes pro se et nomine quo supra su-

pradicto domino Camerario recipienti nomine quo supra, quod ipsi Iohannes et Nicolaus licenciabunt et licenciari et recedere facient cum effectu omnes gentes armigeras equestres et pedestres, quas presencialiter habent et tenent in Civitatibus, Terris, Castris, locis, territoriis et districtibus eorum, eciam que de facto detinent et gubernant, et eis licenciam effectualem ac modum taliter dabunt, quod recedant de ipsis terris infra viginti dies a die receptionis infrascripte pecunie numerande, et eas mittent cum sociis suis, ita quod cum effectu recedant de locis predictis infra dictos viginti dies proxime secuturos extra dictas terras, prout ordinaverit et declaraverit Magnificus et religiosus vir dominus frater Bartholomeus Caraffa de Neapoli, prior prioratus sancti Iohannis Ierosolimitani alme Urbis, nunc dicte alme Urbis Senator Illustris, et quod omnes ipse gentes vel earum pars, eciam si mitterent Capitaneum, vexillum, baculum vel insigna, aut sub aliis quomodolibet militarent, donec permanebunt in dictis Civitatibus, Terris, Castris et locis huiusmodi, et eciam quando de eis recedent, nullam iniuriam, robariam vel offensam aliquo modo in provinciis, terris aut territorio domino nostro pape subiectis inferent, vel quoquomodo iuxta eorum posse inferri permittent.

Item per solempnem stipulacionem promisit dictus Iohannes pro se et procuratorio nomine quo supra, predicto Reverendissimo domino Camerario recipienti nomine quo supra, quod nec ipsi Iohannes et Nicolaus predicti, aut eorum alter per se vel alium seu alios ullo umquam tempore de cetero dictas gentes licenciatas, aut alias quascumque gentes armigeras equestres vel pedestres de novo conducent, vel sub alio titulo vel colore in Civitatibus, terris, castris, locis, territoriis et districtibus eorum, que nunc habent seu eciam de facto detinent, vel in futurum eos habere continget vel de facto detinere, receptabunt, neque facient receptari publice vel occulte, directe vel indirecte quovis colore quesito, sine expressa licencia prefati domini nostri vel successorum suorum, que licencia appareat per apostolicas litteras ipsius dñi nostri pape more Romane Curie bullatas: hoc tamen declarato et de consensu et voluntate prefati dñi Camerarii expresse addito, quod si casus fuerit, quod contra predictos Iohannem et Nicolaum vel eorum alterum per quosvis guerra moveretur, quod liceat ipsi domino nostro et successoribus suis Romanis Pontificibus pro tempore existentibus inter ipsas partes concordiam ponere, vel per modum concordie vel per viam iudicii et mandati alias lites, causas et controversias seu questiones terminare et diffinire, prout pro pace et tranquillitate parcium noverit expedire, et tali terminacioni et diffinicioni stare debeant effectualiter et parere; et si nullo ex modis premissis concordia ipsa fieret ex defectu alterius partis, que guerram huiusmodi moveret, et dominus noster vel successores denegaverint dare ipsam licenciam armigeros conducendi, tunc liceat Iohanni et Nicolao predictis eciam licencia non obtenta conducere tot armigeras tam equestres quam pedestres, que sint sufficientes ad resistendum dicte guerre, et ad offensam cuiuscumque talis sic offendentis prefatos fratres vel aliquem eorum, sive eorum vel alterius eorum recommendatos vel subditos, dummodo dicte gentes conducende aliquo predictorum casuum non sint adeo numero excessivo, respectu offendencium, quod verisimiliter domino nostro possit et debeat generari suspicio, et omnia predicta pura fide et ad sanum intellectum intelligantur, et ex hac conducta presens pax fracta nullatenus intendatur: consensit tamen et permisit prefatus dominus Camerarius dicto nomine, quod dicti Iohannes et Nicolaus omni tempore sine aliqua licencia prefati domini nostri vel eius successorum possint tenere in eorum Civitatibus, Terris et locis aliis supradictis Centum pedites armigeros pro custodia et defensione Terrarum et Roccharum eorum.

Item promisit per solempnem stipulacionem dictus Iohannes pro se et procuratorio nomine quo supra, predicto Reverendissimo domino Camerario recipienti nomine quo supra, quod dictus dominus Nicolaus germanus eius infra viginti dies a die presenti computandos licenciabit, et expellet et licenciam effectualem dari faciet omnibus Civibus Romanis exititiis, bannitis, diffidatibus et rebellibus populi Romani et sancte matris Ecclesie et Sanctissimi domini nostri pape, qui presencialiter moram trahunt in terris eorum, ita quod dicta die recesserint omnes de Civitatibus, Terris, Castris, fortalliciis, locis, territoriis et districtibus eorum, eciam qui de facto detinent et gubernant, et vadant ad confinia eis statuta et terminata per dictum dominum nostrum papam, et quod eos neque alios extra eorum terras presencialiter existentes, neque eorum aliquem vel alium quemcumque cuiuscumque status vel condicionis, qui forte de novo fieret exititius et rebellis prefato dño nostro, neque alium forensem ipsi dño nostro rebellem decetero in ipsorum Civitatibus, Terris, Castris, fortiliciis, locis, territoriis et districtibus receptabunt, neque eis aliqualiter dabunt neque prestabunt auxilium, consilium vel favorem sine expressa licencia prefati domini nostri pape vel successorum eius, et si quo tempore aliquis ex dictis exititiis vel rebellibus, bannitis seu diffidatis predictis per dictos fratres vel eorum aliquem fuerit in aliqua ex dictis terris vel fortaliciis receptatus, tunc incidant in penam viginti milium ducatorum apostolice Camere applicandorum, que pena tociens committatur et exigi possit, quociens contrafactum fuerit, nichilominus omnibus aliis firmis permanentibus, et si casus premissus evenerit de pluribus extitiis seu

rebellibus, quam de uno, quod ipsa pena pro unoquoque multiplicetur et exigi possit ut supra, et nichilominus ad omnem requisicionem efficialis ipsius domini nostri ipsos, qui in ipsis terris reperientur, facere consignari, cui ipse officialis duxerit ordinandum; teneantur eciam ipsi fratres et eorum alter, si aliquis ex dictis exititiis, rebellibus vel banitis ad aliquam de dictis eorum terris iverit, notificare domino nostro, et ad eiusdem domini nostri pape requisicionem illi commissarie vel officiali, quem dominus noster miserit, dare auxilium, consilium et favorem pro ipsum vel ipsos capiendo et conducendo extra eorum fratrum territorium bona, pura et recta fide sine olique dolo: hoc addito et declarato, quod si aliquis, quicumque fuerit, unus vel plures rebelles domini nostri ad aliquem de dictis terris declinaverint, et non esset notum dictis Iohanni et Nicolao illum vel illos esse rebelles, quod ex hoc non cadant in penam aliquam; si vero ex post notificatum fuerit eis vel eorum alteri per dictum dominum nrum, vel alium eius nomine illum vel illos esse rebelles, quod tunc infra quatuer dies, si non fuerint in concordia cum dicto domino nro, debeant ipsos licenciare et expellere de dictis eorum terris et numquam eos de cetero receptare; et si predicti declarati iterum ad aliquam de dictis terris iveriut, quod teneantur facere de eis et contra eos, prout supra de aliis dictum est, liceat tamen dictis Iohanni et Nicolae in dictis eorum terris receptare Cives Romanos litigiosos non rebelles, dummodo de eis faciant, quod facere tenentur more solito Romano.

Et econverso prefatus dñus Camerarius nomine prefati domini nostri pape sancteque Romane ecclesie, et eius apostolice Camere promisit et convenit ipsi Iohanni stipulanti et recipienti pro se, et procuratorio nomine domini Nicolai quo supra, et michi notario infrascripto ut publice persone eciam nomine dicti domini Nicolai recipienti, quod procurabit cum effectu, quod prefatus dominus noster dictos Iohannem et Nicolaum, nec eorum alterum, neque eorum terras, subditos, recommendatos et vassallos, quos nunc habent et in futurum habebunt, non offendet, neque offendi faciet per quosvis quoquomodo directe vel indirecte, et quovis quesito colore; sed eos et eorum quemlibet benigne et graciose tractabit et tractari faciet tamquam eius devotos et filios fideles: et eciam curabit, quod de consensu et voluntate prefati domini nostri pape populus Romanus similiter promittent.

Item quod dictus dñus noster concedet dictis Iohanni et Nicolao in Vicariatum in forma Vicariatuum consueta usque in terciam generacionem Castrum Galesii Civitatiscastellane diocesis cum pertinenciis suis, et portum Arzelii, que nunc possidentur per dictos Iohannem et Nicolaum sub annuo censu apostolice Camere persolvendo, videlicet pro Castro Galesii unum cervum vivum, et pro portu Arzelii duos fasanos vivos in festo Nativitatis dñi nostri Ihesu Christi anno quolibet assignandos Camere apostolice: hoc addito et expresse salvo et reservato, quod Iohanni et Nicolao predictis vel eorum alteri, aut aliis quibuscunque non sit licitum vel permissum dictum portum Arzelii quovis colore quesito fortificare aut fortificari facere in alia forma, aut alio modo quam nunc sit, sub dicta pena, et eciam salvo iure debito Romano populo pro dicto Castro Galesii.

Item promisit, quod dictus dñus noster directe vel indirecte nullo modo molestabit dictos Iohannem et Nicolaum, vel eorum alterum de Castris et aliis terris et locis, que ipsi tenent ab ecclesiis seu monasteriis seu aliis piis locis alme Urbis, sed eos permittet pacifice possidere, prout possident de presenti, et prout possidebant, antequam guerra inter ipsos dominum nostrum et fratres predictos esset incepta: ex hoc tamen non intendit dñus noster derogare iuri alicuius, nec denegare insticiam alicui petenti.

Item promisit, quod dominus noster per eius apostolicas litteras remittet, et exnunc de presenti remittit ipsi Iohanni et Nicolao pecuniarum summas, ad quas ex quavis causa teneantur et obligati sunt Cameris apostolice et alme Urbis pro terris eorum, quas detinent de presenti, et hoc usque in presentem diem. Et similiter dicti Iohannes et Nicolaus remittunt dicto domino nro pape, sancte Romane ecclesie et apostolice et alme Urbis Cameris omnes summas et omnia debita, que ipsis vel ipsorum alteri forsan deberentur a dño nostro, seu a dictis Cameris aut altera earum.

Item promisit, quod prefatus dominus noster mandabit solvi, et numerari faciet cum effectu Iohanni et Nicolao predictis vel alteri eorum, seu alterius eorum legitimis nunciis quinque milia quingentos ducatos auri pro transmittende medie quibus supra gentes armigeras equestres et pedestres, quas presencialiter habent in terris eorum.

Item promisit, quod prefatus dominus noster mandabit dirui Turrim Casalis Castigloni prope Zagarolum, et quod ipsa Turris effectualiter diruetur infra mensem a data presencium computandum.

Item promisit, quod prefatus dominus noster per eius apostolicas litteras absolvi mandabit dictos fratres, et omnes eorum subditos et vassallos, recommendatos, adherentes, cuiuscumque condicionis fuerint, eciamsi presbiter vel ecclesiastica fuerit persona, a quibuscumque sentenciis et processibus contra ipsos fratres occasione presentis guerre, in plena forma usque in presentem diem, Et similiter stipendiarios eorum, qui non fuerunt sub conducta Guidonis de Torellis, Bartholomei de Castello et Francischini de Mirandula, quos tamen Guidonem, Bartholomeum et Francischinum et ceteros stipen-

diarios, qui sub eorum conducta fuerunt, dictus dñus noster mandabit similiter absolvere, si ipsi velint de cetero observare eorum capitula, que habuerunt cum apostolica Camera, videlicet de non essendo contra dominum nostrum et Romanam ecclesiam tanto tempore, quanto ipso domino nostro serviverint et ad eius stipendia steterint, aliter recedant sine absolucione.

Item promiserunt dicte partes invicem una alteri taliter ordinare, quod dominus Dux Mediolanensis infra duos menses, a data presencium computandos, promittet per eius domini Ducis litteras patentes, suo sigillo sigillatas, utrique parti de observancia pacis et omnium et singulorum premissorum promissorum.

Item promiserunt dicte partes vicissim una alteri, quod infra mensem proxime futurum, inchoandum a die presenti et finiendum, ut sequitur, adherentes infrascripti promittent solempniter per se, vel eorum legitimos nuncios et procuratores observanciam omnium et singulorum predictorum Capitulorum, et quod illi, qui non promiserint, non gaudeant privilegiis pacis et concordie, suprascriptis omnibus et singulis tamen ratis et firmis in suo robore permanentibus.

Que omnia et singula prefatus dominus Camerarius nomine prefati domini nostri pape ex una, et Iohannes de Columpna predictus pro se, et procuratorio nomine prefati domini Nicolai partibus ex altera solempnibus stipulacionibus, stipulanti hinc inde intervenientibus, convenerunt et promiserunt inviolabiliter perpetuo pura et bona fide, absque dolo, fraude vel aliqua caliditate et machinacione, qualibet exceptione remota, attendere et observare, et firma, rata, grata habere et tenere, et in nullo contrafacere vel venire per se vel aliom seu alios clam et palam, tacite vel expresse, directe vel indirecte aliqua racione, modo, ingenio sive causa sub pena infrascripta, videlicet viginti milium florenorum boni auri et iusti ponderis, in casibus, in quibus pax rumpetur, attendenti et observanti seu attendentibus et observantibus applicandorum, et effectualiter persolvendorum per contrafacientem seu non observantem, committenda tociens, quociens contrafactum fuerit vel obmissum in predictis vel aliquo predictorum, eciam cum refectione dampnorum et expensarum litis et extra, et pena soluta vel non soluta, nichilominus presens contractus pacis in suo robore et firmitate remaneat: pro quibus omnibus et singulis firmiter attendendis et observandis obligarunt dicte partes nominibus quibus supra, bona mobilia et immobilia presencia et futura illorum, pro quibus agunt et contrahunt, ubicumque sita et posita, renunciantes dicte partes et ipsarum quelibet dictis nominibus per pacta specialiter et expressa in antedictis omnibus et quolibet ipsorum exceptioni omnium et singulorum suprascriptorum non sic factorum, nec celebratorum nec promissorum, ut supra continentur, exceptioni doli mali, vis, metus cum causa et sine causa, vel ex iniusta causa, fori privilegio, remedio appellacionis, supplicacione nullitatis et beneficio restitucionis in integrum, omnique iuri et auxilio tam canonico quam civili vel municipali, cum quo vel quibus contra predicta vel aliquod predictorum possit dici, obici vel apponi, et specialiter in iurisdictionem generalem renunciacionem non valere. De quibus omnibus et singulis dicte partes nominibus quibus supra rogaverunt notarios infrascriptos fieri unum vel plura poblica instrumenta et continencie infrascripte.

Insuper dictus Iohannes pro se et procuratorio nomine dicti domini Nicolai cum pura devocione et debita reverencia ad pedes sanctissimi dñi nostri pape iuravit solempniter ad sancta dei evangelia, ambabus manibus tactis scripturis, predicta omnia et singula attendere et observare, ac attendi et observari facere realiter cum effectu.

Acta sunt hec Rome apud Sanctum Petrum in apostolico palacio in Camera paramenti dicti palacii, presentibus ibidem Reverendis in Christo patribus dominis Iacobo de Teramo Archiepiscopo Tarentino, Antonio Melfiensi, Bartholomeo Ariminensi Episcopis, Magnifico milite domino fratre Bartholomeo Caraffa ordinis sancti Iohannis Ierosolimitani priore Urbis, alme Urbis Senatore, Illustre ac magnifico et potenti domino Carolo quondam domini Galiocti de Malatestis, Civitatum Ariminensis et nonnullarum aliarum Civitatum pro domino nostro papa et sancta Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, ac provincie Romandiole pro dictis dño nostro papa et sancta Romana ecclesia Rectore, et Magnificis viris domino Paulo Alexii de Cinciis, Sabbe de Graculis, Nuczio Toczoli de Urbe Conservatoribus Camere alme Urbis, domino Conrado de Matelica milite, magnifico viro Thebaldo de Lamolana, honorabilibus viris Petrucio Iohannis Matheoli de Moncium, Cola Sabbe Cecchi Macelario de Trivii, Iacobello Stephani Iohannis Ronzoni de Columpna, Antonio Passii de Campimartis, Ioccio Cecchi Ioccii de Pontis, Petro Paulucii de Parionis, Bagotino de Arenule, Mathucio Cole de lo Vechio de sancti Eustachii, Lello Pauli Petri de Pinee, Iohanne Lombardo de Campiteli, Nuccio Guasso de sancti Angeli, Lello Pauli Floris de Ripe, Thomaso de Romanlis de Transtiberim Regionibus, omnibus Capitibus Regionum Urbis, nobilibus viris Iohanne Palocii de Regione Moncium, Iacobello de Maglociis de Regione Pontis, Colassio Amici de Regione Parionis et pluribus aliis civibus Romanis et aliis Cortesanis et forensibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego Nicolaus filius olim Chicchini Galli de Imola, publicus apostolica et Imperiali auctoritate

notarius et Index ordinarins, ac apostolice Camere notarins iuratus, predictis magnifici viri Iohannis predicti pro se et domino Nicolao eius germano recognicioni, humili peticioni venie ac remissionis, absolucionis et reductionis ad graciam et misericordiam prefati sanctissimi domini nostri pape, habilitacionis et in integrum restitutionis, iuramento, necnon liberis et graciosis concessionibus per prefatum dñam nřum papam de omnibns premissis ipsis Iohanni et fratri factis, ac promissionibus utriusqne partis hinc inde factis unacum predictis testibus presens fui, et rogatns scribere scripsi et in hanc publicam formam redegi. Et quia aliis arduis dicte Camere apostolice negociis occupatus per alium fideliter scribi feci, et facta collacione diligenti de presenti publico instrumento cum originali nota, ipsisque repertis invicem concordare, hic me propria manu subscripsi et signo meo consueto signavi rogatus et requisitus in testimonium omnium premissorum ss. ss.

LX.

Viterbienses pontifici se submittunt, regimen civitatis reformant, et omnes partes et tyrannidem etc. abolent.

Ex orig. in archivo Viterbiensi conservato.

In nomine domini, Amen. Anno Millesimo quattrocentesimo primo, Indictione nona, Pontificatus domini nostri Bonifacii pape noni dignissimi, die XVIII. mensis Novembris, Convocato generalissimo concilio Gubernatorum populi nobiliumqne Civium, Rectorum artium et Curatorum ipsarum artium, et totius populi Civitatis Viterbii heri pro hodie solempniter preconizzato, de mandato Illustris et magnifici domini Iohannelli Thomacelli dñi nostri pape germani, prepotentis militis, Regni Sicilie Cancellarii, provincie Patrimonii, Spoletani Ducatus aliorumque locorum Ducis et Rectoris, armorumque gencium Capitanei generalis pro sancta Romana ecclesia et dicto domino papa, et in sala magna Herculea palacii residencie dñorum Priorum dicte Civitatis Viterbii, ad sonum campane, voceqne preconis congregato, cum assistencia nobilis viri dñi Iohannis de Montefalco honorabilis Potestatis Viterbii, et interventu nobilium virorum Feliciani Nicole Feliciani, Angeli Camoreni, Mattei Marocii et Angeli Pociani magnificorum dominorum Priorum dicte Civitatis, prefatus dominus Potestas cum auctoritate suprascripti Illustris et magnifici dñi Rectoris et Capitanei generalis, et de voluntate dictorum dominorum Priorum fecit infrascriptam propositionem.

Cum Civitas hec floridissima Viterbii, que totius provincie caput extat, diu sedicionibus, invasionibus, guerris tam civilibus quam externis, calamitatibus et ruinis agitata, oppressa et fere desolata fuerit, et tandem divina favente pietate per graciam Santissimi domini nostri pape potenti brachio invictissimi Ducis, Rectoris et Capitanei generalis supradicte sancte ecclesie hostibus et rebellibus victis, rumoribus sedatis omnibusqne pacatis, necesse est, cives optimi, eciam intestina odia, rancores et factiones dimitti et communi concordia et pace penitus extingi, ut graciam et benedictionem suprascripti domini pape conseqni possitis in salutem animarum vestrarum: ita precipit idem Sanctissimus dominus noster papa, ita mandavit prefatus dominus Rector et Capitaneus generalis, et ego ad hoc summopere hortor et vobis etiam de eorum mandato districte precipio.

Post quam propositionem pluribus colloquiis et discussionibus habitis et factis super statum Civitatis et civium, auditisqne sentenciis omnium nobilium et popularium in medium adductis, viva voce omnes exclamarunt se esse paratos obedire Sanctissimo domino nostro pape et Capitaneo generali, et ideo de communi concordia omnium coram dicto domino Potestate et dominis Prioribus ad invicem offensiones et iniurias quascumque hucusque factas remiserunt, et perfectam et veram pacem fecerunt, et perpetuo observare promiserunt, omnibusque factionibus et sedictionibus abrogatis, obediencie sancte matris ecclesie et domini pape se ipsos submiserunt. Quibus peractis, prefatus dñns Potestas de mandato eiusdem domini pape et dñi Rectoris et Capitanei generalis, et eorum auctoritate, qua fungitur, dictam pacem nomine dicti concilii et totius Civitatis factam acceptans, omnes et singulas seditiones, factiones et partes tam Guelfas, quam Ghibellinas sive Brettonas et Maganzenses, alias qnomodolibet nuncupatas, discordias, questiones, rancores et controversias quascumqne extinxit, prohibuit, et omnibus finem et silencium imposuit, nomenqne et partem solummode sancte matris ecclesie et domini pape vocari, vivere et prevalere voluit et mandavit. Et ad tollendum omnes sedictionum fomites et factionum stimula, qui ut experiencia docuit, ex cupiditate civium dominandi rempublicam et statum illius, et ex invidia et odio inter cives de grandicia et populares oriuntur, ut pax et concordia supradicta in suo robore permaneat et diu perseverat, ad laudem et gloriam omnipotentis dei, ad exaltationem sancte matris ecclesie et domini nostri pape, ac ad statum publicum et bonum publicum precepit, et auctoritate sibi commissa districte mandavit, ut in futurum sublato in omnibus et per omnia dominio, seu potius tiranuide particularium nobilium civium sub asserto nomine Capitanei et defensoris populi, vel qnomodolibet nuncupato, pro gubernio Civitatis Viterbii, eiusque forcie et districtus concilium generale quadraginta civium de grandicia, qui nobiles appellantur, prevalere debeat, ex quibus Priores consueti pro maiore balia et pro decore Civitatis per portas more solito et nominaliter eligantur, ultra alios officiales

publicos iuxta formam statutorum, et Priores populi vocentur, licet ex nobilioribus eligantur. Et ne populus et populares a potentibus et nobilibus opprimentur, Rectores artium in dicto generali concilio quadraginta nobilium intervenire possint, et valeant nomine totius populi et popularium, et cum aliis vocem habeant. Priores autem maioris balie a dictis Rectoribus artium sindicentur de bene et male gestis in fine eorum officii, non obstantibus statutis asserti Petri de Valle Viterbiensis contra nobiles, et ad favorem popularium editis, et statutis tempore Bonifacii pape octavi, nec aliis in contrarium quibuscumque, omnesque domino Rectori provincie Patrimonii et aliis officialibus a sancta Romana ecclesia deputandis obediant. Si quis autem dictas concordiam, pacem, factionum extinctionem, seditionum prohibitionem, constitutiones et decreta de mandato domini nostri pape, et domini Rectoris et Capitanei generalis, ac de communi consensu omnium ut supra facta et constituta ausu temerario infringere, contravertere, et contra ea dicere, facere, opponere, vel consulere presumpserit, capitis penam de facto incurrat cum publicacione bonorum et demolicione domorum. Que omnia fuerant a dictis dominis Prioribus et ab omnibus nobilibus et popularibus, Rectoribus artium totoque concilio predicto ratificata et acceptata, nemine discrepante.

Et ego Iohannes quondam Gherardi Colai, apostolica auctoritate notarius, et ad presens notarius reformacionis predicte magnifice Civitatis Viterbii, ut supra rogatus subscripsi et publicavi.

LXI.

Carolo de Malatestis omnia bona Pauli Muccioli de Balacchis de S. Archangelo confiscata conceduntur.
Reg. Tom. VI. fol. 304.

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Meruit(?) dilecti filii nobilis viri Caroli de Malatestis domicelli Ariminensis, in provincia nr̃a Romandiole pro nobis et Romana ecclesia Rectoris generalis, sinceritas, preclara devocio, per quam nos ad eandem ecclesiam intentis studiis reveretur, grataque sue magnificencie obsequia nobis et dicte Romane ecclesie liberaliter impensa, ut personam suam specialibus favoribus et graciis honoremus. Sane ad nostrum nuper fidedigna relacione pervenit auditum, quod cum olim iniquitatis filius Paulus Muccioli de Balacchis de Sancto Archangelo, laicus Ariminensis diocesis, et nonnulli alii perdicionis alumpni, quorum nomina et cognomina presentibus haberi volumus pro expressis, diabolico spiritu instigati, ac deum pre oculis non habentes, ausu nefando animo et intencione faciendi rebellionem et prodicionem contra nos et dictam Romanam ecclesiam, ac perturbandi et subvertendi statum pacificum dicte provincie coniuracionem, ligam et conspiracionem fecissent de invadendo per vim et violenciam Civitatem nostram Cesenatem provincie prelibate, eiusque Comitatum [Civitatem] et districtum cum multitudine gencium armigerarum, ac Civitatem et Comitatum et districtum huiusmodi occupando, usurpando et occupatos detinendo, et illis privando dictam Romanam ecclesiam, et tandem, ut eorum iniquum propositum producere possent ad effectum, nocturno tempore super territorio dicte Civitatis cavalcatam hostilem fecissent, et territorium et districtum eiusdem Civitatis clandestine et proditorie invasissent, et per quandam portam dicte Civitatis quasdam ex dictis gentibus armigeris furtive intromissent, et nonnulla alia nefanda crimina et excessus contra nos et eandem ecclesiam ac prefatum Carolum nequiter perpetrassent, dilectus filius Nicolaus de Pergnano de Mutina, tunc in dicta Civitate causarum civilium et appellacionum Index generalis, attendens quod premissa adeo erant notoria et manifesta, quod nulla poterant tergiversacione celari, ac iuxta formam iuris et Constitucionum dicte provincie contra prefatos sceleratos viros legitime procedens, per suam sentenciam pronunciavit, decrevit et declaravit eosdem perdicionis filios fuisse, et esse rebelles sancte Romane ecclesie, ac crimen lese maiestatis et sentencias excommunicacionis ipso facto incurrisse, ipsosque et eorum quemlibet esse infames, vite instabiles(?) et quorumcumque relictorum incapaces, et privilegiis eciam papalibus, officiis, beneficiis et dignitatibus quibuscumque privatos, ipsorumque bona mobilia et immobilia, nec non actiones et iura ubicumque existencia Camere apostolice fore confiscata, ipsosque tamquam malefactores et detestande condicionis viros ultimo supplicio sentencialiter condempnavit puniendos, prout in dicta sentencia manu publica conscripta, cuius tenorem presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Et subsequenter, sicut nobis innotuit, prefatus Carolus pluribus annis iam elapsis post huiusmodi sentencie prolacionem nonnulla bona mobilia et immobilia in Territorio S. Archangeli, ac in Ariminensi et dicta Cesenate Civitatibus earumque Comitatibus consistencia, et ad prefatum Paulum, antequam huiusmodi excessus et crimina commisisset, pertinencia, videlicet domos, agros, vineas et alia bona tamquam dicte Camere confiscata ipsorumque corporalem possessionem apprehendit, et eorum usumfructum percepit, illaque in usus proprios tennit et possedit, prout tenet et possidet de presenti. Nos igitur attendentes eximie devocionis constanciam, qua dictus Carolus erga nos et eandem Romanam ecclesiam singulari affectione prefulget, et precipua claret puritate, ac propterea volentes ipsum et posteros suos prerogativis specialibus prosequi et libertatibus decorare motu proprio, non ad ipsius Caroli vel alterius pro eo nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera libera-

litate omnia bona supradicta, que ad prefatum Paulum, antequam huiusmodi excessus et crimina perpetrasset, ut prefertur, pertinebant, que alias per loca, vocabula, confines, qualitates, valores et quantitates presentibus habere volumus pro expressis, eidem Carolo pro se ac heredibus et successoribus suis per ipsos imperpetuum tenenda, possidenda, regenda et gubernanda auctoritate apostolica tenore presencium concedimus, donamus et eciam assignamus, omnemque actionem nobis et dicte Camere in ipsis bonis quomodolibet competentem in ipsos Carolum, heredes et successores transferimus per presentes, necnon fructus et redditus per eundem Carolum ex ipsis bonis usque ad hodiernum diem perceptos ipsi Carolo de uberioris dono gracie remictimus et donamus, ipsumque de illis nostro et dicte Camere nomine liberaliter quitamus et perpetuo liberamus. Nulli ergo etc. nostre concessionis, donacionis, assignacionis, translacionis, remissionis, quitacionis et liberacionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idibus Marcii, Pontificatus nostri anno terciodecimo.

LXII.

Pontifex capitula cum Ursinis de mutuo sibi praestando auxilio pro tuendis utriusque partis terris inita confirmat. *Reg. Tom. IX. fol. 209.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut ea, que in favorem ac pro statu et utilitate nr̃a et sancte Romane ecclesie, ac tranquillitate alme Urbis et aliorum fidelium nostro et prefate ecclesie nomine, ac de nostris licencia et consensu provide facta noscuntur, illibata permaneant, illisque adiiciamus apostolici muniminis firmitatem. Cum itaque nuper inter dilectum filium nostrum Angelum tituli sancti Laurencii in Damaso presbiterum prefate ecclesie Cardinalem, ex commissione per nos eidem facta vive vocis oraculo, vice ac nomine Romane ecclesie supradicte ac nostro, et pro alma Urbe ac omnibus nostris et ecclesie prefate subditis ex una, et dilectos filios Nobiles viros Iohannem et Poncellum quondam Francisci, ac Gentilem quondam Latini militum natos de Ursinis, domicellos Romanos, pro eis et eorum terris, castris, locis, subditis et vassallis ex alia partibus fuerint nonnulla composiciones, pacta et federa inita concorditer et firmata, et Iohannis, Poncelli ac Gentilis prefatorum subscriptionibus et sigillis ad maiorem firmitatem subscripta et sigillata, et inter cetera in dictis contenta federibus caveatur, quod ea per nostras litteras confirmentur: Nos volentes, ut ea, que nostro et prefate ecclesie sunt gesta nomine, presertim racioni consona illibata permaneant, composiciones, pacta et federa huiusmodi, quorum tenores diligenter inspici, et inferius omissis sigillis de verbo ad verbum fecimus inseri, ac omnia et singula in eis contenta, et quecunque inde secuta rata habentes et grata, ea ex certa sciencia auctoritate apostolica tenore presencium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, et nichilominus mandantes dilectis filiis .... Camerario et gentibus Camere nostre, quatenus provisionem annuam de Quingentis florenis auri de Camera Iohanni, Poncello et Gentili prefatis, et eorum cuilibet per formam Capitulorum, composicionum et federum huiusmodi per nos concessam et stabilitam in terminis, in Capitulis supra et infrascriptis appositis, annis singulis usque ad nostrum beneplacitum de proventibus prefate Camere, Constitucionibus apostolicis ac statutis et ordinamentis prefate Camere, et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque, solvere et satisfacere effectualiter non postponant.

Tenor autem composicionum, pactorum et federum predictorum sequitur, et est talis.

Infrascripta sunt Capitula habita et firmata inter Reverendissimum in Christo patrem et dñum, dñum Angelum tituli sancti Laurencii in Damaso presbiterum sancte Romane ecclesie Cardinalem, ex commissione vive vocis oraculo eidem per Sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Bonifacium divina providencia papam nonum facta, vice et nomine prefati dñi nostri et Romane ecclesie ex una, et Magnificos viros Iohannem et Poncellum quondam Magnifici Militis Francisci, ac Gentilem quondam Magnifici Militis Latini de Ursinis, domicellos Romanos natos, pro eis et terris eorum, castris, locis subditis et vassallis ex alia partibus sub anno a Nativitate dñi nostri Ihesu Christi Millesimo quadringentesimo secundo, Indiccione decima, die vicesima octava mensis Iulii, Pontificatus prefati dñi nostri anno terciodecimo.

In primis prefati Iohannes, Poncellus et Gentilis promittunt omnes et singuli, et quilibet eorum insolidum, quod erunt decetero fideles, obedientes et devoti sancte Romane ecclesie et prefato dño nostro pape, et esse intendunt recommendati ac sub proteccione immediata cum terris, castris, locis, subditis et vassallis eorum, habitatoribus, incolis ac bonis omnibus, que impresenciarum obtinent, et in futurum prestante domino iustis titulis poterunt adipisci, prefati domini nostri ac ecclesie Romane, ita quod ut homines recommendati dicti domini nostri in omnibus, et quo ad omnia imposterum censeri debeant et haberi ac eciam pertractari, et exnunc seipsos et quemlibet eorum cum terris, castris, locis, subditis, vassallis et aliis supradictis se recommittunt, ut superius continetur, cum hac reservacione, quod tam ipsi quam terre, castra et loca eorum ac vassalli et subditi eorumdem ad aliquod aliud solvendum, dandum seu faciendum Ca-

mere Romane ecclesie seu alme Urbis, nisi prout hactenus consueverunt, minime teneantur seu astringi possint: et eciam conveniunt, quod ipsi et eorum gentes, vassalli et subditi non offendent seu offendi facient Romanam ecclesiam et dñum nrum papam prefatos, almam Urbem vel germanos prefati dñi nostri, Civitates, Terras, Castra et loca tam sua et ecclesie atque Urbis prefatarum, quam germanorum prefatorum, aut subditos, vassallos, adherentes, complices, sequaces, gentes, familiares eorumque Officiales, nec aliquos Curtisanos seu venientes ad Romanam Curiam, aut recedentes ab ea, nec Civitatem aut locum, in qua prefatus dominus noster moram traheret, seu ecclesias, monasteria, hospitalia, vel alia pia loca prefate Urbis et Civitatum, castrorum et locorum predictorum, seu eorum Comitatus, territoria vel districtus, habitatores et incolas, aut eorum bona mobilia et immobilia quomodocumque, aut offendentibus seu offendere volentibus per se vel alios dabunt directe vel indirecte, aut aliquo colore quesito, publice vel occulte, quomodocunque aut qualitercunque auxilium, consilium vel favorem, receptaculum, transitum, victualia seu merces; sed habebunt et tenebunt, tractabunt et reputabunt decetero iuxta eorum posse et bona fide amicos prefati dñi nostri pro amicis, et inimicos pro inimicis, et guerram, exercitum, cavalcatam et offensiones quaslibet contra quoscunque, cuiuscunque preeminencie fuerint, cum eorum terris, subditis et vassallis pro posse eorum ad requisicionem prefati domini nostri facient tociens, quociens fuerint requisiti, omni exceptione remota, salvis et exceptuatis omnibus, qui essent de eorum domo de Ursinis, contra quos guerram facere non sint astricti, nisi guerra fieret ex culpa manifesta eorum vel illius, contra quem guerra fieret, et pacem, treugas, inducias et sufferencias, que per ipsum dominum nostrum indicerentur et fierent cum quibuslibet racione guerre mote vel movende, servabunt et servari facient cum effectu, ita quod tam in bello, guerra, pace, treugis, induciis ac sufferenciis huiusmodi cum dño nostro et ecclesia predictis contra omnes, nullis aliis prorsus, Ursinis ut supra dumtaxat reservatis, exceptis, concurrere teneantur et debeant, ac prefati domini nostri servare et facere pleuariam in omnibus predictis et quo ad omnia voluntatem, ita tamen quod in omni pace, treuga, induciis et sufferenciis cum terris, locis, castris, vassallis et subditis eorumdem, quas faceret predictus dominus noster, vel alius eius nomine cum quibuscunque, prefati Iohannes, Poncellus et Gentilis includantur et includi debeant, et similiter in omni salvo conductu, qui super cessacionibus offensarum pro terris aut subditis ecclesie seu Urbis prefatarum per aliquos concederentur imposterum.

Item quod decetero ipsi Iohannes, Poncellus et Gentilis, aut eorum aliquis per se vel alios directe vel indirecte, quocunque modo, iure, causa seu forma non facient cum aliquibus dominis spiritualibus seu temporalibus, quacunque dignitate fulgerent, eciam Regali seu Reginali, aut Universitatibus seu singularibus quibuscunque personis aliquam confederacionem, ligam, convencionem, pactum seu fedus quodcunque, quod seu que tendere seu redundare quomodocunque et qualitercunque posset contra dominum nostrum, Romanam ecclesiam, almam Urbem, germanos domini nostri prefati, Civitates, terras, castra, loca aut alios quoscunque in proximo precedenti Capitulo comprehensos et denotatos, et quod vigore seu racione quarumcunque confederacionum, unionum, ligarum, convencionum, federum seu pactorum cum quibuscumque dñis spiritualibus seu temporalibus, cuiuscunque dignitatis fuerint, aut Universitatibus vel singularibus personis sub quacunque verborum conceptione hactenus firmatorum vel celebratorum offensionem, vel aliqua nocumenta non inferent, nec aliquid facient seu attemptabunt premissorum vel alicuius eorum pretextu, quod vergere posset contra bonorem aut statum, tranquillitatem seu pacem dñi nostre, Romane ecclesie, aut aliorum in genere vel in specie superius comprehensorum: et ad maiorem premissorum certitudinem exnunc presencium tenore huiusmodi ligis, confederacionibus, unionibus, convencionibus, pactis et federibus coniunctim vel separatim per eos aut eorum aliquem, seu pro eis aut aliquo ipsorum quandocunque, ubicunque, quomodocunque aut qualitercunque hactenus cum aliquibus initis, factis seu quomodolibet celebratis, que omnia hic haberi volunt pro sufficienter expressis, eciam iuramento, sigillis eorum aut firmitatibus, solempnitatibus quibuscunque vallatis expresse ac omnimode renunciant, ac conveniunt ipsis aut eorum aliquo imposterum non uti absque speciali licencia vel mandato prefati dñi nostri modo aliquo, iure, causa seu forma.

Item si contigeret prefatos Iohannem, Poncellum aut Gentilem, vel eorum aliquem quomodocunque aliquid sentire, quod in dampnum seu preiudicium prefati dñi nostri, Romane ecclesie, alme Urbis, germanorum ipsius dñi nri, aut aliquorum aliorum in precedentibus Capitulis comprehensorum, seu contra Civitates, terras et loca huiusmodi tractaretur, ordinaretur vel fieret, quod id bona fide, pure ac solicite filiali diligencia notificabunt prefato dño nostro, et ne huiusmodi dampnum seu preiudicium fiat, impedient toto posse.

Item quod quandocumque eveniet prefatos Iohannem, Poncellum et Gentilem, aut eorum aliquem ad stipendia seu servicia alicuius domini spiritualis seu temporalis, Universitatis seu singularis persone coniunctim vel separatim se conduci vel firmari, semper et expresse reservabunt et exceptuabunt, quod quociens prefato domino nostro

pape placuerit, ipsos sic conductos vel aliter firmatos, seu eorum aliquem cum suis gentibus possint et debeant ad servicia prefati domini nostri se omnino transferre, dummodo per unum mensem cum dimidio sic conducto notificatum extiterit, ac pro parte dñi nostri prefati fuerit requisitus. Et quod nichilominus vigore alicuius conducte vel firme, eciam ad extensum stipendium, vel alias quocumque modo vel forma facte, seu que decetero fierent de eis aut eorum aliquo per aliquem seu aliquos, non possint vel debeant, nec eciam vigore alicuius federis, convencionis vel pacti, aliquid agere, per se vel alios attemptare contra prefatum dominum nostrum, vel aliquem seu aliquos comprehensos in Capitulis supradictis, seu contra Civitates, terras vel loca ipsorum vel alicuius eorumdem.

Item promittunt, quod decetero in terris, castris et locis eorum et cuiuslibet ipsorum receptabunt gentes tam equites quam pedites prefati dñi nostri, et eis dabunt victualia pro precio competenti, et quod in omnibus amicabiliter tractabuntur, quociens per terras, castra, loca, territoria et districtus eorum transitum fecerint omni vice.

Et econtra prefatus d. Cardinalis vigore potestatis sibi a prefato dño nostro vive vocis oraculo super premissorum et infrascriptorum conclusione, ut asserit, concesse, vice et nomine dñi nostri et Romane ecclesie prefatorum Iohannem, Poncellum et Gentilem predictos et quemlibet ipsorum cum terris, castris, locis, vassallis et subditis eorumdem sub beati Petri, Romane ecclesie ac domini nostri predictorum proteccione et recommendacione suscepit, et ipsis solis immediate subesse voluit, et alios supradictos: et promisit eisdem Iohanni, Poncello et Gentili pro eis, terris, castris, locis, subditis et vassallis ipsorum et cuiuslibet ipsorum recipientibus et stipulantibus eos, et quemlibet ipsorum adversus quoscumque ipsos Iohannem, Poncellum et Gentilem, aut ipsorum aliquem, seu terras, castra, loca, vassallos aut subditos huiusmodi offendentes, seu offendere volentes iuxta posse protegere atque defendere, salvo quod si Iohannes, Poncellus et Gentilis predicti, aut aliquis eorum aliquam guerram seu ligam de novo indicerent, seu iam ceptam prosequi vellent contra aliquem vel aliquos, seu moverent absque licencia et consensu prefati dñi nostri, quod extunc et eo casu in guerra seu briga huiusmodi prefatus dñus noster seu Romana ecclesia non teneatur, nec constrictus sit in aliquo moventes seu moventem talem guerram iuvare, nec proteccionis aut defensionis auxilium erogare, nisi et prout de prefati dñi nři processerit beneplacito voluntatis, et non aliter ullo modo, non obstantibus Capitulis supradictis.

Item prefatus dominus Cardinalis vigore potestatis predicte, ac auctoritate prefati dñi nostri qua fungitur in hac parte, omnia et singula iuramenta, que prefati Iohannes, Poncellus et Gentilis, aut eorum aliquis per se vel alios forsitan hactenus prestitissent in aut super observacione ligarum, unionum, confederacionum, pactorum aut federum, aut alicuius ipsorum, de quibus in precedentibus capitulis mencio facta extitit, cum aliquibus habitorum quacumque racione vel causa presencium tenore protinus relaxavit eisdem, et ipsos et quemlibet ipsorum potestate et auctoritate prefatis a premissorum et conventorum huiusmodi observacione penitus absolvit et liberavit, et decrevit, mandavit et voluit potestate et auctoritate prefatis, ipsos vel aliquem eorumdem ad ipsorum vel alicuius eorum observanciam decetero, ligis et aliis supradictis ac quibuscunque contrariis nequaquam obstantibus, quomodolibet non teneri, et perinde haberi ac si promissio aliqua seu obligacio super hiis aut eorum aliquo nullatenus emanasset.

Item promittit idem dñus Cardinalis dicto nomine, quod in casu, quo prefati Iohannes, Poncellus et Gentilis, vel eorum aliquis ad requisicionem prefati dñi nři guerram moverent contra aliquem vel aliquos, quod eo casu prefatus dominus noster teneatur eis guerram moventibus de armigeris gentibus ad offensam et defensam secundum qualitatem guerre paternaliter providere.

Item quod de omnibus supra et infrascriptis fiet confirmacio sub bulla apostolica in forma.

Item quod in ipsa vel alia bulla assignetur annua provisio cuilibet predictorum Iohannis, Poncelli ac Gentilis de Quingentis florenis auri de Camera, solvendis de pecuniis Camere apostolice per gentes dicte Camere in terminis hiis, videlicet dimidin in festo Assumptionis beate Marie virginis de mense Augusti, reliquu dimidin in festo Nativitatis domini nostri Ihesu Christi cuiuslibet anni.

Item supradicte partes promiserunt sibi adinvicem premissa omnia et singula, et quodlibet ipsorum inviolabiliter observare et observari facere bona, pura et sincera fide sub pena violate fidei in omnibus supradictis.

Ego Iohannes predictus ad fidem omnium premissorum manu propria me subscripsi, et meo parvo sigillo sigillavi.

Ego Poncellus predictus ad fidem omnium premissorum manu propria me subscripsi, et anulo quo utor sigillavi.

Ego Gentilis predictus ad fidem omnium premissorum manu propria me subscripsi, et anulo quo utor sigillavi.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis, communicionis, supplecionis, mandati et constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno terciodecimo.

LXIII.

Homines vicariatus dñorum de Malatestis in Marchia Anconitana, Iudaeis nequaquam exceptis, ab impositionibus eximuntur. *Reg. Tom. IX. fol. 17.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Etsi de universis Christifidelibus ad procurandum eis pacis et tranquillitatis commoda solicite cogitamus, et ipsos in eis manutenendos libenter nostre solicitudinis studium impendamus: circa illos tamen id efficacius efficere cupimus, qui nobis et Romane ecclesie iure superioris dominii et in temporalibus subesse noscuntur. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum nobilium virorum Caroli quondam Galeocti et Malateste quondam Pandulfi militis ac Malateste eiusdem Galeocti natorum domicelli Ariminen. peticio continebat, quod licet (Civitates) Fanensis, Pensauriensis et Forosinfroniensis, necnon Castra Mondavi, Urciani et Curnialti Fanensis et Senogalliensis diocesum, que ipsi in Marchia nostra Anconitana a nobis et Romana ecclesia in Vicariatum obtinent, ipsorumque Ebrei, incole et habitatores, cuiuscumque status vel condicionis existant, iuxta formam et tenorem litterarum apostolicarum eis super Vicariatu huiusmodi concessarum ab omni imposicione tallie vel collecte, seu alio quocumque onere et gravamine in Marchia predicta qualitercumque imposito vel imponendo liberi extiterint hactenus et immunes, nec ad aliquod reale, personale vel mixtum onus, preterquam accedere ad parliamenta generalia, necnon ad censum Camere apostolice, sicut olim solvere consueverunt, solvendum fuerint et sint astricti: tamen a nonnullis temporibus citra per officiales generales Curie dicte Marchie ad hoc deputatos pro stipendio et salario dilecti filii Nobilis viri Pauli de Ursinis domicelli Romani, et aliarum gencium armigerarum pro nobis et eadem ecclesia in dicta Marchia militancium Ebreis in Civitatibus et Castris prefatis commorantibus certe pecuniarum summe, videlicet Ebreis de Fano ducati septuagintatres, bolognini trigintatres, denarios duodecim, de Pensauro ducati trigintaquatuor, de Forosinfronio ducati decem, bolognini viginti, de Mondavo ducati septem, bolognini viginti, de Urciano ducati duo, bolognini viginti et de Curnialto eciam ducati duo pro quolibet anno imposite fuerunt indebite et iniuste in magnum ipsorum expenencium dampnum, preiudicium et gravamen. Quare pro parte ipsorum exponencium fuit nobis humiliter supplicatum, ut providere eis super hoc de oportuno remedio de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui eosdem exponentes utpote nobis et eisdem ecclesie fideles et devotos sincere diligimus, volentes super premissis, de quibus tam ex tenore litterarum predictarum, quam eciam ex fidedignorum testimoniis plenarie sumus informati, salubriter providere, huiusmodi supplicacionibus inclinati volumus et apostolica auctoritate tenore presencium statuimus, decernimus et declaramus, quod Civitates et Castra predicta ipsorumque incole et habitatores, et Ebrei ac seculares persone, cuiuscumque condicionis existant, racione huiusmodi stipendii seu salarii, aut aliorum onerum quorumcumque Marchie predicte, et eius incolis pro tempore quacumque occasione vel causa incumbencium vexari, inquietari vel molestari, aut ad solucionem huiusmodi onerum per officiales predictos, aut alios quoscumque artari vel compelli non possint, nec valeant quoquomodo, sed ea libertate et immunitate gaudeant et gaudere debeant in futurum, dum tamen in nostra et dicte ecclesie fidelitate et obediencia perstiterint, quibus hactenus et antequam prefatus Paulus ad partes ipsas accederet, gavisi fuerunt, officialibus et Paulo predictis et aliis quibuscumque tenore presencium districtius inhibentes, ne Civitates et Castra predicta seu ipsorum incolas et habitatores premissorum occasione decetero, eciam racione pecuniarum hactenus impositarum et imposterum imponendarum, in aliquo molestare, perturbare seu inquietare quoquomodo presumant, sed ipsos et ipsa permittant et faciant consueta tranquillitate et pace gaudere. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, condicionis, constitucionis, declaracionis et inhibicionis infringere etc. Siquis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum VII. Id. Augusti, Pontificatus nostri anno terciodecimo.

LXIV.

Salvus conductus pro Aprutinis et aliis venientibus cum animalibus ad pascua Romana. *Reg. Tom. IX. fol. 25.*

Bonifacius episcopus etc. Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis et Epis, ac dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus etc. et aliis universis et singulis, ad quos presentes littere pervenerint, salutem etc. Cum nonnulli, sicut accepimus, tam de Aprutina quam aliis partibus cum eorum armentis ad pascua Romana, seu provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia, et loca finitima ad hyemandum venire seu per alios mittere proponant, nos volentes eorum securitati consulere, universis et singulis tam de Aprutina quam aliis quibuscunque partibus venire seu mittere volentibus eorum armenta, cuiuscunque speciei existant, et in quocunque numero, cum huiusmodi armentis, pastoribus, salmis, rebus et bonis eorum in here ac personis per quecunque Civitates, Terras ac loca, territoria, districtus, passus ac pontes nobis et Romane ecclesie subiectos secure et libere transeundi, veniendi, standi, indeque recedendi, debitis tamen et consuetis solutis pedagiis et gabellis, salvum liberumque conductum ac plene securitatis licenciam, non obstantibus reprehensalibus quibuscunque in alma Urbe vel alibi ubicunque terrarum concessis aut concedendis, con-

cedimus per presentes. Ceterum Universitatem vestram requirimus et hortamur in domino, subditis quoque nostris districte precipiendo mandantes, quatenus omnes supra comprehensos et quemlibet eorum cum armentis, salmis, rebus et bonis predictis, quociens venire, stare et redire contigerit, ut prefertur, recommendatos habentes, nullam eis in personis, rebus vel bonis inferatis iniuriam, molestiam vel offensam, nec ab aliis, quantum in vobis fuerit, permittatis inferri, sed eos cum armentis, pastoribus, salmis, rebus et bonis huiusmodi per Civitates, Terras et alia loca prefata, omni impedimento et contradictione cessantibus, venire, stare, transire ac redire sic libere permittatis, ac de salvo conductu, si necesse fuerit et requiri contigerit, providere velitis, quod vestra possit exinde devocio apud nos et sedem apostolicam merito commendari. Presentibus post sex menses a data presencium computandos minime valituris. Datum Rome apud Sanctum Petrum VII. Idus Septembris, Pont. nostri anno terciodecimo.

LXV.

Episcopo Feretrano, ut Carolum, Pandulphum et Malatestam censuris spiritualibus et temporalibus ad ecclesiae militandum cum M. lanceis iuxta pacta compellat. *Reg. Tom. IX. fol. 42.*

Bonifacius episcopus etc. Venerabili fratri Benedicto Episcopo Feretrano, in provinciis nostris Romandiole ac Massetrabarie pro nobis et Romana ecclesia Thesaurario, salutem etc. Pro statu nro et sancte Romane ecclesie ac omnium subditorum volumus, et per apostolica scripta fraternitati tue mandamus, quatenus dilectos filios Nobiles viros Carolum, Pandulphum militem ac Malatestam domicellos, quondam Galeocti militis de Malatestis natos, in Ariminensi et nonnullis aliis nostris Civitatibus et terris pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicarios, parte nostra et sub penis ac censuris spiritualibus et temporalibus, eciam excommunicacionis, suspensionis et interdicti, ac privacionis Vicariatuum, graciarum, privilegiorum et feudorum a Romana vel aliis ecclesiis, aut Imperatoribus, Regibus vel aliis dominis temporalibus eis, aut eorum predecessoribus, quibus ex testamento vel ab intestato succederent, hactenus quomodolibet concessorum, ac inhabilitacionis ad illa imposterum obtinenda, prout noveris expedire, mouere et requirere per te vel alium ydoneum debeas, ut ad nostra et prefate ecclesie serviciu ac stipendia debeant protinus se transferre, ac nostris et eiusdem ecclesie militare servicciis cum mille lanceis pro stipendiis, provisionibus, tempore, modis, condicionibus atque formis debitis et honestis, prout cum dilectis filiis Nobili viro Figluolo Thomacello domicello Neapolitano, ac Magistro Nicolao de Imola apostolice Camere notario, ad hoc specialiter per nostras litteras deputatis, in concordia remanserunt, et Figluolo et Nicolao predictis aut ipsorum alteri videbitur expedire, conductis de eis aut aliquo eorum factis ac promissionibus, eciam sigillis ac iuramentis eorum vallatis, aut aliis contrariis non obstantibus quibuscunque; tibi nichilominus, prout opus esse prospexeris, eis et eorum cuilibet iuramenta super promissorum observacione prestita auctoritate nostra relaxandi tenore presencium facultatem plenariam concedentes. Volumus autem, quod de huiusmodi requisicione confici facias publicum documentum, quod ad Cameram nostram illico dirigere non postponas. Datum Rome apud Sanctum Petrum V. Idus Novembris, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

LXVI.

Civitatis Terracinensis impignorationem Ioannello Thomacello a camerario ecclesiae XIIM. flor. concessam pontifex sancit. *Reg. Tom. IX. fol. 123.*

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et debitum, ut hiis, que per Venerabilem fratrem Conradum Episcopum Militensem, Camerarium nostrum, ad hoc specialiter deputatum, provide facta sunt, adiiciamus roboris apostolici firmitatem. Cum itaque, sicut nobis innotuit, idem Camerarius nuper pro incumbentibus oportunitatibus Romane ecclesie et apostolice Camere, cum aliunde non posset, gravibus et impresenciarum urgentibus necessitatibus nostris, ecclesie et Camere predictarum, maxime pro satisfaciendis stipendiis et provisionibus nonnullis gentibus armorum ad nostra, et prefate ecclesie stipendia militantibus debitis, et aliis casibus gravibus provideri, summam duodecim milium florenorum auri de Camera a dilecto filio Nobili viro Iohannello Thomacello, milite Neapolitano ac Regni Sicilie Cancellario, nomine et ex causa mutui acquisiverit, habuerit atque receperit, et pro caucione restitucionis predicte quantitatis duodecim milium florenorum, prout potuit, vigore facultatis per nos eidem Camerario concesse pignoraverit, et titulo pignoris et specialis ypotece dederit, posuerit, concesserit et obligaverit prefato Iohannello pro se suisque heredibus et successoribus Civitatem nostram Terracinensem cum arce, comitatu, territorio, districtu, mari, portu, lacubus, aquis, aquarumque decursibus, piscacionibus, iuribus et pertinenciis ipsorum, mero mixtoque imperio ac iurisdictione omnimoda, ac sub certis aliis pactis, modis et condicionibus inter ipsos Camerarium et Iohannellum habitis et firmatis, prout de premissis in aliis nostris litteris facultatem dicti Camerarii circa premissa continentibus, ac contractu inde celebrato rogato per dilectos filios Franciscum de Montepoliciano, Secretarium nrum, Nicolaum de Imola notarium Camere predicte, ac Stephanum Gerii de Prato Pistoriensis

diocesis scribas publicos lacius continetur: Nos volentes premissa apostolica municione roborari, cum constet nobis dictam summam duodecim milium florenorum sic mutuatorum fuisse et esse conversam pro necessitatibus supradictis, ac pro evidenti utilitate ecclesie et Camere predictarum, contractum ipsum, cuius tenorem diligenter inspici et examinari fecimus in Camera prefata, et hic alias de verbo ad verbum haberi volumus pro sufficienter expresso, ac omnia et singula in eis contenta rata habentes et grata, motu propio, non ad dicti Iohannelli vel alterius super hoc nobis oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa sciencia ea omnia et singula auctoritate apostolica tenore presencium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, communicionis et supplecionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. Nonas Iunii, Pont. nostri anno quartodecimo.

LXVII.

Donadeo collectori, ut nomine ecclesiae possessionem civitatis Faventinae ab Astorgio de Manfredis, qui vicariatum eiusdem civitatis sponte resignet, recipiat, cum eoque compositionem faciat. *Reg. Tom. VIII. fol. 38.*

Bonifacius episcopus etc. Dilecto filio Donadeo utriusque iuris Doctori Narniensi, ac fructuum Camere apostolice in nonnullis partibus debitorum Collectori, salutem etc. Cum nuper pro parte dilecti filii Nobilis viri Astorgii de Manfredis domicelli, in nostra Faventina Civitate eiusque comitatu, territorio et districtu pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicarii generalis, fuerit cum instancia expositum et narratum, quod cum propter guerrarum angustias, quibus Civitas Faventina cum eius comitatu, territorio et districtu, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure pertinens atque spectans, cum civibus, habitatoribus et incolis eorumdem preteritis temporibus ac modernis ideo conquassata sit et conquassetur ad presens, ac iuribus atque substanciis adeo exhausta et eciam diminuta fuerit et existat, quod ipsa nulla racione concernit se ipsam Civitatem, comitatum, territorium, cives, habitatores et incolas ipsorum adversus hostilem potenciam posse quomodolibet defensare; cumque pro eius parte nobis fuerit humiliter supplicatum, ut tum ad hoc, ut Civitas ipsa in desolacionem non corruat, Civitatem Faventinam predictam cum arcibus, cassaris, castris, forteliciis, locis, iuribus et pertinenciis suis nobis et prefate ecclesie sub certis pactis, modis et condicionibus, non obstante quod Vicariatus Civitatis, comitatus, territorii et districtus predictorum per nos eidem concessus nondum finitus sit, libere ac sponte sit dispositus reddere, restituere et resignare: Nos votis suis favorabiliter et paternaliter annuentes in hac parte, maxime pro salute, pace et tranquillitate Civitatis, comitatus, territorii et districtus, ac civium, habitatorum et incolarum predictorum nobis et prefate ecclesie devotorum et eciam subditorum, ac sumentes de tue fidelitatis, devocionis et integritatis experiencia in magnis nostris et prefate ecclesie negociis comprobatam in domino fiduciam specialem, quod ea, que tibi committenda duxerimus, prudenter ac fideliter exequeris, tibi nostro et ecclesie Romane predicte nomine possessionem vacuam, liberam et expeditam dicte Faventine Civitatis, ac arcium, cassarorum, castrorum, forteliciorum et locorum ipsius recipiendi, tenendi, gubernandi et custodiendi usque ad nostrum beneplacitum, necnon pacta, composiciones et federa cum dicto Astorgio, vel eius procuratore ad hoc speciale mandatum habente tam de et super restitucione Civitatis, arcium, cassarorum, castrorum, forteliciorum et locorum predictorum, et cuiuslibet eorumdem dicto Astorgio, vel eius filio et heredi inde ad quinque annos a die firmatorum federum continue computandos per Romanam ecclesiam libere faciendа, et certa provisione ex fructibus, redditibus et proventibus Civitatis, comitatus, territorii et districtus predictorum annis singulis pro sublevacione expensarum et substentacione eiusdem efficaciter persolvenda, quam de et super aliis pactis et condicionibus, de quibus cum Astorgio vel procuratore predictis in concordia remanseris, faciendi, firmandi et promittendi, necnon contractus et instrumenta super premissis et quolibet eorumdem ac dependentibus cum promissionibus bonorum et rerum obligacionibus, penarum adiectionibus, renunciacionibus, iuramentis et aliis solennitatibus tam de iure quam de consuetudine in huiusmodi contractibus quomodolibet oportunis, tociens quociens opus esse prospexeris, faciendi et fieri faciendi ac recipiendi, necnon iuramenta fidelitatis a dilectis filiis Civibus, habitatoribus et incolis supradictis, et Officialibus quibuslibet in forma debita recipiendi, et omnia et singula alia, que in predictis et circa pro statu et honore nostro ac ecclesie predicte pace, tranquillitate Civitatis, comitatus, territorii et districtus, ac Civium, incolarum et habitatorum predictorum utilia fore cognoveris, ita tamen quod Camera apostolica ad aliquid persolvendum vel contribuendum, nisi quantum ex introitibus Civitatis prefate percipietur, nullatenus obligetur, nec modo aliquo teneatur, gerendi, faciendi et exercendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem, ratum et gratum habituri quidquid per te in predictis, seu circa ea vel eorum aliquod factum seu gestum fuerit vel promissum, idque facturi auctore dño inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum II. Nonas Iulii, Pontificatus nostri anno quintodecimo.

LXVIII.

Pontifex Rupertum comitem palatinum Rheni in Romanorum Regem electum approbat, adiecto iuramento per eius nuntios praestito. ***Reg. Tom. IX. fol. 181.***

Bonifacius episcopus etc. Carissimo in Christo filio Ruperto in Regem Romanorum Electo Illustri, salutem etc. Pater immense maiestatis altissimus clementi providencia cuncta disponens, terrarum orbem disposuit sub distinccione regnorum, illaque consulte dirigi voluit et salubri regimine gubernari, ut humane creature statum, que sui creatoris ymaginem et similitudinem representat, tempestuose fluctuationes mundi confunderent, vel eius quietis dulcedinem impedirent, quin ymmo ut omnes sub iuris et honestatis regula limitata vita pacifica viverent, et ab offensis alterutrorum abstinerent, ac naturali affectu factorem suum cognoscerent, cognitum colerent, et suo reverenter imperio subiacerent. Demum vero pater ipse ex alto prospiciens populum, quem ipse creaverat, damnacionis senteciam incurrisse, Regem pontificum, Unigenitum filium suum, dominum nostrum Ihesum Christum misericorditer in mundum pro ipsius redempcione populi destinavit, qui carnem nostre mortalitatis indutus populum eundem ab eterne cruciatu mortis eripuit, et suo sanguine precioso redemit. Nos igitur in hac terrestri patria gerentes licet immeriti vices eius, levamus vigilis more pastoris tam corporeos quam mentales oculos in circuitu, visuri quid gregi nobis commisso expediat, et quid operis impendi debeat circa ipsum, ut illius fulti presidio, cuius sunt terre cardines, cui cogitaciones hominum preparantur, quique actus mortalium superat et infirmos robore potenter accingit, partes officii salubriter et utiliter exponamus ad ea, que fidelibus populis necessario expedire viderimus et noverimus profutura. Sane dudum felicis recordacionis Urbanus papa VI., immediatus predecessor noster, provida meditacione considerans mundum positum peccatis exigentibus in maligno, et quod disponente domino, cui obediunt universa, Romana mater ecclesia super reges et regna tamquam mater omnium et magistra supremum obtinet principatum, ut per eius ministerium regatur salubriter catholice fidei firmamentum, per diversos nuncios atque litteras repetitis vicibus paternis et accuratis affectibus excitavit Carissimum in Christo filium nostrum Wentzeslaum, tunc Romanorum et Bohemie Regem, ut pro defensione militantis ecclesie ac honore et statu sacri Imperii, prout eius exigebat officium, ad suscipiendum Imperiale dyndema ad Italie partes accederet, et videns eum ad hoc perficiendum nimia tepere desidia, eiusdem Imperii Electores tamquam ipsius Imperii membra precipua sepenumero interdum litteris, nonnumquam vero nunciis specialibus instantissime requisivit, ut prefatum Wentzeslaum ad descendendum premissorum causa in Italiam oportunis modis atque remediis hortarentur, ac instanciis et monicionibus debitis propulsarent. Demum autem eodem Urbano predecessore nostro, sicut domino placuit, ab hac luce subtracto, Nos divina favente clemencia ad apicem summi apostolatus assumpti, maximo animi fervore flagrantes ad obviandum iacturis et scandalis, que Romane ecclesie sponse nostre et ipsi consequenter Imperio cernebamus ingiter exoriri, nunnunquam interposuimus tam per litteras, quam eciam per nuncios speciales paternis affectibus partes nras, ut prefatum Wentzeslaum ad huiusmodi descensum diversis modis, quos oportunos putavimus, nichil possibilitatis penitus omittendo, quod expediens visum fuerit, inducere valeremus, et evidentes exhortaciones, induccione et moniciones prefati predecessoris nostri nostrasque nichil omnino proficere, ne quid intentatum in tam gravi tamque ponderoso negocio providencia apostolice servitutis omitteret, Venerabilibus fratribus et dilectis filiis Nobilibus viris ... sacri Imperii Electoribus crebro scripsisse meminimus, ut attentis periculis, que ex tanta secordia Wentzeslai prefati ecclesie atque Imperio et christiane religioni ingiter ingruebant, et signanter eum Gallici, quod semper animadvertimus, ad usurpacionem vel saltem divisionem ecclesie et Imperii totis studiis totisque conatibus inhiare, Imperialem Civitatem Iannensem in ipsius Italie faucibus positam occupassent, eundem Wentzeslaum ad veniendum in Italiam more divorum predecessorum suorum, ut e manibus nris Imperiale diadema reciperet, et ad occurrendum, ne predicti Gallici pedem in eadem Italia firmioribus radicibus validarent, necnon ecclesiam et Imperium, ipsiusque terras et bona iuxta sui status debitum defensaret, debitis modis et oportunis remediis et monicionibus excitarent. Tandem vero Electores ipsi videntes ulteriorem moram dicti Wentzeslai infinita secum dispendia trahere, et quascumque adhortaciones, excitaciones, induccciones et moniciones prefati predecessoris nostri nostrasque, ac ipsorum eciam prohdolor frustra fore, et aures eiusdem ad hanc rem tam sanctam, tam pium tamque christianitati utilem et necessariam penitus obduratas, ipsumque Wentzeslaum ad regimen dicti Imperii esse omnino inutilem, et propterea non solum statum universalis ecclesie atque Imperii, sed totius christiane religionis turbari, et ne bona prefati Imperii desidia ipsius Wentzeslai tenderent irreparabiliter in collapsum, nobis per eorum proprium nuncium significare curarunt, quod prefati Wentzeslai segnicie diligenter inspecta, ex qua dietim mundo discrimina et innumera scandala pullulabant, et quod predicta erant adeo per terrarum orbem notoria, quod non poterant aliqua tergiversacione celari, ipso amoto ad alterius eleccionem, qui huiusmodi discriminibus et scandalis

potenter occurreret, procedere disposnerunt, et demum, cum eius deposicio ad nos dumtaxat spectaret, ad ipsius Wentzeslai deposicionem seu amocionem a prefato regno Romanorum auctoritate nr̃a suffulti concorditer processerunt. Et deinde te Carissimum filium nostrum, tunc Comitem Palatinum Rheni, Bavarie Ducem eorumque Coelectorem, in Regem Romanorum in futurum Imperatorem postmodum promovendum concorditer elegerunt, tuque super hoc digesta meditacione prehabita, ad ipsorum Electorum et multorum aliorum instanciam huiusmodi eleccioni consensum tuum libere prebuisti. Postmodum vero per solempnes Ambassiatores et nuncios tuos pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi deposicionem sive amocionem Wentzeslai prefati et eleccionem de te factam, ut prefertur, et quecumque inde secuta auctoritate apostolica approbare, et personam tuam habilem et ydoneam ad suscipiendam prefatam Imperialis culminis dignitatem decernere, et declarare de benignitate solita dignaremur. Nos igitur de omnibus premissis et de huiusmodi deposicione facta, necnon de concordi eleccione tua fide plenarie nobis facta, et de persona tua, quantum tua paciebatur absencia, de tuis quoque moribus et condicionibus virtuosis, ac sinceritate et devocione, quam te erga nos et eamdem ecclesiam gerere comprobaris, et aliis, que ad huiusmodi culminis apicem requiruntur, diligencius inquisito, et super hiis omnibus cum prefatis fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus diligenti deliberacione prehabita, huiusmodi tuis supplicacionibus inclinati de ipsorum fratrum consilio ad laudem et gloriam omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti, et beate et gloriose semper Virginis Marie, et beatorum Apostolorum Petri et Pauli, ac exaltacionem et honorem dicte Romane ecclesie, orthodoxe fidei, bonumque et promocionem sacri Imperii et prosperum statum mundi, discriminibus et periculis ex premissa dicti Wentzeslai negligencia ecclesie atque Imperio verisimiliter eventuris attenta consideracione pensatis, deposicionem prefati Wentzeslai et eleccionem de te factam, et quecumque inde secuta rata habentes et grata, te in specialem nostrum et dicte ecclesie filium suscipimus, tibi nostros favorem et graciam concedentes, tuamque personam ydoneam reputantes te nominamus, pronunciamus et in Regem Romanorum assumimus, tuamque approbantes personam, teque sufficientem et habilem atque ydoneum declarantes ad suscipiendum prefati Imperialis culminis dignitatem, ac decernentes unctionem et consecracionem Imperialem, necnon eiusdem sacri Imperii dyadema per manus nostras tibi oportunis loco et tempore impendenda, supplentes nichilominus omnem defectum, si quis aut racione forme, aut racione persone tue, aut personarum dictorum Electorum, seu quevis alia racione vel causa in premissis, vel aliquo premissorum intervenerit quovis modo, ex certa sciencia et apostolice plenitudine potestatis, precipientes quoque omnibus fidelibus et vassallis Imperii, cuiuscumque condicionis existant, eciam si regali vel pontificali dignitate prefulgeant, ut tibi sicut Regi Romanorum in Imperatorem promovendo pareant efficaciter et intendant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ratificacionis, repotacionis, nominacionis, pronunciacionis, assumpcionis, declaracionis, decreti, supplecionis, precepti ac constitucionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum Kalendis Octobris, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

Forma Iuramenti prestiti per Ambassiatores Regis Romanorum nomine ipsius.

Tibi Sanctissimo in Christo patri et domino, dño Bonifacio sacrosancte Romane ecclesie ac Universalis ecclesie pape nono, Serenissimus princeps dominos Ropertus Romanorum Rex, et devotus filius Vestre Sanctitatis, per nos Rabanum dei et apostolice sedis gracia Episcopum Spirensem, ac Matheum de Crakovia in sacra pagina professorem, ipsius domini Regis procuratores et Nuncios, ad pedes Vestre Sanctitatis per eumdem dominum Regem specialiter destinatos, et nos Rabanus Ep̃us et Matheus predicti procuratores et Nuncii ipsius, ad hoc speciale et sufficiens mandatum ab ipso domino Rege habentes, nomine ipsius dñi Regis promittimus, et iuramus in animam ipsius domini Regis per patrem et filium et spiritum sanctum, et per hoc lignum vivifice crucis, et per has reliquias sanctorum, qood si permittente dño prefatus Serm̃us princeps Romam venerit, sanctam Romanam ecclesiam et te Rectorem ipsius exaltabit secundum suum posse, et vitam nunquam aut membra, neqoe ipsum honorem, quem habes, sua voluntate aut suo consilio, aut suo consensu aut sua exhortacione perdas, et in Roma nullum placitum aut ordinacionem faciet de omnibus, que ad te pertinent aut ad Romanam ecclesiam, sine tuo consilio, et quidquid de terra sancti Petri ad suam potestatem pervenerit, tibi reddet, et cuicumque Regnum Italicum commiserit, illum iurare faciet, ut adiutor tui sit ad defendendum terram sancti Petri secundum suum posse: et sic deus ipsum adiuvet, et hec sancta dei evangelia.

LXIX.

Indulta officiales nominandi nonnullis universitatibus seu magnatibus terrarum ecclesiae concessa revocantur.

Reg. Tom. IX. fol. 232.

Bonifacius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Intenta salutis operibus apostolice sedis circumspecta benignitas indulta sibi desuper plenitudine potestatis, sicut in deo conspicit expedire, providens, interdum aliqua per importunam peten-

cium Instanciam, quedam autem per surreptionis maculam vel fraudem, seu quomvis modum illicitum impetrata statuit vel indulget, demum vero in eius noticiam hiis deductis, ac utilitate publica suadente ea reformat in melius pro salutari subditorum regimine, prout ad regimen publicum et solicitum huiusmodi subditorum per apostolice provisionis remedia salubris noverit convenire. Cum itaque nuper, sicut fidedigna relacione didicimus, nonnullis Universitatibus seu Magnatibus Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum nobis et ecclesie Romane immediate subiectorum, in provinciis nostris Patrimonii beati Petri in Tuscia, Ducatus Spoletani, Civitatum et Terrarum specialis commissionis ac Arnulforum consistencium, per nos seu Rectores provinciarum, Civitatum seu Terrarum huiusmodi, aut alias auctoritate apostolica indultum et concessum extiterit tam per formam contractuum quam litterarum apostolicarum, quod Potestates, Capitaneos, Rectores seu alios Officiales forenses ad huiusmodi Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum regimina, gubernacionem vel administracionem possent nominare seu eligere, per nos seu Rectores provinciarum, Civitatum vel Terrarum huiusmodi confirmandos, et ex huiusmodi facultate ac licencia magna discrimina, dissensiones et scandala in provinciis, Civitatibus et Terris huiusmodi, sicut manifeste cognovimus, sepenumero sint exorta: Nos volentes, sicut ex debito pastoralis tenemur officii, huiusmodi discriminibus, dissensionibus et scandalis obviare, et ad hoc, ut provincie, Civitates, Terre, castra et loca huiusmodi sub mensura iusticie ac tranquillitate pacifica valeant salubriter gubernari, premissis et nonnullis aliis iustis et racionabilibus suadentibus causis, ad hoc animum nostrum moventibus, omnes et singulas facultates, potestates atque licencias ac indulta Universitatibus, Communibus, Regiminibus seu Magistratibus, aut aliis quibuscunque singularibus personis Civitatum, Terrarum, castrorum et locorum nobis et prefate ecclesie immediate subiectorum ex supracomprehensis de nominandis seu eligendis Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus seu aliis Officialibus forensibus, eciam si aliqui vel aliquis ex ipsis nominandis vel eligendis per nos, seu Rectores provinciarum, Civitatum, Terrarum, castrorum vel locorum predictorum, vel alios auctoritate nr̃a confirmari deberent, sub quacunque verborum conceptione huiusmodi facultates, potestates, licencie seu indulta appareant, eciam per modum seu viam contractus, et de eis eorumque totis tenoribus hic habenda esset mencio specialis, quorum omnium tenores et formas hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, ex certa sciencia auctoritate apostolica tenore presencium revocamus, tollimus, irritamus et annullamus, ac nullius esse decernimus roboris vel momenti, et perinde haberi ac si huiusmodi facultates, potestates et licencie ac indulta concessa nullatenus extitissent, Constitucionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre revocacionis, sublacionis, irritacionis, annullacionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kal. Marcii, Pont. nostri anno quintodecimo.

LXX.

Communi Civitatis Castelli pontifex vicariatus eiusdem civitatis et districtus ad decem annos sub annuo censu M. flor. auri concedit. *Reg. Tom. VIII. fol. 28.*

Bonifacius episcopus etc. Dilectis filiis..... Prioribus populi ac Consilio et Communi Civitatis nostre Civitatiscastelli, ad nos et Romanam ecclesiam spectantis, pro nobis et eadem ecclesia in dicta Civitate eiusque Comitatu, forcia, pertinenciis et districtu in temporalibus generalibus Vicariis, salutem etc. In ceteras varias multiplicesque curas, quibus assidue premimur, illa precipue pulsat et excitat mentem nostram, ut ad regimen et gubernacionem Civitatum et Terrarum nobis et Romane ecclesie immediate subiectarum viros deputemus ydoneos, fide preclaros, providencia circumspectos, rectitudine iustos, experiencia doctos, solicitudine vigiles, qui statum et honorem dicte ecclesie atque nr̃um diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subditos benigne pertractent, et sine personarum acceptione iusticiam administrent, et sic prudenter et iuste populos gubernent et regant, quod populi et subiecti nostri laudabiles se recepisse Rectores et gubernatores merito glorientur. Actendentes igitur sincere devocionis affectum, quem ad nos et eandem ecclesiam Romanam gessistis et geritis, et quod iam per aliqua tempora Civitatem ipsam Civitatiscastelli, Comitatum, territorium, forciam, pertinencias et districtum vigore Vicariatus per felicis recordacionis Urbanum papam VI. predecessorem nr̃um de dicta Civitate, Comitatu, territorio, forcia, pertinenciis et districtu vobis concessi, durante dicto Vicariatu iam dudum finito, bene et laudabiliter rexistis et gubernastis, prout eciam post finem dicti Vicariatus licet de facto et absque canonico et iusto titulo gubernastis et rexistis, prout eciam regitis de presencia, ac sperantes indubie, quod ea, que vestris sagacibus studiis duxerimus committenda, promptis affectibus et exacta diligencia vestra devocio prudenter et fideliter exequetur, ac volentes, si forsan ex eo quod censum et alia nobis et ecclesie prefate, aut Camere apostolice debita racione dicti Vicariatus temporibus debitis non solvistis, aut vos gubernacioni et administracioni premissorum perperam et de facto immiscueritis, fructus, redditus et proventus et Regalia b. Petri ex Civitate, Comitatu, territorio, forcia, pertinenciis et districtu predictis, vel aliquo eorum ad nos et prefatam ecclesiam, aut eius Cameram post

finem dicti Vicariatus pertinentes eciam de facto perceperitis, aut vos Commune, Universitas vel singulares persone Civitatis, Comitatus, territorii, districtus, forcie et pertinenciarum predictorum, vel alicuius eorum contra nos et prefatam ecclesiam, aut Officiales vel subditos nostros et eiusdem ecclesie, vel alios quoscunque coniunctim vel divisim hactenus usque in presentem diem, et quocunque loco vel tempore aliqua culpas, crimina, delicta vel quasi, seu excessus cuiuscunque generis vel speciei, eciamsi heresis vel lese maiestatis, adhesionis vel fautorie fuerint, eciamsi de eis esset cognitum vel non cognitum, commisistis vel commiserunt dicto, facto vel assensu, seu alias quomodocunque et qualitercunque, quorum omnium formas et qualitates cum eorum circumstanciis universis hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, seu alias commisissetis seu commisissent, propter que in aliquas mulctas, censuras et penas aut sentencias spirituales aut temporales, vel mixtim incidissetis vel incidissent, seu incidere potuissetis vel potuissent, ex certa sciencia auctoritate apostolica tenore presencium vos et vestrum quemlibet, et alios supradictos et eorum quemlibet, ac Universitates et singulares personas, tam clericos quam laicos, cuiuscunque gradus, ordinis, religionis, status vel condicionis fuerint, Civitatis, Comitatus, territorii, districtus, forcie et pertinenciarum predictorum, prout ad publicum interesse ac Cameram apostolicam supradictam spectare dinoscitur, ab huiusmodi culpis, delictis, excessibus, mulctis, censuris, sentenciis et penis ab iure vel ab homine in talia perpetrantes inflictis et promulgatis, et a processibus, bannis ac condempnacionibus spiritualibus et temporalibus, necnon a fructibus, redditibus et proventibus ac regalibus ipsis, ut prefertur, habitis et perceptis, absolventes protinus et liberantes, ac abolentes omnem infamie maculam sive notam premissorum vel alicuius eorum occasione contractam per vos vel aliquem vestrum quovis modo, ac restituentes et reintegrantes vos omnes et alios supra comprehensos et eorum quemlibet, necnon Universitates et Communia Civitatis, Terrarum, Castrorum et locorum Comitatus, territorii et districtus, forcie ac pertinenciarum predictorum ad famam, honores, dignitates, bona, iura, privilegia et alia quecunque, quibus vos aut predicti, vel vestrum seu ipsorum aliquis premissorum vel alicuius eorum occasione privati essetis vel essent, vel possetis aut possent privari, ac in integrum et in statum pristinum reponentes, prout eratis ac erant ante commissa culpas, crimina, delicta et excessus huiusmodi, ac vobis de nostra mera liberalitate fructus, redditus et proventus ac regalia huiusmodi, ut supra prefertur, habitos et perceptos remictentes, concedentes atque donantes; ac eciam cassantes, tollentes et abolentes processus, banna, censuras, sentencias, condempnaciones, reprehensalias quelibet contra vos vel aliquem ex premissis ubicunque, et per quoscunque Officiales nostros et predicte ecclesie, prout huiusmodi interesse concernunt, et tolli et cassari mandantes de quibuscunque libris et Registris, in quibus ea descripta vel annotata essent, et perinde haberi decernentes ac si facti vel lati non essent, et huiusmodi excessus et crimina non commissa, ita quod decetero vobis et aliis supradictis et cuilibet vestrum et ipsorum liceat pro vestre et cuiuslibet predictorum arbitrio voluntatis per quecunque Civitates, Terras, Castra et loca prefate ecclesie immediate supposita ire, stare et in eis conversari libere et impune, non obstantibus supradictis vel aliquo ipsorum; ac eciam interdicta ecclesiastica, quibus Civitas, Terre, Castra et loca predicta forsan premissorum occasione supposita dinoscerentur existere, relaxantes, vos, filii Priores populi ac Consilia, qui et que nunc estis et pro tempore erunt, ac Commune dicte Civitatis usque ad decennium proxime futurum de nostra mera liberalitate Vicarios nostros in temporalibus generales Civitatis nostre Civitatiscastelli eiusque Comitatus, territorii, districtus, forcie et pertinenciarum predictorum ad nos et eandem ecclesiam pertinencium, dummodo vos et alii supradicti et quilibet vestrum et predictorum persistatis et persistant, et continuetis et continuent in obediencia et fidelitate nostra et dicte ecclesie, et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrancium, auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, vobis et vestrum singulis dicto durante decennio curam, regimen, protectionem, administracionem, custodiam et gubernacionem Civitatis, Terrarum, Castrorum, Comitatus, territorii, forcie, districtus et pertinenciarum predictorum per vos vel alium seu alios usque ad dictum tempus decennale, cum illo mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam, seu per Officiales per eandem ecclesiam pro tempore deputatos de iure aut privilegio vel consuetudine, aut per Communitates vel Universitates Civitatis, Terrarum et Castrorum, locorum et districtuum predictorum exerceri consueverunt, ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie, statumque pacificum et tranquillum Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum, Comitatuum et districtuum predictorum, necnon civium, incolarum et habitatorum predictorum iuste et fideliter exercendi potestatem, et custodiam Roccharum Civitatis, Terrarum, Castrorum ac locorum predictorum vobis ac vestrum et aliorum predictorum singulis plenarie commictentes.

Vobis eciam et aliis supradictis et singulis vestrum et ipsorum per vos durante Vicariatu huiusmodi per vos, vel alium seu alios inibi quocunque Potestates, Iudices et Officiales ydoneos de

Civitatibus, Terris vel locis Romane ecclesie inmediate subiectis, vel dicte benivolis ac devotis, qui possint et debeant questiones quaslibet tam civiles quam criminales seu mixtas, seu alias cuiuscunque speciei vel generis motas vel movendas, exceptis criminibus heresis ac falsitatis litterarum apostolicarum et lese maiestatis, non commissis contra vos aut aliquem vestrum, audire et de illis previa racione recognoscere, easque fine debito terminare, execucioni debite demandare, constituendi et alios, quociens vobis placuerit, deputandi, necnon colligendi, habendi, exigendi et percipiendi, et durante huiusmodi Vicariatus vestris et Communis et populi predictorum usibus applicandi omnes et singulos fructus, redditus et proventus, ac omnia et singula emolumenta et introitus, quocunque nomine censeantur, in Civitate, Castris et Terris, Comitatibus, districtibus et locis predictis, ita tamen quod ex hoc Communitates, Universitates et singulares persone Civitatis, Terrarum ac Castrorum ac Comitatus, districtus et locorum predictorum absque ipsorum expressa voluntate ultra consuetum modum non graveutur; et de ipsis omnibus et singulis debitis pedagiis, emolumentis et introitibus durante huiusmodi Vicariatu, prout vobis videbitur, disponendi, ita quod durante huiusmodi Vicariatu fructus, redditus et proventus ac introitus et emolumenta huiusmodi vestris et dictorum populi et Communis usibus applicentur, nec de illis aut super eis seu eorum occasione per nos aut successores nostros, seu quoscunque Officiales predicte ecclesie possitis aliqualiter inquietari seu sindicari aut molestari, nec de illis aliquam racionem seu compntum aliquod reddere teneamini, Alienacione tamen bonorum ac iurium dicte ecclesie in Civitate, Terris, Castris et locis huiusmodi consistencium vobis et aliis supradictis penitus interdicta, ac per vos vel alium seu alios, dummodo sint de Civitatibus, Terris et locis nobis et prefate ecclesie subiectis, quibus id commiseritis, huiusmodi Vicariatu durante, merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem auctoritate predicta, preterquam in casibus superius expressis et exceptis, exercendi, necnon contradictores quoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia alia et singula, que honori nostro et eiusdem ecclesie, ac pro statu pacifico et tranquillo Civitatis, Terrarum, Castrorum, Comitatus ac districtus et locorum predictorum, ac civium, habitatorum et incolarum eorumdem expedire cognoveritis, faciendi, ordinandi, mandandi, corrigendi, puniendi, diffiniendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem, non obstantibus quibuscunque concessionibus olim factis sub quocunque titulo vel forma verborum per nos seu quoscunque Romanos Pontifices, aut alios ad id potestatem habentes de Civitate, Terris, Castris vel locis, aut ipsorum aliquibus superius nominatis, vel ipsorum regimine aut gubernacione seu emolumentis ipsorum, eciam si in concessionibus ipsis verba derogatoria essent expressa, que quamvis presentibus non exprimantur, haberi volumus pro expressis ac eciam specificatis, ita tamen quod de huiusmodi consuetis fructibus et debitis, redditibus et proventibus, ac introitibus et aliis quibuscunque emolumentis teneamini Civitatem, Terras, Castra et Comitatus ac districtus ac loca huiusmodi, ut premictitur, in Vicariatum vobis concessa, ipsorumque arces et fortelicia vestris sumptibus et expensis, durante Vicariatu huiusmodi, diligenter et fidebter reparare et manutenere, conservare et eciam custodire, ac omnia alia ipsorum onera supportare, absque eo quod dicta ecclesia vobis pro huiusmodi Vicariatus rectoria, gubernacione, reparacione, refectione, conservacione, defensione, custodia et oneribus supportandis subvenire in aliquo teneatur, seu pro expensis, que in premissis seu premissorum aliquo, seu alias quomodolibet seu eorum occasione facte sint, vel fieri continget in futurum, aliquid ab eadem ecclesia exigi seu peti possit, seu eciam Vicariatu finito restitucio Civitatis, Terrarum ac Castrorum ac Comitatus et districtus ac locorum huiusmodi retardari valeat, seu quomodolibet impediri.

Et nichilominus vos pro omnibus et singulis introitibus, redditibus et proventibus Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum ac Comitatuum et districtuum predictorum, et pro omni eo quod in et a dictis Civitate, Terris, Castris, locis, Universitatibus, incolis et habitatoribus eorum peti, exigi vel imponi possit quoquomodo vel causa, durante dicto Vicariatu, nomine canonis seu census nobis et Romane ecclesie, seu Camere apostolice in Urbe Romana, aut ubi nos seu successores nostri canonice intrantes residebimus, aut Romana Curia fuerit, Mille florenorum auri de Camera annis singulis dicto Vicariatu durante in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quod est de mense Iunii, vestris periculis, fortuna, sumptibus et expensis dare, assignare et realiter solvere, et ad parlamenta generalia provincie aut provinciarum, ad quam vel quas ipsa Civitas quocunque tempore mittere consuevit, dirigere, ac exercitus et cavalcatas more consueto hactenus facere, ac regalia beati Petri solvere sub pena Iuris et Constitucionum apostolicarum, ac provinciarum nostrarum Marchie Anconitane et Spoletani Ducatus super hoc editarum et edendarum teneamini, et alii supradicti eciam teneantur et debeant: ita tamen quod ad solucionem alterius tallie vel collecte, caritativi subsidii provincialis, aut alicuius subvencionis vel alterius oneris, quocunque nomine nuncupentur, vel aliam quamcunque solucionem durante dicto Vicariatu vos et alii supradicti, aut Civitas, Terre, Castra,

loca, Universitates, Comitatus vel singulares persone, aut incole et habitatores eorum predicta, cuiuscunque status et condicionis aut dignitatis existant, Romano pontifici seu ecclesie prefate, aut apostolice Camere stipendiariis vel officialibus ipsis minime teneamini, neo debeatis vel possitis de iure vel de facto modo aliquo molestari, nisi duntaxat ad solucionem dicti annui census Mille florenorum auri de Camera, et missionem ad parlamenta et ad exercitus et cavalcatas, et regalia supradicta subeunda et persolvenda.

Et eciam volumus concedentes, quod nullus extra dictam Civitatem in primis vel secundis causis, vel nullitatis et contradictionis trahi possit in civilibus, criminalibus seu mixtis: sed servetur et servari possit et debeat ius et forma, prout ibidem servari consuevit, et servatur ad presens.

Volumus insuper, et huiusmodi Vicariatus constitucioni adiicimus per presentes, quod cives, incole et habitatores predicti ad parlamenta provinciarum predictarum generalia accedere, et exercitus et cavalcatas more solito facere, sicut alii de dictis provinciis facere consueverunt, debeant, et quecunque regalia sub dictis censuris et penis solvere teneantur et debeant.

Volumus eciam, quod vos Civitatem ipsam, Terras, Castra et loca ac Comitatum, territorium et districtum predicta per vos vel alios, in quibus, ut premittitur, estis Vicarii deputati, cives et incolas et habitatores eorumdem huiusmodi Vicariatu durante iuste et benigne regatis, et gubernetis secundum iura, consuetudinem et statuta edita et legitime edenda Civitatis, Terrarum et Castrorum et Comitatus ac districtus et locorum predictorum, ac habitatores et incolas predictos nullatenus opprimatis vel gravetis, aut officiales vestri opprimant vel gravent; ymmo eos in bona iusticia manuteneatis et foveatis, ac manuteneant et foveant ad bonum statum pacificum et tranquillum eorumdem: et quod omnia statuta, si qua essent in eisdem Civitate, Terris, Castris, Comitatu et districtu ac locis contra prefatam ecclesiam, officium Inquisicionis heretice pravitatis, aut contra libertatem ecclesiasticam sive ecclesiasticas personas, cassetis, ac de libris et capitularibus eorumdem statutorum totaliter removeri faciatis ac faciant, nec eis utamini vel utantur, neo servetis seu servari permittatis vel permittant: nec receptabitis nec receptabunt manifestos vel occultos hostes, rebelles vel bannitos eiusdem ecclesie, seu alias criminosos de Civitatibus vel Terris, Castris vel locis ecclesia fugientes, nec directe vel indirecte faciatis aut facient per alios vestre dicioni subiectos publice vel occulte quomodolibet receptari, nec eis vel eorum alicui consilium, auxilium vel favorem dari aut prestari aliquo modo permittatis aut permittant; quin pocius quoscunque ex eis in vestram vel prefatorum pervenientes potestatem, quociens super hoc a Legato apostolice sedis, vel Rectore provinciarum predictarum, seu aliis dicte ecclesie officialibus, ad quos racione officiorum suorum id pertinet, requisiti fueritis aut fuerint, bona fide capi facietis et facient, et ad huiusmodi requirentes sub fida custodia destinari.

Ceterum si forsan contingeret, quod absit, aliqua dubia de aut super premissis et infrascriptis, aut eorum aliquo exoriri, interpretacionem ac declaracionem eorum, quociens emergerent, nobis et nostris successoribus plenarie ac eo ipso reservamus.

Volumus autem et huic Vicariatus concessioni adiicimus per presentes, quod de quinquennio in quinquennium vos et alii supradicti, huiusmodi Vicariatu durante, recognicionem ipsius Vicariatus a nobis et ecclesia seu successoribus predictis, ac in forma solita annotata presentibus teneamini iuramentum facere: et quod in fine dicti Vicariatus Civitatem, Terras, Castra et loca ipsa cum eorum fortaliciis, Comitatibus, territoriis et districtibus nobis et ecclesie, seu successoribus ipsis libere et expedite absque solucione, prestacione, compensacione quibuslibet restituere, ac restitui facere, omni excepcione remota, astricti sitis, teneamini et debeatis vos et alii supradicti.

Mandamus harum serie districtius dilectis filiis Civitatis, Terrarum et Castrorum, necnon Comitatuum, districtuum et locorum predictorum Communitatibus et Universitatibus singularibusque personis et habitatoribus prelibatis, quatenus vos tanquam Vicarios nostros et Rectores eorum benigne recipiant et honorifice pertractent, et vobis ac deinde aliis Prioribus et Consiliis pro tempore existentibus tanquam eorum Rectoribus, et aliis officialibus vestris et nostris, quos ad Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum, necnon Comitatuum, districtuum ac locorum eorumdem regimen duxeritis vel duxerint, ut supra premittitur, deputandos, in omnibus, que ad Vicariatus et Rectorie huiusmodi spectant officium, nostre et dicte ecclesie ac successorum nostrorum nomine, huiusmodi Vicariatu durante, iuxta presentis nostre concessionis tenorem plene intendere studeant et efficaciter obedire.

Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, vos aut Priores vel Consilia pro tempore existencia, Commune vel populus supradictus a fidelitate, obediencia et devocione nostris et ecclesie seu successorum nostrorum prefatorum quoquomodo (vos) subtraxeritis aut (se) subtraxeriut, seu rebelles fueritis vel fuerint, concessio et omnia et singula in presentibus contenta litteris quo ad se subtrahentes aut rebellantes nullius existant roboris vel momenti: sed inobedientes et rebellantes ipsi in easdem penas et sentencias spirituales et temporales reincidant protinus ipso facto.

Vos igitur Civitatem, Terras, Castra, loca, Comitatus et districtus prefata buiusmodi Vicariatu durant sio in tranquillitatis et pacis dulcedine, ac iusticie suavitate fideliter, solicite et prudenter gubernare ac regere studeatis et procuretis, quod Cives, Communitates, persone, incole et habitatores predicti utilibus gubernatoribus et rectoribus providis gaudeant se commissos, vosque et alii supradicti vobis in officiis atque consiliis successores apud deum et homines exinde possitis merito commendari, ac nostram et ecclesie predicte benedictionem et graciam uberius promereri.

Forma autem Iuramenti, quod racione buiusmodi Vicariatus per vos aut sindicum et procuratorem vrum, ad hoc speciale et sufficiens mandatum habentem, antequam buiusmodi Vicariatus officium incipiatis quomodolibet exercere, in nostris seu Venerabilis fratris Conradi Epi Militensis, Camerarii nostri, aut dilecti filii nobilis viri Iohannelli Thomacelli, Regni Sicilie Cancellarii, necnon in provinciis nostris Patrimonii beati Petri in Tuscia Spoletanique Ducatus, ac Perusine et Tudertine et nonnullarum aliarum Civitatum, Terrarum et locorum pro nobis et eadem ecclesia Rectoris, manibus prestare debetis, ut per eam plenius informemini ac servare efficacius studeatis, presentibus fecimus annotari, que est talis, videlicet:

Nos Priores Populi, Consilia et Commune Civitatis Civitatiscastelli, ac pro Sanctissimo in Christo patre et dño nro, dño Bonifacio divina providencia papa nono, eiusque successoribus canonice intrantibus, et sancta Romana ecclesia in Civitate Civitatiscastelli eiusque territorio, districtu, forcia et pertinenciis, ad ipsum dñum nostrum et prefatam ecclesiam pleno iure spectantibus, per ipsum dñum nostrum in temporalibus generales Vicarii constituti et deputati iuramus et promittimus, quod ab hac hora inantea fideles erimus beato Petro Apostolorum Principi, et beatissimo in Christo patri et dño nro, dño Bonifacio divina providencia pape nono predicto, ac successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus: nec erimus in consilio, auxilio, opere seu facto, quod prefatus dominus noster seu successores sui vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium vero, quod nobis significaverint vel committent per se vel nuncios seu litteras, sine eorum licencia ad ipsorum dampnum scienter nemini pandemus: et quod nunquam erimus verbo, facto, consilio vel consensu directe vel indirecte per nos vel alium seu alios publice vel occulte, seu quovismodo contra Romanam ecclesiam, dñum nostrum Summum Pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit; sed semper erimus adiutores ad conservandum, retinendum et defendendum et recuperandum Civitates, Terras, Castra, Villas ac Rocchas, Bastitas, fortalicia, et omnia alia iura sancte Romane ecclesie eciam male alienata, et per quoscunque homines occupata et tirannice detenta adiuvabimus pro posse recuperare, et recuperata defendere et in suo pleno dominio, et eorum iuribus et utilitatibus et honoribus conservari, et dictam Romanam ecclesiam et dictum dominum nostrum Summum Pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit, ac Vicarios, Legatos et officiales ipsius ecclesie eciam contra Petrum olim sancte Marie in Cosmedin diaconum Cardinalem, qui se Benedictum XIII. ausu temerario nominare presumit, et sibi adherentes iusto dei iudicio apostolica auctoritate velut hereticos condempnatos, et contra eorum sequaces ac dantes eis vel alicui eorum consilium, auxilium vel favorem, cuiuscunque fuerint preeminencie, dignitatis, ordinis vel religionis, condicionis aut status, eciam si pontificali aut regali seu reginali, seu quavis alia prefulgeant dignitate, eciam si fuerint predicte Romane ecclesie Cardinales, et contra alios quoscunque per ecclesiam denotatos et imposterum denotandos, quamdiu extra graciam et communionem predicte ecclesie permanebunt, nec eis vel alteri eorum dabimus quovismodo per nos vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis, quantum in nobis erit et impedire poterimus, prestari seu dari permittemus; sed eos pro posse, donec convertantur et reducantur ad graciam prefate Romane ecclesie, et ad obedienciam et reverenciam prefati dñi nri Bonifacii noni, vel eius successorum iuxta tenorem processuum apostolicorum, et prout iustum fuerit, prefatos dampnatos et filios perdicionis pro posse persequemur et invademus, ac eciam invadi faciemus eciam contra omnes homines iuxta nostrum posse et bona fide. Et quod nunquam verbo vel facto, consilio aut consensu faciemus per nos vel alium seu alios, ut aliquis Imperator, Rex, Dux vel Marchio, seu quivis alius Nobilis, Universitas, Communitates seu Collegium cuiuscumque Civitatis, Terre vel loci eligantur, nominentur, seu eciam assumantur in dñum, officialem vel Rectorem Civitatis, Terrarum, Castrorum seu locorum predictorum, seu ipsorum Comitatuum et districtuum, vel alicuius ipsorum sine expressa licencia dicti dñi nostri pape, qui nunc est et pro tempore erit, seu Legatorum eius, et quod Constituciones papales, maxime felicis record. Iohannis XXII. Clementis VI. (et) Innocencii VI. summorum pontificum loquentes de hac materia, pro posse totis viribus observabimus. Et si contingeret, quod aliquis nominaretur, eligeretur vel assumeretur in dominum vel officialem eciam in Civitate seu Terris, Castris vel locis predictis sine expressa licencia dicti domini nostri, vel successorum seu Legatorum aut Vicariorum eius nos certe non prestabimus eis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, sed pro viribus, in quantum poterimus, repugna-

bimus. Et quod reverenter et honorifice iuxta posse nostrum in Civitate Civitatiscastelli et aliis Terris, Castris et locis predictis, ac eorum Comitatibus, Territoriis et districtibus, in quibus sumus Vicarii deputati, dictum dñum nostrum papam Bonifacium nonum et successores suos canonice intrantes, et Legatos, Nuncios, Vicarios et officiales eorumdem, qui pro tempore erunt, quociens ad partes illas accesserint, reverenter et humiliter recipiemus, et pro posse honorifice tractabimus, ac eciam in devocione, fidelitate et obediencia ipsius Romane ecclesie et dicti dñi nostri, et successorum suorum canonice intrancium, et Legatorum, officialium et Vicariorum suorum perpetuo et inviolabiliter permanebimus: et quod nunquam contra prefatam Romanam ecclesiam et dñum nñm, dñum Bonifacium papam nonum prefatum, aut successores eius, seu officiales suos vel suorum successorum rebellabimus, nec rebellantibus adherebimus quoquomodo, nec auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte ipsis rebellantibus dabimus; sed preceptis, monicionibus et iussionibus Romane ecclesie summorumque pontificum parebimus, et reverenter obediemus cum effectu. Cavalcatas, offensiones, invasiones aut dissensiones non faciemus aut fieri procurabimus contra aliquos Romane ecclesie fideles, subditos, devotos aut obedientes, nisi in quantum dictus dominus noster papa, qui nunc est vel pro tempore fuerit, permiserit et de sua processerit voluntate: neque ipsos invademus, neque eciam dampnificabimus per nos vel alium seu alios, neo invadere aut offendere aut dampnificare procurantibus seu volentibus quoquomodo prestabimus vel dabimus auxilium, consilium vel favorem. Nullam preterea coniuracionem, conspiracionem vel ligam contra dictum dñum nñm, dñum Bonifacium papam nonum aut eius successores ac Romanam ecclesiam, aut officiales et subditos faciemus seu fieri consentiemus, nec alicui eorum dampnum faciemus, vel fieri procurabimus directe vel indirecte, publice vel occulte, condicionibus tamen ac concessionibus et clausulis in presenti privilegio contentis in omnibus semper salvis. Censum quoque ac regalia beati Petri, ac exercitus (et) cavalcatas persolvemus et faciemus, et solvi et fieri procurabimus, et ad huiusmodi parlamenta generalia dirigemus: ac quod finito Vicariatu huiusmodi Civitatem, Terras, Castra et loca predicta iu Vicariatum ut supra concesse Romano pontifici, qui erit pro tempore, ac dicte ecclesie restituentur, efficaciter operabimur. Et generaliter omnia et singula in dicto Vicariatu contenta per nos et alios supradictos debita et debenda, que alias hic pro specifice declaratis et repetitis habere volumus, implebimus et observabimus bona fide iuxta exigenciam concessionis huiusmodi: sic nos deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Datum Rome apud Sanctum Petrum secundo Idus Iunii, Pontificatus nostri anno quintodecimo.

LXXI.

Capitula concordiae etc. inter Innocentium PP. VII. et Romanos inita, insertis illis cum Bonifacio PP. IX. Assisii conclusis, vide supra Nro. XXX. pag. 78. *Ex Reg. Innocentii PP. VII. Tom. I. fol. 82.*

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti, amen. Et in honorem beate semper Virginis Marie, et beatorum Petri et Pauli apostolorum et omnium sanctorum et sanctarum celestis Curie, ac exaltacionem status sacrosancte Romane ecclesie, ac Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Innocencii divina providencia pape VII. et successorum eius canonice intrancium, ne tranquillitatem pacificam alme Urbis et omnium prefate ecclesie fidelium. Noverunt Universi et singuli presencium seriem inspecturi, Quod Sanctissimus in Christo pater et dñus noster, dñus Innocencius div. provid. pape VII. predictus in specula sue consideracionis extollens tumultuantis Romani populi post obitum felicis record. dñi Bonifacii pape VIIII., predecessoris sui, in alma Urbe prefata motus pestiferos et malignos, ac peticiones factas pro parte nonnullorum ex dicto populo post obitum prefati pontificis Collegio Reverendissimorum fratrum suorum sacrosante Romane ecclesie Cardinalium, de quorum numero tunc existebat, et deinde post assumptionem suam ad apicem summi apostolatus eiusdem Sanctitatis, et cupiens cum ad prefatam Urbem (?), in qua divinitas esse voluit utriusque tam spiritualis quam temporalis dominii Monarchiam, ut pacis tranquillitas vigeat et discordie fomenta depereant, benigne ac paternaliter volens agere ac misericorditer cum omnibus, qui tumultum et ipsum causancia excitare et attemptare dampnabiliter presumpserunt, et supplicacionibus prefati populi pro ipsius tranquillitate annuere, sperans, quod exinde in devocione, fidelitate et obediencia Romane ecclesie ac domini nostri pape prefatorum, et successorum suorum canonice intrancium constantissime ac fidelissime permanebunt, ac consideracione Carissimi in Christo filii eiusdem Sanctitatis et ecclesie dñi Ladislai Regis Ierusalem et Sicilie Illustris, in prefata Urbe existentis, et super hoc efficacissime intercedentis, ut cessarent pericula et horrenda emersura discrimina, ad infrascripta omnia et singula concedenda descendit, Salvis tamen semper et reservatis Romane ecclesie, dño nro et successoribus prefatis omnibus et singulis iuribus, iurisdictionibus, honoribus et preheminenciis tam spiritualibus quam temporalibus, et aliis quibuscunque iure, modo, actione vel forme competentibus et competituris in Urbe prefata eiusque Comitatu, territorio et districtu Romane ecclesie, domino nostro et succes-

soribus antedictis, vel eorum alicui quovismodo, ita quod per infrascripta huiusmodi iuribus, iurisdictionibus, preheminenciis (et) dignitatibus in nullo intelligatur preiudicium in aliis quomodolibet generari, nisi dumtaxat quo ad concessa et indulta ad presens per ipsum dñum nostrum iuxta et secundum formam presencium Capitulorum inferius contentorum, et aliter vel alio modo non.

In primis quidem concessit et voluit prefatus dñus noster ad supplicacionem huiusmodi, quod Senator prefate Urbis ordinari, eligi et deputari debeat semper, ac possit per Sanctissimum in Christo patrem et dñum nostrum, dñum Innocencium papam VII. supradictum, et eius successores canonice intrantes de tempore in tempus, habeat et habere intelligatur omnimodam iurisdictionem, quam alii Senatores, qui antiquitus fuerunt pro tempore, exercuerunt seu exercere potuerunt secundum formam statutorum et ordinamentorum prefate Urbis, preterquam in factis et negociis statum prefati dñi nostri et ecclesie, et successorum huiusmodi, ac Romani populi, seu crimina lese maiestatis cernentibus, in quibus et eorum quolibet idem Senator habeat et habere intelligatur arbitrium, prout tempore felicis record. dñi Bonifacii pape VIIII. Senatores, qui fuerint pro tempore, habuerunt, seu exercere quomodolibet potuerunt. Et quod finito officio suo quilibet Senator, qui erit pro tempore, sindicetur cum suis Officialibus et familia iuxta exigenciam statutorum prefate Urbis.

Item concessit et voluit, quod de cetero eligantur, et eligi debeant Septem Officiales prefate Urbis secundum formam antiquorum statutorum eiusdem Urbis, qui nominentur et appellari debeant Gubernatores Camere alme Urbis: qui quidem Septem Officiales dño nostro et successoribus, Romane ecclesie et populo Romano predictis fideles atque idonei cum officio, potestate et iurisdictione infrascriptis eligantur et eligi debeant in presencia Senatoris prefate Urbis, qui erit pro tempore, vel alterius, cui idem dominus noster vel successores committent vel mandabunt ordine successivo: predicta tamen non vendicent sibi locum in presentibus Officialibus, qui ad presens in dicti domini nostri presencia eligi debeant et in eius manibus prestare in forma debita iuramentum.

Item quod prefati Officiales tam presentes quam futuri iurent et iurare teneantur et debeant in manibus Senatoris prefati, vel alterius, cui idem dñus noster vel successores duxerit vel duxerint committendum, de eorum officiis bene et legaliter exercendis ad honorem et statum dñi nostri et successorum, Romane ecclesie et Romani populi predictorum, et alias fidelitatis prestare in forma solita et debita iuramentum.

Item quod pro proximo et futuro bimestri incipiendo a die, qua infrascripti Officiales suum prestiterint in manibus prefati domini nostri, vel alterius, cui duxerit committendum, in forma debita iuramentum, sint et esse intelligantur una cum aliis tribus Civibus Romanis eligendis et deputandis per ipsum dñum nrum, seu per Serenissimum dñum, dñum Ladislaum Regem Ierusalem et Sicilie Illustrem: qui quidem Officiliales sic electi et deputati numero decem, ut supra prefertur, vocentur et nominentur Gubernatores Camere alme Urbis, et sic eciam qui futuris temporibus eligentur, debeant appellari: officium tam presencium quam futurorum duret et durare debeat spacio duorum mensium et non ultra, et habeant, et habere intelligantur huiusmodi Officiales et Gubernatores Camere tam presentes quam futuri facultatem, et officium dumtaxat exigendi, percipiendi, necnon expendendi et convertendi pro eiusdem necessitate et utilitate reipublice Romane omnes et singulos fructus, redditus et proventus, ac iura quecunque et obvenciones, qui et que ad predictam Cameram quomodolibet pertinerent seu spectarent, et negocia dicte Camere tantum gerere et administrare: et quod de proventibus, fructibus et redditibus dicte Camere possint, teneantur et debeant solvere et satisfacere cum effectu temporibus debitis et ordinatis per formam statutorum et ordinamentorum prefate Urbis de salario, provisionibus, muneribus, et gagiis et emolumentis debitis et consuetis Senatori prefate Urbis et eius Officialibus, qui erit de tempore in tempus, omni contradictione et exceptione remotis. Nomina vero dictorum Decem Officialium Gubernatorum Camere Urbis, quos prefatus dominus noster nominavit et elegit, sunt videlicet: Lellus Alexii de Cenciis de Regione Arenule, Gualterius domini Taddei de Regione Pinee, Petrus Bactaglexii de Tedallinis de Regione Columpne, Nardus speciarius de Regione Pontis, Diotaiuti de Regione Trivii, Petrus Mancini de Regione Moncium, Iohannes de Bulganis de Regione S. Angeli, Petrus Tartarus de Regione Parionis, Catagna de Calvis de Regione S. Eustachii, et Iohannes Gnafre de Regione Transtiberim.

Item statuit, ordinavit et voluit supradictus dominus noster, quod nullus ex dictis Officialibus et Gubernatoribus Camere presentibus vel futuris, aut alius quicumque Officialis, Rector vel Magistratus prefate Urbis, quocumque nomine vel officio fungeretur vel potestate, possint, audeant vel presumant per se vel alios coniunctim vel divisim quomodocumque aut qualitercumque directe vel indirecte, publice vel occulte aut quovis quesito colore se intromittere de aut super aliquibus aliis civilibus, criminalibus vel mixtis negociis, causis vel rebus seu administracionibus, nisi dumtaxat pro hiis, que immediate spectarent et pertinerent de iure ad Cameram prefate Urbis, et non aliter vel alio quovis modo: et si secus vel aliter fieret, ipso iure sit nul-

lum, et nichilominus quilibet contrafaciens incidat eo ipso in sentenciam excommunicacionis, quam exnunc prout extunc in contrafacientes auctoritate apostolica presencium tenore protulit, et voluit ac decrevit, quod ab huiusmodi excommunicacionis sentencia nullus preterquam a Romano pontifice, nisi in mortis articulo dumtaxat, possit absolucionis beneficium obtinere, necnon in penam mille florenorum auri de Camera pro quolibet et vice qualibet, qua contrafactum extiterit, auferendorum et apostolice Camere applicandorum eo ipso: predicta tamen non vendicent sibi locum in Senatore prefate Urbis et eius Officialibus, qui iurisdictionem habeant et arbitrium, prout superius in primo Capitulo continetur.

Item voluit, reservavit et inhibuit districtius prefatus dominus noster expresse, quod Romanus populus ac officiales prefate Urbis presentes et futuri, quocumque arbitrio vel officio fungerentur, non possint vel debeant per se vel alios directe vel indirecte aliquam aliam gubernacionem, gestionem, administracionem, iurisdictionem, preheminenciam, potestatem vel facultatem committere, concedere, delegare vel subdelegare aliquibus personis, Collegiis seu Universitatibus vel dominis, nisi dumtaxat de aut super negociis prefate Camere, et aliter vel alio quovis modo sub penis et censuris tam spiritualibus quam temporalibus in precedentibus Capitulis denotatis, in quas quemlibet contrafacientem incurrere voluit eo ipso, et nihilominus secus vel aliter facta non teneant ipso iure.

Item quod predicti Officiales et Gubernatores Camere, necnon Camerarii, Notarii, Scriptores, Doganerii, et alii quicumque Officiales tam Camere quam Urbis predictorum sindicentur, et sindicari debeant in fine eorum officii de gestis et administratis, ac neglectis et omissis secundum formam statutorum et ordinamentorum prefate Urbis de sindicandis officialibus disponencium per duos sindicatores fideles et idoneos cives Romanos, quorum unum prefatus dominus noster vel successores, alterum Officiales prefate Urbis eligere debeant de tempore in tempus cum officio, potestate, honoribus, muneribus et oneribus Sindicatoribus concessis per formam huiusmodi statutorum.

Item voluit et expresse reservavit et ordinavit prefatus dominus noster, quod predicti et alii quicumque Officiales tam Capitolii seu Camere quam Urbis predictarum, et tam presentes quam futuri, et qui imposterum deputarentur seu crearentur, quovis fungerentur officio, vel nomine aut arbitrio concessis vel concedendis per quoscumque et quavis auctoritate de iure aut de facto aut consuetudine, non possint vel debeant quomodocumque et qualitercumque, eciam vigore eorum vel alicuius eorum officii, aut quovis quesito colore directe vel indirecte per se vel alium seu alios se impedire supra aut de aliqua re civili, criminali vel mixta, vel alia quacumque contra aliquem vel aliquos Cortesanos morantes in Urbe aut Civitate Leonina, seu Transtiberim habitantes, vel qualitercumque incolatum habentes, aut res, iura vel bona ipsorum, vel alicuius eorum, seu nomina debitorum ubicumque existencia, quomodolibet se impedire vel immiscere, aut aliquid agere ordinarie vel extraordinarie cum promotore vel sine, aut ex officio alicuius vel aliquorum seu alterius quocumque modo, iure, causa vel forma, et simili modo non possint vel debeant se impedire, vel intromittere de aliquo Cive Romano in dicta Civitate Leonina habitante vel commorante, aut de rebus, iuribus seu bonis eorum existentibus ubicumque, prout de Cortesanis superius est expressum, Adimens ex nunc quoad premissa auctoritate apostolica et vigore pleni dominii prefate Urbis, quo fungitur, prefatis et aliis Officialibus quibuscumque omnem iurisdictionem, cognicionem et facultatem tam in cognoscendo, procedendo, quam exequendo, et alio quocumque actu quo ad premissa et quodlibet eorum dependencia, et quod tamquam privati eo ipso haberi debeant et censeri: et si secus vel aliter factum fuerit, eo ipso sit nullum, et nihilominus quilibet contrafaciens ipso facto incidat, et incidisse intelligatur vice qualibet in censuras et penas tam spirituales quam temporales in precedentibus et sequentibus Capitulis comprehensas. Voluit tamen atque decrevit, quod tam Cortesani quam alii, qui habitabunt in Urbe, Civitate Leonina, per Regionem Transtiberim predictis vel aliarum aliqua (tam) in civilibus quam criminalibus, quam aliis quibuscumque causis seu negociis distringi (et) preveniri possint coram Auditore apostolice Camere, seu Marescallo Romane Curie iuxta et secundum formam infrascriptorum Capitulorum Assisii firmatorum, de quibus in Capitulo, quod incipit: (Item) quod libertas ecclesiastica; fiat mencio seriose.

Item voluit et reservavit expresse prefatus dominus noster, quod tam ipse quam successores sui canonice intrantes, necnon domini Cardinales, Camerarius dñi nostri pape, ac Magister hospicii apostolici, tam presentes quam futuri, sint et esse intelligantur exempti, liberi et immunes a solucione et prestacione omnium gabellarum, pedagiorum et onerum quorumcumque, tam indictorum quam indicendorum imposterum, in dicta Urbe eiusque Comitatu, Territorio et districtu, tam per aquam quam per terram, videlicet pro rebus et bonis quibuslibet pro eorum et familie ipsorum usu, et quod in exercitibus seu cavalcatis vel aliis negociacionibus, qui vel que imposterum fierent quocumque modo tam in Urbe quam extra Urbem, et in quocumque loco per Romanum populum seu eius Officiales, equi et animalia ipsorum Cortesanorum non possint vel debeant quocumque quesito colore

arrestari, capi vel auferri, sed in eorum libertate conserventur et conservari debeant in personis et here.

Item quod libertas ecclesiastica tam circa Sanctissimum dominum Summum Pontificem, quam Rmos dominos sancte Romane ecclesie Cardinales, quam alios quoscumque Cortesanos, dudum ordinata tempore felicis recordacionis domini Bonifacii pape noni, predecessoris prefati domini nostri, et firmata cum nonnullis oratoribus seu nunciis Romanis iuxta et secundum formam et seriem infrascriptam, conclusam in Civitate Assisinate, cuius tenor sequitur est talis: In nomine domini, Amen. Ad honorem gloriam et reverenciam sanctissime Trinitatis etc. ut supra Nr. XXX. pag. 78; in omnibus et quo ad omnia per Romanum populum, ac Officiales prefate Urbis presentes et futuros, et alios quoscumque possit et debeat irrevocabiliter observari iuxta et secundum exigenciam predictorum.

Item idem dominus noster voluit et reservavit, quod omnes et singule gracie, exemptiones et immunitates, aut reductiones seu extenuaciones salis et focatici prefate Urbis, aut eius Comitatus, Territorii vel districtus, aut pertinenciarum prefate Urbis concesse dudum per prefatum predecessorem suum dominum Bonifacium papam nonum quibuscumque Communitatibus, dominis aut singularibus personis, que revocate in specie non apparerent alias quam per obitum prefati predecessoris sui, remaneant et remanere debeant salve atque libere, et in eius vera firmitate manere iuxta earum et cuiuslibet earum exigenciam atque formam.

Item reservavit et voluit prefatus dñus noster, quod omnes et singule condempnaciones et confiscaciones tempore prefati predecessoris sui per Senatores prefate Urbis, seu eius Officiales, qui fuerunt pro tempore, usque in presentem diem de bonis, rebus et iuribus eorum, qui pro rebellibus Romane ecclesie seu predecessorie predicti, aut Romani populi fuissent quomodocumque dampnati vel annotati, nec non omnes et singule donaciones, concessiones, vendiciones, composiciones et alienaciones quecumque de aut super huiusmodi rebus, pecuniis, iuribus vel bonis et quibuscumque personis, et sub quacumque conceptione verborum vel tam facte per ipsum predecessorem suum, vel alium auctoritate sua celebrate, quod hic alias per eorum qualitates et formas, quantitates et species habeant et haberi debeant pro sufficienter expressis, remaneant et remanere debeant salve et illibate, et quod populus Romanus seu Officiales prefate Urbis, vel alii quicumque de predictis vel dependentibus, aut eorum aliquo non possint vel debeant se quomodolibet impedire, quominus in eorum vera firmitate perdurent iuxta eorum exigenciam et formam, aliquo in contrarium faciente quomodolibet non obstante, et secus facte non teneant ipso iure.

Item quod sal existens in Capitolio ac campo salinari tam intra quam extra prefatam Urbem in quibuscumque locis existens perveniat, et pervenire debeat ad Cameram prefate Urbis ac spectare intelligatur, Salvo quod ex dicto sale prefatus dñus noster et Camera apostolica ad presens habeant, et habere debeant in ipsa Urbe mille rubra boni salis ad mensuram debitam. Quam summam salis ad presens Romanus populus ac Gubernatores Camere Urbis prefate teneantur, et debeant in ipsa Urbe dare et mensurare, vel dari ac mensurari facere effectualiter illi vel illis, quem vel quos idem dominus noster duxerit deputandum, ita quod libere possit de dictis mille rubris salis idem dñus noster disponere pro sue libito voluntatis, omni exceptione et contradictione remotis.

Item quod nullus Baro vel potens Nobilis prefate Urbis seu parcium vicinarum possit, vel debeat ad stipendia, provisionem vel servicia Romani populi, Camere seu officialium predictorum, aut alicuius eorum per se vel aliam directe vel indirecte, aut quovis quesito colore quomodocumque aut qualitercumque conduci vel ascribi, quod nullus alius Civis aut Comitatensis Romanus possit vel debeat conduci ad stipendia, aut provisionem vel servicia Romani populi, Camere aut officialium prefatorum, seu alicuius eorumdem cum aliquo numero gencium armigerarum, equitum vel peditum, per se vel alium cum maiori numero quinque lancearum: et si secus fieret, ipso iure sit nullum, et nichilominus conducentes ad stipendia, provisiones, salaria, gagia et munera quecumque talibus dantes et solventes de eorum proprio dedisse et solvisse intelligantur, et non de pecuniis .... Romani populi seu Camere predictorum, et super talibus possint et debeant omni tempore sindicari semel et pluries, eciam si sindicatus et absolucio fieret quomodolibet in premissis.

Item quod custodia omnium et singulorum pontium extra prefatam Urbem, necnon portarum quarumcumque dicte Urbis, exceptis dumtaxat et reservatis prefato domino nostro et suis successoribus ponte Milvio et portis Civitatis Leonine, fiat et fieri debeat per Romanos, fidos tamen prefato domino nostro et successoribus suis ac Romano populo supradictis.

Item quod omnia et singula animalia quecumque, (que) a Kal. presentis mensis citra in prefata Urbe aut eius Suburbiis, seu Comitatu, Territorio vel districtu Romanis Civibus, vel aliis quibuscumque ablata fuissent, ubicumque essent et reperiri possent, restituantur et restitui debeant dampno passis, et super aliis, que non reperirentur, ad instanciam cuiuscumque dampnum passi ministretur et ministrari debeat iusticia per Senatorem prefate

Urbis et eius Curiam summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii contra occupatores et raptores animalium et bonorum huiusmodi, prout iuris fuerit in premissis.

Item declaravit et voluit, quod si qui captivi capti post Kalendas presentis mensis in Urbe, Suburbiis, Comitatu, Territorio vel districtu predictis detinerentur per aliquem, seu ad instanciam alicuius Baronis, Nobilis, Civis vel Comitatensis Romani, seu gentes, subditos, vassallos, adherentes complices vel sequaces ipsorum vel alicuius eorumdem, aut per gentes domini nostri aut ecclesie predictorum, quod omni exceptione et contradictione cessantibus restitui, liberari et relaxari debeant absque redemptione seu solucione, vel munere seu onere propterea vel ob id quomodolibet impendendis: et simili modo si quis captus fuisset occasione predicte novitatis, vel dependencium ab ea, fidem suam quomodolibet astrinxisset occasione captivitatis vel violencie, quod eo ipso a tali obligacione et promissione sit liber et iuramenti prestacione quacumque, quod quidem iuramentum, cum iniquitatis vinculum esse non debeat, cuilibet predictorum tenore presencium relaxavit, ita quod ad predictorum observanciam de cetero nullatenus teneantur.

Item voluit et reservavit idem dominus noster, quod Romanus populus, Officiales et Magistratus prefate Urbis tam presentes quam futuri, necnon Barones, Nobiles et alii cives non possint vel debeant publice vel occulte, aut quovis quesito colore directe vel indirecte admittere vel audire per se, vel alios aliquos nuncios vel Ambassiatores antipape, sequacium vel adherencium ipsius, aut eis vel eorum alicui dare receptum, auxilium, consilium vel favorem, aut dare volenti quomodolibet consentire: et si quis in aliquo contrafecerit, ultra penas et censuras per processus apostolicos contra talia perpetrantes inflictas et promulgatas, eo ipso crimen lese maiestatis se noverit incurrisse.

Item quod de Civitatibus Sutrina et Civitacastellana, aut de aliquibus aliis Civitatibus, Terris, Castris, locis, bonis, iurisdictionibus, prebeminenciis vel iuribus ad dñum nostrum et Romanam ecclesiam predictos, seu successores ipsos spectantibus vel pertinentibus, seu que spectare vel pertinere possent imposterum, Romanus populus, Officiales et Magistratus predicti presentes et futuri coniunctim vel separatim per se, vel alios directe vel indirecte non possint vel debeant quomodocumque vel qualitercumque se intromittere, vel aliter impedire volentibus dare auxilium, consilium vel favorem, salvo et reservato quod post lapsum unius anni proxime futuri de Civitatibus Sutrina et Civitacastellana idem dominus Rex Ladizlaus habeat et habere intelligatur arbitrium declarandi, prout eidem videbitur convenire, et quod iuxta et secundum declaracionem prefati Regis de dictis Civitatibus Sutrina et Civitacastellana fieri et observari possit et debeat et utraque ipsarum inviolabiliter et cum effectu.

Item declaravit, voluit et concessit prefatus dominus noster, quod desuper omnibus et singulis culpis, maleficiis, excessibus seu delictis vel quasi tam in Urbe quam Suburbiis, nec non Comitatu, Territorio et districtu prefate Urbis quocumque tempore per Romanum populum, et per quoscumque Barones, Nobiles, gentes, vassallos, subditos, adherentes, complices vel sequaces eorum vel alicuius eorum, aut per Cives vel alios Romanos habitatores vel incolas, Comitatenses seu districtuales prefate Urbis, seu gentes Romane ecclesie tam contra dñum nostrum prefatum et eius predecessores, quam Romanam ecclesiam et eius officiales, necnon subditos, adherentes, complices vel sequaces sive alios quoscumque, cuiuscumque status, prebeminencie vel dignitatis fuerint, sive inter Barones, Cives, districtuales et alios supradictos commissis et perpetratis quocumque tempore et ubicumque locorum usque in presentem diem, sive sit cognitum vel non cognitum, sit et esse intelligatur facta plena, generalis et absoluta remissio et absolucio: ita quod de cetero predictorum vel alicuius eorum occasione, vel causa dependencium ab eisdem per Senatorem seu Gubernatores Camere aut alios Magistratus prefate Urbis presentes vel futuros, quovis fungentur officio, non possit vel debeat procedi, cognosci vel inquiri, vel execucio fieri ordinarie vel extraordinarie cum promotore vel sine, aut ex officio civiliter, criminaliter vel mixtim, in quantum publicum interesse et Cameram prefate Urbis concernit, seu concernere potest, contra aliquem vel aliquos ex predictis supra comprehensis, et si secus vel aliter fieret, ipso iure sit nullum: et nichilominus quo ad predicta et dependencia tam Senatori, quam aliis officialibus Urbis et Camere predictarum, tam presentibus quam futuris, ademit et ademptam esse voluit iurisdictionem quamlibet et facultatem tam in cognoscendo, procedendo, quam exequendo, quam alio quocumque actu. Et quod omnes et singuli exbanniti, diffidati et condempnati Urbis seu Camere predictarum predictorum vel alicuius eorum occasione, eciamsi crimina lese maiestatis concernerent, prout ad publicum interesse et Cameram prefate Urbis spectare seu pertinere dinoscitur, sint et esse intelligantur tenore presencium apostolica auctoritate et vigore pleni dominii prefate Urbis, quo fungitur, rebanniti, reaffidati et absoluti ab omnibus et singulis processibus, bannis, diffidacionibus, sentenciis et condempnacionibus latis vel factis contra aliquem vel aliquos ex predictis in Curia Capitolii vel alibi ubicumque, ac eos et quemlibet ipsorum a predictis omnibus, et qualibet eorumdem et dependentibus presencium serie et auctoritatibus antedictis absolvit, liberavit et reaffi-

davit, et pro absolutis, liberatis et reaffidatis baberi voluit et decrevit, per inde ac si excessus, crimina vel delicta ant culpas aliquas nullatenus commisissent, et banniti, diffidati seu condempnati minime apparerent, eosque et quemlibet eorum ad honores, famam, dignitatem, iura et bona eorum restituens atque reintegrans, et in pristinum statum reponens, in qno erant antequam huiusmodi culpas, excessus, crimina vel delicta quomodolibet commisissent, seu banniti, diffidati vel condempnati propterea extitissent, ac abolens omnem infamie notam sive maculam per eos vel aliquem eorumdem premissorum vel alicuius eorum occasione contractam, ac cassans et cancellans eosdem de quibuscumque libris ac registris, in quibus banniti, condempnati aut diffidati qnomodolibet notarentur, et pro rebannitis, absolutis et reaffidatis haberi voluit eo ipso: Mandans nichilominus per Iohannem Nelloli de Regione Pinee de Urbe, scribam Senatus eiusdem Urbis, huiusmodi diffidatos et quemlibet eorum secundum formam statutorum prefate Urbis de libris, codicibus et registris tam in Camera prefate Urbis quam alibi, ubicumque banniti, diffidati seu condempnati huiusmodi apparerent, ad instanciam cuiuscumque petentis posse impune ac libere reaffidari, cassari, deleri et cancellari, prout fuerit oportunum: Salvo et expresse reservato, quod quicumque esset diffidatus pro crimine homicidii, reaffidari non possit, nisi habuisset vel haberet imposterum pacem ab heredibus occisi, et heredibus non extantibus ab hiis, quorum esset suam et suorum iniuriam prosequi, et hiis deficientibus facta prius inquisicione diligenti a procuratore fiscali Camere seu Romani populi predictorum, fieri possit pax huiusmodi predictorum. Per predicta autem in presenti Capitulo contenta non intelligatur in aliquo preiudicari aliquibus aliis declaracionibus, concessionibus, reservacionibus factis per dictum dominum nostrum in precedentibus, et sequentibus Capitulis denotatis, quominus in eorum firmitate perdurent iuxta eorum, et cuiuslibet eorum exigenciam et tenorem.

Item declaravit, voluit et expresse reservavit idem dominus noster, quod Romano populo ac Gubernatoribus Camere, necnon Consiliis privato et generali prefati populi, aut aliis Officialibus seu Magistratibus prefate Urbis, tam presentibus quam futuris, non sit licitum vel permissum absque speciali licencia et consensu prefati domini nostri per se vel alios directe vel indirecte, aut qnovis quesito colore edere, facere aut qnomodolibet ordinare vel providere, seu de novo condere aut aliter quomodocumque decernere aliqua statuta, leges, plebiscita, ordinamenta, reformaciones vel decreta: et si secus vel aliter fieret, quod factum fuerit, ipso iure sit nullum, et contrafacientes eo ipso et scribentes et servantes in senteuciam excommunicacionis incurrant, a qua quidem sentencia, preterquam in mortis articulo, nisi dumtaxat a Romano Pontifice nequeant absolucionis officium obtinere.

Item voluit, declaravit et expresse reservavit prefatus dominus noster suo, successorum et prefate ecclesie nomine, quod in casu, quo per formam Capitulorum celebratorum in Civitate Assisinate inter felicis record. dominum Bonifacium papam VIIII. predecessorem suum, seu alium eius nomine, et procuratores, sindicos vel nuncios Romani populi, de quibus in precedentibus Capitulis habetur mencio, contineretur vel quomodolibet appareret, seu apparere posset vel comprehendi, (quod ad) aliqnod aliud ius, iurisdictionem, preheminenciam, facultatem aut imperium merum et mixtum, seu maioritatem aliquam in Urbe, Suburbiis, Comitatu, Territorio et districtu Romanis, iuribus et pertinenciis ipsorum vel alicuius eorum ultra vel preterquam se extendant simpliciter et absque interpretacione aliqua concessiones et indulta per supradictum dñum nrum Rom. populo ac Gubernatoribus dicte Camere et Officialibus prefate Urbis presentibus et futuris, per formam predictorum et infrascriptorum Capitulorum concessum (sit), datum vel tributum Romano populo, Conservatoribus Camere aut Consiliariis, aut societati Pavesatorum et Balistariorum, seu aliis Officialibus vel Magistratibus prefate Urbis, qui fuerunt pro tempore, seu esse potuissent vel possent in dicta Urbe, eiusque Comitatu, Territorio vel districtu, sub qnacumque verborum conceptione et forma appareret seu apparere posset, quod omnia et singula indulta concessa, data seu aliter translata per dictum predecessorem suum Romano populo et aliis supradictis, vel eorum alicui, que lapsu temporis expirata non essent, sed trahi possent vel extendi quantum ad huiusmodi dominii iurisdictiones, preheminencie concessiones ad presencia vel futura, ea omnia, que hic alias haberi voluit pro sufficienter expressis, reduci, intelligi et trahi debeant ad concessiones et indulta per ipsum dominum nostrum in precedentibus et infrascriptis contenta Capitulis facta pariter et concessa, Cum sue intencionis fuerit et extstat in principio, medio et fine suorum indultorum et concessionum huiusmodi, nichil voluisse aut velle qno ad dominum, gubernacionem, regimen et administracionem, merum et mixtum imperium, gladii potestatem et omnimodam iurisdictionem concedere Romano populo et Gubernatoribus Camere supradicte, aut aliis Officialibus prefate Urbis presentibus vel futuris, nisi dumtaxat gubernacionem administracionis dicte Camere et immediate ac de iure pertinencium ad eamdem, et alias vel alio modo non, Reservans sibi nichilominus, nec non successoribus suis canonice intrantibus, prefate ecclesie quecumque iura, iurisdictiones, preheminencias, merum et mixtum imperium et omnimodam facultatem predictam, salvis

concessionibus et indultis, ut supra prefertur, per ipsum dominum nostrum factis et concessis populo, Gubernatoribus, Officialibus et aliis in precedentibus et sequentibus Capitulis denotatis.

Item voluit et reservavit prefatus dñus noster declarans, quod de omnibus et singulis Sextariis gabellarum et proventuum prefate Urbis quorumlibet, debitis Camere prefate Urbis usque in presentem diem et non solutis tempore preterito, fiat et fieri debeat pro debitis preteritis et contractis persolvendis solucio et satisfactio per emptores huiusmodi gabellarum et introituum Camere apostolice in ea quantitate et summa, prout solvi debuisset prefate Camere Urbis usque in presentem diem per huiusmodi emptores gabellarum et introituum prefate Urbis, omni exceptione remota.

Item declaravit et voluit, quod Romanus populus et Gubernatores dicte Camere, et alii Officiales prefate Urbis ac Magistratus tam presentes quam futuri teneantur, et debeant stratas omnes adeo custoditas et securas tenere, et teneri facere expensis Camere prefate Urbis per Comitatum, Territorium, districtum ac suburbia prefate Urbis, quod venientes ad ipsam Urbem seu Romanam Curiam, seu ab ipsis recedentes tam in veniendo quam recedendo, et tam in here quam personis plena securitate gaudeant et pociantur, cum ex frequencia confluencium ad ipsam Urbem tam pro consequandis indulgenciis, quam graciis a sede apostolica maxima Romano populo commoditas proveniat incessanter.

Item supradictus dominus noster ad hoc ut appellacionis beneficium, quod maximum in sublevacionem oppressorum in suis iuribus dinoscitur esse remedium, voluit, declaravit et eciam reservavit sibi et successoribus suis canonice intrantibus nominationem et deputacionem Capitanei Romani populi super appellacionibus [et] nullitatum causarum etc. cum officio, potestate, salario, muneribus, honoribus et oneribus dari, fieri et solvi consuetis per formam statutorum et ordinamentorum prefate Urbis de tempore in tempus ponendi et deputandi.

Item declaravit et voluit, quod Castrum Frascati ... diocesis, necnon officium defensorie Marani cum omnibus iuribus et pertinenciis eorumdem spectet atque pertineat, ac spectare et pertinere debeat ad Lateranensem ecclesiam prefate Urbis.

Item commisit, quod Illustris dominus, dñus Ladizlaus Rex Ierusalem et Sicilie habeat facultatem et arbitrium declarandi, utrum Officiales videlicet Gubernatores Camere prefate Urbis residere debeant in palacio Capitolii, et si resideant, in quo loco palacii.

Item concessit dicto Romano populo et voluit, quod completis et solidatis et acceptatis omnibus supra et infrascriptis, Capitolium prefate Urbis reducatur et reduci debeat ad formam palacii et loci communis iudicii, et quod assignetur prefato dño Regi, vel illi, cui prefatus dominus Rex duxerit assignandum, ut facta assignacione fiat reductio dicti Capitolii ad formam dicti palacii et loci communis iudicii, prout superius continetur.

Item voluit prefatus dominus noster, quod pro observacione omnium supra et infrascriptorum viginti Cives notabiles et idonei pro qualibet regione dicte Urbis se principales constituentes, et insolidum obligantes eorum propriis et privatis nominibus, et pro se ipsis et pro Universitate et singularibus personis Regionis ipsorum, se teneantur et debeant coram dicto domino nostro vel eius Camerario, vel alio, cui duxerit committendum, solempniter et in forma plenaria obligare pro Romano populo et Officialibus supradictis cum promissionibus, personarum, rerum et bonorum obligacionibus, renunciacionibus et sub pena quinquaginta millium florenorum auri de Camera apostolice Camere vice qualibet applicandorum et solvendorum efficaciter obligare, et sub pena periurii in forma valida et oportuna, ita quod plena de iure subsistat ad requisicionem supradictam domini nři pape, omni exceptione remota, de adimplendis et observandis inviolabiliter omnibus et singulis superius et inferius denotatis iuxta ipsorum et cuiuslibet eorumdem exigenciam et tenorem.

Item quod pro maiori et efficaciori observancia supra et infrascriptorum omnium declaravit et voluit, quod Communitas et singulares persone Regionis Transtiberim de Urbe prefata per suum specialem Sindicum, sufficiens mandatum habentem, se obligent et obligare debeant in forma valida et cum membris et substancialitatibus oportunis, et promittant in casu, quo altera ex dictis partibus non servaret et adimpleret omnia et singula supra et infrascripta, prout ad ipsam partem spectaret seu pertineret, et spectare et pertinere posset per formam dictorum et infrascriptorum Capitulorum vel alicuius eorum, quod bona, pura et sincera fide, omni fraude et malignitate cessantibus, realiter et expresse ac totis viribus dabunt auxilia, consilia et favores, et quecumque oportuna contra partem predictam vel eorum aliquod non servantem, seu contra ea in aliquo venientem, quousque parti servanti fuerit condigne ac debite satisfactum per partem ipsam ea non servantem, seu venientem in aliquo contra exigenciam premissorum, sub dictis censuris, penis et obligacionibus, iuramentis et Capitulis oportunis.

Item voluit et expresse ac specifice reservavit in principio, medio et fine presencium indultorum supradictus dominus noster, quod in casu seu casibus, quo vel quibus per Romanum populum, Gubernatores Camere seu alios Officiales vel Magistratus prefate Urbis presentes vel futuros predicta omnia et singula et infrascripta, et quodlibet ipsorum et infrascriptorum non fierent, adimple-

rentur et efficaciter non servarentur iuxta et secundum predictorum et infrascriptorum exigenciam et tenorem in omnibus et quo ad omnia, quod ex nunc prout ex tunc et eo ipso omnie et singula concessa et indulta Romano populo, Gubernatoribus Camere et reliquis Officialibus et Magistratibus, ac Civibus, districtualibus et habitatoribus et incolis prefate Urbis, et aliis in precedentibus Capitulis denotatis, sub quacumqua conceptione verborum appareant, sint et esse intelligantur nullius efficacie, roboris vel momenti, et perinde haberi et censeri debeant iuribus evacuata, irrita et nulla ac si data, concessa et indulta minime extitissent.

Item voluit et declaravit, quod de et super predictis omnibus et singulis, et quodlibet ipsorum fiat et fieri debeat in Consiliis privato et generali Romani populi seu Urbis prefatorum, et per ipsa Consilia in forma valida et oportuna secundum formam statutorum et ordinamentorum prefate Urbis plena et efficax ratificacio, approbacio et emologacio sine temporis intervallo, ita quod planissime de iure subsistat, ac statim in forma publica dirigi ad prefatum dominum nostrum seu Cameram apostolicam ad fidem et testimonium premissorum. Et predicta omnia et singula prefatus dominus noster ad supplicacionem Romani populi et Officialium supra et infrascriptorum, quia nobiles et prudentes viri de numero Tredecim bonorum Civium, videlicet unius pro qualibet Regione prefate Urbis per Universitates et singulares personas huiusmodi Regionum, videlicet:

Iohannes Palozii de Fuscis de Regione Moncium, dñus Paulus Iacobi legum doctor de Regione Trivii, Bactaglerius de Tedallinis de Regione Columpne, dominus Gualterius legum doctor de Regione Pinee, Ghiaia de Galganis de Regione s. Angeli, dñus Nicolaus de Buondiis legum doctor de Regione Transtiberim, Paulus Staci de Regione s. Eustachii, habentes plenariam potestatem ab Universitatibus ac Capitibus et singularibus personis dictarum Regionum ad infrascripta omnie et singula agendi, concludendi et in forma oportuna et valida promittendi, prout prudens vir Iohannes Nelloli de Regione Pinee de Urbe, Scriba Senatus Romani populi ac notarii publici, in presencia domini nostri et aliorum supra et infrascriptorum astancium, et mei notarii infrascripti asseruit eius manu constare latissime, eorum propriis et privatis nominibus ac vice et nomine Universitatum et singularium personarum dictarum Regionum, necnon pro Capitibus Regionum, Universitatibus et singularibus quibuscumque personis Regionum Ripe, Campitelli ac Campimarcii de Urbe prefata, ac eciam Nicolaus de Sanguineis de Regione Pontis, Colassus Amici de Regione Parionis, Stephanus Pauli Gocci de Regione Arenule eorum propriis eciam et privatis nominibus, ac pro Capitibus, Universitatibus et singularibus personis Regionum Pontis, Parionis et Arenule predictarum, pro quibus et quolibet eorum ex certa sciencia, et quilibet eorum insolidum se principaliter obligantes, eorumque heredes, iura et bona promiserunt supradicto domino nostro suo, successorum et Romane ecclesie predictorum, necnon Rñorum dñorum, dñorum s. Romane ecclesie Cardinalium, Prelatorum, Cortesanorum et omnium et singulorum aliorum in precedentibus Capitulis comprehensorum nomine, ac pro ipsis stipulanti et recipienti de rato et ratihabicione cum omnibus et singulis Capitulis et membris in talibus de iure aut consuetudine quomodolibet oportunis, Videntes immensam clemenciam prefati domini nostri pape dictis nominibus et quolibet ipsorum obligantes, ut supra prefertur, se, heredes, iura et bona tam sua quam illorum, quorum nominibus agunt, et promittunt, promiserunt solempniter et convenerunt per pactum solempni stipulacione vallatum, non vi, dolo vel metu, aut per aliquem errorem iuris vel facti, sed ex certa sciencia ac spontanea voluntate premissa omnie et singula in supradictis contenta Capitulis, et eciam infrascripta iuxta ipsorum et cuiuslibet eorum exigenciam et tenorem inviolabiliter attendere et observare, et attendi et observari facere, et in nullo publice vel occulte, directe vel indirecte aut quovis quesito colore per se vel alium seu alios contrafacere vel venire, aut contravenire volentibus consentire sub pena et ad penam quinquaginta millium florenorum auri de Camera prefato domino nostro, et eius successoribus ac Camere apostolice vice qualibet, que in predictis aut infrascriptis seu predictorum aut infrascriptorum aliquo contrafactum seu ventum extiterit, eo ipso applicandorum et solvendorum, omni iuris et facti exceptione remota, et cum refectione omnium et singulorum dampnorum, expensarum et interesse litis et extra, que dominus noster, successores, Romana ecclesia et alii supra comprehensi et denotati, vel eorum aliquis quomodocunque in iudicio vel extra facerent, vel subirent quocumque iure vel modo, pro quibus omnibus et singulis distringi ac conveniri voluerunt et consencierunt expresse, tam realiter quam personaliter, et tam in prefata Urbe, quam alibi ubicumque locorum, terrarum vel fori ad instanciam cuiuscunque, cuius posset quomodolibet in aliquo interesse, renunciantes expresse omnibus et singulis privilegiis, exceptionibus ac beneficiis eis vel eorum alicui de iure vel de forma huiusmodi statutorum vel ordinamentorum, quibus possent se quomodocumque tueri contra premissa aut infrascripta vel aliquod ipsorum, et maxime iuri dicenti generalem renunciacionem non valere: pro quibus omnibus et singulis firmiter et inviolabiliter observandis, ut supra prefertur, obligaverunt expresse prefato domino nostro pro se, et suis successoribus et Romana ecclesia, et aliis supra com-

prehensis, et michi notario publico infrascripto tamquam publice persone, pro omnibus supradictis stipulantibus et recipientibus, se ipsos et quemlibet eorum in solidum, et eorum et cuiuslibet ipsorum heredes, iura et bona quecumque et ubicumque existencia tam presencia quam futura, at ad maiorem roboris firmitatem iuraverunt corporaliter ad sancta dei evangelia manibus tacta in manibus prefati dñi nostri, supradicta omnia et singula attendere et observare, et attendi et observari facere cum effectu, omni iuris et pacti exceptione remota, sub penis, censuris et obligacionibus supradictis.

Post qua supradictus dñus Nicolaus precibus et mandato tam supradicti dñi nri, quam dictorum civium Romanorum superius nominatarum nominibus quibus supra rogancium, vice et nomine Capitis et Universitatis ac singularium personarum Regionis Transtiberim suo nomine, ac ut Sindicus et procurator legitimus habens ad infrascripta omnia sufficiens et speciale mandatum, pront in presencia domini nostri, civium et testium predictorum, et mei notarii infrascripti eius manu latissime constare asseruit prudens vir .... notarius publicus de Urbe de Regione Transtiberim predicta, habens noticiam plenissimam omnium et singulorum Capitulorum in precedenti contractu contentorum, et maxime Capituli, quod incipit: Item quod pro maiori et efficaci observancia etc; et eius continencie rebus iuxta exigenciam dicti Capituli dicto sindicario et procuratorio nomine Capitis, Universitatis et singularium personarum Regionis Transtiberim predicte se solempniter obligare, iuxta et secundum formam dicti Capituli promisit solemniter, et convenit domino nostro et civibus Romanis predictis, et michi notario infrascripto prefatis nominibus stipulantibus et recipientibus, quod in casu quo altera ex partibus in dicto Capitulo denotatis servaret et adimpleret omnia et singula supra et infrascripta, prout ad ipsam partem spectaret seu pertineret, et spectare et pertinere posset per formam dictorum et infrascriptorum Capitulorum vel alicuius eorum, quod bona, pura et sincera fide, omni fraude et malignitate cessantibus, realiter et expresse so totis viribus dabunt auxilia, consilia et favores, et quecumque oportuna contra partem predictam vel eorum aliquod non servantem, seu contra ea in alio venientem, quousque perseveranti fuerit condigne ac debite satisfactum per partem ipsam ea non servantem, seu venientem in aliquo contra exigenciam premissorum, sub dictis censuris, penis et obligacionibus, renunciacionibus, iuramentis et Capitulis oportunis.

Acta fuerunt omnia et singula supradicta Rome apud S. Petrum in palacio apostolico, in Capella parva prope Cameram paramenti dicti palacii, in presencia dicti dñi nri pape ac prefati Serenissimi domini, domini Ladizlai Regis Sicilie Illustris, et Revmorum dñorum, dñorum Angeli tit. s. Laurencii in Damaso, Francisci tit. s. Susanne, Henrici tituli s. Anastasie, Christofori tit. s. Ciriaci, Angeli tit. s. Potenciane presbiterorum, Raynaldi s. Viti ad Maccellum, Landulfi s. Nicolai in Carcere Tulliano diaconorum sancte Romane ecclesie Cardinalium, ac Rmi in Christo patris dñi Conradi Epi Militensis ac Camerarii domini nostri pape predicti, ac presentibus et intelligentibus Venerabili viro domino Petro de Stephaneschis de Urbe prefata, notario prefati domini nostri pape, ac magnificis dñis, dñis Bertoldo de Ursinis, Francisco et Nicolao Comitibus Angnillarie, et nobili viro Mastro Marchesano milite Romano, et pluribus aliis testibus ad predicta habitis et rogatis, sub anno a Nativitate domini nostri Ihesu Christi Millesimo cccc. quarto, Indictione XII. die undecima Assumptionis in Christo patris et domini nostri, domini Innocencii pape septimi supradicti, et vicesima septima mensis Octobris dicti anni, Rogantes et mandantes partes ipse per me Franciscum de Montepoliciano Secretarium prefati domini nostri pape, scribam publicum, nec non Bartholomeum de la Capra eciam ipsius dñi nri Secretarium, ac Iohannem Nelloli de Regione Pinee de Urbe prefata, Scribam Senatus Romani populi, et quemlibet nostrum in solidum unum et plura conficere publica documenta in testimonium premissorum tenoris et continencie predictorum.

LXXII.

Rectori Campaniae et Maritimae, ut generale parlamentum ad imponendum cuilibet foculari unum Bononinum convocet. *Reg. Tom. I. fol. 109.*

Innocencius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Perretto Comiti Troye, ac in provinciis nostris Campanie atque Marittime pro nobis et Romana ecclesia Rectori, sal. etc. Ad statum prosperum, pacificum et tranquillum et salutarem custodiam Civitatum, Terrarum, Castrorum, arcium, cassarorum et forteliciorum omnium provinciarum huiusmodi ad nos et prefatam ecclesiam spectancium, et ut surripiatur materia malignandi Castellanis atque Custodibus arcium, cassarorum et forteliciorum prefatorum propter satisfactiones salariorum et provisionum ipsorum, paternis at solicitis studiis intendentes volumus, et per apostolica scripta nobilitati tue presencium tenore committimus et mandamus, quatenus die et loco, de quibus tibi videbitur, auctoritate nostra requiri et convocari facias in dictis provinciis, vel earum altera generale parlamentum provincialium omnium provinciarum ipsarum iuxta morem hactenus observatum, in quo quidem parlamento per te vel alium, cui commiseris, proponi facias et solempniter ordinari de imposita focatici ad racionem unius Bolonneni pro quolibet foculari seu focatico, vel plus seu minus seo alio modo congrueciori et apciori, de quo in dicto parlamento

fuerit ordinatum, ut mense quolibet solvantur et solvi debeant per provinciales in totum ducenti floreni de auro, quolibet mense distribuendi et solvendi pro rata secundum facultates Universitatum et singularum personarum provinciarum ipsarum illis modis et formis, prout in dicto parlamento declaratum extiterit, et huiusmodi solucio ducentorum florenorum mense quolibet, ut prefertur, fiat et fieri debeat Thesaurario nostro, qui est et erit pro tempore in dictis provinciis: qui quidem Thesaurarius teneatur, possit et debeat similiter de mense in mensem, ad mandatum dicti Rectoris dictarum provinciarum tam presentis quam futuri, Castellanis videlicet tam pro ipsis quam famulis eorumdem de stipendiis, salariis et provisionibus ipsorum more consueto, prout capient et summabunt, solvere et satisfacere cum effectu: volentes et decernentes quod de dicta quantitate ducentorum florenorum propterea solvendorum idem Thesaurarius per se, vel alium eciam de mandato dicti Rectoris, vel aliter, non possit vel debeat quovis modo aliquid expendere vel ipsam in toto seu pro parte in alios usus convertere, seu deputare racione quacumque sub pena quingentorum florenorum vice qualibet Camere apostolice applicandorum eo ipso, et nichilominus ultra dictam penam ad restitucionem quadrupli tocius eius, quod aliter solverit, quovis modo sit astrictus Camere supradicte, et super hoc possit et debeat in fine cuiuslibet semestralis temporis per Rectorem dicte provincie specialiter sindicari, et ad solucionem pene et restitucionem quadrupli, ut supra prefertur, eo ipso compelli: ad hoc ut premissa effectum debitum consequantur, dantes et concedentes tibi et illi, quem deputaveris in premissis, circa ea generaliter omnia et singula alia oportuna in dicto parlamento proponendi, ordinandi, statuendi et reformandi per te vel alium, et prout expedire cognoveris, exequendi auctoritate prefata plenam et liberam tenore presencium facultatem, ratum et gratum habituri quidquid per eandem nobilitatem tuam seu illum, quem deputaveris, et per ipsum parlamentum factum fuerit in premissis, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum XII. Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

LXXIII.

Landulfo cardinali Barensi legato Perusii, ut supplicationes et capitula per oratores Perusinos super exititiis dicte civitatis porrecta confirmet. *Reg Tom. I. fol 175.*

INNOCENCIUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Landulfo S. Nicolai in Carcere Tulliano diacono Cardinali, in nostris Perusina et nonnullis Civitatibus, Terris et locis pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus generali Vicario, salutem etc. Cum te ad Civitatem nostram Perusinam et nonnullas alias partes, commisso tibi in eis plene legacionis officio, in temporalibus generalem Vicarium presencialiter destinemus: Nos volentes illa tibi concedere, per que statui pacifico et tranquillo prefate Civitatis nostre Perusine, eiusque Comitatus, territorii et districtus et parcium vicinarum earumque saluti valeas, dante dño, salubriter providere, Circumspectioni tue omnia et singula supplicaciones et Capitula, quorum omnium tenores et formas hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, nobis pro parte dilectorum filiorum Priorum et Camerariorum Artium, et Communis et populi prefate Civitatis nře Perusine per dilectos filios Dyonisium et Sacchum legum doctores, Sighinolphum de Michelottis, Andream Guidarelli ac Matheum Petri cives et oratores prefate Civitatis ad nostram presenciam destinatos, exhibita, et maxime Capitulum de exititiis et absentatis prefate Civitatis, et omnia et singula in eo contenta, et quecumque alia, de quibus aut super quibus aliqua dubitacio vel contrarietas vertebatur inter nos et ipsos, videndi, examinandi eaque auctoritate nostra nostro et ecclesie prefate, ac successorum nostrorum Romanorum Pontificum nomine in totum, seu pro parte condicionaliter seu precise admittendi ac confirmandi, seu de novo concedendi sub illis modis, condicionibus atque formis, prout eidem tue circumspectioni videbitur convenire, Contradictores quoque auctoritate prefata, appellacione postposita, compescendi, Constitucionibus apostolicis, et quibuscunque statutis et consuetudinibus prefate Civitatis contrariis iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis nequaquam obstantibus, plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, ratum et gratum habituri, quidquid per eandem circumspectionem tuam factum fuerit in premissis, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud S. Petrum VII. Kalendas Ianuarii, Pont. nostri anno primo.

LXXIV.

Introitus ordinarii civitatis Bononiensis an. MCCCCIIII. *Ex Reg. Innocentii PP. VII. Tom. I. fol. 100.*

Dacium et gabelle molendinorum non locatum, cuius pecunie introitus est collector et depositarius Iacobus de Gileriis notarius, libr. L.

Dacium et gabelle salis non locatum, cuius pecunie introitus est depositarius et collector Iohannes de Caldarinis, libr. XXX.

Dacium et gabella vini locatum Fino Neri della Moccha pro mensibus quatuordecim, inceptis die primo Novembris proxime preteriti, et pro precio in summa libr. XLM. tangit pro mensibus libr. MMDCCLXXXVI. sol. IX.

Dacium et gabella portarum Civitatis Bononiensis locatum Nannino Cheche pro mensibus quin-

decim, inceptis die primo Octobris anni proxime preteriti, pro precio in summa libr. XVIIIIM. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. MCXXXIII. sol. v. den. VIII.

Dacium et gabella mercacionum locatum Iohanni Pauli de Seminibus pro mensibus quatuordecim, inceptis die primo Novembris proxime preteriti, pro precio in summa libr. XXIM. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. MD.

Dacium et gabella retagli carnium et tracta bestiarum extra Comitatum locatum Actoni de Torellis pro uno anno, incepto die primo Ianuarii proxime preteriti presentis anni, pro precio in summa libr. XVM. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. DCCCCXVI. sol. XIII. den. IIII.

Dacium et gabella vendicionum et docium locatum Iohanni Berardi pro mensibus vigintisex, inceptis die primo Novembris anni proxime preteriti, pro precio in summa libr. XVM. solvendo ex pacto pro tempore II. annorum pro rata, tangit pro mense libr. CCCLVIII. sol. VI. den. VIII.

Dacium et gabella fructuum locatum Laurencio Petri de Casariis pro mensibus quindecim, inceptis die primo Octobris proxime preteriti, pro precio in summa libr. MMCXL. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. CXLII. sol. XIII. den. IIII.

Dacium et gabella piscium locatum Laurencio supranominato pro mensibus quindecim, inceptis die primo Octobris proxime preteriti, pro precio in summa libr. MMCCCC.

Dacium et gabella Egarmigliati locatum Francisco Gregorii de Pellacanibus pro uno anno, incepto die primo Ianuarii anni MCCCCIII. pro precio in summa libr. MMCLX. tamen post dictam vendicionem fuit per Officialem abundative sublevatum propter frumenti et bladi penuriam, tangebat pro mense libr. CLXXX.

Dacium et gabella Folisellorum locatum Becto Garsini de Albaris pro mensibus sexdecim, inceptis die primo Ianuarii anni presentis MCCCCIIII. pro precio in summa libr. VIIIMD. de quibus iam solvit MM. et LXII. et sol. X. quia ex pacto solvere debet omnem pecunie quantitatem, quam recipit, cum illa recipitur.

Dacium et gabella feni et palearum locatum Iohanni Castellani de Lambertaciis pro mensibus quindecim, inceptis die primo Octobris anni proximi preteriti, in summa libr. MMD. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. C.

Dacium et gabella Gualtheriarum locatum Foxanino pro uno anno, incepto die primo Ianuarii anni presenti MCCCCIIII. pro precio in summa libr. MMCCXL. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. CIII. sol. VI. den. VIIII.

Dacium et gabella Barattarie locatum Rolando de Ferraria pro uno anno, incepto die primo Ianuarii anni presentis MCCCCIIII. pro precio in summa libr. VIMCCC. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. CCCCXLI. sol. XIII. den. IIII.

Dacium et gabella panis et moliturarum non locatum, confonderis (?) in officio abundancie propter penuriam frumenti et bladi, non sufficit.

Dacium et gabella Carcerum et bannorum locatum Iohanni Francisci Maregnani nomine Dominici Iohannis de Castagnolo notario pro mensibus quindecim, inceptis die primo Octobris proxime preteriti, pro precio in summa libr. MCCCCL. tamen propter fracturam carcerum remisse fuerunt sibi libre L. Bon. in primis duobus mensibus, solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. XXX.

Dacium Notariatus Iudicis daciorum locatum Iohanni de Plastellis notario pro uno anno, incepto die primo Ianuarii presentis anni MCCCCIIII. pro precio in summa libr. MCCXXV.

Dacium Stadirole locatum Francisco Gregorii de Pellacanibus pro quindecim mensibus, inceptis die primo Octobris anni preteriti, pro precio in summa libr. CL. solvendo singulo mense pro rata, tangit pro mense libr. III. sol. VI. den. VIII.

Debitores dacii et gabelle vendicionum et docium annorum proxime preteritorum venditorum Iohanni Berardi, nunc conductori dicti dacii et gabelle, libr. DCCL. solvendo certis terminis.

Condempnaciones, que exiguntur ad Discum Ursi, quarum pecunie collector et depositarius est Io. Francisci Maregnani, de quibus pecuniis singulo mense racionem reddit defensoribus Averi libr. VIM.

Pensiones stacionum et publicorum Communis Bononiensis date sunt omnes societatibus Artium Civitatis Bononiensis in cambium et premium bonorum restitutorum nobilibus de Pepolis, valent libr. IIIMD.

LXXV.

Communi terrae Malleani confirmantur privilegia exemptionis talliae etc. inserta Bonifacii PP. IX. bulla ea de causa edita. *Reg. Tom. I. fol. 169.*

INNOCENCIUS EPISCOPUS etc. Ad futuram rei memoriam. Sincere devocionis affectus, quem dilecti filii Universitas terre Malleani Sabinensis diocesis ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut in hiis, que digne possunt fieri, eis simus oportuno in tempore graciosi. Hinc est, quod nos eorum devotis supplicacionibus inclinati, confirmacionem privilegiorum, exempcionum, libertatum et immunitatum dicte Universitatis Malleani ipsis per felicis record. Bonifacium papam VIIII. predecessorem nostrum per suas litteras factam, et omnia et singula in eis contenta, quorum tenores de verbo ad verbum hic inseri fecimus, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Quarum quidem litterarum tenor sequitur, et est talis.

Bonifacius Episcopus servus servorum dei. Ad futuram rei memoriam. Apostolice sedis providencia circumspecta quietem et pacem universorum fidelium solerter exquirens ea, que dubitacionis et scandalorum possent causare materiam, ne exinde consurgant discriminosa pericula, sicut oportunum fore conspicit, summovet, dilucidat et declarat. Cum itaque nos dudum, videlicet quinto Idus Novembris, Pontificatus nostri anno secundo, per alias nostras certi tenoris litteras nonnulla statuta et ordinaciones in favorem dilectorum filiorum Universitatis Castri Malleani Sabinensis diocesis, dudum per dilectum filium nobilem virum Nicolaum Comitem Nolanum, tunc provincie Patrimonii B. Petri in Tuscia pro Romana ecclesia Rectorem, et quondam Angelum de Viterbio Militem, in dicta provincia pro eadem ecclesia Thesaurarium, ex commissione speciali Geraldi olim tit. sancti Clementis presbiteri Cardinalis, tunc Abbatis Monasterii Maiorismonasterii prope Turones, in nonnullis partibus Italie felicis record. Gregorii pape XI. predecessoris nostri et pro dicta ecclesia in temporalibus Vicarii generalis, edita, quibus inter cetera cavebatur, quod habitatores et incole dicti Castri pro aliquibus oneribus realibus vel personalibus non deberent pregravari per dicte ecclesie officiales, nisi prout tenebantur et facere consueverant, antequam bone memorie Egidius Episcopus Sabinensis apostolice sedis Legatus ad partes Italie accederet, ipsique Universitas ante huiusmodi adventum ad solvendum nomine census predicte ecclesie viginti duas libras monete Lucane dumtaxat tenerentur, prout in antiquis Registris Thesaurariorum dicte provincie pro predicta ecclesia scriptum reperiebatur, auctoritate apostolica confirmaverimus, ac tenore earumdem litterarum inhibuerimus et mandaverimus Officialibus nostris et prefato ecclesie tam presentibus quam futuris, ne predictos Universitatem, vel aliquas personas ex eis singulares contra statuta et ordinaciones huiusmodi molestare aut vexare, vel ad solvendum aliquid ultra predictum censum annuum compellere vel invitos coartare presumerent, ac decrevimus ex tunc irritos et inanes quoscumque processus et sentencias, quos vel quas contra inhibicionem et mandatum huiusmodi fieri contigerit seu eciam promulgari, prout in ipsis litteris plenius continetur. Postea vero ex eo maxime quia in generali provinciarum nostrarum Patrimonii predicti, ducatus Spoletani, Sabinensis ac Terrarum specialium commissionum parlamento de mense Augusti proxime preteriti in nostra Civitate Tudertina pro salute et defensione earumdem provinciarum, ac terrarum et circumadiacencium parcium celebrato caritativum subsidium ordinatum, et provincialibus ac nonnullis aliis impositum, et unicuique taxatum extitit, et sicut accepimus, Universitati prefate summa sexcentorum ducatorum auri occasione dicti subsidii fuit imposita, et quia in prefixo termino dicta quantitas iuxta ordinacionem in eodem parlamento traditam persoluta non fuit, Universitas ipsa per Officiales ac stipendiarios nostros exinde nonnulla gravia dampna et incommoda noscitur incurrisse, tamquam privilegiorum et libertatum predictorum forsan ignara. Quare pro parte dictorum Universitatis et hominum nobis extitit humiliter supplicatum, ut libertates ac privilegia et immunitates predicta auctoritate apostolica confirmare et corroborare, ac eciam declarare Universitatem prefatam ad subsidium prelibatum minime teneri, necnon in futurum circa premissa, ne Universitas ipsa valeant in hiis et similibus alterius pregravari, de benignitate apostolica de remedio oportuno providere dignaremur. Nos igitur, qui more pii patris cunctorum Christifidelium pacem et quietem intensis desideriis affectamus, et presertim ut Universitas ipsa et terre alie ab olim populo Romano subiecte plenis et consuetis libertatibus pociantur, eorumdem supplicacionibus inclinati tenore presencium privilegia, exempciones, libertates et immunitates prefata, quorum tenores presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenissent in eis, declarantes insuper prefatam Universitatem Malleani predicte ecclesie Romane nisi dumtaxat ad dictum censum viginti duarum librarum monete Lucane, et per consequens ad contribucionem subsidii prelibati minime teneri, nec ad illam quomodolibet invitam cohartari seu compelli posse. Et insuper Universitati prefate auctoritate prelibata de uberiori dono gracie concedimus, quod futuris temporibus per officiales quoslibet Romane ecclesie pro tempore existentes, nec pro oneribus personalibus seu realibus aut mixtis, ordinariis seu extraordinariis, eciam quibuscumque urgentibus necessitatibus, ullo unquam tempore ultra solitum et consuetum supradictum censum viginti duarum librarum monete Lucane per nos declaratum, per Universitatem ipsam Romane ecclesie prestare consuetum, minime valeant molestari, Constitucionibus apostolicis seu provincialibus ac ordinacionibus editis in parlamento antedicto, et quibuscumque aliis in contrarium facientibus nequaquam obstantibus, mandantes insuper omnibus dicte ecclesie Officialibus atque nris, ne predictam Universitatem ultra dictum censum dictarum viginti duarum librarum aliquo occasione, vel causa nullatenus debeant molestare, decernentes irritum et inane quidquid contra predicta a quoquam quavis auctoritate contigerit attemptari. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum quarto Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno decimo.

Nulli ergo nostre confirmacionis et communicionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum

Rome apud S. Petrum quinto Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

LXXVI.

Populo Romano, ne Paulus de Ursinis ad districtum Urbis durante recollectione segetum veniat, operam dare pontifex promittit. *Reg. Tom. I. fol. 265.*

Innocencius episcopus etc. Dilectis filiis Gubernatoribus Camere ac populo alme Urbis, salutem etc. Ad statum pacificum et tranquillum alme Urbis, prout ex debito pastoralis tenemur officii, paternis et solicitis studiis intendentes, illa libenter concedimus, que statum huiusmodi non solum conservare, sed promovere et dissidencia quelibet habeant extirpare. Cum igitur pro parte vra fuerit expositum coram nobis, quod nunc inter Cives prefate Urbis maxima suspicio subhorta erat, ex eo maxime quod dilectus filius nobilis vir Paulus de Ursinis domicellus Romanus, ac nonnullarum gentium nostrarum armigerarum Capitaneus, ad nostra et Romane ecclesie stipendia militans in Civitate nra Bononiensi, redire cum eius gentibus intendebat de proximo ad istas partes, quodque ex ipsius descensu formido non immodica imminebat in populo, ac tranquillitatem prefate Urbis et parcium posset multis respectibus perturbare. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut supra premissis maxime tempore huius estive recollectionis segetum pro evitacione maximorum discriminum, ac eciam incommodorum surgere verisimiliter inde debencium providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicacionibus ac premissorum intuitu paternaliter inclinati, vobis nos daturos pro viribus operam pollicemur, quod prefatus Paulus cum dictis suis gentibus durante presenti tempore recollectionis segetum, usque ad et per totum mensem Augusti proxime secuturi, de provincia nostra Marchie Anconitane [idem Paulus] non recedet, nec contra prefatam Urbem, cives, districtuales aut subditos eius offensiones reales personales vel mixtas per se aut gentes suas, vel alias ubicumque eum esse contigerit dicto durante tempore, vobis tamen in devocione nostra et Romane ecclesie permanentibus, inferet seu inferri faciet quovis modo. Datum Rome apud S. Petrum vii. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

LXXVII.

Exemptionem a solutione onerum publicorum nonnullis civibus Tudertinis concessam pontifex revocat. *Reg. Tom. I. fol. 265.*

Innocencius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam, Romani pontificis providencia circumspecta nonnunquam variis et importunis instanciis supplicum illa concedit, que postea efficacioribus suadentibus racionibus revocat, prout secundum temporum et locorum oportunitatem conspicit in domino salubrius expedire. Nuper siquidem fide digna relacione comperto, quod nonnullis civibus, comitatensibus, districtualibus vel incolis Civitatis nostre Tudertine tam per fel. rec. Urbanum VI. et Bonifacium VIIII. Romanos pontifices predecessores nostros, quam per Rectores, Vicarios et Locumtenentes dictorum predecessorum nostrorum, seu apostolice sedis Legatos nonnulla privilegia immunitatum et exemptionum variis et diversis de causis dicuntur esse concessa a solucionibus onerum publicorum realium, personalium seu mixtorum, quodque in Civitate, Comitatu, Territorio atque districtu predictis inter cives, districtuales et incolas huiusmodi maxime discordie sunt suborte et augmentantur assidue, cum non solvetur equalitas in subeundis et perferendis oneribus publicis, sicut decet: Nos igitur attendentes, quod idem Bonifacius predecessor noster dudum, videlicet anno Pontificatus ipsius tercio decimo, omnes immunitates et exemptiones huiusmodi revocavit et cassavit, quodque nostra permaxime interest ex debito apostolice servitutis, in Civitatibus et Terris presertim nobis et Romane ecclesie tam spiritualiter quam temporaliter subiectis quamlibet discordiarum amputare materiam, premissis et nonnullis aliis racionabilibus causis animum nostrum ad hec inducentibus moti, habentes statum et formas immunitatum, exemptionum, privilegiorum et indultorum huiusmodi hic pro sufficienter expressis, auctoritate apostolica et ex certa sciencia omnia et singula privilegia, indulta, exemptiones et immunitates huiusmodi per predecessores nostros, seu Rectores vel Vicarios aut apostolice sedis Legatos predictos, aut eorum aliquem usque in presentem diem quomodocumque et quibuscumque causis, et quibusvis Universitatibus seu singularibus personis hactenus sub quacumque verborum conceptione facta et concessa tenore presencium revocamus, et irritamus ac viribus evacuamus, et nullius esse decernimus roboris vel momenti, irritum et inane censentes ex nunc quidquid per quoscumque, et quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit in contrarium quomodolibet attemptari. Nulli ergo etc. nostre revocacionis, irritacionis, evacuacionis, decreti et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum septimo Idus Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

LXXVIII.

Senatori Urbis, ut contra delinquentes leviores procedere possit. *Reg. Tom. I. fol. 324.*

Innocencius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iohanni Francisco de Panciaticis militi Pistoriensi alme Urbis Senatori, salutem etc. Quamvis iusticia cultum ex debito pastoralis officii servari ubilibet intensis studeamus affectibus, in alma tamen Urbe, que caput est Orbis legesque dudum

condidit, quibus possit humanorum actuum ordinata voluntas suis contenta terminis conservari, et presumptuosa temeritas suos excedens fines penali districtione, ut utrobique servaretur equalitas, coherceri, quantum cum deo possumus ampliari cupimus, et ad id adhibemus indefessis studiis solicitudinis nostre partes. Attendentes igitur, quod sicut habet fidedigna relacio facta nobis, secundum formam statutorum et ordinamentorum municipalium prefate Urbis de et super nonnullis criminibus inquiri ex officio Senatoris, vel aliorum officialium prefate Urbis, seu procedi non potest, sicque datur facilis materia delinquendi, cum impunitas scelerum fideles exanimet, et armet terribiliter audaciam contra bonos, et parva scintilla in flammam transeat sepenumero destructivam, nos volentes in premissis salubriter providere, tibi quamdiu Senatus officium prefate Urbis exercueris, precedente tamen super uno quoque casu matura deliberacione dilectorum filiorum Assectamenti tui nuncupati, de qua deliberacione manu dilecti filii Prothonotarii tui, qui est pro tempore, patere debeat de et super omnibus et singulis culpis, maleficiis, criminibus, excessibus et delictis vel quasi hactenus et quocumque tempore commissis et perpetratis, citra tempus tamen nostre remissionis generalis dilectis filiis Romano populo facte, et committendis imposterum tuo durante officio, de quibus aut eorum aliquo per publicam famam cum aliquo indicio per quatuor, aut de visu per unum ad minus fidedignos testes eciam parte non vocata tibi constiterit, ex officio, preterquam de te, super verbis iniuriosis et percussionibus manu vacua sine sanguinis effusione vel gravi scandalo, et in facie non factis seu perpetratis, ac aliis levioribus criminibus, dummodo de aut super predictis exceptis criminibus cum aliis gravioribus commissis processum aut inquisitum non fuerit, inquirendi, procedendi, cognoscendi, et repertos culpabiles puniendi, prout temporum, locorum, personarum et delictorum qualitate pensata discrecioni tue pro cultu iusticie ac tranquillitate prefate Urbis videbitur expedire, statutis et ordinamentis dicte Urbis, ac consuetudinibus aliisque contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presencium plenam et liberam concedimus potestatem. Datum Viterbii tercio Kalendas Novembris, Pontificatus nostris anno primo.

LXXIX.

Camerarius ecclesiae nomine Innocentii VII. concedit Cornetanis quartam partem gabellae salis sub quibusdam conditionibus, et ut caballarios ipsorum civitatis de introitibus tractae frumenti forensis camerae debitis solvere possint.
Ex orig. in archivo Comm. Corneti asservato.

Leonardus miseratione divina Electus Esculanus, domini pape Camerarius, Nobilibus viris ... Confalonerio, Consulibus, Consilio et Communi Terre Corneti Tuscanensis diocesis, Salutem in domino. Cum Sanctissimus dominus noster, dñus Innocencius papa Septimus vestris oportunitatibus et supplicationibus condescens de iure Saline et gabelle Salis infrascripto modo ad eius beneplacitum vobis graciam fecerit: nos de mandato ipsius domini nostri, nobis facto oraculo vive vocis, vobis quartam partem proventuum seu lucri dicte Saline, et similiter quartam partem gabelle Salis cum infrascriptis conditionibus et modificatione concedimus, videlicet quod vestra Communitas omnibus vestris sumptibus et expensis teneamini Sal ad Salinam dicte terre conduci facere, et dictam Salinam tenere munitam. De venditione autem Salis et ipsius venditionis precio, deductis pro rata expensis omnibus pro dicto sale factis per vos et vobis assignatis, de eo, quod superest ex precio venditionis predicte, tres partes sint et pertineant ad apostolicam Cameram, et quarta pars vobis et Communitati vestre debeat assignari, beneplacito predicto durante. Simili etiam modo vobis concedimus quartam partem gabelle salis in terra vestra, tribus partibus dicte apostolice Camere remanentibus. De solutione autem Caballariorum ita convenimus, quod sallarium dictorum caballariorum solvi debeat de introitibus tracte frumenti forensis, et si dicti proventus grani forensis singulis mensibus non sufficerent, vos teneamini de vestris iuribus dictum sallarium adimplere excomputandum postea in iuribus tracte vestri Cornetani frumenti. In quorum testimonium presentes litteras fieri et sigilli nostri Camerariatus officii iussimus appensione muniri. Datum Viterbii Anno domini Millesimo quadringentesimosexto, Indict. quartadecima, die quarta mensis Ianuarii, Pontificatus prefati Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Innocencii divina providencia pape Septimi anno secundo.

LXXX.

Officialibus Urbis, ut sua officia continuare possint, prout sunt deputati. *Reg. Tom. II. fol. 12.*

Innocencius episcopus etc. Dilectis filiis ... Conservatoribus Camere necnon Capitibus Regionum ceterisque Officialibus civibus impresenciarum existentibus alme Urbis, salutem etc. Cum ad tranquillitatem pacificam dilectorum filiorum Romani populi omnis nostra paternalis vigeat intencio, ac de vestre devocionis et fidelitatis integritate in multis et arduis nostris et Romane ecclesie negociis comprobata sumamus in altissimo fiduciam specialem, quod ea, que devocioni vestre committenda dixerimus, curabitis exacta diligencia modis omnibus adimplere, confirmantes omnia et singula, que per vos hucusque alias rite ac recte gesta et facta fuerint, vobis nostro et ecclesie Romane nomine continuandi, gerendi et administrandi in prefata Urbe eiusque Comitatu, Territorio et districtu, in-

ribus et pertinenciis ipsius Conservatorum Camere et reliqua officia prefate Urbis, ad que fuistis assumpti ac fideliter incepistis, officio tamen dilecti filii nobilis viri Senatoris eiusdem Urbis tam in civilibus quam in criminalibus, et aliis quibuslibet casibus et eius Curie in omnibus semper salvo et reservato, facultatem plenariam pro eo tempore, pro quo deputati extitistis, duraturam concedimus per presentes, ac mandantes dilectis filiis Romano populo et aliis quibuscumque, ad quos posset quomodolibet pertinere, quatenus in omnibus et singulis, que ad huiusmodi tam Conservatoratus quam alia officia spectare noscuntur, officio tamen prefati Senatoris et eius Curie, ut premittitur, in omnibus semper salvo, dicto durante tempore vobis pareant et intendant: alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleritis seu statueritis in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Vos igitur officia tam Conservatoratus, quam alia, que iam laudabiliter et fideliter, ut premittitur, incepistis, prompta devocione, sicut vestra integritate pensata certi reddimur, prosequentes sic studeatis dicto durante tempore continuare pariter et finire, ut fructus exinde sperati proveniant, et ultra nostram et apostolice sedis benedictionem et graciam possitis a graciarum omnium largitore eterne beatitudinis gaudia promereri. Datum Viterbii IV. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno secundo.

LXXXI.

Indultum Ladislao regi Siciliae concessum eligendi officiales in civitate Esculana pontifex revocat.
Reg. Tom. II. fol. 9.

Innocencius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex iusticie precipuus conservator et auctor, cum naturam sorciatur humanam, nonnumquam variis figmentis fallitur, et ea petencium importunitate quandoque concedit alias deneganda, que postea veritate comperta racionabilibus suadentibus causis, maxime cum statui et utilitati Romane ecclesie ac Civitatum et Terrarum ipsius indempnitatibus consulitur, consuevit, prout rerum et temporum qualitas exigit, revocare. Dudum siquidem, videlicet II. Idus Novembris Pontificatus nostri anno primo, cupientes, ut Civitas nostra Esculana cum eius Comitatu, Territorio et districtu sub tranquillitate pacifica posset salubriter gubernari, cultusque pacis, iusticie, obediencie ac fidelitatis incolarum erga nos et Romanam ecclesiam servarentur in ipsis, dilectum filium nobilem virum Bernardum militem de Offerio, pro quo Carissimus in Christo filius noster Ladizlaus Rex Ierusalem et Sicilie Illustris nobis humiliter supplicavit, Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus Esculanorum predictorum cum officio, potestate, salario, honoribus et oneribus consuetis usque ad unum annum tunc proxime secuturum, et cum certis pactis, modis et condicionibus in temporalibus generalem Gubernatorem duximus deputandum. Voluimus eciam ac concessimus pro salubri regimine Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus predictorum, quod prefatus Rex usque ad tres annos tunc proximos et continuo computandos de anno in annum in Gubernatorem Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus predictorum unum virum notabilem, ac omnes et singulos Castellanos Castrorum, cassarorum, forteliciorum et poncium tam Civitatis, Comitatus et Territorii quam districtus Esculanorum predictorum nobis, Romane ecclesie ac successoribus nr̃is ydoneos atque fidos nominare et deputare haberet, iuramentum fidelitatis in nostris vel successorum nostrorum huiusmodi manibus prestaturos de anno in annum, et in fine eorum officii possessiones forteliciorum, cassarorum et poncium huiusmodi, eciam si eis de eorum salariis, provisionibus et expensis satisfactum non esset, eorum in officio successori, et deinde dicto finito triennio nobis et successoribus nostris, et ecclesie predicte restituere et reddere debentes, et finito officio stare eciam ad sindicatum. Quodque idem Rex teneretur et deberet suis sumptibus et expensis pro nobis, successoribus nostris et ecclesia predictis recuperare et reincorporare dicte Civitati iuxta posse, et bona fide omnia et singula Castra, fortelicia atque loca ad Commune dicte Civitatis quomodocumque spectancia et pertinencia, contra quoscumque ea vel eorum aliquod detinentes vel occupantes, omni exceptione remota.

Concessimus eciam, quod Gubernator prefate Civitatis eiusque Comitatus, Territorii et districtus, necnon Univertitates et singulares persone ipsorum et cuiuslibet eorum, salva tamen et reservata in omnibus et quoad omnia fidelitate et devocione ac obediencia debitis nobis, successoribus et Romane ecclesie predictis, ad omne mandatum prefati Regis possent et deberent contra quoscumque guerram movere et facere toto eorum posse, dummodo ipsa guerra non fieret, nec fieri possit et deberet contra subditos et fideles nobis et nostris successoribus ac ecclesie antedictis. Quodque si casus contingeret, quod Gubernator seu Castellani predicti, vel aliquis eorumdem morirentur vel absentes essent, vel alio impedimento legitimo prepediti, aut eorum aliquis, ita quod per ipsum non posset officium exerceri, quod eo casu dicto durante triennio prefatus Rex possit alium seu alios loco talium surrogare pro eo tempore, quo deservire debeat, cuius loco alius, ut supra premittitur, surrogaretur, ac cum officio, salario, modis et ordinacionibus supradictis, et quod iuramentum prestare deberent in nostris et successorum nr̃orum manibus, antequam officium incipiant exercere et alia

facere teneantur et debeant, prout supra de aliis est expressum.

Ceterum nobis et nostris successoribus antedictis reservavimus expresse, quod si quis Gubernator, Officialis vel Castellanus circa administracionem et custodiam sui officii cum diligencia dicto duranta tempore non (se) haberet et regeret, quod nobis et ipsis successoribus esset licitum et permissum ipsos, et ipsorum quemlibet pro nostro et ipsorum beneplacito voluntatis cassare, et ab officiis et exerciciis removere, et quod prefato Regi esset licitum loco talium cassatorum et remotorum alios fidos et ydoneos, ut supra prefertur, et qui iurare et reliqua observare debeant, ut de aliis continetur, prout opus esset, surrogare pro tempore, et cum officio, salario, muneribus et aliis tali cassato et amoto debitis et debendis: ac quod fructus, redditus et proventus ipsorum Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus predictorum, ac feuda quecumque devoluta et devolvenda spectancia et pertinencia ad Cameram apostolicam, et Regalia quecumque beati Petri in eisdem ad Thesaurarium per dictam ecclesiam deputatum vel deputandum integraliter pro eadem ecclesia debeant provenire; ita tamen quod de huiusmodi fructibus, redditibus et proventibus debet idem Thesaurarius Gubernatori prefato, qui esset pro tempore, et reliquis Officialibus et Castellanis Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus ac cassarorum premissorum de eorum salariis, provisionibus, gagiis et emolumentis solvere et satisfacere, prout extitit hactenus observatum.

Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipiat exercere, de eodem officio bene et fideliter exercendo, et alias fidelitatis in forma solita in manibus nostris prestare debeat iuramentum, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur.

Cum autem post nominacionem et creacionem Gubernatoris et Castellanorum cassarorum, forteliciorum et poncium Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus Esculan. predictorum idem Rex contra Civitatem, Comitatum, Territorium et districtum huiusmodi hostiles offensiones terribiles et nephandas per gentes et subditos ipsius, vastaciones, incendia, demoliciones forteliciorum, domorum, prediorum, strages hominum, captiones, redemptiones, et quamplurima varia et diversa excessus, crimina et delicta contra statum et honorem nostrum et diete ecclesie, et in gravissimum dispendium Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus, civium, habitatorum et incolarum huiusmodi, et exemplum detestabile plurimorum, spretis et contemptis nfis paternalibus monitis et mandatis super cessacione huiusmodi offensarum per nostros nuncios, et litteras sepius sibi factis, commiserit et perpetrari fecerit: Nos attendentes, quod nostra permaxime interest fomenta malorum quorumlibet, et illa potissime, que ex nostris possent ordinacionibus seu negociis quomodolibet provenire, extirpare radicitus, et ne pretextu concessionis huiusmodi de nominandis et assumendis Gubernatore et Castellanis Civitatis, Comitatus, Territorii, districtus et poncium Esculanorum predictorum et alicuius eorum, seu occasione vel causa in dictis litteris contentorum seu dependencium ab eisdem talia possint de cetero dispendia, subditorumque excidia provenire, ac saluti Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus, civium et incolarum predictorum, prout ex debito pastoralis tenemur officii, salubriter providere volentes, premissis et nonnullis aliis causis racionabilibus ad id animum nostrum moventibus, litteras de nominandis et assumendis Gubernatore et Castellanis huiusmodi et concessionem predictas, et quecumque inde secuta motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera voluntate, et ex certa sciencia auctoritate apostolica tenore presencium annullamus, cassamus et revocamus, et nullius esse decernimus roboris et momenti, Mandantes nichilominus tam Regi, quam quibuscumque gentibus, subditis ac vassallis ipsius et aliis quibusvis, cuiuscumque status, habitus, gradus seu condicionis extiterint, quatenus sub pena excommunicacionis, necnon privacionis omnium dignitatum, graduum, privilegiorum, feudorum et bonorum quorumlibet a Romana vel aliis quibuscumque ecclesiis, Romano Imperio, Regibus, Ducibus, Principibus vel aliis quibuscumque personis seu Universitatibus, cuiuscumque status, gradus, habitus seu condicionis extiterint, ecclesiastice seu mundane, et inhabilitacionis ad ea et alia imposterum quomodolibet obtinenda teneantur et debeant per se, ac gentes et subditos ipsorum de cetero ab omnibus et singulis offensionibus realibus, personalibus atque mixtis contra Civitatem, Comitatum, Territorium et districtum, cives, habitatores et incolas Esculanos predictos, animalia, res et bona ipsorum et cuiuslibet eorumdem ex toto desistere et modis omnibus abstinere, et facere ab aliis abstineri, Castraque et loca, fortelicia queque ad nos et predictam ecclesiam ac Civitatem ipsam spectancia et pertinencia per quoscumque occupata et detenta infra triginta dies proxime et continue numerandos, quorum decem pro primo decem, pro secundo reliquos, pro ultimo et peremptorio termino tenore presencium assignamus, nobis ac prefate ecclesie, vel dilecto filio nostro Angelo tit. s. Marci presbitero Cardinali, in provincia nostra Marchie Anconitane pro nobis et eadem ecclesia generali Vicario, reddere ac restituere teneantur ac debeant libere et expedite: alioquin si contrarium non solum facere, sed attemptare presumpserint, exnunc prout extunc contra facientes huiusmodi penas et sentencias incurrere volumus eo ipso, et quod a nemine preterquam a

Romano Pontifice, nisi dumtaxat in mortis articulo, facta tamen prius emendacione et fortificacione condignis, aliquis contrafaciens possit aut debeat absolucionis beneficium obstinere, Non obstante si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod excommunicari, suspendi val privari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et axpressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, Constitucionibus apostolicis, legibus Imperialibus, promissionibus et iuramentis huiusmodi, requisicionibus seu mandatis Regiis factis vel faciendis, seu aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo nostre annullacionis, cassacionis, revocacionis, decreti, mandati et assignacionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Viterbii Idus Iannarii, Pontificatus nostri anno secundo.

LXXXII.

Eliae Sabbati Iudaeo medico confirmatur privilegium civis Romani et artem suam exercendi in Urbe a Senatu ei collatum, inserto eiusdem Senatus decreto.
Reg. Tom. II. fol. 15.

Innocencius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Licet Iudei in sua magis velint obstinacia perdurare, quam Prophetarum verba et sacrarum scripturarum archana cognoscere, atque ad Christiane fidei et salutis noticiam pervanire: tamen dafensionem nostram et auxilium postulant et Christiana piatatis mansuetudinem interpellant. Sane, sicut exhibita nobis nuper pro parte Elye Sabbati Iudei, medicinalis sciencie professoris, peticio continebat: Nuper dilecti filii Nobilis viri Iohannes Franciscus de Panciaticis miles Pistoriensis, alme Urbis Senator, at Lellus Capucie ac Symeon Paulelli cives Romani, Conservatores Camere dicte Urbis, prefatum Elyam Civem Romanum facerunt, et voluerunt de cetero eundem Elyam eiusque posteros ea prerogativa et libertate potiri, qua Romani Cives pociuntur, et nonnulla alia concesserunt eidem, prout in autenticis litteris supra hiis confactis ipsorum Senatoris et Conservatorum ac Romani populi Sigillis munitis, quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur: quare pro parte dicti Elye nobis fuit humiliter supplicatum, ut litteris predictis et in eis contentis robur apostolice confirmacionis adiicere de spaciali gracia dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati litteras prefatas et omnia in eis contenta rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in premissis. Tenor vero dictarum litterarum talis est.

In nomine domini, amen. Nos Iohannes Franciscus de Panciaticis de Pistorio miles et Legum doctor, Urbis Rome Senator Illustris, et nos Reformatores Urbis et Administratores pacis at guerre Romani populi, Scientifico viro Magistro Elye Sabbati Iudeo ac medico phisico et medicine doctori, Salutem et graciam nostram. Etsi Iudeorum, quos universarum rerum creator creavit, sit reprobanda perfidia et incredulitatis eorum duricies conculcanda, utilis tamen est et necessaria qeodammodo Christianis conservacio eorumdam, illorumque precipua, qui in arte medicinali sufficienter instructi languentibus et egrotis Christicolis optate sanitatis perhibentes salubria documenta, ipsorum Christicolarum corpora languore et egrotatione depulsis ad pristinam incolumitatem beneficio medicinalis cure reducunt. Cum itaque, sicut experiencia teste didicimus, tu actis retro temporibus et eciam nunc non solum Cives nr̃os, sed forenses et advenas diversos pacientes infirmitates et variorum morborum species, ad te pro tuo salutari opere recurrentes, per medicinalem artem, qua non sine probate industrie tue laude plurimum pollere dinosceris, curavisti, prout curas cottidie de presenti, Nos consideraetes, quantum vita tua in premissis necessaria et oportuna, ac ante oculos mentis nr̃e ponentes, qeantum esse poteris et eris auctore deo egritudinum Civium Romanorum et aliorum fructuosus sanator, Sane eciam cum ex tuarum sanarum precum tenore concepimus, cupiasque tanto gloriose Urbis citadancia decorari, et ibidem ut ceteri nr̃i concives Civitatis frui assectis honoribus ac muneribus quibuscumque: Nos igitur tenentes ex marito causis multiplicibus iustis tuis postulacionibus inclinati, gratum afferentes assensum decreto Sacrisenatus, et omni meliori modo et ballia, quibus fungimur, te Romanum Civem efficimus et sancimus, prout decet, perpenso studio, et nos diu cura sollicitat ad tantam Illustrem apicem Senatorie dignitatis assensus, te posterosque tuos ea deinceps Urbis gloriose prerogativa et libertate potiri, qua ceteri Romane Civitatis alumpni pociuntur, et qui Urbis eiusdem civilitatem ferunt, libertatibus et muneribus gloriantur, ita quod vigore parigiorum quarumcumque represaliarum diffidacionumque factarum in preteritum, et que fieri contingeret in futurum de quacumque Civitate vel Castro, a qua ortum sumpsisti, nullo modo intelligaris incurri, vigore quarum fodi, capi nec impediri minima possis. Quia coram nobis comparuisti iurans super ebraicis scripturis perpetuo fidelitetem servare, ac colere ipsam Urbem cum Capitulis consuetis, liberantes te posterosqua tuos et res tuas, prout docet, in exsolvendo passagiis et angariis aliisque daciis et alia illicita solucione per Urbem at eius territorium, preterea cum tue merita probitatis exposcant, quod non solum te, sed tuos tui consideracione amplioris dono gracie prosequamur, Deodato germano tuo, matri tue, uxori tue, socrui tue, bailis filiorum tuorum, familiari tuo et fratris tui, vel pluribus, quos vestrum quilibet ad

utrinsque vestrum servicia divisim et coniunctim deputaveritis, sive prefeti familiares vobiscum, sive a vobis absentes per Urbem incederent impune sine alia lesione uforum officialium per Urbem et extra sine habitu, quem Iudei et Iudee secundum consuetudinem Urbis sub certa pena portare tenentur, plenam et liberam tenore presencium concedimus potestatem, volentes eos et eas, quorum et quarum prefecimus mencionem, ad portandum huiusmodi habitum non teneri, nec posse ob id eos et eas a quocunqua invite coerceri, puniri nec molestari, nec penam ob illis exigi, Annotaciones quascumque de ipsis in Camera faciendas per officioles quoscumque exnunc penitus revocamus, ita quod contra eos modo aliquo execucionem aliquam minime mereantur: similemque facultatem concedimus per presentes, ipsi magistro Elye, fratri predicto familiaribusque predictis licere per dictam Urbem arma portare die noctuque sine aliqua pena Camere persolvenda, Annotaciones eciam de eis, si contingerit faciendas in Camera sepedicta, exnunc proculdubio revocamus, ita quod ob id minima valeant aggravari. Volentes insuper pro sui probitate aliquatenus providere et ei de aliquali dono gracie condescendare, decernimus et providemus eidam omni anno, dum vitam idem magister Elyas duxerit in humanis, de viginti ducatis auri persolvendis sibi singulis annis de pecunia debita et debenda per Universitatem Iudeorum Urbis, ac per ipsos Iudeos solvenda Camere Urbis pro ludis Agonis et Testacie, per quoscumque Camerarios et Antepositos super ipsa pecunia recipienda et expendenda eligendos et per tempora deputandos, quibus exnunc prout extunc stricte precipiendo mandamus, quod ipsi et quilibet ipsorum presentibus ostensis sine aliqua alia apodissa super hiis destinanda dent, pagent et persolvent cum effectu, omni postposita mora, dictos viginti ducatos auri eidem magistro Elye, vel integralis dicta pecunia vel in partem fuerit persoluta: et si negligentes fuerint in predictis solvendis Antepositi et Camerarii prelibati, in centum ducatos auri Camere volumus eos et quemlibet ipsorum incurrere ipso facto: quibus solutis, ad eorum exitum scribant et annotent, quos viginti ducatos auri vel plures idem magistro Elyas annuales solitus est persolvere et contribuere ex causa dicti ludi. Concedentes insuper dicto magistro Elye plenissimam facultatem extra Urbem per terram et per aquam balissias extrahendi cum rebus, libris et aliis sibi usualibus sine alia Camere solucione, et alias speciali licencia obtenta pro sui usu, subiectis mandamus, amicos rogamus, ut prefato magistro Elye favere debeant in perangendis suis, et eciam si scorta egerit aliquorum pro sui cura, placeat destinare. Si quis autem temerario ausu aliquid presumpserit attemptare contra predicta, indignacionem nostram sacrique Senatus se noverit incursurum, et ne id fiat, cunctis perpetuo presenti prohibemus edicto. In cuius rei testimonium presens privilegium exinde tibi fieri iussimus sigilli Sacrisenatus Romani populi impressione munitum. Datum in Capitolio sub anno dñi Millesimo quatricentesimo quinto, Pontificatu dñi Innocencii pape VII. mense Novembris die ultimo, quartadecima Indictione. — Egidius Sanse prothonotarius, Antonius Laurencii Notarius dictorum dominorum ss. ss. — Nos Lellus Bucii Capucie et Symeon Palelli duo ex tribus Conservatoribus Camere Urbis, et vicemgerentes Petri Palucii nři College, et Administratores officii pacis et guerre Romani populi, potestatibus, quibus fungimur, et omni alio modo, via, iure et forma, quibus melius possumus et debemus, presens privilegium et omnia et singula in eo contenta ratificamus, emologamus et confirmamus et sic haberi iussimus, ex eo quod constat appositum et descriptum esse in Capitulis nostris et Romani populi, quibus fungimur, et ad uberiorem fiduciam subscribi fecimus per infrascriptum notarium nostrum. Datum in Capitolio die vigesimo mensis Decembris, quartadecimo Indictione. — Gocius notarius dominorum Conservatorum.

Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, communicionis et supplecionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Viterbii sexto Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

LXXXIII.

Pontifex omnes concessiones a predecessoribus suis vel apostolicae sedis legatis de vicariatibus, gubernationibus etc. factas revocat. *Reg. Tom. II. fol. 81.*

Innocencius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ex iniuncto nobis desuper onere pastoralis officii ad illa diligenter extendimus nostras curas, per que status, honor et commoditas Romane ecclesie procurantur, et que noxia dinoscuntur, quantum cum deo possumus, summovemus. Nuper siquidem ad audienciam nostram fidedigna relacione deductum est, quod nonnulla concessiones Vicariatuum, Gubernacionum seu administracionum de Civitatibus, Terris, Castris seu locis, nobis et prefate ecclesie subiectis, per felicis recordacionis predecessores nřos seu Legatos apostolice sedis, aut Vicarios Provinciarum, Civitatum et Terrarum eidem ecclesie subiectarum, sub variis et diversis coloribus nonnullis Nobilibus, Universitatibus et singularibus personis ad sedis apostolice beneplacitum fuerunt facte. Nos attendentes, quod Romana ecclesia concessiones huiusmodi facere vel permittere minime consuevit, quodque concessiones ipsa in magnum preiudicium iurium, status et honoris eiusdem ecclesie et apostolice Camere proculdubio redundare noscuntur, nostraque permaxime interest concessiones ipsas, quantum cum deo possumus, removere, habentes formam concessionum Vicariatuum, Gubernacionum et administracionum huiusmodi et

omnium contentorum in eis hic alias pro sufficienter expressis, auctoritate apostolica et ex certa sciencia de plenitudine apostolice potestatis omnes et singulas concessiones in Vicariatum, Gubernacionem vel administracionem de Civitatibus, Terris, Castris et locis huiusmodi vel eorum aliquo per predecessores nostros aut apostolice sedis Legatos, vel provinciarum, Civitatum, Terrarum et locorum predictorum vel alicuius eorum Vicarios, Rectores seu eorum loca(tenentes) quibuscumque dñis, Universitatibus seu singularibus personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel condicionis fuerint, et sub quavis conceptione verborum, causa vel forma ad apostolice sedis beneplacitum, ut prefertur, facte appareant, tenore presencium declaramus atque decernimus non valere, easque et contenta in eis revocamus, ac nullius esse volumus de cetero roboris vel momenti, Civitates, Terras, Castra et loca huiusmodi, sicut preferetur, concessa cum iuribus et pertinenciis eorumdem ad ius et proprietatem Romane ecclesie et Camere predictarum sciencia et auctoritate predictis penitus revocantes, et illorum ordinacionem ac disposicionem nobis et nr̃is successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, Constitucionibus apostolicis, necnon concessionibus huiusmodi et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque, expresse et specialiter reservantes. Nulli ergo etc. nostre declaracionis, constitucionis, revocacionis, annullacionis, evacacionis, voluntatis et reservacionis infringere etc. Si quis etc. Datum Viterbii Kal. Februarii, Pont. nostri anno secundo.

LXXXIV.

Constitutio, ut vicarii seu feudatarii ecclesiae teneantur ad solutionem antiquorum censuum et regalium, non obstante quod in concessionibus non sit expressum. *Reg. Tom. II. fol. 198.*

Innocencius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Racioni congruit et convenit honestati, ut ea, que de voluntate Romani Pontificis processerunt et conservacionem iurium ecclesie Romane concernunt, robur obtineant et ad execucionem plenariam deducantur. Nuper siquidem felicis recordacionis Bonifacius papa nonus, predecessor noster, Pontificatus sui anno undecimo inter cetera salubriter apostolica auctoritate decrevit, quod si in aliquibus concessionibus Vicariatuum, Gubernacionum seu feudorum, emphiteoticarum seu aliarum administracionum de aliquibus Civitatibus, Terris, Castris seu locis ad prefatam Romanam ecclesiam spectantibus per ipsum predecessorem nostrum, vel alias quibuscunque de causis factis quomodolibet appareret, quod census antiqui, affictus, fumantarie, saline, tracte quorumcumque victualium aut alia regalia beati Petri Romane ecclesie et apostolice Camere debiti remissi, extenuati vel diminuti, seu eum censibus novis racione Vicariatuum, feudorum aut emphiteoticarum vel aliarum concessionum [et] inclusi seu confusi viderentur aut essent, concessiones ipse quantum ad dictos census antiquos, affictus, fumantarias, salinas, tractas et alia regalia supradicta nullius essent roboris vel momenti, et quod Vicarii, Rectores, Guberoatores, Administratores, Feudatarii et Empbiteote huiusmodi perinde tenerentur ad prestacionem et solucionem censuum antiquorum, affictuum, fumantariarum, salinarum, tractarum et aliorum regalium ac si de ipsis solvendis se personaliter obligassent, nec per solucionem novorum censuum aut alias soluciones, que in huiusmodi Vicariatibus aut concessionibus imponuntur, antiqui census aut aliquod predictorum regalium intelligerentur exclusi, sed ea solvenda tenerentur astricti, prout ante Vicariatus aut concessiones huiusmodi Universitates seu singulares persone provinciarum, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum huiusmodi de consuetudine, vel de iure Romane ecclesie et Camere supradictis, seu eius Thesaurariis per provincias deputatis in genere vel specie tenebantur. Nos igitur attendentes premissa per dictum predecessorem nostrum decreta iuri consona, et publicum bonum concernere, ea omnia ex certa sciencia auctoritate apostolica tenore presencium confirmamus, et ipsa denuo decernimus et volumus tam in Vicariatibus, quam in concessionibus huiusmodi iam factis et faciendis imposterum inviolabiliter observari, perinde ac si in ipsis specialiter et per expressum apposita essent, Constitucionibus apostolicis seu legibus Imperialibus et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Viterbii Kal. Februarii, Pont. nostri anno secundo.

LXXXV.

Senatori Urbis, ne ad personalem executionem in quemdam civem Romanum procedat. *Reg. Tom. II. fol. 101.*

Innocencius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iohanni Francisco de Panciaticis militi Pistoriensi, alme Urbis Senatori, salutem etc. Illius vices gerentes in terris, cui proprium est misereri semper et parcere, quique querit cunctos salvos facere ac neminem vult perire, paterna moti pietate ac misericorditer inclinati volumus, et Nobilitati tue presencium tenore committimus et mandamus, quatenus visis presentibus contra Colam Pauli Poli de Regione Sancti Angeli de Urbe prefata, Civem Romanum, sub tua detentum potencia pro certis criminibus, culpis, excessibus ac delictis contra statum et honorem nostrum ac Romane ecclesie, et dilectorum filiorum Romani populi per ipsum commissis hactenus et perpetratis, sive de hiis sit cognitum vel non cognitum, lataque sentencia sive non, nullam execucionem personalem ad mortis supplicium seu membri mutilacionem, seu alias

quovis modo possis, tenearis vel debeas per te vel alium facere seu fieri facere, vel quoquo modo permittere absque nostro speciali mandato, sub bulla nostra in specie faciendo, Constitucionibus apostolicis, legibus Imperialibus ac statutis et ordinamentis prefate Urbis, necnon processibus ac sentenciis factis et latis ac ferendis contra ipsum, et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud Sanctum Petrum tercio Idus Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

LXXXVI.

Eidem Senatori Urbis, ut nonnullos propter publica debita in carceribus Capitolinis et alibi detenti libertati restituat. *Reg. Tom. II. fol. 114.*

Innocencius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iohanni Francisco de Panciaticis milili Pistoriensi, alme Urbis Senatori, salutem etc. Sedes apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se propiciam exhibet et benignam. Cum autem, sicut accepimus, in Cancellaria sive carceribus Capitolinis de Urbe prefata, ac in certis Monasteriis monialium Urbis predicte sint nonnulli utriusque sexus variis et diversis de causis pro publicis debitis carcerati, qui propter impotenciam et paupertatem fiscales penas solvere nequeunt, sic quod in ipsis carceribus miserabilem vitam ducant, et pro earum parte nobis fuerit humiliter supplicatum, ut ipsis mulctas et penas, in quibus Camere alme Urbis quomodolibet tenentur obnexii, remittere et a processibus ac diffidacionibus, condempnacionibus et sentenciis absolvere et penitus liberare, nec non processus, diffidaciones, sentencias et condempnaciones huiusmodi tollere ac cassare, et a dictis carceribus liberari mandare et facere, ac super premissis eorum statui misericorditer providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati auctoritate apostolica et ex certa sciencia tenere presencium huiusmodi carceratos, quorum nomina inferius describuntur, et quemlibet ipsorum ab omnibus et singulis mulctis, penis, bannis, diffidacionibus, sentenciis atque penis contra eos factis et latis per te, vel alios predecessores tuos quibuscunque de causis usque in presentem diem, et ab omnibus et singulis mulctis, penis, banninis et condempnacionibus, prout ad publicum interesse et Camera prefate Urbis spectare dinnoscuntur, absolventes et penitus liberantes, necnon de speciali gracia remittentes huiusmodi mulctas et penas, prout interesse huiusmodi concernere possunt, ac tollentes, cassantes, irritantes processus, bannina, diffidaciones, condempnaciones et sentencias contra eos vel eorum aliquem, ut prefertur, factos et latas, et perinde haberi decernentes ac si late vel facti non essent, de quibuscumque libris ac registris, in quibus illi scripti quomodolibet apparerent per quemcunque officialem, ad quem spectat, cassari et cancellari debere ad cuiuscumque petentis instanciam, Nobilitati tue presencium tenore committimus et mandamus, quatenus infrascriptos carceratos, de quibus supra fit mencio, et quemlibet ipsorum possis, tenearis et debeas libere, licite et impune per te vel alium huiusmodi processus, bannina ac diffidaciones ad cuiuscumque requirentis peticionem de libris et registris huiusmodi tolli et cassari facere, et nichilominus eosdem sic captivatos de huiusmodi Cancellaria, carceribus et captivitatibus libere relaxare et liberari facere, Constitucionibus apostolicis, legibus Imperialibus ac statutis municipalibus dicte Urbis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nomina dictorum carceratorum sunt, videlicet: Angelus Mandatarius, Iohannes Boemus, Cristoferus Federici alias Ratafascio de Regione Ripe, Paulus Theutonicus de Regione Campitelli, Angelus Nerii de Florencia, Paulus Preteiacopo de Regione Pinee ac Victorius Sanctucii de Regione s. Eustachii, Margarita, quia percusserat Luciam de Tibure usque ad sanguinis effusionem, Rita uxor Luce Petronis detenti et captivati. Datum Rome apud S. Petrum Idus Marcii, Pontificatus nostri anno secundo.

LXXXVII.

Paulo de Ursinis capitaneo DL. armigerorum stipendia et provisiones super censibus nonnullorum Vicariatuum assignantur. *Reg. Tom. II. fol. 84.*

Innocencius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Paulo de Ursinis domicello Romano, nonnullarum gencium nostrarum armigerarum Capitaneo, salutem etc. Cum inter cetera in capitulis refirme de te et quingentis quinquaginta lanceis armigerarum gencium equitum per dilectum filium Leonardum Electum Firmanum, Camerarium nostrum, ad nostra et ecclesie Romane servicia nuper facte conventa et contenta in effectu, sicut accepimus ex relacione dicti Camerarii, promissum fuerit per eumdem Camerarium, quod pro parte stipendiorum et provisionum tam tibi quam continue tue dictarum lancearum debendorum racione dicte refirme pro uno anno proxime venturo, incepto die nona mensis Marcii proxime preteriti, et ut sequitur finiendo, assignentur certe pecuniarum summe super censibus nobis, ecclesie predicte et Camere apostolice racione nonnullarum Civitatum, Terrarum vel locorum in provinciis nostris Marchie Anconitane et Spoletani ducatus, ad nos et camdem ecclesiam pleno iure spectancium, in Vicariatum per sedem apostolicam concessorum debitis et debendis pro presenti anno finiendo in festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii proxime secuturi: Nos volentes, ut conventa et promissa super assignacione huiusmodi censuum per ipsum Camerarium suum sorciantur effectum, re-

vocantes ex nunc ex certa sciencie auctoritate apostolica tenore presencium quascumque depotaciones et assignaciones, concessiones, donaciones et exemptiones per nos seu predecessores nros Romanos Pontifices, seu nostra vel ipsorum seu aliorum quorumcumque auctoritate coniunctim vel divisim quibuscumqoe Communitatibus aut singularibus personis, cuiuscumqoe status et condicionis extiterint, quomodocumque aut qualitercumque in totum seu pro parte de aut super huiusmodi censibus factas, ac iuribus evacuantes eas, et perinde haberi decernentes ac si facte non essent, tibi pro parte stipendiorum et provisionum huiusmodi solvendorum racione dicte refirme secundum formam dictorum capitulorum per te, vel procuratores tuos a te ad id specialiter constitutos petendi et recipiendi nomine ecclesie et Camere predictarum a dilectis filiis Nobilibus viris Vicariis, et aliis infrascriptis quantitates florenorum pro censibus presentis anni solvendis prefate Camere in festo Apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii proxime secuturo, seu in aliis terminis in Vicariatuum eorumdem concessionibus denotatis, prout ad quemlibet eorum pertinet, et de receptis et eciam de hiis, que habuisse seu recepisse per te vel procuratorem huiusmodi confiteberis, dicto nomine quitandi, liberandi et absolvendi, perinde ac si in Camera predicta temporibus debitis effectualiter persolvissent, plenam et liberam tenore presenciom concedimus facultatem, Mandantes nichilominus harum serie per apostolica scripta hoiusmodi Vicariis et eorum singulis, quatenus tibi out procuratori predicto infrascriptas florenorum quantitates per ipsos, ut prefertur, debitas, et in festo vel terminis predictis, et ab inde inantea ad omnem tuam seu procuratoris tui reqoisicionem pro nobis, ecclesia et Camera predictis dare et solvere, omni exceptione postposita, studeant cum effectu. Volumus autem quod de hiis, que occasione predicta per te vel procuratorem tuum prefatum receperis vel recepisse confessus fueris, solventes ipsi duo consimilia publica documenta confici faciant, quorum uno penes solventem pro sua cautele retento, reliquum ad dictam Cameram quantocius destinare procurent. Nomina vero Vicariorum et aliorom, ac summe florenorum auri de Camera, in quibus racione huiusmodi Vicariatuum pro dicto anno et aliis nobis, ecclesie et Camere predictis pro huiusmodi censibus tenentur, sunt hec, videlicet: Pandulphus miles quondam Galeocti militis natus de Malatestis in Ariminensi et nonnullis aliis Civitatibus, Terris et locis pro rata ipsum tangente duo millia; Malatesta quondam Pandulphi militis natus domicellus de Malatestis in Pensauriensi Civitate Mille octingentos; Ugolinus de Trinciis domicellus pro Civitate Fulginate, Terris Montisfalconis, Mevanie et nonnullis aliis Terris et locis Spoletani ducatus Mille; Rodulphus de Varano domicellus Sanctigenesii et nonnullis aliis Terris, Castris et locis provincie Marchie Anconitane Mille; Raynerius miles et germani in Esina Civitate et nonnullis aliis Terris, Castris et locis Centumquinquaginta; Guido de Matelica miles in Terra Matelice ducatos quinquaginta; Clavellus miles et Thomas domicellus de Clavellis pro Terra Fabriani et nonnullis Castris ducatos quadringentos quinquaginta; Honofrius de Sancto Severino quadringentos; Iohannes Benucini de Cinnis domicellus in Terra Cinguli Centum quinquaginta; Monaldus et fratres domicelli in Montisveteli et Sanctilaurencii Castris septuagintaquinque; Iohannes et Hermannus quondam Ungari et Ioachinus quondam Ugonis de Actis militum nati domicelli in Terro Saxoferrati Nucerine diocesis Centum; Universitates et singulares persone ac Rectores Terrarum Montisbodii et Carticeti Senogaliensis ac Forosinfroniensis diocesum pro censibus quinque annorum preteritorum non solutis, pro Montebodio ad racionem quinquaginta in anno ducentos qoinquaginta, pro Carticeto vigintiquinque florenos auri de Camera predicta. Datum Rome apud S. Petrum Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

LXXXVIII.

Petro Paulucii et Rentio Stalliae, ut in civitate Tiburtina corrigenda corrigant. *Reg. Tom. II. fol. 81.*

Innocencius episcopus etc. Dilectis filiis Petro Palucii de Parionis nui ex Conservatoribus Camere alme Urbis, ac Rencio Stallie de S. Eustachii Regionibus de dicta Urbe, civibus Romanis, sal. etc. Cum pro salutari tranquillitate Civitatis Tiburtine eiusque Comitatus, territorii et districtus, civium et incolarum eorumdem devocionem vestram illuc presencialiter dirigamus, ac de vestre fidelitatis et prudencie diligencia et experiencia in agendis in magnis et arduis nostris et ecclesie Romane negociis comprobatis sumamus in altissimo plenam fidem, quod illa, qoe vestre prudencie committenda duxerimus, exacta diligencia exequimini, discrecioni vestre in Civitate Tiburtina eiusque Comitatu, territorio et districtu predictis pro salutari gubernacione ac reformacione Civitatis Tiburtine, Comitatus, territorii et districtus predictorum, necnon civium, incolarum et habitatorum eorumdem omnia et singula, que pro statu et honore nostro et Romane ecclesie, necnon dilectorum filiorum Romani populi ac tranqoillitate huiusmodi et parcium circumstancium utilia fore prospexeritis, gerendi, administrandi, corrigendi et reformandi, necnon disponendi, mandandi et exeqoendi per vos vel alios ydoneos, quibos id duxeritis committendum, nostre ecclesie ac populi predictorum nomine plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem, ratum et gratum habituri quidquid per discrecionem vestram

vel illos, quibus commiseritis, factum fuerit quomodolibet in premissis, idque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, Mandantes nichilominus dilectis filiis ... Comiti, Capitaneo milicie, Consilio et Communi ac singularibus quibuscunque personis Civitatis, Comitatus, territorii et districtus predictorum, quatenus vos honorifice recipere cum vestris gentibus et comitiva, et in hiis, que per vos mandata, disposita vel ordinata fuerint, vobis debeant effectualiter obedire. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

LXXXIX.

Pacta cum Ioanne Filimarino super restituendo Gitfalco inita pontifex confirmat. *Reg. Tom. II. fol. 127.*

Innocencius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut hiis, que de nostra licencia provide facta sunt, ut illibata persistant, adiiciamus apostolici muniminis firmitatem. Cum itaque nuper inter dilectos filios Nobiles viros Ludovicum de Melioratis domicellum Sulmonensem, provincie nostre Marchie Anconitane pro nobis et Romana ecclesia Rectorem, seu eius Commissarium de licencia nostra ex una, et Iohannem Chioccam Filimarinum domicellum Neapolitanum, et in Gitfalco nostro Firmano pro nobis eadem ecclesia Capitaneum ex altera partibus, et maxime super retencione, assignacione ac restitucione dicto Ludovico, pro nobis et eadem ecclesia et successoribus nostris recipienti, de dicto Gitfalco faciendis nonnulla composiciones, pacta et federa inita et firmata fuerint et conventa, et inter cetera promissum fuerit, quod ea per nos ratificarentur et approbarentur in omnibus: Nos volentes composiciones et pacta ac federa huiusmodi iuxta dictam promissionem in omnibus approbare, habentes tenores et formas convencionum, federum et pactorum prefatorum omnium hic alias pro sufficienter expressis, ac Ludovici et Iohannis predictorum in hac parte supplicacionibus inclinati predicta convenciones, pacta et federa et contenta in eis habentes rata et grata, ea auctoritate apostolica et ex certa sciencia tenore presencium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si quis forsan intervenerint in perpremissis. Et nichilominus prefatum Iohannem sciencia et auctoritate predictis absolvimus et plenarie liberamus ab omnibus et singulis promissionibus et iuramentis per ipsum, vel alium pro eo occasione custodie seu retencionis aut Capitaneatus dicti Gitfalchi aut dependencium ab eisdem, tam tempore fel. record. Bonifacii pape noni predecessoris nostri quam nostro, et quibuscunque personis ecclesiasticis vel secularibus, et maxime dilecto filio nostro Angelo tit. s. Marci presbitero Cardinali, et in ipsa provincia pro nobis et eadem ecclesia generali Vicario, et dilecto filio Nobili viro Andree Thomacello militi Neapolitano et tunc dicte provincie Rectori, vel quibusvis aliis, sub quacunque verborum conceptione appareant, ac eciam relaxamus quecumque iuramenta prestita per eumdem, et volumus ac decernimus dictum Iohannem ad illa seu eorum observanciam de cetero non teneri, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, mandantes nichilominus prefato Iohanni, quatenus de cetero Ludovico Rectori predicto teneatur et debeat tam circa custodiam, retencionem ac restitucionem dicti Gitfalchi et dependencium ab eisdem, quam circa quecumque alia concernencia officium Ludovici Rectoris prefati in omnibus plenarie intendere et parere, prout per ipsum Ludovicum ordinatum fuerit vel mandatum. Nulli ergo etc. nre confirmacionis, absolucionis, constitucionis etc. infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Iulii Pont. nostri anno secundo.

XC.

Capitula cum Ladislao rege Siciliae per Ludovicum de Melioratis nomine pontificis et Romanae ecclesiae et Urbis inita super pace, et remissione omnium per dictum regem in Urbe commissorum excessuum etc. pontifex confirmat. *Reg. Tom. II. fol. 246.*

Innocencius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut ea, que per Commissarium nostrum nostro et ecclesie Romane nomine facta sunt, ut illibata persistant, apostolico munimine roboremus. Cum itaque nuper inter Carissimum in Christo filium nostrum Ladizlaum Regem Sicilie Illustrem pro se ac Regno Ierusalem et Sicilie ac Terra citra pharum, que a nobis et Romana ecclesia tenet in feudum, necnon subditis, vassallis, gentibus, adherentibus, complicibus et sequacibus ipsius ex una, et dilectum filium Nobilem virum Ludovicum de Melioratis domicellum Sulmonensem, ac provincie nre Marchie Anchonitane pro nobis et eadem ecclesia Rectorem, vigore commissionis per nos eidem facte per alias nostras litteras, pro nobis et eadem ecclesia necnon alma Urbe, Provinciis, Civitatibus, Terris et locis ad nos et ipsam ecclesiam spectantibus, gentibus, subditis, adherentibus, complicibus et sequacibus nostris ex altera partibus nonnulla pacta, composiciones et federa circa reductionem et reintegracionem prefati Regis ad nostram et ecclesie predicte fidelitatem, devocionem et obedienciam facta, firmata et celebrata fuerint —

In primis videlicet quod de omnibus et singulis guerris, novitatibus et offensionibus motis factis et illatis hactenus ubicumque, quomodocumque usque in diem vigesimum octavum mensis Iulii proxime preteriti per dictum Regem, subditos, vassallos, gentes, adherentes, complices et sequaces ipsius contra almam Urbem, Provincias, Civitates,

Terras et loca predicta, necnon subditos, gentes, adherentes, complices et sequaces nostros vel alios quoscumque, seu contra venientes ad Romanam Curiam et recedentes ab ea, et econverso, facta esset et esse intelligeretur pax ac plena reintegracio bone pacis sub modis, pactis et condicionibus debitis, congruentibus et honestis circa talem materiam oportunis, que hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis; et quod de cetero de et super quibuscumque dampnis, criminibus, culpis, excessibus et delictis per quoscumque ex superius comprehensis usque in dictam diem civiliter, vel criminaliter seu mixtim ex officio cum promotore vel sine procedi, cognosci seu inquiri non posset, eciam si esse cognitum vel non cognitum: et quod in agendo, procedendo, cognoscendo et exequendo cuilibet Magistratui et aliis quibuslibet quo ad premissa et dependencia esset, et esse intelligeretur adempta omnis iurisdictio, cognicio et facultas, ac super hiis omnibus facta utrique plena et generalis remissio cum membris, clausulis et substancialitatibus oportunis, salvis tamen et reservatis hiis, que restitui debent per formam presencium et aliorum Capitulorum circa reductionem huiusmodi, ut supra premittitur, firmatorum.

Item quod idem Rex tamquam benedictionis filius contrito corde et humiliato spiritu, prout decet, de cetero teneretur et deberet sub filiali devocione, fidelitate et obediencia nostris et prefate ecclesie, ac successorum nostrorum Romanorum pontificum regia integritate se conservare, et omnia et singula facere et adimplere nobis, ecclesie et successoribus nostris Romanis pontificibus, ad que astringitur per formam concessionis Regni ac Terre citra farum predictorum, eidem per Romanos pontifices, et maxime per felicis record. Bonifacium papam VIIII. predecessorem nostrum immediatum sub certis pactis, modis, censuris, penis et condicionibus, que hic alias haberi debeant pro sufficienter et specifice declaratis, in feudum concessorum.

Item quod idem Rex teneretur et deberet possessionem vacuam, liberam et expeditam Castri Crescencii alias S. Angeli siti in prefata Urbe et Civitate Leonina, ad nos et ipsam ecclesiam pleno iure pertinentis ac spectantis, libere reddere, restituere et consignare, ac reddi et consignari facere prefato Ludovico, quamprimum Romam appulisset, pro nobis et eadem ecclesia recipienti, cum omnibus et singulis municionibus existentibus in dicto Castro, omni contradictione et exceptione cessantibus, pure atque libere.

Item quod quicunque, cuiuscunque status, gradus, habitus vel condicionis seu preeminencie esset, spiritualis vel temporalis, eciam si Cardinalatus, Regia, Reginali aut quacumque alia dignitate fulgeret, seu quevis Universitas aut singularis persona de Provinciis Romana, Patrimonii beati Petri in Tuscia, Sabinensi, Campanie, Maritime, Ducatus Spoletani, Marchie Anconitane, Romandiole, Massetrabarie, Civitatum et Terrarum specialis commissionis et Arnulforum, aut aliarum Civitatum, Terrarum seu locorum ad nos et ecclesiam prefatos spectancium vel pertinencium aliquid non solum facere, sed attemptare presumeret per se vel alios publice vel occulte, directe vel indirecte, vel quovis quesito colore dicto, facto vel assensu, seu alias quomodocumque aut qualitercumque contra statum et bonorem nostrum et ecclesie prefatorum, almam Urbem, Provincias, Civitates, Terras, Castra vel loca, subditos, adherentes, complices vel sequaces nros et ecclesie, res vel bona, quod idem Rex per se vel alium non posset vel deberet quomodocumque sub quacumque forma tacita vel expressa, publica vel occulta, aut quovis colore talibus non solum offendentibus, sed attemptantibus offensionem aliquam facere, ut prefertur, prebere receptam, auxilium, consilium vel favorem, quinymmo eos et quemlibet eorum, res et bona iuxta posse persequi, ac nos et ecclesiam predictos iuvare modo et forma in concessione Regni et Terre prefatorum contentis.

Item quod idem Rex non possit vel deberet per se vel alium, ut prefertur, movere seu moveri facere, aut ceptam continuare aliquam guerram, seu volentibus prosequi ceptam contra aliquem vel aliquos sebditos, recommendatos vel adherentes nostros, qui subditi, recommendati vel adherentes per nos declarati essent per litteras apostolicas, seu publicum documentum infra dies triginta a die conclusionis ipsorum Capitulorum, assistere vel favere, vel prestare consilium vel assensum modo aliquo seu forma, et maxime contra infrascriptos, videlicet: Almam Urbem, Provincias Campanie atque Maritime, Patrimonii beati Petri in Tuscia, Sabinensem, Civitates et Terras specialis commissionis et Arnulforum, Decatus Spoletani, Marchie Anconitane, Massetrabarie, Romandiole, Bononiensem et Perusinam ac Civitatis Castelli Civitates cum earum Civitatibus, Comitatibus, Territoriis atque districtibus, habitatoribus, et incolis, necnon Nobiles viros Nicolaum Marchionem Estensem, Bertoldum Suanensem Comitem, cum ceteris de domo Ursinorum, excepto Iacopo Nepesino, Iohannem de Vico alme Urbis Prefectum, Franciscum et Nicolaum Anguillarie et Crapalice Comites cum omnibus consortibus eorumdem, Ugolinum de Trinciis, Rodulphum de Varano cum consortibus ipsius, Clavellum militem de Clavellis et Matheum eius germanum, Guidonem militem et Fredericum de Matelica cum consortibus, Honofrium et Antonium de S. Severino, Iohannem de Cinnis de Cingulo, Raynerium militem, fratres et consortes eius de Esio, Guidantonium Comitem Montisferetri, Pierfranci-

XCI.

Idem Ladislaus rex Siciliae ecclesiae Romanae vexillifer constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 240.*

Innocencius episcopus etc. Carissimo in Christo filio Ladizlao Regi Sicilie Illustri, ac nostro et ecclesie Romane Defensori, Conservatori ac Vexillifero, salutem etc. Inter curas multiplices, quibus assidue premimur, illa precipue solicitat mentem nostram, ut ad defensionem et conservacionem status et bonoris nostri et Romane ecclesie sponse nostre, cui auctore domino presidemus, ac eiusdem ecclesie Vexilliferatum viros deputemus Illustres, fidei sinceritate preclaros, providencie studio circumspectos, ac gerendarum rerum experiencia doctos, solercie vigilantes ac potenti magnitudine communitos, qui statum et bonorem nrum et prefate ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nutriant et oppressores seu turbatores status et honoris nostri prefatorum sub potenti brachio, si se emendare contempserint, altissimi virtute prosternant. Horum igitur consideracione inducti, ac eciam attendentes omnipotentis graciam, qui de nubilo dat serenum, indirecta convertit et aspra in vias planas dirigit, tueque Regie serenitatis filialem intencionem erga statum et honorem huiusmodi, prout ex assercione fidedigna dilectorum filiorum nobilium virorum ab eiusdem tue serenitatis presencia redeuncium noviter, videlicet Ludovici de Melioratis Sulmonensis ac provincie nostre Marchie Anconitane pro nobis et eadem ecclesia Rectoris, Pauli de Ursinis Romani domicellorum, nonnullarum gencium nostrarum armigerarum Capitanei, Gentilis de Merolinis Legum doctoris Sulmonensis, et Iacobi Galgani militis Aversani, nuper accepimus, ac sperantes, quod per eiusdem tue serenitatis excellenciam status et bonor prefati defensionem et conservacionem adversum contradictores et rebelles quoslibet, dextera domini assistente propicia, ac incrementa salutaria queque suscipient, Te nrum et prefate ecclesie Defensorem et Conservatorem, ac Vexilliferum auctoritate apostolica tenore presencium usque ad nrum beneplacitum deputamus, tibi quandocumque sive contra Turchos Christiani nominis inimicos, seu quoscumque hostes et rebelles prefate ecclesie, sive alias iuste tamen arma capere contigerit, nostra et ecclesie predicte Vexilla libere et licite capiendi ac deferendi, et omnia et singula gerendi et exercendi, que pro statu et honore huiusmodi oportuna fuerint, et ad ipsum Defensoratus, Conservatoratus ac Vexilliferatus officium spectare noscuntur, de consuetudine vel de iure faciendi, gerendi et exercendi dicto durante beneplacito, ac eciam exequendi harum feris potestatem et licenciam concedentes. Tu igitur, fili Carissime, ex traditis tue celsitudini munere celesti virtutibus officium hoc Regiu serenitate et filiali ac devota integritate suscipiens, sic illud studeas prudenter, fideliter ac solicite exercere ac exequi, ut eadem tua serenitas apud largitorem bonorum omnium, nos et sedem apostolicam condignis possit laudum preconiis commendari, nostramque et eiusdem ecclesie benedictionem et graciam peramplius promereri. Volumus autem, quod antequam huiusmodi Defensoratus, Conservatoratus et Vexilliferatus officium incipias exercere, de eodem fideliter exercendo et alias fidelitatis in manibus nostris, seu dilecti filii Simonis de Novaria, Canonici Novarensis et apostolice Camere Clerici et familiaris nostri, eadem tua serenitas prestare debeat in forma debita iuramentum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

XCII.

Petrus Mathucii defensor viarum publicarum ac reformator salinae Urbis, Patrimonii B. Petri etc. constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 173.*

Innocencius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Petro Mathucii domicello Romano, defensori stratarum quarumlibet ad almam Urbem, ac reformatori Saline sive salarie in ipsa Urbe et nonnullis aliis partibus nobis et eidem ecclesie suppositis pro nobis et dicta ecclesia depntato, salutem etc. Etsi de securitate stratarum omnium et viarum, maxime intra Territoria nobis et Romane ecclesie subiecta, nos iugiter cogitare conveniat, de stratis tamen ac viis omnibus, per quas ad almam Urbem sit transitus, tanto amplioribus curis decet et expedit, ut secure maneant pro Romipetis causa devocionis et aliis ad ipsam Urbem venientibus et recedentibus ab ea, extendere curas nostras, quanto ad ipsam Urbem ultra cetera gerimus nec immerito paterne dilectionis effectum, et in qua cum nostra Curia residemus. Horum igitur consideracione inducti, ac eciam cupientes pro conservacione iurium et proventuum Camere apostolice et prefate Urbis, ut Salina seu salaria prefate Urbis eiusque Comitatus, Territorii et districtus, ac provinciarum nostrarum Campanie, Maritime, Sabine, Patrimonii B. Petri in Tuscia, Civitatum et Terrarum specialis Commissionis et Arnulphorum, ac Spoletani Ducatus ordinacionem et reformacionem suscipiat, ad te virum utique in magnis et arduis nostris, ecclesie ac Urbis prefatarum negociis fide, prudencia, industria et experiencia plenaria in agendis quamplurimum comprobatum direximus oculos nostre mentis, firma spe fiduciaque conceptis, quod ea, que tue devocioni committenda duxerimus, exacta diligencia exequeris. Te igitur defensorem stratarum ac viarum omnium intra Territoria nobis et prefate ecclesie immediate subiecta, per quas ad prefatam Urbem devenitur, ac reformatorem Saline et Salarie Urbis eiusque Comitatus, Territorii et districtus, ac provinciarum, Civitatum et Terrarum prefatarum pro nobis et eadem ecclesia usque ad nostrum beneplacitum cum

salario, provisione, officialibus ac familia declarandis per dilectos filios gentes Camere apostolice supradicte, auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi contra omnes et singulos stratarum et viarum aggressores, spoliatores et alios quoscumque homines male condicionis, vite ac fame, et eis dantes auxilium, receptum, consilium vel favorem publice vel occulte per se vel alios quovis modo cum promotore vel sine, per accusacionem, denunciacionem aut inquisicionem eciam ex officio inquirendi, procedendi, cognoscendi et animadvertendi, iuris ordine servato vel protinus obmisso, ad tuum plenum et liberum velle et arbitrium, eciam ad membri mutilacionem et capitale supplicium inclusive extra menia prefate Urbis exercendi, prout locorum, temporum et personarum ac criminum, excessuum seu delictorum qualitate pensata prospexeris expedire, ac circa ordinacionem et reformacionem Saline ac salarie in alma Urbe eiusque Comitatu, Territorio et districtu, provinciis, Civitatibus et Terris huiusmodi, et execucionem ac exactionem salis et focatici et aliorum omnium et singulorum debitorum et debendorum Camere prefate Urbis quocumque modo, iure, actione vel forma, quomodocumque et qualitercumque omnia et singula providendi, ordinandi, mandandi et exequendi per te vel alium seu alios, que oportuna cognoveris, contradictores quoslibet et rebelles per districtionem temporalem, qua convenit, et alia iuris remedia, appellacione postposita, compescendi plenam facultatem et omnimodam potestatem concedimus per presentes, Volentes et decernentes, quod de hiis, que per te, officiales vel familiam tuos contra stratarum vel viarum aggressores vel spoliatores, et alios male condicionis, vite et fame facta et gesta fuerint, huiusmodi beneplacito durante, nisi dumtaxat de furtis, barratoria, simonia et debitis sindicari non possitis, nec eciam debeatis, Constitucionibus apostolicis, legibus Imperialibus, nec non statutis et consuetudinibus prefate Urbis ac provinciarum et Civitatum, Terrarum et locorum huiusmodi et aliis contrariis, eciam si de ipsis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum hic habenda esset mencio specialis, non obstantibus quibuscumque, Mandantes universis et singulis Rectoribus ceterisque Magistratibus, Universitatibus, singularibus quibuscunque personis, cuiuscunque status seu condicionis existant, provinciarum, Civitatum, Terrarum et locorum huiusmodi, ac gencium armigerarum Capitaneis ad nr̃a et prefate ecclesie stipendia militancium, ac Marescallis et subditis quibuslibet, fideles autem et devotos nostros paternis affectibus requirimus et hortamur in domino, quatenus ad omnem requisicionem tuam aut officialium vel familie tuorum dicto durante beneplacito in Civitatibus, Terris et locis tam nostris quam ipsorum te, officiales, familiam ac gentes tuos receptare, ac de victualibus et aliis oportunis pro competenti precio providere, et assistere quibuscunque presidiis casu quolibet circa execucionem et administracionem tui officii, huiusmodi nostro durante beneplacito, studeant et efficaciter intendant, alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domine, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Tu igitur officium huiusmodi prompta devocione suscipiens sic illud studeas prudenter et fideliter exercere, quod commoda sperata tibique honorum cumulus, et a nobis condigna retribucio inde proveniant meritorum. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, in manibus nostris seu dilecti filii Leonardi Electi Firmani, Camerarii nostri, prestare debeas in forma Camere debitum iuramentum. Datum Rome apud S. Petrum VIIII. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

XCIII.

Cornetanis sacrum cardinalium collegium mandat, ne cuiquam ex redditibus sui territorii camerae debitis sine ipsius licentia usque ad electionem novi pontificis quicquid exsolvant. *Ex Reg. Greg. XII. Tom. I. fol. 224.*

Miseracione divina Episcopi, presbiteri ac diaconi sancte Romane ecclesie Cardinales, Dilectis nobis in Christo ... Potestati, Confalonerio, Capitaneo Quingentorum, Consilio et Communi Terre Corneti Tuscanensis diocesis Romane ecclesie immediate subiecte, Salutem in dño. Ex certis racionabilibus causis animum nostrum moventibus, ac pro statu prefate ecclesie tenore presencium Universitati vestre, et vestrum singulis districte precipiendo mandamus, quatenus omnes fructus, redditus et proventus terre prefate eiusque territorii et districtus, eciam maritimos, undecunque et quomodocumque provenientes, et tam preteritos et presentes quam futuros penes quoscunque existentes teneri et custodiri nomine nostro et Camere apostolice cum diligencia faciatis, et nemini aliquid dari, non obstantibus deputacionibus et concessionibus hactenus per apostolicas litteras seu gencium Camere predicte factis, sub quacumque conceptione verborum appareant, tenentes indubie, quod quicumque aliquid dederit vel solverit absque mandato nostro vel domini summi futuri Pontificis de suo proprio, et non de huiusmodi introitibus inveniat persolvisse, volentes eciam et mandantes, ut eum diligencia perquiratis, penes quos huiusmodi introitus ac proventus inveniantur, et eum quanta summa, et super hiis nos et dictam Cameram celeriter advisare curetis, agende taliter in premissis, ut de negligencia vel contemptu argui non possitis. Datum Rome apud Basilicam Principis Apostolorum de Urbe XV. Novembris, XIIII. Indictione, Apostolica sede vacante.

XCIV.

Vicerector Patrimonii B. Petri a sacro cardinalium collegio usque ad electionem novi pontificis in suo officio confirmatur. *Ex Reg. Gregorii XII. Tom. I. fol. 224.*

Miseracione divina ... Episcopi ... Presbiteri ac ... Diaconi sancte Romane ecclesie Cardinales, Dilecto nobis in Christo nobili viro Baldassarri militi de Capressio, in provincia Patrimonii beati Petri in Tuscia sancte Romane ecclesie immediate subiecta pro eadem ecclesia Rectoris Vicesgerenti, Salutem in domino. Cum tu dudum per fel. record. dominum Innocencium papam VII. pro eodem, et prefata ecclesia in ipsa provincia Rectoris Vicesgerens cum potestate, officio, officialibus, familia, salario seu provissione in litteris prefati domini Innocencii denotatis usque ad eius beneplacitum, prout in ipsis litteris, quarum tenores hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, seriosissime continetur, fueris deputatus, et propter obitum dicti domini Innocencii officium ipsum expiraverit, ipsaque provincia Rectore ac Vicesgerente carere noscatur: Nos attendentes, quam sit necessarium eidem provincie pro culta iusticie aliquam ydoneam et expertam presidere personam, ac de fidelitate et integritate tue nobilitatis, que eidem provincie pro certo tempore, sicut accepimus, hactenus laudabiliter prefuit, sumentes in altissimo plenam fidem, quod ea, que eidem tue nobilitati committenda duxerimus, prudenter et solicite exequeris, ut officium Vecesgerentis dicti Rectoris in prefata provincia cum potestate, iurisdictione, officialibus, familia, salario, provisione, modis et condicionibus in litteris prefati domini Innocencii denotatis, ut prefertur, usque ad creacionem dñi summi futuri pontificis pro nobis et eadem ecclesia continuare et exercere valeas, eidem nobilitati tue presencium tenore indulgemus, Mandantes universis et singulis Universitatibus et singularibus quibuscunque personis dicte provincie, quatenus tibi in hiis, que ad huiusmodi officium spectare noscuntur de consuetudine vel de iure, pareant efficaciter et intendant, ac de salario et provisionibus tibi hactenus stabilitis satisfaciant, ut est moris, alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueritis in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium continuare et exercere valeas, de ipso fideliter exercendo in manibus Reverendi patris domini Antonii Episcopi Montisflasconensis, et eiusdem provincie Thesaurarii per sedem apostolicam deputati prestare debeas solitum iuramentum. Tu igitur officium ipsum prompta devocione suscipiens sic illud studeas prudenter et solicite exercere, quod provinciales gaudeant salutari regimini se commissos, tuque apud nos et reliquos de fideli administracione valeas non immerito commendari, et condigna deinde premia promereri. Datum Rome apud Basilicam Principis Apostolorum XVI. Novembris, Indictione XIIII. Apostolica sede vacante.

XCV.

Gregorius PP. XII. capitula cum Matheo de Tenalliis mercatore super impignoratione mitrae pontificae inita confirmat. *Reg. Tom. I. fol. 266.*

Gregorius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens arbitramur et debitum, ut hiis, que de nostris licencia et mandato provide facta sunt, ut illibata consistant, adiiciamus apostolici muniminis firmitatem. Cum itaque nuper pro urgentibus necessitatibus Romane ecclesie et apostolice Camere dilectus filius Leonardus Electus Firmanus, Camerarius noster, presertim pro parte satisfactionis faciende dilecto filio Nobilo viro Paulo de Ursinis domicello Romano, nonnullarum gencium nrarum armigerarum Capitaneo, de suis et gencium suarum stupendiis ac provisionibus, et ex certis aliis causis de licencia et mandato nostris dilecto filio nobili viro Matheo Bartolomei de Tenalliis, domicello Florentino ac mercatore, pro se et sociis mitram nostram preciosam pro summis videlicet sex millium dicto Paulo solvendorum occassione predicta, et mille quatringintorum florenorum auri de Camera dilectis filiis Nicolao de Riciis et sociis mercatoribus Florentinis, in RomanaCuria commorantibus, satisfaciendorum, sub certis pactis, modis, condicionibus et terminis initis et firmatis pro nobis, Romana ecclesia et apostolica Camera predictis inter dictum Camerarium dicto nomine ex una, et ipsum Matheum pro se et sociis ex altera partibus, prout in ipsis pactis, quorum tenorem et formam hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, scriptis et publicatis manu dilecti filii Nicolai de Damiano de Neapoli prefate Camere notarii seriose continetur, in pignus dederit: Nos huiusmodi pacta habentes rata et grata, ea auctoritate apostolica et ex certa sciencia tenore presencium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, ac volumus et mandamus ea inviolabiliter observari, decernentes sciencia et auctoritate predictis, quod idem Matheus per se aut socios huiusmodi ad probandum dictas summas versas esse in utilitatem ecclesie et Camere predictarum nullatenus teneatur, Constitucionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis, communicionis, voluntatis, mandati et decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum XIII. Kalendas Marcii, Pont. nři anno primo.

XCVI.

Castellano castri S. Angeli de Urbe, ut dictum castrum, inventario munitionum facto, Nicolao episcopo (Camerinensi) tradat. *Reg. Tom. I. fol. 312.*

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Iohanni alias Mezeprete de Terra nostra Corneti Tuscanansis diocesis, Castri nostre Crescieucii, alias S. Angeli de Urbe, pro nobis et Romana ecclesia Castellano, salutem etc. Ex certis racionalibus causis animum nostrum moveutibus velumus, et tibi presencium tenore de fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio et assensu maudamus, quatenus visis presentibus teuearis et debeas possessiouem vacuam et liberam et expeditam dicti Castri Crescencii, alias S. Angeli de Urbe, cum omnibus et singulis municiomibus existentibus in eodem restituere et assignare Veuerabili fratri uostro Nicolao Episcopo Caminensi (?), pro uobis et Romana ecclesia recipienti, confecto ex huiusmodi municionibus inveutario per publicum documentum, quod ad Cameram uostram apostolicam celeriter destinabis. Nos enim eidem Nicolao Episcopo, postquam possessionem ipsam receperit, te nostro et ecclesie Romane ac dictorum fratrum uostrorum uomine quitandi, liberandi et absolvendi, ac iurameuta per te nobis et fratribus uostris Cardinalibus prefatis relaxandi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presencium cencedimus facultatem. Datum Rome apud Sanctam Petrum vi. Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

XCVII.

Litterae testimoniales pro eodem castellano, quod ipse una cum familiaribus et famulis usque in numerum LX. in custodia et castellania castri S. Angeli bene et fideliter serviverit. *Reg. Tom. I. fol. 312.*

Gregorius episcopus etc. Universis et singulis, ad quos presentes nostre littere pervenerint, salutem atc. Universitati vestre notum facimus per presentes, qualiter dilectus filius Iohannes alias Mezoprete de Corneto, dudum Castellauus Castri uostri Crescentii alias S. Angeli de Urbe pro tempore, quo Castellanauoia dicti Castri prefuit, circa eustodiam et exercicium ipsius, ac erga statum et beuorem uostrum et Romane ecclesie nua eum dilectis filiis Francisco quoudam Iohaunis, Petro Raynaldi ordinis Minorum professore, eius conterrigenis eciam de Corneto Tuscanensis, Iohanne Somarochii de Strouchono Narniensis, Petro de Prata Aquilegensis, Magistro Veutura Luce Antonii de Nursia Spoletane diocesum, et cum omnibus et singulis aliis familiaribus ac famulis ipsius usque in numerum sexaginta, quos secum teuuit ad dicti Castri eustodiam et defensam, quorum uomina et cognomina haberi volumus pro sufficienter expressis, usqua iu presentem diem se gessit et habuit iu omnibus et singulis, prout fidelem at probatum decebat virum et Castellanum, fideliter et prudenter, et propterea eumdem et alios supradictos, et quoscumque famulos ipsius de fidelitate atque diligencia commendamus. Et volautes animi sui tranquillitati consulere ac predictorum, si forsan aliquid dicto, facto vel assensu quomodocumqua aut qualitercumqua contra nos et Romanam ecclesiam, vel alios quoscumque, cuiusque status seu preemiuencie fuerint, eciam si fuissent prefate ecclesie Cardinales, in dicto Castro vel aius ambitu per se vel alios commisissent seu perpetrati fuissent, propter que vel eorum aliquod aliqua mulcta vel pena a iure vel ab homine promulgata seu inflicta esset, sen infligeuda veniret, ipsum Iohannem dudum Castellanum et alies nominatos at comprehensos predictos, at quemlibet ipsorum usque in dictum numerum sexaginta ab omnibus censuris et penis spiritualibus et temporalibus, quas premissorum vel alicuius eorum occasione vel causa quomodolibet idem Iohaunes dudum Castellanus, vel aliquis ex supra comprebeusis quomodolibet incurrisset sau incurrissent, vel incurrere petuisset seu potuisseut seu posseut, habeutes statum et formam emnium premissorum hie alias pro sufficienter expressis, ex certa scieucia et ad cautelam auctoritate apestolica ac per presentes absolvimus ac plenarie liberamus, inhibautes districtius omnibus et singulis Magistratibus uostris, ecclesie et Urbis prefatarum tam presentibus quam futuris, quocumque uomine censeantur et fungerentur officie, ne coutra prefatum Iohannem dudum Castellanum, aut aliquem vel aliquos ex predictis tam nominatis quam comprehensis premissorum vel alicuius eorum occasiona vel causa, seu eorum, que dicerentur seu dici possent commissa, vel quomodolibet perpetrata usqua iu presantem diem possint vel debeant procedere, inquirere seu cognoscere per se vel alios quoquo mode ordinarie vel extraordinarie cum promotore vel siue, irritos et inanes censentes exnunc quoscumque processus ac sentencias, quos contra inhibicionem uostram huiusmodi in premissis vel aerum alique per quoscumque, et quavis auctoritate scieuter vel igneranter fieri coutigerit seu eciam promulgari, Censtitucionibus apostolicis ae statutis et ordiuamentis prefate Urbis, et aliis coutrariis nou obstantibus quibuscumque. Datum Roma apud S. Petrum sexto Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

XCVIII.

Venditionem quorumdam librorum per cameram apostolicam H. cardinali Neapolitano factam pontifex confirmat. *Reg. Tom. I. fol. 335.*

Gregorius episcopus atc. Venerabili fratri Henrico Episcopo Tusculano, salutem etc. Pridem dilectus filius Gabrial Condolmario Clericus apostolice Camere de maudato nro certos et diversos

libros, ad nos et Romanam ecclesiam pertinentes, fraternitati tue pro Quingentis florenis auri de Camera ad necessitates eiusdem Camere sublevandas cum certis pactis et condicionibus vendidit, que in Instrumento per manus dilecti filii Benedicti de Camereno, eiusdem Camere notarii, descripte et publicate fuerint sub die vicesimo secundo presentis mensis Aprilis, quos Quingentos florenos dictus Gabriel confessus fuit se actualiter et manualiter recepisse: Nos dictam vendicionem et confessionem diete recepte pecunie, et alia per dictum Gabrielem gesta, ac singula in dicto Instrumento contenta, que hic haberi volumus pro sufficienter expressis, rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica confirmamus, et dicte fraternitati tue volumus inviolabiliter observari. Datum Rome apud S. Petrum tercio Kal. Maii, Pontificatus nostri anno primo.

XCIX.

Venditionem gabellarum Ripae et Ripettae quibusdam Romanis per conservatores camerae Urbis factam pontifex approbat. *Reg. Tom. I. fol. 337.*

Gregorius episcopus etc. Dilectis filiis Laurencio Nannoli, Iohanni Nucii, Rencio Petripauli Montanarii, Nardo Gocii, Grasso de Cosciariis, Iohanni Bullario, Gezo Mercatori, Iohanni Iacobo Iacobelli Palucii et Colucie de Astallis civibus Romanis, salutem etc. Cum dilecti filii Rogerius de Tosettis et Antonius Laurencii Guidolini ac Nardus Venettini, tunc Conservatores Camere alme Urbis, de mandato dilecti filii Nobilis viri Pauli Corrarii Provisoris diete Urbis gabellas Ripe et Ripette pro tempore unius anni, incipiendi die ix. Augusti prox. venturi, et ut sequitur finiendi, pro certo precio diversis terminis solvendo, et nonnullis pactis et condicionibus, prout in Instrumento per dilectum filium Antonium Iohannis Rencii, tunc predictorum Conservatorum notarium, super hoc confecto plenius continetur, vobis nomine dicte Camere vendiderint, ac vos impresenciarum pro necessitatibus Camere apostolice summam mcccc. florenorum currencium de precio dictarum gabellarum, licet terminus solucionis eorumdem nondum advenerit, pro satisfaciendo dilecto filio Nobili viro Paulo de Ursinis domicello Romano, nonnullarum gencium nostrarum Capitaneo, solvere offeratis: Nos vendicionem, pacta et convenciones predicta rata habentes et grata, et subvencionem istam vram paternaliter acceptantes, atque cupientes vos in reliquis benigne confovere, volumus et intendimus, quod post solucionem huiusmodi mcccc. florenorum nullo modo vobis, aut alicui vestrum super dictis gabellis a quoquam molestia inferatur, nec aliquid a vobis requiratur seu exigatur ante terminos in dicto Instrumento statutos, sed omnia et singula vobis serventur, prout a principio inter vos et dictos venditores pactum extitit et conventum, Mandantes ... Conservatoribus Camere et ceteris omnibus et singulis officialibus alme Urbis prefate pro tempore existentibus, ut vos huiusmodi tempore durante dictis gabellis et earum fructibus libere gaudere permittant, ac vobis omnia et singula pacta, convenciones et terminos in dicta vendicione comprehensos inviolabiliter observare debeant, nec contra illa aut aliquod illorum facere ullo modo vel attemptare presumant. Datum Rome apud S. Petrum ii. Kal. Maii, Pont. nostri anno primo.

C.

Capitula inter Paulum de Ursinis dl. armigerorum capitaneum et summum pontificem de custodiendis terris ecclesiae inita. *Reg. Tom. I. fol. 356.*

In nomine dei, amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo septimo, Indictione quintadecima, die duodecimo mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Gregorii divina providencia pape XII. anno primo.

Infrascripta sunt pacta et Capitula habita et firmata inter Rñum in Christo patrem et dñum, dñum Leonardum miseracione divina Electum Firmanum, dñi pape Camerarium, agentem, stipulantem et recipientem vice, nomine et pro parte Sñi dñi nostri, dñi Gregorii divina providencia pape XII, sancte Romane ecclesie et Camere apostolice ex una, et Venerabilem et religiosum virum dñum Nicolaum de Ursinis, ordinis s. Iohannis Ierosolimitani ac Magisterii dicti ordinis Locumtenentem, germanum et procuratorem magnifici et strenui viri Pauli de Ursinis Capitanei quingentarum quinquaginta lancearum inter vivas et mortuas, de cuius procuracionis mandato constat manu Angeli Bacii Iucii Cecchini de Viterbio, Imperiali et alme Urbis prefecti auctoritate publici Notarii et Iudicis ordinarii, publicato anno domini Millesimo quadringentesimo septimo, Indictione xv., die decimo mensis Marcii supradicti, agentem et stipulantem procuratorio nomine dicti Pauli Capitanei, ac vice et pro parte omnium Caporalium et stipendiariorum sub dicto Paulo Capitaneo conductorum et conducendorum usque ad dictum numerum, pro quibus procuratorio nomine quo supra de rato et ratihabicione promisit ex altera partibus.

In primis dictus dñus Nicolaus procuratorio nomine Pauli Capitanei predicti promittit dicto Reverendissimo dño, dño Leonardo Camerario recipienti ut supra, quod ipse Paulus cum omnibus Caporalibus, stipendiariis et sociis suis usque ad numerum predictum erit per modos infrascriptos ad servicia et stipendia prefati domini nri pape, ecclesie Romane et Camere apostolice, et durante infrascripta eius firma tam ipse quam supradicti eius socii et stipendiarii erunt fideles, obedientes,

reverentes et devoti prefati dñi nři pape, ecclesie Romane et officialium eorumdem, tamquam veri et fideles stipendiarii esse debent. Et quod quociens eis fuerit iniunctum per prefatum dominum papam seu officiales ipsius, qui sunt vel pro tempore erunt, equitabunt et guerram facient et pugnabunt cum tota brigata predicta, Caporalibus, stipendiariis et sociis supradictis simul et divisim quocumque casu contra omnem hominem, personam, dominum, Universitatem, Communitatem et congeriem gencium, specialiter contra omnes homines inimicos hostes et rebelles, et occupatores et detentores rerum, bonorum et iurium dicti dñi nostri pape, prefate ecclesie et Camere apostolice, et colligatos, sequaces, complices, fautores et receptatores eorumdem, et cavalcatas, insidias, currerias et scortas, necnon custodias diurnas et nocturnas facient cum dictis suis sociis et stipendiariis simul et separatim, tam in terris quam in campis, et ubicumque eis mandatum fuerit, quocienscumque et quandocumque de dicti domini nostri pape, vel eius officialium deputatorum vel deputandorum voluntate et mandato processerit.

Item quod dictus Paulus Capitaneus et socii et stipendiarii, qui sub eo scribentur, erunt bene armati a capite usque ad pedes, et cum bonis et sufficientibus equis. Piliardi vero erunt armati cum panzeria vel iaccho pecto, et lancea, capello vel bazinetto, arcu vel balista, cum quibus melius se exercere sciant, et cum bonis et sufficientibus pagiis et ronzenis, et scribentur omnes cum nominibus et cognominibus et locis, unde oriundi sunt, preter pagios, quos secum semper habere debeant et retinere.

Item in casu quo dictus Paulus Capitaneus cum dictis eius sociis et stipendiariis vel parte eorumdem, vel dicti stipendiarii et socii vel eorum pars sine dicto Capitaneo darent prelium alicui Civitati, Castro, Ville vel alteri loco, qui caperetur vi armorum, et inimicis conflictum, vel eciam quod intrarent aliquam Civitatem, Castrum, Roccham, Villam vel locum alium per tractatum vel factum aut aliquem alium modum, quod predictus Paulus Capitaneus et sui socii ac stipendiarii non possint petere, neque peti facere pagam duplam, neque mensem completum, nec aliquam aliam provisionem a domino nostro papa, Romana ecclesia et Camera apostolica supradictis, vel officialibus eorumdem aliqua racione vel causa, ita quod in nullo possint neque debeant petere, neque habere aliquam emendam equorum vel ronzenorum mortuorum vel perditorum, aut morbo vel vulnere debilitatorum quocunque modo vel causa.

Item in casu quo prefatus dñus noster papa vel eius officiales deputati aut deputandi ad hoc vellent fieri facere unam execucionem contra aliquem de terris amicorum, quod iidem Capitaneus, socii et stipendiarii sui cum eorum gentibus teneantur ipsam facere et fieri facere. Et si in ipsa execucione per dictum Capitaneum, socios vel stipendiarios eius caperentur homines vel animalia cuiuscunque generis, seu res vel bona dictorum, contra quos ipsa execucio fieret, teneantur et debeant detentores eorumdem sine aliqua solucione eis vel eorum alteri fienda libere dictos homines, animalia, res et bona dicto domino nostro vel eius officialibus consignare, vel consignari facere ad omnem ipsorum requisicionem et voluntatem.

Item quod predictus Paulus Capitaneus et socii et stipendiari supradicti, donec erunt ad servicia dñi nostri pape, ecclesie Romane et Camere apostolice, non facient neque tractabunt facere ligam, conventiculum, confederacionem vel societatem aliquam cum aliqua alia gente, cuiuscunque condicionis fuerint: nec facient aliquas conveneiones, pacta vel aliquid aliud cum aliquo domino, Communitate, Universitate, Collegio vel Societate aut congerie gencium, eorum firma durante, sine licencia et voluntate prefati domini nostri pape, et si quam facerent vel fecissent aut facturi essent, habeatur pro non facta, et sit nullius valoris. Et si factis uterentur vel de novo facerent vel tractarent, incidant ipso facto in penam periurii, fidefragii et perdicionis equorum, armorum et stipendii, quod iam forte habuissent, et quod pro se ipso vel dicta brigata recipere deberet a Camera apostolica vel aliquo loco, ubi sibi assignacio facta foret. Et ex nunc dictus dominus Nicolaus nomine quo supra renunciavit omnibus sacramentis et promissionibus, per dictum Paulum et eius socios et stipendiarios vel eorum aliquem factis cum quibuscunque dñis, Communitatibus, Universitatibus et singularibus personis ante presentem contractum, que contra pacta presencia aliqualiter essent vel venirent, seu aliquomodo venire possent.

Item quod prefatus Paulus Capitaneus et eius stipendiarii non equitabunt, seu equitari facient ad aliquas partes, sive guerras, cavalcatas vel insidias facient contra inimicos domini nostri pape, ecclesie Romane et terrarum suarum, aut eorum terras de die vel de nocte sine speciali licencia dicti domini nostri, vel eius officialium sub pena perdicionis stipendii, equorum et armorum ipsorum, et ultra ad arbitrium predictorum domini nostri vel suorum officialium puniendi. Et in casu quo in loco, ubi ipsum Capitaneum cum dicta brigata vel parte eiusdem brigate esse contigerit, non essent officiales prefati domini nostri, sit eis licitum equitare contra illos, cum quibus iam guerra esset incepta, donec eis fuisset prohibitum aut aliud datum in mandatis per predictos dominos.

Item quod dictus Capitaneus cum dicta sua brigata simul et divisim equitabunt ad omnia armorum exercicia, prout eis erit iniunctum, necnon

monstram facient armatam et sine armis semel in mense, secundum quod fuerint requisiti, et eis fuerit datum in mandatis per officiales prefati dñi nostri et dñi Camerarii vel alterius ipsorum deputatos vel deputandos, eciamsi terminis depntatis de stipendiis vel provisionibus faciendis ipsi Capitaneo solucio pagarum suarum facta non esset. Et in casu quo defectus per dictos officiales reperireutur, valeant pro ipsis defectibus et punctaturis puniri et punctari modis infrascriptis, videlicet si principalis equus lancee vel Caporalis moriretur, et non remissus esset infra terminum infrascriptum, quod perdat stipendium, pro equo capitis lancee quinque florenos, et pro equo placti quatuor florenos et pro ronseno tres, et pro quolibet quovis genere armorum singulariter perdat unum florenum, et iste punctature debeant retinere per officiales Camere seu deputatum vel deputandum ad hec, et de stipendiis eorum defalcari debeant. Et si monstram facere recusarent, quandocumque eis fuerit iniunctum, ut prefertur, nullam possint petere pagam seu solucionem eorum gagiorum, et ultra possint puniri arbitrio predicti dñi nostri et suorum officialium, et punctaciones huiusmodi et omnia fieri possint et debeant cum et sine armis eciam post monstram tam in campis quam in cavalcatis, ubi reperti fuerint.

Item quod firma dicti Pauli Capitanei sit unius anni incepti die nona presentis mensis Marcii, et finiendi ut sequitur, et quod debeat incipere scribere ac bullare infra........, et postquam inceperit scribere et bullare, debeat scripsisse et bullasse infra dictum tempus, alioquin non scripti in dicto termino non admittantur postea ad scribendum, nisi de mandato dictorum domini nostri pape et suorum officialium.

Item in casu quo dicte brigate moriretur aliquis equus sive ronzenus, vel perderetur in aliqua cavalcata, curreria vel servicio, vel quocumque alio modo, que fierent de mandato dicti domini nostri vel suorum officialium, vel ex aliqua infirmitate, quod dictus Capitaneus et Caporales sui teneantur ipsum equum vel ronzenum remittere et scribi facere per officiales ad hoc deputatos, alium vel alios loco mortuorum vel perditorum infra decem dies continue secuturos, et pro ipsis decem diebus ipsi Capitanei et Caporales stipendium non amittant: elapsis vero dictis decem diebus pro dicto equo vel ronzeno non remisso neque scripto, non debeant neque teneantur habere stipendium, donec scribentur et submittantur dicti equi vel ronzeni. Et dicti Capitaneus, Caporales et socii teneantur et debeant lucide et clare per instrumentum probare, vel per fidedignos testes vel sacramentum deferendum predictis de morte vel amissione dictorum equorum vel ronzenorum.

Item in casu quo aliqua Civitas, Castrum, Roccha, Villa vel locus vellet per tractatum vel alio modo venire ad obedienciam dicti domini nostri pape, quod per dictum Capitaneum vel gentes ipsius nullum dampnum inferatur eisdem vel habitatoribus eoromdem, nec eis vel eorum rebus iniuria inferunt vel iactura.

Item in casu quo dictus Capitaneus Paulus cum dicta brigata vel eius parte, vel dicta brigata sine dicto Capitaneo vel eius pars darent conflictum campestrem inimicis dñi nostri vel ecclesie predictorum seu terrarum suarum, aut darent bellum alicui terre, Castro, loco seu ville, quod et quam per eorum vim obtinerent, aut facerent cavalcatas aut alio quomodo caperent de gentibus vel animalibus inimicorum eorum, bona mobilia in ipsis forteliciis occupatis per eos existencia dumtaxat sint sua. Si vero aliqua Civitas, Terra, locus vel Castrum obtineretur vi armorum, quod captivi, spolia, bona mobilia esse debeant dictorum gencium, que personaliter interessent, ecclesiis, rebus earum, personis ecclesiasticis, viduis, pupillis, orphanis et aliis miserabilibus personis et eorum bonis duntaxat exceptis, que intacta officialibus dicti dñi nostri presentare teneantur per supradictos detentores. Locus vero talis debeat libere reassignari dicto dño nostro, vel eius commissariis aut officialibus deputatos vel deputandis ad predicta, sine ruina, combustione vel diruptione aliqua fienda, domibus, muris, turribus et aliis integre remanentibus. Et in casu quo prefatus dominus noster, vel eius officiales deputati vel deputandi vellent dictis gentibus dare pagam duplam et mensem completum, quod talis locus cum personis, rebus atque bonis mobilibus et immobilibus libere relaxentur dicto domino nostro, vel officialibus per eum depntatis aut deputandis custodiendis nomine dicti domini nostri pape et Romane ecclesie, et quod teneantur quocumque casu ad requisicionem dicti domini nostri, aut deputatorum vel deputandorum per eum stare et exire de dicto loco sine illacione alicuius dampni, prout prefatis dominis et depntatis vel deputandis ab eisdem videbitur expedire.

Item in casu quo prefatus Revmus Camerarius nomine quo supra dictum Capitaneum cum dicta brigata sua noluerit ad dicti domini nri, et Camere apostolice stipendia retinere post dictam firmam, quod per dies quindecim ante finem dicte firme possit, et ei liceat unum vel duos Caporales eius mittere cum decem equitibus ad procurandum eorum fortunam. Et quod finita dicta firma non debeant neque possint tam in actu stipendii quam in actu societatis, aut (in) aliquem alium casum esse contra dictum dñum nrum papam, sanctam Romanam ecclesiam, neque eorum terras, colligatos et adherentes prefati domini nostri pro tanto tempore, quanto servinerint ipsi domino nostro et ad eius stipendia steterint. Si vero voluerint ipsum Paulum ad predicta et infrascripta stipendia et servicia re-

tinere, quod dñus Paulus teneatur stare et servire cum supra et infrascriptis Capitulis, ad beneplacitum ipsius domini nostri pape, pro uno alio anno extunc proxime secuturo, dummodo per prefatum dñum nostrum papam aut dominum Camerarium predictum notificetur eidem Capitaneo, quod stare debeat et servire, per dies viginti ante finem dicte firme.

Item econverso prefatus Reverendissimus dominus Leonardus Camerarius nomine et vice quibus supra promisit dicto Paulo Capitaneo, dare pro qualibet dictarum DL. lancearum inter vivas et mortuas duodecim ducatos in mense, vel eius verum valorem, et pro provisione persone sue dare singulo mense durante tempore diete firme quingentos quinquaginta similes ducatos, que quidem provisio et stipendium prefato Paulo Capitaneo, vel deputando per eum debeant dari et solvi in hunc modum, videlicet pro dictis quingentis quinquaginta lanceis inter vivas et mortuas, et pro provisione dicti Capitanei facere sibi validas assignaciones de triginta milibus florenorum auri de Camera super talleis provincie Marchie Anchonitane, et dare sibi eciam et assignare, et exnunc assignat omnes talleas ducatus Spoletanus, terrarum specialis commissionis et Arnulphorum, Sabine et Patrimonii beati Petri in Tuscia. De residuo autem dictorum stipendiorum et provisionis promittit dictus dñus Camerarius eidem Paulo Capitaneo etc. infra annum et terminum dicte sue firme facere eidem Paulo bonas assignaciones, aut manualiter et actualiter solvere. Et residuum tallearum et censuum Vicariatuum Marchie predicte, secundum quod habuit dictus Capitaneus anno preterito, remaneat Ludovico Marchioni etc. pro stipendio et provisione suis. Ad quas quidem talleas exigendas et colligendas, in casu quo aliquis ex dñis dicte provincie, seu aliqua Communitas eiusdem essent inobedientes seu negligentes ad solvendum partem sibi, aut eis impositam pro stipendio et provisione dicti Capitani, quod ipse Capitaneus ad requisicionem dicti domini nostri, seu officialium eiusdem teneatur et debeat contra talem inobedientem mittere de sua brigata, secundum quod per prefatum dñum nrum seu eius officiales erit sibi iniunctum, faciendo talem inobedientem curri, dampnificari et predari, prout de dicti dñi nostri pape et suorum officialium processerit voluntate, et preda et captivi in huiusmodi discursionibus capti et predati libere consignari debeant prefato domino nostro, seu eius officialibus libere et in forma, quod de illis disponere valeant prout volent. Et si tales debentes talleas solvere ex aliqua causa, quod absit, se ab obediencia prefati dñi nostri pape subtraxerint, vel dominum mutarent, et Civitates, terras vel subditos prefati domini nostri discurrerent vel discurri facient, et contra eos dicta subtractione obstante execucio fieri non possit, prefata Camera obligata remaneat Capitaneo antedicto et sociis suis, et per eandem ipsis pro rata illos tangente teneatur et debeat satisfieri.

Item promittit dictus dominus Camerarius solvere et realiter tradere eidem Paulo omnes et singulas pecunias, que provenient et habebuntur ex Civitate Bononiensi sive a dño Legato ibi existente aut domino Marchione Estensi Ferrarie etc. in excompntationem somme, quam Paulus et eius socii a dicta Camera apostolica debent recipere, pro debitis antiquis et restis antiquorum stipendiorum usque ad integram extenuacionem preteriti debiti.

Item in casu quo dictus dominus Camerarius tradiderit eidem Paulo omnes summas, que a dicto domino Legato aut Civitate Bononiensi, aut Marchione Estensi prefato ecclesie Romane seu Camere apostolice solvebuntur, usque ad summam quindecim milium florenorum inclusive pro antiquis debitis, aut pro novis stipendiis dicta Camera eidem Capitaneo solverit duas integras pagas simul, promittit dictus dominus Nicolaus nomine quo supra, quod ipse Paulus et tota sua brigata erunt bene equitantes omni tempore dicte firme, et semper presto ubique iuxta Capitula dicte firme. Et licet de predictis pecuniis Ferrariensibus et Bononiensibus, aut duabus pagis dicto Capitaneo solucio non fieret, teneatur tamen ipse Capitaneus cum sua brigata esse equitantes, et presto in dictis provinciis Marchie Anconitane, Ducatus, Terris specialis commissionis, Arnulphorum, Sabine ac Patrimonii beati Petri in Tuscia tantum.

Item vult dictus dominus Camerarius, quod Thesaurarius seu alii officiales Camere apostolice, si aliqui essent inobedientes et in terminis eis assignatis non solverent, debeat seu debeant ter diversis tamen vicibus illos requiri facere, quod solvant: quod si facere neglexerint, discurri et dampnificari possint, et preda tamen consignetur ut supra officialibus domini nostri pape. Et si tales inobedientes post talem factam trinam requisicionem non solverent, tunc Thesaurarius dicto Capitaneo assignet pro malpagiis, et si non assignaret, et dictus Capitaneus requiret eum, quod sibi pro malpagiis daret, et non dabit, liceat dicto Capitaneo a se ipso ut supra currere et predare modo et forma predictis.

Item promittit prefatus dominus Camerarius, quod cum ipse Paulus de mandato dicti domini Camerarii in provinciis Marchie Anconitane, Ducatus Spoletani, Patrimonii beati Petri, Campanie, Maritime, provincie Romane, Sabine, Terrarum specialis commissionis, Perusii et convicinis partibus militabit vel militabunt, dare et satisfacere sibi pro qualibet lancea tam viva quam mortua secum stante, ad rationem duodecim ducatorum pro mense quolibet, et pro provisione persone sue quingen-

tos quinquaginta ducatos in mense. Et si contingat dictum Paulum cum dicta brigata vel eius parte de dicto mandato proficisci, et stare pro firma stancia in Florencia vel Bononia vel Ferraria vel ultra dictas Civitates, promittit dictus dominus Camerarius nomine quo supra satisfacere sibi et brigate, que cum eo fuerit pro stancia firma, mense quolibet pro singula lancea ducatos decem et octo. Si autem contingat dictum Paulum de dicto mandato stare in Regno Sicilie, vel ultra Territorium Perusinum usque Florenciam pro stancia firma, dictus dñus Camerarius promittit quo supra, dare et solvere eidem Paulo cum dicta brigata secum stanti mense quolibet pro qualibet lancea ducatos quindecim. Et predicta promissio facta, cum Paulus cum brigata steterit Bononie, Ferrarie, Florencie vel ultra dictas Civitates, intelligatur per totum mensem Iulii sequentem: ab Augusto autem inantea debeat dictus Paulus faciendo stanciam in dictis locis vel ultra firmam habere singule mense, et pro qualibet lancea ducatos sedecim et non ultra.

Item quod prefatus Capitaneus teneatur tam in Marchia quam alibi, ubicumque mandato domini nostri resideret, tenere stratas securas, et non derubare neque derubari facere: et si quis de sua brigata contrafaceret, puniatur arbitrio officialium loci, in quo derubacio facta foret, et de suo stipendio videlicet talis derubantis emendetur derobaria ad arbitrium dicti domini nostri vel suorum officialium.

Item in casu quo per Cameram apostolicam vel provinciam Marchie Anconitane, et alias provincias et provinciales earumdem non esset infra debitum terminum dicto Capitaneo satisfactum, quod dictus Capitaneus, Caporales atque socii sui vel aliquis ipsorum non possint, neque debeant capere vel occupare, nec occupatam tenere aliquam Civitatem, Castrum, Terram, Villam seu locum prefati domini nostri pape, sancte Romane ecclesie et eius colligatorum, adherencium et sequancium, vel capere seu arrestare aliquem Capitaneum, officialem, hominem, vassallum, fidelem et devotum, res et bona mobilia et immobilia eorumdem pretextu dictarum pagarum eorum eis non solutarum, nisi per modum infrascriptum contra inobedientes pro talleis exigendis, et eciam protextu pagarum eis forte alias debitarum, tam per dictum dominum nostrum papam, quam per alios summos pontifices predecessores suos, vel alio quovis quesito colore ipsis vel alicui predictorum aliquod dampnum inferre sub pena periurii et fidefragii, ac perdicionis gagiorum percipiendorum, que a dicta Camera quomodolibet percipere deberent, nisi ut supra declaratum est.

Item quod pro debitis, cavalcatis, represaleis et aliis culpis, delictis, excessibus, condempnacionibus, diffidacionibus, bannis contra dictum Capitaneum, Caporales atque socios eiusdem, vel eorum aliquem scriptum in dicta brigata factis, illatis seu perpetratis contra quoscumque in aliqua Curia ecclesiastica vel seculari, aliquis ex eis scriptus ad dicta servicia non possit capi, arrestari vel aliquo modo molestari in personis et bonis, salvo si delictum esset pro prodicione: de delictis autem seu criminibus vel debitis ante firmam eorum contractis vel commissis, vel de excessibus, qui per homines dicte brigate, vel contra homines ipsius brigate committerentur, posset ipse Capitaneus cognoscere et punire: de aliis autem excessibus, et delitis post hanc firmam contractis et factis, et extra homines dicte brigate cognoscat Iudex competens secundum disposicionem iuris.

Item in casu quo gentes armorum inimicorum sancte Romane ecclesie et dñi nostri pape prefati caperentur per dictum Capitaneum, Caporales et socios eiusdem, quod dictas gentes captivas tractabunt, prout inimici tractant gentes armigeras ecclesie, et in aliquo quovis casu caperetur aliquis Capitaneus gencium armorum inimicorum dñi nostri pape et sancte Romane ecclesie, vel dñus Civitatis, Castrorum, Roccharum vel Villarum vel alicuius eorumdem, quod teneantur et debeant dictum Capitaneum consignare domino nostro pape et suis officialibus sine contradictione verborum vel facti, dummodo tamen per dictum dominum nostrum vel eius officiales solvatur tallea, que iuxta statum dicti Capitanei et domini sic captorum et possibilitatem imponeretur, vel arbitrio duorum eligendorum per utramque dictarum parcium debeant imponi et declarari, et in casu quo se non concordarent electi, tercius per dominum nostrum papam eligatur ad dictam talliam imponendam.

Item si aliquis rebellis vel proditor dicti dñi nostri pape et ecclesie, cuiuscumque status, ordinis vel condicionis sit, tam clericus quam laicus vel bannitus de terris ecclesie, esset captus ab aliquo dicte brigate, teneantur detentores eorumdem dictos captivos consignare vel consignari facere dicto domino nostro vel eius officialibus ad omnem requisicionem, peticionem et mandatum dicti domini nostri pape vel eius officialium, libere sine contradictione verborum vel facti fienda, dummodo solvantur tallea modo quo supra. Et similiter idem fiat, si dictus dominus noster vellet redimere animalia, res et bona alia quecumque, teneantur quo supra assignare solvendo redempcionem et quo supra.

Item in casu quo magnifico dño Comiti Talgliacocii moveretur aliqua guerra seu briga per aliquem potenciorem eo, liceat dicto Paulo cassare de sua brigata usque ad summam Centumquinquaginta lancearum, et eas quando voluerit de novo remittere, ita tamen quod (a) tempore cassacionis usque ad tempus remissionis pro ea gente, que cassata fuerit, perdat stipendium. Et in casu quo Iohanni et Poncello vel Urse de Ursinis, aut alteri ipsorum moveretur

guerra eciam per potanciorem eis, quod liceat dicto Paulo cassare de brigata sua usque ad summam sexaginta lancearum, et eas remittere prout supra, que lancee perdant stipendium modo quo supra. Si vero omnibus predictis simul, videlicet domino Comiti Talgliacocii, Iohanni, Poncello et Urso moveretur guerra ut supra, quod tantummodo dictus Paulus Capitaneus cassare possit Centum quinquaginta lanceas et non ultra, et remittere modo quo supra.

Et eodem instanti supradictus dñus Nicolaus de Ursinis procuratorio nomine quo supra iuravit in manibus Reverendissimi patris et domini, domini Leonardi Camerarii prefati, recipientis et stipulantis nominibus quibus supra, corporaliter ad sancta dei evangelia, manibus tactis scripturis, quod dictus Paulus Capitaneus, Caporales et socii predicta omnia et singula attendent et observabunt, et non contrafacient vel venient per se vel alium aliqua racione vel causa de iure vel de facto sub penis predictis. De quibus omnibus et singulis suprascriptis voluerunt suprascripte partes, quod per me Notarium infrascriptum fierent unum vel plura consimilia publica Instrumenta, et ad maius robur presencia Capitula fuerunt et sunt..........

Acta sunt hec Rome in domo habitacionis dicti dñi Camerarii, sita in palacio apostolico, sub Anno, Indictione, die et mense quibus supra, Presentibus ibidem Venerabilibus viris dñis Petro Miani apostolice Camere Clerico, Iacobo de Tedallinis Canonico Basilice s. Petri de Urbe, Poncello de Ursinis Marescalco domini nostri pape, Nucella Cantore Cappelle dñi nostri predicti, et fratre Nicolao de Sulmona testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Benedictus Ser Iacobi de Camerino, publicus Imperiali auctoritate et apostolice Camere notarius omnibus etc. rogatus fui etc.

CI.

Capitula (italice conscripta) a parte praedicti Pauli de Ursinis concordata. *Ibidem fol. 362.*

Capitula Pauli de Ursinis.

Primo promette nostro S. de scrivere e fare bulla ad mousignore lo Ligado de Bologna chello pagi ad Paulo Ursino, o ad suo procuratore ducati Cinqnemila de li primi de li quindecimilia chel dicto Ligato dè pagare per lintrada de Bologna, promictendo al dicto Legado che per questo anno non lo gravara ultra la dicta summa de ducati xv. milia.

Item chel dicto sia facte assignacioni de ducati cinquemilia de fircossi receputi nel Patrimonio, Ducato et Terre de speciale commissione ultra le loro terciarie et tagli secondo se contene nella taula passada, et che nostro S. faccia bolle et lettere oportune per execucione de li pagamenti predicti, et comenzi la execucione complito el termine che elli de bono fare li loro pagamenti. El quale termine debbia essere giorni octo, da poy chel dicto Paulo havera dato ad savere ali loghi predicti quello elli deveranno pagare.

Item che de la camera de Roma overo de la apostolica li sia dato ducati cinqnemila, li quali et etiam li decimilia de lassignacione de Bologna, Patrimonio, Ducato et Terra de speciale commissione supradicta, che ascende ad summa de ducati quindecimilia, debbiano essere diffalchati del debito vecchio che la ecclesia ha con lo dicto Paulo.

Item da poi facti li Capitoli subito se faccia fare ad Paulo le bolle de le sextarie overo terciarie de la Marcha, Patrimonio et Ducato et Terre de speciale commissione in fine ala somma de ducati cinquantamilia, secundo la forma de li primi Capitoli et fine ad termine de octo giorni poi chel dicto Paulo havera facto dare ad savere quello elli debiano pagare, secundo la forma delli bolle possa rescotere le dicte terciarie et sextarie non obstante chel termine usato non fosse ancora. Et passado lo dicto termino de octo giorni possa correre contra li malpaganti in forma necessaria. Et questo termine sen tende nel prime sestarie et terciarie et lavanzo al modo et forma consueta.

Item che nostro S. per sua clemencia et benignita se digni fare remissione ad Paulo e ad tutta sua compagnia del quello che e stato adoperado per loro si contra Tuscanella, Orthi et Vassanello, come dogni altra cosa che havessene facta et commessa contra nostro S. fino al di presenti in forma valida. Et etiam si digni la sua Santita fare remissione ali partegiani de Paulo, che loro ne loro heredi ne beni non pateranno alcuno dampno ne preiudicio, gratis de mandato. Et econverso el dicto Paulo promette con effecto restituire overo fare restituire, facte li bolle predicte et stipulato el presenti contracto, in mano de nostro S. overo de chi la Santita sua commandara la terra de Orthi con lo suo castello overo Roccha et tutti fortizi pertinenti ad quella. Veramente al (el) Castellano et la rocca de la predicta terra de Orte stia messo per nro Signore per quello modo che dechiarara el Magnifico Conte de Talgiacotzo.

Item che havuta che havera al dicto P. la bulla de Bologna et quello del Patrimonio, Ducato et terre de speciale commissione, et recevuti ducati cinquemilia che li se deve dare de la camera de Roma overo de la apostolica, debbia etiam restituire cum effectu in mano de nostro Signore, overo de chi la Santita sua commandara Vassanello et ognaltro loco de ecclesia che ello avesse tolto da poy chelle tolse la terra da Orthi, ma subito recevudi li cinquemilia ducati della camera debbia restituire Vassanello, li quali ducati cinquemilia sia depositati nel bancho fin che se havera la tenuta de Orthi e de la Roccha.

Item promette al dicto Paulo essere cavalcante et guerregiare contra ciascuna persona ad tutti li commandamenti de nostro S. et de li facti de Lu-

dovico et Gentile deli Meliorati ne fara quello, per il Signori Cardinali serra deliberato veli quali nostro Signore et Paulo sonno remissi.

Item sia declarato che la conducta et referma del dicto Paulo habbia commenzato a di octo de Aprili proximo passado, et in quello giorno commenzi ad liverare soldo, et termina la dicta sua coeducta et refirma a li octo de Marzo proximo de venere, si che la conducta vegna adessere de undeci mesi.

Item che li Capitoli dela prima condecta siano firmi et ratificati in zascuna sua parte, excepto in quelli che li presenti Capitoli contradissero.

P. Miani. Ego Leonardus de Aretio Secretarius dñi nostri pape me subscripsi ad fidem predictorum.

Per Reverendissimum dñem, dñem C. Cardinalem Militensem suprascripta Capitula firmata et acta in Campo iuxta bospitale S. Spiritus in Saxia, qeod velgariter dicitur Casole Francisci Tartari de Urbe, presentibus Magnificis dñis Iacobo Comite Talliacocii, Poncello et Gentile de Ursinis, Rev. patre dño Paelo de Ievenacio Prothonotario, et Ven. viris dñis Leonardo predicto et Antonio de Senis Clerico apostolice Camere, et Gocciolo de Ranallis de Urbe, et aliis testibus ad hec vocatis et rogatis etc. Iuxta meridiem die XVIII. mensis Maii, XV. Indiet. 1407. B. de Camerino.

Ego Sergius Augustini de Ancona Cancellaries dicti dñi Capitanei in presencia supradictorum, et in sepradicto loco eius mandato me sebscripsi hora supradicta.

Et Ego Benedictus Ser Iacobi de Camerino, publicus imperiali auctoritate ac apostolice Camere notarius, quia premissis omnibus et singulis contentis in dictis Capitulis in presentibns sectem (sic) foliis presenti compntato, dum sic agerentur et fierent, unacum prefatis testibus presens interfui, et omnia et singula fieri vidi et audivi, et publicis me aliis negociis dicte Camere occupato, per alium scribi feci, meque deinde subscripsi, et in presentem pnblicam formam redegi, et meo solito siguo signavi, una cum impressione sigilli Reverendi patris dñi P. Miani dñi pape Viceeamerarii, in fidem et testimonium premissornm omnium.

CII.

Petrus cardinalis s. Angeli vicarius generalis Urbis eiusque districtus in temporalibus constituitur.

Reg. Tom. II. fol. 71.

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Petro s. Angeli diacono Cardinali, in alma Urbe et eius Comitatu, ac territorio et districtu pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Dem onus gregis dominiei seperna nobis disposicione commissum et nostrum prospieimus imperfectum, videntes quod per nos ipsos nequimus circa singula debitum apostolice servitetis exolvere, sepe fratres nostros sancte Romane ecclesie Cardinales, viros electos ex milibus, sciencia preditos et virtute, in quibus timor domini sanctus manet, in solicitudinis partem assumimus, ut ipsis vices nostras sepplentibus, et nos ipsorum cooperacione laudabili aleviati oneris gravitate iniunctum nobis ministerium, divina favente gracia, exerceamus facilius et efficacius exequamur. Sane licet ad cunctorum Christifidelium Civitates et loca intente mentis aciem pro possibilitatis nostre modulo extendamus, Almam tamen Urbem, in qua, ut redemptionis nostre gracie per totum mundum diffunderetur effectus, terrarum imperium providencia divina constituit, qneque per sacratissimam Petri sedem caput tocius orbis effecta, celestia pariter et terrena superna religione complectitur, ac eius devotissimum populum velut nostros peculiares et spirituales filios affectuosius ietuemur, ut nbi orthodoxe fidei principium et tantorum iustorum glorificatus est exitus, ibi dicte fidei cultus et insticie vigeat principatus. Cum itaque pro conclesione desiderate unionis et pacis, ac extirpacione pestiferi huius horrendique dissidii, quod triginta ferme per annos quasi intestino certamine contra Christi pugnat ecclesiam, nos oportet a dicta Urbe presencialiter absentare, et tu quidem potens opere et sermone, quem in magnis expertum et arduis eximia probitate et fidelitate probatum graciarum largitor dñus sciencie magnitudine, industrie elaritate, maturitate consilii ac morum elegancia, et aliis grandium virtutum titelis insignavit, in cuius affectibus geritur, pront indebitanter tenemus, sedare turbines fluctuantes, insticie terminos colere, bumiliare superbos, rebelles et inobedientes compescere ac errantes in viam rednecre veritatis, quod nos absentes, repugnante natura, non possumus, divina tibi gracia assistente, prudenter, diligenter et fideliter exeqneris, matura super boc cum fratribus nostris deliberacione prebabita, te solum et insolidum predicte alme Urbis ac pertinenciarum, Comitatus, territorii, forcie, districtus nostrum et Romane ecclesie Vicarium in temporalibus generalem, ac reformatorem et conservatorem pacis usque ad apostolice sedis beneplacitum facimus, constituimus et eciam ordinamus, Circumspectioni tue predictos almam Urbem ac Comitatum, territorium, forciam et districtum regendi, reformandi, gubernandi et administrandi, et in eis iurisdictionem omnimodam temporalem ac plenam ad nos et Romanam ecclesiam pertinentem exercendi, civiles et criminales causas, eciam secundarias, videlicet appellacionum, reclamacionum ac reductionem ad arbitrium boni viri, que ad te interponerentur, in vel de Civitatibus, terris et locis predictis, vel eorum aliqno qnovismodo per te vel alium seu alios audiendi, examinandi et discuciendi, et eorum cognicionem, discucionem, decisioem alii vel aliis communiter vel divisim, generaliter

vel specialiter tam infra terminos tui Vicariatus, quam eciam extra illos, prout et sicut tibi videbitur, committendi, et ad te cum placuerit revocandi, omnesque et singulos, cuiuscumque excellencie, auctoritatis, nobilitatis, preeminencie, condicionis aut status existant, quos iusticia suadente privandos videris, privandi eorum statibus, dignitatibus, principatibus, honoribus, Comitatibus, Baroniis, terris, feudibus, Vicariatibus, officiis, iurisdictionibus, iuribus et rebus, et bonis mobilibus et immobilibus quibuscumque, eaque eidem ecclesie confiscandi et eciam applicandi, et in Urbe, Civitatibus, Comitatibus, forciis, pertinenciis, territorio et districtu predictis prefate Urbis Locumtenentes officii Senatus, Rectores, Vicerectores, Conservatores, Marescalcos, Capitaregionum, Conestabiles, Potestates, Capitaneos, Castellanos, et Iudices, Sindicos et quoscumque alios Officiales temporales consuetos in ipsis hactenus deputari, ac officie predicta, et omnia et singula generalia vel specialia, quocumque nomine vel titulo censeantur vel nuncupentur, creandi, constituendi, destituendi, suspendendi, removendi vel deponendi ac privandi iusticia, ut predicitur, suadente, et querelas contra ipsos per quoscumque prepositas audiendi summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, culpabiles civiliter vel criminaliter seu mixtim per te vel alium seu alios puniendi, et emendas ac satisfactiones debitas fieri faciendi, ac inter Barones et dominos temporales, Nobiles et personas alias seculares, necnon Communitates, Universitates, populos, et omnes alios discordes et dissidentes Urbis, Civitatum, forciarum, districtuum et territoriorum predictorum pacificandi, et inter eos concordiam reformandi, treugas indicendi, et ipsos ad eas earumque observaciones quibuscumque penis et districtionibus ac censuris spiritualibus et temporalibus, prout tibi videbitur expedire, compellendi et cohercendi, concordes in unitatis et caritatis vinculo confirmandi, colligaciones quoque, confederaciones, pactiones, convenciones, societates et ligas contra ecclesiam, Urbem, territoria, forcias, Comitatus seu districtus predictos, seu statum pacificum ipsorum aut alterius eorumdem initas forte, vel eciam iniendas cassandi, irritandi et annullandi, ac iuramenta et penas super illis adiectas vel adiciendas relaxandi, occupata seu iniuste detenta ab occupatoribus et detentoribus quibusvis eripiendi et recuperandi, eiectos et expulsos a locis, rebus et iuribus suis seu quomodocumque privetos ad loca et bona et iura eorum propria reducendi, restituendi, reintegrandi, ac super quibuscumque delictis, excessibus et rebellionibus per quascumque Universitates vel singulares personas tui Vicariatus commissis vel imposterum committendis disponendi, componendi et concordandi, necnon rebelles et delinquentes huiusmodi ad nostram et dicte Romane ecclesie graciam et obedienciam reducendi, et super inhabilitacionibus et infamiis, quas propterea incurrerint, dispensandi, ac Universitates et personas huiusmodi ad honores et status, iura, privilegie et bona restituendi ac reintegrandi et reducendi, generales quoque et particulares exercitus in eiusdem ecclesie ac Urbis auxilium, et pro defensione et tuicione status pacifici Civitatum, Comitatuum, locorum, territoriorum, forciarum, districtuum et pertinenciarum predictarum, et contra quaslibet hostes et rebelles et turbatores dictarum ecclesie atque Urbis et statuum indicendi, quandocumque dicte circumspectioni videbitur faciendi et congregandi, Rectores necnon Vicarios et alios officiales dictis ecclesie et Urbi subiectos ad exercitus et cavalcatas huiusmodi, necnon ad militaria et quecumque alia per eos aut aliquem eorum debita et debenda servicia tam realia quam personalia, et ad parlamenta generalia seu particularia convocandi, tociens et quociens et prout opus esse cognoveris, et ipsa parlamenta faciendi, ordinandi, statuendi et reali execucioni mandandi, ubi et quando tibi expedire videbitur, Iura quoque, Regalia ac responsiones quascumque Camerarum dicte Urbis atque locorum petendi, recipiendi et exigendi, gabellas eciam pro parvo aut longo tempore vendendi et impignorandi, et de predictis iuribus, responsionibus, fructibus redditibus, obvencionibus seu proventibus disponendi, ordinandi, providendi et faciendi, prout melius tibi videbitur, Vicariatu predicto durante, et omnia et singula, que ad huiusmodi Vicariatus et reformacionis officium pertinent, et que necessaria vel utilia tibi in premissis et quolibet premissorum seu eo tangentibus videbuntur, et que ad honorem et commodum Urbis et locorum predictorum cedere videris, vel eciam expedire, Non obstantibus quibuscumque privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis vel imperialibus sub quacumque forma verborum vel expressione concessis, ac dictarum Urbis, Civitatum, locorum, territoriorum et districtuum statutis et consuetudinibus contrariis, quas nullum cuicumque persone, cuiuscumque preheminencie aut dignitatis fuerit, seu Collegio et Universitati nolumus in hac parte afferre suffragium, plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, Mandantes nichilominus harum serie universis et singulis predictarum Urbis, Civitatum, Comitatuum territoriorum, Castrorum atque locorum, Locumtenentibus Senatus, Rectoribus, Vicerectoribus, Conservatoribus, Marescallis, Capitibus Regionum, Conestabulis, gencium armigerarum Capitaneis et Marescallis, Potestatibus, Capitaneis, Castellanis et officialibus ac subditis quibuscumque, quatenus tibi dicto Vicariatu durante efficaciter pareant et intendant. Nos enim processus, sentencias atque penas spirituales et temporales, quos et quas fieri, proferri vel infligi, et omnia que rite exerceri per te conti-

gerint, rata habebimus atque grata, et ea faciemus, auctore domino, inviolabiliter observari. Volumus insuper et expresse reservamus, quod Castellanus Castri nostri Crescencii alias S. Angeli de Urbe prefata, qui est pro tempore, eidem circumspectioni tue vel alteri absque speciali mandato nostro, vel successorum nostrorum sub bulla apostolica possessionem dicti Castri restituere vel assignare nullatenus teneatur vel debeat: in reliquis autem quo ad pacem, treguam, sufferencias seu guerram parere debeat, Vicariatu predicto durante, ac in casu necessitatis personam tuam cum quatuor sociis seu familiaribus receptare. Datum Rome apud Sanctum Petrum x. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

CIII.

Sacro cardinalium collegio pontifex facultatem Philippo Corario fratri et nepotibus suis de bonis ac terris ecclesiae pro eorum statu tenendo providendi concedit.
Reg. Tom. II. fol. 188.

Gregorius episcopus etc. Venerabilibus fratribus nostris Collegio sancte Romane ecclesie Cardinalium, salutem etc. Etsi vota supplicum, que equitatem honestatemque respiciunt, favore congruo prosequamur, illa tamen curis propensioribus nos decet amplecti, que vestre Circumspectionis industria tanquam manantia e fonte gratitudinis petit suppliciter exaudiri. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra peticio continebat, quod cum dilecti filii nobiles viri Philippus Corario, Marcus, Franciscus et Paulus eius nati domicelli de Veneciis Castellane diocesis, germanus nepotesque nri, erga extirpationem lugubris diuturnique scismatis, quod christianum populum iam diris et horrendis calamitatibus tanto tempore lacrimabiliter iam afflixit, et affligere non desistit, nec non consecucionem desiderabilis unionis in dei ecclesia, et conservacionem et incrementum status et honoris prefate ecclesie, utque nostram salutem et tuicionem nostrorum et eiusdem ecclesie subditorum curis assiduis et laboriosis sudoribus, nullis parcendo periculis et expensis, exposuerint iugiter se et sua, et propter assumptionem nostram ad apicem summi apostolatus statum eorumdem mutaverint, usque adeo quod ad primarium statum eorum sine ignominia et contemptu redire non valeant, et sicut eadem peticio subiungebat, premissis et nonnullis aliis rationabilibus causis animum vrum moventibus, Circumspectioni vestre videtur expediens et condignum per sedem apostolicam Philippo, Marco, Francisco et Paulo prefatis, ut statum eorum decentius manutenere valeant, de alicuius subvencionis auxilio, et eciam provisionis impendio salubriter provideri. Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut eidem Circumspectioni vestre honorandi Philippum, Marcum, Franciscum et Paulum prefatos, et ipsorum quemlibet, nec non filios, descendentes, ac posteros et heredes ipsorum cuiuslibetque ipsorum, et alias eis et ipsorum cuilibet, ac filiis, descendentibus, posteris et heredibus ipsorum, ut statum eorum decentius tenere valeant, providendi de et super bonis, rebus, iuribus, eciam Civitatibus, Terris, Castris et locis ad nos et Romanam, seu aliam vel alias quascumque Patriarchales, Metropoliticas aut Episcopales ecclesias vel Monasteria seu mensas ipsorum communiter vel divisim, mediate vel immediate, ubicumque situatis, requisitis vel non requisitis, consentientibus vel non consentientibus hiis, qui tali seu talibus ecclesiis, Monasteriis seu mensis ipsorum presunt, seu ipsorum administrationem habent, seu Capitulis vel Conventibus ipsarum ecclesiarum, Monasteriorum seu aliis quibuscumque spectantibus seu pertinentibus quoquo modo, iure vel causa, cum eorum Comitatibus, Territoriis, districtibus, iuribus et pertinenciis, ac mero et mixto imperio, gladii potestate et iurisdictione omnimoda temporali, que ibidem per eandem Romanam seu aliam vel alias ecclesias aut Monasteria supradicta fuerunt exercitata, seu exerceri potuerunt et debuerunt, ipsaque eis et ipsorum cuilibet, ac filiis, descendentibus, posteris et heredibus predictis infeudandi, dandi, concedendi et assignandi sub illis titulis imperpetuum seu ad tempus, nec non pactis, modis, condicionibus, canone, affictu vel censu, seu alias prout eidem Circumspectioni vestre videbitur utile vel expediens, et super hiis contractus et instrumenta nostro et ecclesie prefate, ac successorum nostrorum Romanorum Pontificum, nec non aliarum ecclesiarum et Monasteriorum, Prelatorum, Capitulorum et Conventuum ipsorum nomine, cum membris et Capitulis de iure vel consuetudine in talibus oportunis celebrandi, et quecunque alia faciendi, gerendi, exercendi, mandandi, providendi ac exequendi, que talis materia postulat, ipsique Circumspectioni utile seu expediens videretur, facultatem plenariam et liberam concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque volentes votis vestris annuere, et ut reliquis prompta semper tribuatur occasio circa premissa et similia tam sedulo quam fideliter insudandi, huiusmodi supplicacionibus inclinati prefate Circumspectioni vestre auctoritate apostolica, et ex certa sciencia, eciam de consilio et assensu vestris, Philippum, Marcum, Franciscum et Paulum, nec non filios, successores, posteros et heredes ipsorum, et cuiuslibet ipsorum communiter et divisim honorandi, ipsisque pro eis eorumque filiis, successoribus, posteris et heredibus de bonis mobilibus et immobilibus, iuribus et actionibus prefate seu aliarum ecclesie seu ecclesiarum vel Monasteriorum, mensarum, Capitulorum et Conventuum eorumdem, eciam Civitatibus, Terris, Castris

et locis ad nos et eandem, seu aliam vel alias ecclesiam seu ecclesias Patriarchales, Metropoliticas vel Episcopales, seu Monasteria vel mensas, Capitula aut Conventus ipsorum vel alicuius ipsorum communiter vel divisim spectantibus seu pertinentibus quoquomodo, ubicumque situatis, requisitis vel non requisitis, consentientibus vel non consentientibus hiis, qui tali seu talibus ecclesiis, Monasteriis seu mensis presunt, seu ipsorum administracionem habent, seu Capitulis vel Conventibus ipsorum ecclesiarum vel Monasteriorum, seu aliis quibuscumque, cum eorum Comitatibus, Territoriis atque districtibus, iuribus et pertinenciis, ac mero et mixto imperio, gladii potestate et iurisdictione eorum omnimoda imperpetuum vel ad tempus sub illis titulis, pectis, modis, condicionibus, eciam sub censu, canone vel affictu, seu alias prout et quemadmodum eidem Circumspectioni vestre, cuius super hoc consciencias oneramus, expedire videbitur, nostro et ecclesie prefate, ac successorum nostrorum Romanorum Pontificum, necnon ecclesiarum, Monasteriorum, Prelatorum et Capitulorum Conventuumque huiusmodi et cuiuslibet ipsorum nomine providendi, infeudandi, assignandi, investiendi, deputandi, concedendi, dandi et tribuendi, necnon assignari, concedi, infeudari, provideri, dari, investiri et tribui mandandi et faciendi, ac eciam litteras, contractus et instrumenta super hiis et dependentibus et connexis cum membris, capitulis et substantialitatibus de iure vel consuetudine oportunis, ita quod plenissime et de iure subsistant, celebrandi, Contradictores quoque quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendi, necnon invocandi, si et quociens opus fuerit, auxilium brachii secularis et quecumque alia providendi, gerendi, mandandi et exequendi, que premissis vel eorum aliquo, necnon connexis et dependentibus huiusmodi, aut circa ea seu eorumdem aliquod utilia vobis visa fuerint seu quomodolibet oportuna, plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, Ratum et gratum perpetuo habituri, quidquid per eandem Circumspectionem vestram gestum fuerit in premissis seu quomodolibet ordinatum, idque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, eaque exnunc prout extunc mandamus et volumus sciencia et auctoritate prefatis per omnes et ab omnibus, Constitucionibus apostolicis, statutis et consuetudinibus ecclesiarum et Monasteriorum huiusmodi vel alicuius eorum, eciamsi de ipsis eorumque totis tenoribus hic habenda esset de verbo ad verbum mencio seu derogacio specialis, seu si aliquibus communiter vel divisim a seda apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem, et aliis contrariis nequaquam obstantibus, protinus observari. Datum Viterbii quarto Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CIV.

Episcopo Feretrano, ut gentibus armigeris iuxta generale parlamentum et statutum provincialium Marchiae Anconitanae stipendia contieus solvat.
Reg. Tom. II. fol. 117.

Gregorius episcopus etc. Venerabili fratri Benedicto Episcopo Feretrano, ac in provincia nostra Marchie Anconitane pro nobis et Romana ecclesia Rectori, salutem etc. Audivimus querelas multiplices, quas dilecti filii provinciales provincie nostre Marchie Anconitane, cuius regimini preesse dinosceris, circa offensiones, quas regie gentes dampnabiliter ipsis provincialibus inferunt iugiter, ex quibus anxiamur ab intimis nr̄is precordiis presencialiter, et cum amaritudine maxima expresse sunt, et attendentes, prout fidedigna relacione didicimus, conductam de armigeris gentibus pro salute et defensione diete provincie per fraternitatem tuam factam, ex deliberacione generalis parlamenti dictorum provincialium, ante receptionem brevis nr̄i inter cetera continentis revocacionem facultatis de armigeris gentibus conducendis per nos tibi concesse, fuisse concorditer celebratam, ad hoc ut salus diete provincie defensetur, ut expedit, volumus et mandamus, ut circa solucionem et satisfactionem stipendiorum et provisionum dictarum gentium per te, ut prefertur, conductarum iuxta et secundum ordinacionem dicti parlamenti procedere tenearis et debeas, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, Mandantes ex nunc universis, et singulis Vicariis, nec non Universitatibus et singularibus quibuscumque personis Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum diete provincie, et aliis quibuscumque Rectoratui tuo suppositis, quatenus in premissis et circa ea et alia quecumque officium tui Rectoratus concernentia parere teneantur et debeant ac efficaciter intendere, prout duxeris iniungendum. Alioquin senteneias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Senis sexto Idus Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CV.

Monitio et citatio edita contra plerosque Vicarios et alios, qui ligam et societatem cum rege Siciliae contra ecclesiam et eius terras fecerant. *Reg. Tom. II. fol. 149.*

Gregorius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Cum iuxta tradicionem evangelici eloquii ac doctrine disseratur, qui non est mecum contra me est, attendentes, sicut habet fidedigna relacio facta nobis, in provincia nr̄a Marchie Anconitane

et finitimis partibus, ad nos et Romanam ecclesiam spectantibus, nonnullas Universitates et singulares personas, eciam in dignitatibus constitutas, et plerosque Vicariatum, regimen seu gubernacionem Civitatum, Terrarum, Castrorum seu locorum nostrorum a nobis et eadem ecclesia obtinentes maliciose ac temere, et tam infideliter quam dampnabiliter absque speciali nr̄a licencia, seu Venerabilis fratris nostri Episcopi Feretrani in ipsa provincia pro nobis et eadem ecclesia Rectoris, cum officialibus seu commissariis Carissimi, si convertatur et vivat, filii nostri Ladizlai Regis Sicilie Illustris, seu cum eodem Rege aut aliis pro ipso, qui de filio benedictionis malignitate reproba in hostem versus, Civitates nostras Esculanam atque Firmanam cum nonnullis Castris atque forteliciis earumdem, ad nos et ipsam ecclesiam pleno iure spectantes, gentes, subditos, adherentes et sequaces suos fecit, et facit contra statum et honorem nostrum et eiusdem ecclesie dampnabiliter occupare, ac provinciam ipsam diris calamitatibus et hostilibus perturbari, invadendo ipsam et alias partes nobis subditas in gravissimum dispendium iurium et bonorum nostrorum et eiusdem et provincialium subditorum, nonnulla inierunt composiciones et federa ac securitates, salvosque conductus pro eis Civitatibus, Terris et locis, que detinent vel gubernant, ac Civibus, habitatoribus et incolis, rebus et bonis eorumdem, eciam a Rege vel commissariis, adherentibus et subditis huiusmodi impetrarunt: Nos attendentes, quod premissa illis aut eorum alicui Romano inconsulto pontifice non licuit neque licet agere vel firmare, quodque ipsa vergere dinoscuntur in gravissimum dispendium status et honoris huiusmodi, et in perturbacionem salutaris defensionis dicte provincie, et in exemplum detestabile plurimorum, ac volentes, sicut ex debito pastoralis tenemur officii, pro conservacione et manutencione iurium et honoris huiusmodi, ac defensione saluberrima subditorum super premissis de oportuno providere remedio, auctoritate apostolica et ex certa sciencia tenore presencium monemus, requirimus et citamus dilectos filios universos et singulos Vicarios, Rectores, Gubernatores et Administratores ac Magistratus quoscumque, mediate vel immediate Vicariatus, gubernaciones vel administraciones huiusmodi a nobis et eadem ecclesia quomodolibet obtinentes, necnon Universitates et singulares quascumque personas, cuiuscumque status ecclesiastici vel mundani extiterint, gradus, ordinis seu dignitatis, Civitatum, Terrarum, Castrorum vel locorum dicte provincie Marchie Anconitane, et aliorum quorumlibet Rectoratui dicti Feretrani Episcopi et Rectoris suppositorum, et finitimarum partium quarumlibet nobis et prefate ecclesie mediate vel immediate, ut premittitur, subiectarum, quatenus teneantur et debeant sub penis excommunicacionis in personas, interdicti (in) Civitates, Terras et loca, que detinent seu gubernant, ac suspensionis et privacionis Vicariatuum, gubernacionum et administracionum, feudorum et bonorum et iurium et locacionum quorumlibet, que a nobis, Romana seu aliis ecclesiis vel Monasteriis, Imperio, Regibus, Principibus, Universitatibus, Collegiis vel aliis quibuscumque personis titulis, causis seu modis obtinent, necnon dignitatum, honorum, graduum, privilegiorum, exemptionum, graciarum et indultorum quorumlibet, a quibusvis eciam auctoritate sedis apostolice sub quacumque verborum conceptione hactenus quomodolibet concessorum, et inhabilitacionis ad ea et alia quecumque imposterum obtinenda, prefato Episcopo Rectori in omnibus et singulis, que mandaverit, parere efficaciter et eciam obedire, et tam circa guerram contra prefatum Regem, subditos, adherentes, gentes, complices et sequaces et alios quoscumque dictam provinciam, vel partes alias Rectoratui dicti Ep̄i suppositas, vel eidem finitimas nobis et eidem ecclesie subiectas, per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte quomodolibet offendentibus quovis colore quesito dantes auxilium, consilium vel favorem, et in quibusvis casibus et oportunitatibus, et in treugis, induciis, sufferenciis vel pace ineundis pro ipsa provincia et partibus ipsis pro parte nr̄a vel prefati Rectoris, iuxta requisicionem vel mandatum Rectoris dicte provincie, modis omnibus statum et honorem nostrum et prefate ecclesie, ac defensionem et regimen dicte provincie concernentibus fideli integritate et ex toto concurrere, et eius voluntatem circa premissa toto posse in omnibus adimplere, et quibuscumque convencionibus et pactis absque nr̄a seu dicti Rectoris licencia cum prefato Rege, vel aliquo ex premissis iuramento, sigillis vel alia firmitate vallatis initis hactenus vel firmatis ex toto recedere, que sciencia et auctoritate predictis ex nunc tollimus, cassamus et irritamus, ac viribus evacuamus omnino, et decernimus de cetero viribus non valere, et aliquem vel aliquos ad eorum observanciam non teneri, iuramenta super hiis et per quoscumque prestita protinus relaxantes, Volentes eciam sciencia et auctoritate prefatis, quod si quis monitus vel requisitus per ipsum Rectorem super aliquo premissorum, sive sit dominus vel Universitas, Vicarius, vel alia quecumque persona, ea, de quibus requisitus extiterit, adimplere contempserit, et infra quindecim dies, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo, reliquos quinque pro tercio, ultimo et peremptorio termino harum serie assignamus, se non correxerit et emendaverit, et satisfactionem fecerit competentem, quod tunc prout extunc sciencia et auctoritate prefatis excommunicacionis sentenciam eo ipso incurrat, et Civitas, Terra, Castrum et locus, que per ipsum detinentur seu gubernantur, ecclesiastico subiaceant

interdicto, et privatus sit et esse intelligatur Vicariatibus, feudis, retrofeudis, concessionibus, eciam emphiteoticis, bonis, iuribus, honoribus, dignitatibus, privilegiis, graciis et indultis huiusmodi, et inhabilitatus protinus ad ea et alia imposterum obtinenda, et nichilominus bona, res et iura huiusmodi Romane ecclesie et apostolice Camere protinus confiscata, et eciam confiscamus. Statuentes igitur, quod ad requisicionem vel mandatum dicti Rectoris unicuique post monicionem et terminum supradictum contra quemlibet premissorum vel alicuius eorum contemptorem, et sibi subditos sit licitum et permissum auctoritate presencium offensiones quascumque reales et personales ac hostiles, tamquam contra hostem et rebellem eiusdem ecclesie inferre, ac Civitates, Terras, Castra et loca, que per huiusmodi contemptorem detinerentur vel gubernarentur, invadere, capere et retinere, ac eciam custodire et gubernare pro nobis et eadem ecclesia et successoribus nostris Romanis Pontificibus, usque ad nostrum beneplacitum sub illis modis, condicionibus atque formis, sub quibus ea presencialiter tenentur, dummodo alias ydoneis, honestis atque iustis, ita tamen quod infra unum mensem a die receptionis huiusmodi computandum ad presenciam nostram venisse debeant, ut confirmacionem super hiis a nobis et prefata ecclesia recipiant, et iuramentum fidelitatis prebeant, et peragant, que fieri in similibus consueverunt nobis et ecclesie supradicte, et quod pro Civitatibus, Terris, Castris et locis huiusmodi, que acciperent et recuperarent, teneantur nobis, ecclesie et successoribus ipsis, et apostolice Camere ad solvendum et subeundum onera realia et personalia et mixta, necnon census, affictus, Regalia beati Petri et quemcumque alia, ad que de iure vel consuetudine Universitates et singulares persone Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum huiusmodi quomodolibet tenebantur, Constitucionibus apostolicis et dicte provincie et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre monicionis, requisicionis, citacionis, ablacionis, cassacionis, irritacionis, evacuacionis, decreti, relaxacionis, voluntatis, assignacionis, confiscacionis et statuti infringere etc. Si quis autem etc. Datum Senis sexto Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

CVI.

Mathaeo de Strata, ut fidelitatis iuramenta a gentibus armigeris, quae pontificem a civitate Lucana proficiscentem comitentur, recipiat. *Reg. Tom. II. fol. 235.*

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Magistro Mathoo de Strata litterarum apostolicarum Scriptori et Abbreviatori, familiari nr̃o, salutem etc. Cum intendamus, divina favente gracia, a Lucana Civitate, in qua presencialiter cum nostra Curia residemus, cito discedere, et nonnulle armigere gentes pro scorta et securitate nostra, ac Venerabilium fratrum nostrarum sancte Romane ecclesie Cardinalium, et tocius Curie nostre per dilectos filios Florentinos et nonnullos alios dirigi debeant: Nos de tuis fidelitate, prudencia et in agendis experiencia sumentes in altissimo fiduciam specialem, quod illa, que tibi, qui eciam apostolice Camere notarius existis, duxerimus committenda, fideliter exequeris, prudencie tue pro nobis, Cardinalibus, prelatis, officialibus et tota Curia prefata ipsamque sequentibus a dilectis filiis Capitaneis, Marescallis, Caporalibus et aliis ductoribus huiusmodi gentium tam equitum quam peditum, ad Florentina vel aliorum servicia seu stipendia militantium, et ad scortam et securitatem huiusmodi venientium, aut venire debentium communiter vel divisim promissiones, ac iuramenta fidelitatis et obediencie super scorta et securitate prefatis, ac dependentibus et emergentibus in forma oportuna tociens, quociens et prout eidem tue prudencie expedire videbitur, recipiendi, Capitaneisque, Marescallis, ductoribus et aliis supradictis, et eorum cuilibet illa mandandi et imponendi, ac exequi faciendi, que pro statu et honore nostro, scorta et securitate huiusmodi prospexeris quomodolibet convenire, plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, Mandantes Capitaneis, Marescallis, Caporalibus, ductoribus ac gentibus ipsis et eorum cuilibet, ut tibi debeant circa premissa et dependentie in omnibus plenarie obedire. Datum Luce Nonis Iulii, Pontificatus nostri anno secundo.

CVII.

Leopardus de Fornariis custos carcerum curiae Romanae constituitur. *Reg. Tom. III. fol. 66.*

Gregorius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Leopardo de Fornariis domicello Pisano, carcerum Curie nostre Custodi, salutem etc. Sincera fidelitas, quam erga nos et Rom. ecclesiam te habere ex fidedigna relacione percipimus, necnon nobilitas generis et morum probitas aliaque dona virtutum, quibus personam tuam eorum largitor dñus insignivit, spem nobis indubiam pollicentur, quod ea, que tibi duxerimus committenda, prudenter et solicite exequeris. Horum igitur consideracione inducti te custodem carcerum Romane Curie usque ad nostrum et sedis apostolice beneplacitum cum salario, honoribus et oneribus consuetis auctoritate apostolica tenore presentium constituimus et etiam deputamus, Mandantes dilecto filio Nobili viro Victori Hemo domicello Veneciarum, dictorum Carcerum olim custodi, quatenus possessionem cum captivis, quos nunc habet, et municionibus ac rebus dicti officii sub inventario in oportuna forma confecto tibi tradat realiter et assignet. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, in

manibus Venerabilis fratris Antonii Episcopi Portuensis, Camerarii nostri, vel sui Vicemgerentis de huiusmodi officio fideliter exercendo prestes in forma debita iuramentum. Datum Arimini Kalendis Aprilis, Pontificatus nostri anno tercio.

CVIII.

Alexander PP. V. Nicolao marchioni Estensi remittit omnes pecuniarum summas, quas ratione census vicariatus Ferrariensis camerae apostolicae solvere deberet. *Reg. Tom. I. fol. 52.*

Alexander episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Nicolao Marchioni Estensi, in Civitate nostra Ferrariensi pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Eximie devocionis affectus ac sincera probataque fides, quos ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobaris, necnon grata et accepta servicia, que nobis et dicte ecclesie sciam circa votivam extirpacionem detestabilis scismatis, ac prosecucionem conclusionis desiderabilis unionis in eadem ecclesia hactenus impendisti, et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, merito nos inducunt, ut personam tuam specialibus prerogativis et remunerativis graciis prosequamur. Hinc est, quod nos tuis devotis supplicacionibus inclinati, ac premissorum intuitu omnes et singulas pecuniarum summas, in quibus nobis, Rom. ecclesie et apostolice Camere racione census Civitatis nostre Ferrariensis eiusque Comitatus, Territorii et districtus es et fuisti hactenus pro Vicariatu dicte Civitatis eiusque Comitatus, Territorii et districtus, vel dependentibus ab eisdem usque in diem assumptionis nostre ad apicem summi apostolatus, videlicet diem vigesimamsextam mensis Iunii proxime preteriti, obligatus, tibi ac tuis heredibus et posteris auctoritate apostolica, et ex certa sciencia de apostolice liberalitatis munificencia tenore presentium concedimus, remittimus et donamus, teque, heredes et posteros tuos, iura et bona ab eorum solucione et a penis, quas propter non solutum censum huiusmodi et alia debita usque in dictam diem quomodolibet incurristi, ex nunc graciose absolvimus et plenarie liberamus, ita quod nec tu, nec tui heredes ac posteri, res aut bona huiusmodi de vel pro eisdem pecuniarum summis, quas, quotcumque sint, haberi volumus presentibus pro expressis et nominatim specificatis, nullo unquam tempore per gentes dicte Camere vel alios officiales prefate ecclesie, seu quosvis alios directe vel indirecte aut quovis colore quesito aliquatenus impediri, exigi vel quomodolibet molestari, Decernentes ex nunc irritos et inanes quoscumque processus et sentencias, quos et quas propter premissa vel eorum occasione per quosvis et quacumque auctoritate scienter vel ignoranter haberi contigerit seu eciam promulgari. Nulli ergo etc. nostre concessionis, remissionis, donacionis, absolucionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Bononie II. Kalendas Marcii, Pont. nri anno primo.

CIX.

Romani, Ladislao rege Siciliae ex Urbe profugato, pontifici se subiiciunt, qui statuta Urbis confirmat et nonnulla privilegia adiicit. *Reg. Tom. I. fol. 65.*

Alexander episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Dum intuitus nostre consideracionis extendimus ad nostram predilectissimam filiam almam Urbem, caput orbis, apostolorum sanctorumque sanguine rubricatam, et in qua celestis altitudo consilii sedem apostolicam mirabiliter stabilivit, et ad devocionis plenitudinem ac fidei sincere nitorem, quibus dilecti et peculiares filii Romanus populus erga nos, et prefatam ecclesiam eorum matrem et dominam, cunctorumque magistram fidelium, procellosis et modernis temporibus, eciam adversum perfidiam ac potenciam Ladislai de Dirachio se Regem Sicilie nominare ausu temerario presumentis, qui eos iugo lugende ac miserabilis servitutis deprimere et calcare, ac nonnullos alios nobis et eidem ecclesie devotos et subditos minime verebatur, cunctis superatis laboribus personarum ac rerum discriminibus ac formidabilibus periculorum et casuum eventibus, hostibus eciam profugatis ex Urbe ipsa, invictis animis claruere, ad eorum pie matris ecclesie predulcissima ubera recurrendo, ac per dilectos filios Nicolaum Lelli de Mancinis, unum ex Conservatoribus Camere, Paulum de Grifonibus, legum doctorem nostrique Consistorii advocatum, Petrum Iohannis domini Iacobi, unum ex Capitibus Regionum, Magistrum Paulum de Valle artium et medecine doctorem, Iohannem Branche, Cecchum Donati de Ilperinis, Laurencium de Malleociis, Dominicum de Palostiis ac Sabbam Magistri Raynerii, ipsorum concives, oratores, Syndicos, procuratores et nuncios, dominium prefate Urbis eiusque Comitatus, Territorii, districtus, Iurium et pertinenciarum eorumdem libere ac sponte nobis et prefate ecclesie, nostrisque successoribus Romanis pontificibus canonice intrantibus, portarum ipsius Urbis claves, sigilla ac vexillum in signum vere recognicionis resignando, per nos eciam liberaliter acceptatum, et prout certissimi reddimur, laudabilium ac fidelium operum continuacione incommutabili clarere, ac in hiis perseverare successivis temporibus nulla racione cessabunt, ad illa eis nimirum liberaliter concedenda, que prefate Urbis ac ipsorum tranquillitatem, commoda et incrementa concernere dinoscantur, paternis et benignis affectibus excitamur. Ipsorum igitur in hac parte supplicacionibus inclinati, ut omnia et singula statuta prefate Urbis, quorum tenores hic haberi volumus pro sufficienter expressis, dummodo contra libertatem ecclesiasticam non existant, in omnibus et singulis, preterquam in casibus criminis lese ma-

iestatis, possint et debeant decetero inviolabiliter observari.

Item quod in ipsa Urbe sint et omni tempore conserventur omnes et singuli officiales esse in eadem Urbe hactenus consueti, qui de tempore in tempus perpetuis futuris temporibus per nos vel successores nros prefatos, seu per apostolice sedis Legatos aut Vicarios generales in prefata Urbe pro nobis et eadem ecclesia, vel successoribus nris deputatos seu deputandos nominari et eligi debeant, ante inicium officiorum ipsorum in nostris, successorum, Legati seu Vicarii predictorum vel Camerarii nostri manibus de eorum officiis bene ac fideliter, et alias fidelitatis solitum iuramentum in forma debita prestare debentes, videlicet unus Senator forensis cum suis officialibus forensibus secundum formam statutorum huiusmodi, Capitaneus ac Iudex appellacionum et nullitatum Romani populi forensis cum duobus notariis Romanis, tres Conservatores Camere ipsius Urbis cum uno eorum notario et tribus secretariis et dictatoribus litterarum dicti populi, unus Camerarius dicte Camere Romane cum uno Notario maiori et duobus scriptoribus, tredecim Capita Regionum, et alii tredecim ac vigintisex, duo videlicet pro qualibet Regione, ad prefate Urbis Consilium deputari, qui tredecim et vigintisex ad huiusmodi Consilium deputati nullum salarium aut provisionem quomodolibet consequi debeant vel habere, sexaginta Comestabuli, unus Prothonotarius Curie Capitoline, unus Notarius actorum pendencium maleficiorum, quatuor Marescialli Romani cum duobus eorum notariis Romanis, duo Cancellarii, duo Syndici Romani populi, duo Scribe Senatus, unus Gabellarius forensis cum duobus notariis, unus Camerarius Romanus gabellarum cum duobus notariis regestratoribus et duobus aliis scriptoribus, unus Dohanerius salis cum uno notario, unus Sacrista seu custos salis Camere predicte, unus Camerarius Ripe et Ripette cum uno notario, duo Syndici ad sindicandum officiales cum uno eorum notario, duo Magistri edificiorum cum duobus eorum notariis, omnes officiales ad vitam Palacii Capitolii in prefate Urbis statutorum voluminibus comprehensi, et omnes alii eciam officiales consueti secundum exigenciam agendorum cum eorum salariis et gagiis consuetis, prout de hiis omnibus institutis huiusmodi dicitur plenius contineri, exceptis tredecim et vigintisex Consiliariis supradictis, qui nullum salarium aut provisionem, ut supra exprimitur, consequi debeant vel habere.

Item quod omnes introitus dicte Camere Urbis, qui pervenerunt seu pervenient ad manus Camerarii eiusdem Camere vel ad quosvis alios, solvi et assignari debeant depositario apostolice Camere per nos aut successores nostros prefatos in dicta Urbe deputando. Qui depositarius teneatur et debeat solutiones et pagamenta pecuniarum solvere, ac facere de introitibus huiusmodi officialibus et aliis, qui secundum formam statutorum dicte Urbis teneretur aliquid accipere vel habere, et eciam pro casibus emergentibus expensas facere in illis quantitatibus atque summis, et eo modo, temporibus atque fermis, prout et sicut in tabula per nos seu successores nostros, sive per commissarios per nos aut ipsos successores ad huiusmodi actum specialiter deputatos seu deputandos ordinata vel ordinanda extiterit declaratum.

Item quod in ipsa Urbe non possit de cetero aliud novum gravamen imponi ultra ea gravamina, que in ea Urbe habeutur presencialiter ac paciuntur.

Item quod pro defensione prefate Urbis et patrie circumstantis ac stratarum custodia, ac pro aliis casibus emersuris conducantur et conduci possint, nobis vel successoribus nostris prefatis ab ipsa Urbe absentibus, per apostolice sedis Legatum seu Vicarium in ipsa Urbe, per nos aut successores huiusmodi deputatos vel deputandos, ad servicia dicti populi usque ad numerum viginti quinque lancearum gencium armigerarum, iurare debentium in manibus Camerarii prefate ecclesie pro tempore existentis, aut Legati seu Vicarii huiusmodi, ac sciam obedire in omnibus in nra vel successorum nostrorum predictorum absencia huiusmodi Legato seu Vicario, et Conservatoribus dicte Camere, qui erunt pro tempore, cunctaque peragere, que ad statum et honorem nostrum et eiusdem ecclesie salutem, et defensam Urbis et custodiam prefatas quomodolibet respectabunt, et quod ipsis gentibus de eorum stipendiis et provisionibus, prout capient et summabunt, solvi et satisfieri possit et debeat de introitibus dicte Camere Urbis temporibus debitis per depositarium supradictum pro tempore existentem.

Item quod in terris prefato Romano populo subiectis, et ad nos et prefatam ecclesiam immediate spectantibus, Romani cives dumtaxat, nobis et eidem ecclesie fideles, ad ipsarum terrarum regiminibus possint et debeant decetero, ac pro temporibus, modis, salariis, honoribus et oneribus consuetis, et non alii per nos, successores, Legatum seu Vicarium huiusmodi decetero deputari.

Item quod nullus Senator prefate Urbis, qui pro tempore fuerit, possit vel debeat in eius Senatus officio ultra semestrale tempus aliqualiter permanere, nisi ex aliquo casu videtur nobis aut successoribus nostris pro statu et honore nostro et eiusdem ecclesie, ac salutari regimine prefate Urbis expediens Senatorem huiusmodi ultra semestre pro aliquo tempore refirmare, seu eius officium prorogare, quo casu non possit vel debeat idem Senator aliquos officiales, quos in primo semestri habuerit, quomodolibet retinere, sed de novo alios deputare et secum habere debeat.

Item quod omnes et singuli dicte Urbis officiales tam Romani quam forenses presentes et futuri possint, et debeant eorum finito officio sindicari de gestis et administratis, ac officiis eorum per Sindicos super sindicatu huiusmodi officialium deputatos et deputandos per nos seu successores nostros, ac Legatum seu Vicarios supradictos, temporibus et modis debitis et consuetis ac secundum dictorum statutorum exigenciam et tenorem.

Item quod ex Sindicis eligendis ad sindicandum officiales prefatos unus saltem sit et esse debeat Romanus, alter vero esse possit forensis: et qui fuerit semel ad ipsum officium deputatus, non possit ad idem officium quomodolibet deputari usque ad dues annos a die finiti officii continue computandos.

Item quod in causis appellacionum Romanorum et districtualium dicte Urbis iudicialiter, aut per modum compromissi terminatis et terminandis, Capitaneus et Iudex appellacionum et nullitatum prefati populi, qui erit pro tempore, cognoscere et terminare habeat secundum dictorum exigenciam statutorum, et quod ab ipso ac eius declaracione nulli liceat appellare.

Item quod omnes et singuli officiales prefate Urbis ac terrarum ipsi Urbi subiectarum, et tam Conservatores Camere, quam alii impresenciarum eorum exercentes officia, qui secundum formam et exigenciam huiusmodi statutorum fuerint hactenus electi et deputati, possint et valeant eorum continuare officia et eciam exercere pro temporibus consuetis: et quod omnia et singula per eos gesta et gerenda, ac eciam administrata et administranda alias rite et recte facta, ac eciam expense per ipsos presentes Conservatores et alios officiales de ipsorum Conservatorum mandato hactenus usque in presentem diem facte sint, et esse intelligantur harum serie confirmata et approbata.

Item quod omnes et singuli Romani cives, qui tanquam sequaces et servitores prefate ecclesie hactenus ab ipsa Urbe repulsi, reiecti et reputati rebelles ipsius Ladizlai, ac per gerentem se pro Senatore dicte Urbis seu officiales suos tempore regiminis licet de facto prefati Ladizlai in eadem Urbe quomodolibet diffidati fuissent, quorum omnium nomina et cognomina, statum et causas per eorum qualitates et formas hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, sint et esse intelligantur harum serie reaffidati ac in statum pristinum reintegrati, prout erant ante diffidacionem huiusmodi, et ipsos omnes propterea diffidatos exnunc reaffidamus et in statum pristinum ac in integrum reponimus, restituimus et eciam reintegramus, diffidacionesque ipsorum et cuiuslibet eorumdem eciam cassamus et pro cassis haberi decernimus, mandantes eosdem et quemlibet eorum de libris ac regestris processuum, bandimentorum, diffidacionum, condemnacionum et sentenciarum quarumlibet tam in dicta Camera Urbis, quam alibi ubicumque descripti seu notati foreet, sine aliqua solucione dicte pecunia in prefata Camera seu cuicunque alii officiali dicte Urbis propterea, vel ob id quomodolibet facienda ad cuiuscumque potentis instanciam per eos, qui huiusmodi libros seu registra tenent, deleri protinus, aboleri et cancellari, prout fuerit oportunum, statutis et consuetudinibus ipsius Urbis, diffidacionibus, processibus, bannis, condemnacionibus et sentenciis huiusmodi et aliis in contrarium disponentibus non obstantibus quibuscumque, populo Romano, regiminibus ac Magistratibus supradictis auctoritate apostolica concedimus, declaramus et statuimus, per presentes districtius inhibemus omnibus et singulis Magistratibus et officialibus tam ecclesie, Camerarum et Urbis prefatarum, quam omnibus et singulis aliis, ad quos id posset quomodolibet pertinere, ne contra concessionem nostram huiusmodi populum, regimina seu Magistratus huiusmodi, aut aliquem ipsorum vel alios vexare, impedire vel molestare quoquomodo presumant, irritum et inane decernentes ex nunc, si secus super hiis a quoquam et quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit quomodolibet attemptari. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, populus, regimina seu Magistratus huiusmodi a fidelitate, devocione et obediencia nostris et eiusdem ecclesie, aut successorum nostrorum prefatorum se subtraxerint, aut rebelles fuerint, presentes littere ac omnia et singula in eis contenta quo ad se subtrahentes vel rebellantes eo ipso nullius existant roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre reaffidacionis, reposicionis, restitucionis, declaracionis, statuti, inhibicionis, voluntatis et constitucionis infringere etc. Si quis etc. Datum Bononie Kalendis Marcii, Pontificatus nostri anno primo.

CX.

Cardinali sanctae Praxedis Urbis eiusque districtus vicario in temporalibus generali de proventibus camerae Urbis cccc. floren. auri quolibet mense assignantur.

Reg. Tom. I. fol. 181.

Alexander episcopus etc. Dilecto filio Petro tituli sancte Praxedis presbitero Cardinali, ac in alma Urbe eiusque Comitatus, territorio et districtu pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus generali Vicario, salutem etc. Cum te ad almam Urbem eiusque Comitatum, territorium et districtum nobis et Romane ecclesie immediate subiecta, commisso tibi in eisdem plene commissionis officio, pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus generalem Vicarium presencialiter destinemus: Nos volentes, ut incumbentia onera expensarum, que te iugiter pro statu tuo decencius tenendo, prout circumspectionem tuam decet, subire necessario

oportebit, eo facilius valeas supportare, quo per nus et sedem apostolicam fueris congrue subvencionis auxilio communitus, eidem circumspectioni tue previsionem pro tempore, quo eidem Vicariatus officio te preesse contingerit, de ne super introitibus, redditibus et obvencienibus Romane ecclesie proventuris ad Cameram alme Urbis ex Urbe, Comitatu, territorio et districtu predictis tuo Vicariatui per nos commissis ad racionem quadringentorum florenorum auri de Camera in mense a die, quu metas territoriorum tuo Vicariatui commissorum intraveris, huiusmodi tuo Vicariatu durante per dilectum filium .... depositarium nostrum et prefate ecclesie pro tempore in alma Urbe, ac territorio et districtu huiusmodi pro nobis et prefata ecclesia deputatum, et imposterum deputandum auctoritate presencium assignamus ac eciam deputamus, mandantes prefato depositario, qui est et erit pro tempore, quatenus de huiusmodi introitibus et obvencionibus eidem tue circumspectioni, vel procuratori tuo ad id specialiter constituto de dicta provisione quadringentorum florenorum in mense, et de mense in mensem, ut prefertur, solvere et satisfacere teneatur et debeat, Constitucionibus apostolicis ac statutis et ordinacionibus Urbis et Camere prefatarum, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Bononie xiiii. Kalendas Aprilis, Pont. nostri anno primo.

CXI.

Ioannes PP. XXIII. Bertoldo de Ursinis concedit, ut introitus eius portus Fogliae et portus Goliani Romanae ecclesiae perpetuo aequaliter dividantur.
Reg. Tom I. fol. 190.

Iohannes episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Racioni congruit et convenit honestati, ut ea, que de Romani pontificis gracia processerunt, licet eius superveniente obitu littere apostolice confecte non fuerint super illis, suum consequantur effectum. Dudum siquidem pro parte dilecti filii, nobilis viri Bertoldi de Ursinis de Castello, domicelli Romani, felicis recordacionis Alexandro pape V. predecessori nostro exposito, quod cum ipse in diecesi Sabinensi haberet quendam portum fluminis Tyberis, portum Foglie nuncupatum, ad ipsum Bertoldum pleno iure pertinentem, ac in eodem flumine in districtu nostre Civitatiscastellane quidam alius portus, portus Goliani nuncupatus, ad Romanam ecclesiam spectans existeret, et decem et octo annis tunc elapsis et ultra propter guerrarum turbines, que partes illas afflixerant, possessores dicti portus Goliani pro ipsa ecclesia pro tempore existentes et prefatus Bertoldus, maxime propter subsidium, auxilium et favorem hactenus eisdem possessoribus per ipsum Bertoldum impensa, et possessoribus ipsis non modicum oportuna, omnes fructus, redditus et proventus ex eisdem portubus provenientes communes fecissent, illosque equaliter ac equa porcione inter se divisissent et deviderent, ac pro parte dicti Bertoldi eidem predecessori humiliter supplicato, ut sibi ac filiis suis masculis de legitimo matrimonio procreatis et procreandis, quod omnes fructus, reditus et proventus huiusmodi cum officiali dicte ecclesie, aut quacumque alia persona ad hoc mandatum habente equaliter, prout hactenus dictis elapsis annis fieri consueverat, dividere posset ac deberet, indulgere dignaretur. Idem predecessor huiusmodi supplicacionibus inclinati, videlicet ii. Idus Septembris Pontificatus sui anno primo, prefato Bertoldo eiusque filiis masculis de legitimo matrimonio procreatis et procreandis, ut fructus, redditus et proventus predictos, qui summam trecentorum florenorum auri, ut ipse Bertoldus asserebat, annuatim non excedebant, cum huiusmodi officiali aut alia quacumque persona mandatum habente, ut prefertur, equaliter et equa porcione, prout fieri consueverat, ut prefertur, extunc inantea dividere libere et licite posset ac deberet, auctoritate apostolica duxit concedendum. Ne autem pro eo, quod super indulto huiusmodi ipsius predecessoris, superveniente obitu, littere apostolice confecte non fuerint, idem Bertoldus concessionis huiusmodi frustetur effectu, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod concessio huiusmodi perinde a dicta die ii. Idus Septembris suum sorciatur effectum, ac si super eo ipsius predecessoris littere sub ipsius diei data confecte fuissent, prout superius enarratur, quodque presentes littere ad probandum plene concessionem huiusmodi ubique sufficiant, neo ad id probacionis alterius adminiculum requiratur. Nulli ergo etc. nostre constitucionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Bononie viii. Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

CXII.

Vitucio de Vitellensibus, ut Petrum cardinalem s. Praxedis, quoties id ex aliquo casu exposceret, cum octo sociis in castrum S. Angeli de Urbe recepiet.
Reg. Tom. I. fol. 123.

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Vitucio de Vitellensibus, domicello de Corneto Tuscanensis diocesis, Castri nri Crescencii, alias sancti Angeli de Urbe, pro nobis et Romana ecclesia Castellano, salutem etc. Cum ad almam Urbem ac provincias Campanie, Maritime atque Sabine earumque Civitates, dioceses, Comitatus, Territoria et districtus, ad nos et Romanam ecclesiam spectantes, dilectum filium nostrum Petrum tituli sancte Praxedis presbiterum Cardinalem Vicarium usque ad apostolice sedis beneplacitum pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus generalem presencialiter dirigamus, volumus et Nobilitati tue presencium tenore committimus et mandamus, quatenus si ex aliquo, quem avertat omnipotens, sini-

stro casu in castrum ipsum sancti Angeli intrare exposceret, ut ipsum Cardinalem cum octo sociis vel familiaribus, quos duxerit eligendos, non obstante, quod intersignia non habeat, in ipsum Castrum intromittere ac receptare tenearis et debeas, quociens fuerit oportunum et duxerit requirendum, cum rebus et bonis suis atque suorum, mondatis ac prohibicionibus et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Bononie VII. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

CXIII.

Episcopus Cremonensis in Interamnensi, Reatina et Ameliensi civitatibus et comitatibus reformator, cum potestate quoscumque rebelles ad devotionem ecclesiae redeuntes absolvendi, cum eisque pacta ineundi etc. constituitur.
Reg. Tom. I. fol. 162.

Iohannes episcopus etc. Venerabili fratri Bartholomeo Episcopo Cremonensi, referendario nostro et in Interamnensi, Reatina et Ameliensi Civitatibus, diocesibus, Comitatibus, Territoriis atque districtibus ad nos et Rom. ecclesiam spectantibus pro nobis et eadem ecclesia reformatori, sal. etc. Cum ad salutare regimen necnon reformacionem Interamnensis, Reatine et Ameliensis Civitatum, Comitatuum, Territoriorum atque districtuum earumdem ad nos et prefatam ecclesiam spectancium te presencialiter dirigamus: Nos attendentes, quod circa prosecucionem tui officii et per nos tibi presencialiter commissorum posset contingere pro reductione aliquorum dominorum in spiritualibus vel temporalibus dominiis consistencium, seu armigerarum gencium Capitaneorum, aut Communium et Universitatum vel aliorum rebellium aut indevotorum ad nram et prefate ecclesie fidelitatem, devocionem et obedienciam redire volencium nonnulla federa, composiciones et pacta nostro et dicte ecclesie nomine tractari, concludi et firmari debere, ac eciam conductas armigerarum gencium equitum seu peditum ad nostra et eiusdem ecclesie servicia atque stipendia fieri, et nonnulla alia varia et diversa pro votiva execucione reductionis huiusmodi et dependencium celebrari, Nos, qui salutem querimus singulorum et reductionem oberrancium quorumcumque, ac volentes, ut in premissis eo possis efficacius providere atque celerius, quo per nos maiori fueris auctoritate munitus, quocienscumque tuo durante officio noveris oportere, fraternitati tue eum huiusmodi dominis spiritualibus seu temporalibus, cuiuscumque status, gradus, habitus seu condicionis extiterint, necnon Communitatibus et Universitatibus et aliis quibuscumque singularibus personis quomodocumque rebellibus aut indevotis, necnon Capitaneis armigerarum gencium equitum seu peditum, et cum sindicis et procuratoribus eorum et cuiuslibet vel alicuius ipsorum, ad id speciale mandatum habentibus, qui ad nram et eiusdem ecclesie fidelitatem et obedienciam, stipendia vel servicia redire vel venire vellent, de quibus tue discrecioni pro statu et honore nostro et ipsius ecclesie, pace et tranquillitate subditorum expedire videbitur, quecumque composiciones, convenciones, pacta et federa, honestati tamen et honori huiusmodi conformia, necnon conductas huiusmodi gencium in quovis numero, et pro illis stipendiis, provisionibus, pactis, modis et condicionibus et temporibus, de et super quibus in concordia remanseris, cum eisdem vel eorum aliquo nostro et prefate ecclesie nomine iniendi, tractandi, firmandi et concludendi, promittendi, conductas eciam faciendi et ad illorum observacionem te ecclesiamque et apostolicam Cameram obligandi, et ab illis promissiones et iuramenta dicto nomine recipiendi, contractus et instrumenta super premissis et eorum quolibet ac dependentibus et connexis tociens, quociens expedire cognoveris, sub pactis, modis et condicionibus, membris et substancialitatibus oportunis, assignandi quoque et monstram huiusmodi gencium, quas conduci contigerit, eciam petendi, et aliarum gencium nrarum, que ad tua servicia mitterentur, faciendi et fieri faciendi, et quecumque alia, que pro statu et honore huiusmodi utilia fuerint, et de quibus cum dominis Capitaneis, Universitatibus, sindicis, procuratoribus aut aliis singularibus quibuscumque personis in concordia fueris, agendi et exequendi ac exequi mandandi plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, ratum et gratum habituri, quicquid per te in premissis vel circa ea seu eorum aliquo factum fuerit et conventum, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod de hiis, que per te gesta fuerint in premissis, tam circa pacta et federa in reductionibus huiusmodi, quam conductis armigerarum gencium, seu alia supra contenta cum singulis, ac de omnibus numeroque gencium, pactis et federibus celebratis, nos et prefatam Cameram per publica documenta quantocius certificare procures. Tu igitur circa premissorum execucionem iuxta traditam tibi ab altissimo facultatem sic studeas prudenter, fideliter et solerter iuxta conceptam spem te reddere studiosum, quod eadem tua fraternitas exinde apud nos et sedem apostolicam condignis veniat in domino laudibus commendanda. Datum Bononie v. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

CXIV.

Pontifex capitula, confoederationes et pacta, quae Malatesta de Malatestis Alexandri PP. V. et ecclesiae Romanae nomine cum Baptista de Sabellis ad obedientiam ecclesiae una cum suis castris etc. redeunte inierat, confirmat.
Reg. Tom. II. fol. 10.

Iohannes episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et congruum, ut hiis,

que nostro et ecclesie Romane nomine provide facta sunt, ut illibata consistant, adiiciamus apostolici roboris firmitatem. Cum itaque, sicut nobis nuper innotuit, inter dilectum filium nobilem virum Malatestam de Malatestis, domicellum Ariminensem, tunc generalem Capitaneum armigerarum gentium ecclesie prefate, felicis record. Alexandri pape V. ac ecclesie Romane nomine ex una, et dilectum filium nobilem virum Baptistam de Sabellis, domicellum Romanum, pro se suisque terris, castris et locis, subditis, vassallis, sociis, complicibus, adherentibus atque sequacibus ex altera partibus nonnulle capitula, confederaciones et pacta in reductione dicti Baptiste ad fidelitatem, devecionem ac obedienciam eiusdem predecessoris nostri et prefate ecclesie facta, inita et firmata fuerint, ac prefati Malateste sigilli munimine roborata, et pro parte dictorum Malateste et Baptiste nobis fuerit humiliter supplicatum, ut huiusmodi capitulis, confederacionibus et pactis robur apostolice confirmacionis adiicere, et alias super eorum observancio iuxta illorum continenciam providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur attendentes, quod pia mater ecclesia, que potenciam suam parcendo maxime et miserendo continue manifestat redeuntibus ad eam cum humilitate filiis post excessum, libenter eo propiciam exhibet ac sinum operit sue gracie liberalis, ac sperantes, quod ex hoc idem Baptista in fidelitate, devocione et obediencie nostris et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrancium, et prefate ecclesie constantissime perdurabit, ac volentes, que dicti predecessoris et ipsius ecclesie nomine per ipsum Malatestam eciam de consensu nostro, dum minori fungebamur officio, et presertim promissa, conventa et firmata fuerunt, prout decet et expedit, observari et adimpleri, huiusmodi supplicacionibus inclinati, capitula, confederaciones et pacta predicta, quorum tenorem inspici fecimus ac de verbo ad verbum inferius annotari, et contenta in eis et inde secuta rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica eum et sub modificacionibus et condicionibus inferius denotatis, videlicet quod super contentis in quarto capitulo infrascripto, quod incipit: Item promisit dictus magnificus dominus Malatesta etc. et finit: et quantum ad privatas persosonas pertinet, quod contra dictum Baptistam vel alios in dictis et infrascriptis contentos capitulis occasione, vel causa contentorum in eis non possit vel debeat procedi, cognosci vel inquiri civiliter aut criminaliter, neo pena seu condemnacio peti vel exigi, sed generalis sit et facta intelligatur esse remissio, prout ad publicum interesse et apostolicam et alme Urbis Cameras, vel earum altera spectare dinoscitur, in omnibus et quo ad omnia eis debita ex premissis aliquo non obstante, sed reintegracio et inductio in omnibus et singulis possessionibus quorumcumque Terrarum, Castrorum et locorum, que per ipsum Baptistam presencialiter tenentur et possedentur, de quibus fit mencio in infrascripto capitulo quinto, quod incipit: Item quod prefatus dominus Malatesta etc. et finit: prout tractantur et tenentur fideles et devoti prefatorum ecclesie et domini nostri pape, intelligatur et intelligi debeat de hiis possessionibus, Terris, Castris et locis dumtaxat, que ad ipsum Baptistam de iure pertinent atque spectant.

Item quod concessio et confirmacio usque ad ipsius Baptiste terciam generacionem de Terris, Castris et tenimentis et locis contentis in sexto capitulo infrascripto, quod incipit: Item quod prefatus magnificus et potens dominus Malatesta etc. et finit: ad sanctam Romanam ecclesiam et dñum nostrum papam spectancia quomodolibet vel spectantes, intelligatur et intelligi debeat dumtaxat de stirpe masculina ex suo corpore legitime descendente nata et nascitura, ac de terra Tarani et Castris Montisboni, Roccharum Sabinensium Bortalle et Virbonesche, Monsasule, videlicet de Castro Montisasule, prout ad prefatam ecclesiam spectat ac pertinet, ac de Comitatibus, Territoriis, iuribus et pertinenciis eorumdem Sabinensis diocesis in Vicariatum nunc concessis, prout in aliis nostris litteris denotatur.

Item quod per contenta in octavo capitulo infrascripto, quod incipit: Item quod prefatus dominus Malatesta etc. et finit: Castra Cantalupi et Furnni et eorum possessiones cum iuribus et pertinenciis eorumdem, intelligatur et intelligi possit et debeat, ipsa Castra cum Territoriis, districtibus, iuribus et pertinenciis eorumdem exnunc ipsi Baptiste tenore presencium libere restituta, ita tamen quod per restitucionem ipsam et contenta in presentibus litteris nullum aliud ius de novo eidem possit vel debeat acquiri, sed antiquum tantummodo conservari, et prout habebat, antequam ipsa Castra fuissent ab ipsius obediencie subtracta vel habita.

Item quod quantum ad continenciam XII. capituli, quod incipit: Item quod dictus dñus Malatesta etc. et finit: super quolibet federe inito inter eos, tam sponte quam coacte, idem Baptista ex eo, quia recessit ab obediencie Ladizlai de Dirachio se Regem Sicilie nominare eusn temerario presumentis, ad fidelitatem, devocionem et obedienciam prefati predecessoris nostri filieliter est reversus, exnunc auctoritate presencium sit et esse intelligatur absolutus et protinus liberatus, et absolutum penitus et liberatum esse decernimus et declaramus ab omni iuramento, ac iuramenti et promissionis ac federis cuiuslibet vinculo per ipsum Baptistam ipsi Ladizlao, vel alteri pro eo sive spontanee, sive coacte quomodocumque aut qualitercumque hactenus factis, celebratis, initis seu prestitis eciam inter eos

communiter vel divisim, ac iuramenta super hiis prestita protinus relaxamus, et ad illa vel eorum aliquid auctoritate prefata observanda decernimus de cetero non teneri, pactis, federibus et iuramentis huiusmodi et aliis in contrarium disponentibus non obstantibus quibuscumque.

Et simili modo sit et esse intelligatur idem Baptista cum suis Vassallis, Terris et Castris, sale et focatico debitis preterito tempore Camere dicte Urbis in diem celebratorum et confirmatorum capitulorum et federum predictorum, et a quibuscumque delictis commissis contra Romanum populum iuxta et secundum exigenciam tercii docimi capituli, quod incipit: Item quod dictus d. Malatesta etc, et finit: quod preterito tempore usque in presentem diem tenore presencium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac eciam declarantes nichilominus et volentes, quod si idem Baptista, filii out heredes, subditi vel vassalli ipsius seu filiorum et heredum prefatorum a fidelitate, devocione aut obediencia nostris vel successorum nrorum Romanorum pontificum canonice intrantium, et eiusdem ecclesie se subtraxerint aut rebelles fuerint, presentes littere et omnia et singula in eis contenta nullius existant eo ipso quo ad se subtrahentes seu rebellantes roboris vel momenti, sed in censuras et penas spirituales et temporales a sacris canonibus, et per processus apostolicos contra tales perpetrantes inflictas et promulgatas reincidant ipso facto, et a bonorum et privilegiorum concessione cadant, bonaque ipsa ad eandem ecclesiam libere ac ipso facto protinus devolvuntur. Tenor autem dictorum capitulorum sequitur et est talis, videlicet:

In nomine domini amen. Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo decimo, tercia Indictione, die terciodecimo mensis Ianuarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Alexandri divina providencia pape V. anno primo

Infrascripta sunt capitula, confederaciones et pacta facta, inita et firmata inter magnificum et potentem (d.) Malatestam de Malatestis, pro sancta Romana ecclesia et dño nostro prefato generalem Capitaneum et Rectorem et cetera, pro eisdem proque Civitatibus, Terris, Castris et locis subditisque, complicibus, adherentibus et sequacibus eorumdem, quorum nomina habeantur hic pro sufficienter expressis, ex parte una, et virum magnificum Baptistam de Sabellis pro se suisque Terris, Castris et locis subditisque, vassallis, sociis, complicibus, adherentibus et sequacibus, ut infra patebit, ex altera, ad que omnia prefatus magnificus dñus Malatesta habet speciale mandatum etc.

In primis namque prefatus magnificus vir Baptista promisit atque convenit per se suosque subditos et vassallos adherentesque, complices et sequaces habere et recognoscere prefatum dominum, dñum Alexandrum Quintum in verum et summum Pontificem, et pro vero, summo et canonico Pontifice reputare et sincera mente tenere, esseque sibi et suis successoribus canonice intrantibus perpetuo fidelis, obediens et devotus.

Item promisit atque convenit dictus Baptista pro se et nominibus quibus supra prefato magnifico domino Malateste, quibus supra nominibus recipienti, prefato dño nostro suisque successoribus suprascriptis et ecclesie prelibate fideliter legaliterque servire, guerram et cavalcatas facere, prout sibi traditum fuerit in mandatis a prefato dño nostro vel eius officialibus ad id commissionem habentibus, atque inimicos prefatorum ecclesie et dñi nri pro inimicis, et versa vice Civitates, Terras, Castra, loca, subditos, adherentes, complices et sequaces eorumdem pro amicis et benivolis habere, tenere, tractare et reputare fideliter et bona fide, necnon gentibus armorum, equitibus et peditibus, presentibus atque futuris prefatorum ecclesie et domini nostri pape victualia, receptum cum preda vel sine preda, auxiliumque, consilium et favorem exhibere in suis Terris, Castris et locis, quociens opus fuerit, et cetera alia dñi nostri suorumque officialium mandata fideliter exequi, et quecumque facere, ad que tenentur omnes feudatarii, filii et devoti ecclesie prelibate et domini nostri prefati, tam ex forma constitucionis et iuramenti per eos de fidelitate prestiti, quam eciam de consuetudine vel de iure.

Et versa vice prefatus magnificus et potens dominus Malatesta generalis Capitaneus et Rector quibus supra nominibus, ex speciali commissione et auctoritate sibi concessis per Revm̃um in Christo patrem et dominum, dñum Baldassarem Cossa sancti Eustachii Cardinalem, apostolice sedis Legatum etc. liberat et absolvit dictum Baptistam suosque socios, complices, sequaces et adherentes, ac gentes et familiares, vassallos, subditos et recommendatos reductos ad fidelitatem, devocionem et obedienciam prefatorum ecclesie et domini nostri pape, et quatenus perstiterint in eisdem, qui habeantur per nomina et cognomina presentibus pro expressis, ab omnibus et singulis per eos vel aliquem ipsorum aut alios eorum aut alicuius ipsorum nomine et mandato commissis excessibus, culpis, criminibus, maleficiis et delictis contra sanctam Romanam ecclesiam et dictum dñum nostrum papam, ac populum Romanum et quascumque Civitates, Terras, Castra atque loca ipsorum vel alicuius eorum, et quaslibet singulares personas dictarum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum huiusmodi usque in presentem diem, et ab omnibus penis, quas eorum occasione contraxerint, eciam si pena criminis vel lese maiestatis aut alterius criminis gravioris quomodolibet puniendi venirent, quantum fiscum tangat et publicum interesse dumtaxat, sive

de predictis fuerit cognitum sive non, ita quod ipsi vel aliquis eorum non possint premissorum occasione vel alicuius eorum modo aliquo molestari, et quod processus superinde habiti et secuti seu secuturi occasionibus supradictis tollentur et tolli debeant, ac intelligantur de cetero nullius roboris vel momenti, sed ex nunc fiat et facta intelligatur eisdem generalis et plena remissio ac liberacio omnium predictorum per eos, ut premittitur, commissorum in debita forma iuris, ita quod nullam exceptionem seu obstaculum iuris vel facti in contrarium paciantur.

Item promisit dictus magnificus dominus Malatesta se facturum et curaturum ad posse, quod prefatus dominus noster faciet eidem Baptiste et suis generalem remissionem de omnibus illatis per eum ac illos contra terras sancte Romane ecclesie, quantum ad privatas personas pertinet.

Item quod prefatus dominus Malatesta Capitaneus, Rector et commissarius antedictus quibus supra nominibus exnunc auctoritate predicta reintegrat, et induxit eundem virum magnificum Baptistam de Sabellis in omnibus et singulis possessionibus quarumcumque Terrarum, Castrorum et locorum, quas et que presencialiter dumtaxat tenet et possidet, atque tenimentorum, iurium et pertinenciarum earumdem, et in eisdem premissis possessionibus quibuscumque promisit manutenere eum et defensare pro posse, atque eum et suos tractari facere, prout tractantur et tenentur fideles prefatorum ecclesie et domini nostri pape.

Item quod prefatus magnificus et potens dñus Malatesta quibus supra nominibus et auctoritate prefato magnifico viro Baptiste concessit et concedit, ac eciam confirmavit et confirmat usque in eiusdem Baptiste terciam generacionem omnes et singulas Terras, Castra, tenimenta et loca, quas et que dictus Baptista presencialiter dumtaxat habet, tenet et possidet et gubernat, iure Castri Montisasule dumtaxat excepto, nisi secundum formam inferius annotatam ad sanctam Romanam ecclesiam et dñum nostrum papam spectancia quomodolibet vel spectantes.

Item quod, cum inter ipsum virum magnificum Baptistam de Sabellis ex parte una, et viros magnificos Iohannem et Poncellum fratres germanos, filios quondam magnifici viri dñi Francisci de Ursinis, parte ex altera fuerit et sit aliqua lis, discordia seu discrepacio de et super dicto Castro Montisasule, quod unaqueqne dictarum parcium ad se asserit pertinere et spectare, actum et conventum fuit de communi ipsarum parcium voluntate, quod de iure ipsarum, quod unaqueque ipsarum pretendit in et super dicto Castro, debeat videri et conosci summerie per prefatum sanctissimum dominum nostrum, vel commissarium eius. Et in casu quo dictus dominus noster vel commissarius eius sentenciaverit et declaraverit dictum Castrum fore et esse, seu spectare et pertinere ad ipsos Iohannem et Poncellum ex iure quocumque, idem Baptista promisit et convenit dictum Castrum et eius possessionem tradere et assignare, ac tradi facere prefato magnifico et potenti domino Malatesta vel eius nuncio speciali, eciam si tempore sentencie huiusmodi esset functus officio, in quo nunc est, et ubicumque ipsum esse contigerit, et sibi, ut premittitur, sine aliqua iuris vel facti exceptione eciam assignari. In casu vero quo idem dominus noster vel commissarius eius sentenciaverit et declaraverit dictum Castrum spectare ad eundem Baptistam, vel ad ecclesiam Romanam ex iure quocumque, tunc in eo casu dictum Castrum Montisasule cum iuribus et pertinenciis suis libere remaneat, et remanere debeat atque spectare et pertinere ad dictum Baptistam usque in ipsius terciam generacionem, et donec predicta discussa et decisa fuerint per dictum dñum nostrum ac commissarium eius inter partes prefatas de et super Castro predicto vid. ipsum Baptistam et eius Terras, Castra et vassallos ex parte una, et dictos Iohannem, Poncellum et Franciscum natum dicti Iohannis, eorumque natos omnes, Terras, Castra et vassallos parte ex altera sit et esse debeat generalis et effectualis treuga et securitas, quod una ipsarum parcium non offendat aliam, nec altera alteram in personis, Terris, Castris, vassallis et bonis eorundem ad penam decemmilium ducatorum auri applicandorum pro dimidia Camere apostolice, et pro alia dimidia parti in hiis fidem servanti, et in dicto casu idem dñus noster et sancta mater ecclesia teneantur eorum auxilia et favores prestare et concedere parti fidem servanti contra non attendentem.

Item quod prefatus dominus Malatesta Capitaneus antedictus quibus(?) supra promisit fiducialiter se facturum et curaturum iuxta posse suum, quod dictus dñus noster papa ac sancta mater ecclesia restituent et restitui facient, ac assignabunt et assignari facient eidem Baptiste Castra Cantalupi et Furani et eorum possessiones cum iuribus et pertinenciis eorumdem.

Item prefatus dominus Malatesta Capitaneus antedictus promisit et convenit, per eumdem dñum nostrum et sanctam matrem ecclesiam ipsum Baptistam et eius bona, Terras, Castra et vassallos iuxta posse defendi et defensari contra quascumque persones, Universitates et loca eidem Baptiste et contra dictas Terras, Castra et vassallos eius molestiam seu brigam aliquam inferentes, et quod stipendiarii, subditi, feudatarii, complices, sequaces et adherentes prefati domini nostri nullam dicto Baptiste ac suis inferent noxiam novitatem.

Item quod prefatus dominus Malatesta Capitaneus antedictus auctoritatibus quibus supra promisit et convenit se facturum et curaturum, quod eidem Baptista de predictis et quolibet eorundem

ad omnem ipsius Baptiste peticionem, requisicionem et voluntatem fient et concedentur sibi bulle apostolice legitime et debite, et in forma debita et consueta de iure sufficientes ad predicta, et quod interim presencia capitula habeantur et intelligantur pro veris legitimis bullis etc.

Item quod dictus dñus Malatesta Capitaneus antedictus auctoritatibus quibus supra promisit et convenit eidem Baptiste, in casu quo de iure apparebit seu apparere contigerit, sanctam Romanam ecclesiam sibi Baptiste nomine quocumque fore et esse in aliquo obligatam, tunc in eo casu dictus dominus Malatesta quibus supra nominibus promisit et convenit se facturum et curaturum iuxta posse, quod dictus dominus noster et ecclesia prelibata eidem Baptiste integraliter satisfacient totum, et quicquid dicta ecclesia eidem Baptiste quomodolibet teneretur. De qua quidem re dictus Baptista contentatur stare iudicio dicti dñi nostri vel eius commissarii.

Item quod dictus dñus Malatesta Capitaneus antedictus auctoritatibus quibus supra promisit et convenit eidem Baptiste se facturum et curaturum ad posse, quod idem dominus noster eumdem Baptistam auctoritate apostolica absolvet et liberabit ab omni iuramento et vinculo prestito per eumdem dño Ladizlao, et super quolibet federe inito tam sponte quam coacte.

Item quod dictus dominus Malatesta Capitaneus antedictus auctoribus quibus supra promisit et convenit eidem Baptiste se facturum et curaturum ad posse, quod prefatus dominus noster licenciari et absolvi faciet eumdem Baptistam, eiusque vassallos et Terras et Castra ab omnibus gestis per eos contra Romanum populum, et quod idem Romanus populus absolvet et liberabit eundem Baptistam a quocumque sale et focatico, quod solvere deberet Camere Urbis pro preterito tempore usque in presentem diem. Item quod dicta sancta Romana ecclesia et dominus noster tractabunt et reputabunt omnes socios, subditos et sequaces ipsius Baptiste, ad devocionem dicti domini nostri et obedienciam sancte Romane ecclesie dumtaxat reductos, sicut fideles alios sancte Romane ecclesie in honoribus et utilitatibus consuetis.

Iacobus de Mantua prefati Magnifici domini Malateste Cancellarius suo mandato subscripsi. Idem Iacobus propter addicionem, quam propria manu feci in fine noni capituli, que addicio sic incipit: et quod, et finit: noxiam novitatem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolucionis, liberacionis, relaxacionis, decreti, confirmacionis, supplecionis, declaracionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei etc. Datum Bononie Kalendis Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

CXV.

Guarcenis census quinquaginta torcalorum ad decem reducitur. *Reg. Tom. IV. fol. 48.*

Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis Comestabilibus, Consilio, Regimini et Communi Terre nostre Guarceni Alatrine diocesis, nobis et Romane ecclesie immediate subiecte, salutem etc. Dum intuitum nostre consideracionis extendimus ad illam devocionis plenitudinem et fidei sincere nitorem, quibus erga nos et prefatam ecclesiam vestram matrem et dominam, crassantibus hiis temporibus novissimis adversus eam multis novitatum procellis, filiali subiectione excuciendo eciam a vestris cervicibus iugum lugende ac miserabilis, quo premebamini, servitutis, constantibus animis claruistis et laudabili continuacione claretis, ad illa vobis nimirum liberaliter concedenda, que commoditatem vestram concernant, promptis et benignis affectibus excitamur. Horum igitur consideracione ac vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, quod ad prestandum et solvendum censum annuum generali Curie provinciarum nrarum Campanie atque Maritime, seu Thesaurario pro tempore in eisdem provinciis pro eadem ecclesia existenti, de Quinquaginta torcalis in qualibet nativitatis et resurrectionis dominice, et assumptionis Virginis gloriose celebritate annis singulis ad decem torcalos in qualibet festivitatum huiusmodi, et imperpetuum singulis futuris annis teneamini et astricti sitis, et ad maiorem numerum dandum seu persolvendum, quacumque constitucione apostolica seu provinciarum huiusmodi, aut promissionibus vel obligacionibus per predecessores nostros Romanos pontifices Rectori ipsarum provinciarum vel aliis forsan factis, vel quibusvis contrariis nequaquam obstantibus, compelli nequaquam valeatis inviti, Universitati vestre, volentes vos prosequi specialibus gracia et favore, ex apostolice sedis munificencia auctoritate apostolica concedimus per presentes, districtius harum serie inhibentes Rectori ac Thesaurario predictis, et aliis quibuscunque officialibus ecclesie ac provinciarum predictarum, tam presentibus quam futuris, ne contra concessionem nostram huiusmodi vos aut aliquem vestrum vexare seu quoquomodo inquietare presumant, irritum et inane censentes exnunc, si secus vel aliter a quoquam et quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit quomodolibet attemptari. Volumus autem et huic concessioni adiicimus per expressum, quod si ullo unquam tempore, quod absit, vos aut successores et posteros vestros contingeret a fidelitate, devocione et obediencia nostris et eiusdem ecclesie quomodolibet resilire, presens concessio nullius existat roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre concessionis, inhibicionis, constitucionis, voluntatis et addicionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis etc. Datum apud Sanctum Michaelem

in Busco extra muros Bononienses Id. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CXVI.

Ludovicus II. Siciliae rex concedit mercatoribus Ianuensibus, ut cum navibus et mercibus ad portum Corneti venire possint. *Ex orig. in archivo Comm. Cornetani.*

Nos Ludovicus Secundus Dei gratia Hierosolyme et Sicilie Rex, Tenore presentium notum facimus Universis, quod nos assicuramus et affidamus cives et singulos mercatores Iannenses et Riparie ipsius venientes more mercantili ad plagiam et portum Corneti, stantes et conducentes navigia ipsorum, cum quibus venient, et recedentes abinde cum frumento et aliis mercanciis, et accedentes quocunque voluerint totiens et quotiens pro eorum libito voluntatis, preterquam ad terras, portus et loca infideles sancte matris ecclesie et nostre Maiestatis, Mandantes propterea Capitaneo galearum nostrarum et quorumcumque navigiorum, ac sociis et marinariis eorumdem, quatenus eisdem assecuratis in veniendo, stando et redeundo totiens quotiens modo premisso nullam in personis, navigiis, mercanciis et aliis quibuscunque ipsorum inferant noxiam novitatem. Et in hiis specialiter includi volumus Bartholomeum de Angelelis de Ianua cum suo navigio et mercanciis, factorem Reverendissimi in Christo patris Cardinalis de Flisco. Datum in dicto portu Corneti sub annulo nostro secreto, die xxvii. Octobris, tertie Indictionis.

Per Regem presente domno Agatho de Bellavalle
LUCAS.

CXVII.

Marchioni Estensi omnes pecuniae, in quibus tenebatur ecclesiae Romanae ob censum sui vicariatus, remittuntur. *Reg. Tom. III. fol. 125.*

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Nicolao Marchioni Estensi, in Civitate nostra Ferrariensi pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus generali Vicario, salutem etc. Eximie devocionis affectus ac sincera probataque fides, quos ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobaris, necnon grata et accepta servicia, que nobis et dicte ecclesie, eciam dum eramus in minoribus constituti, hactenus impendisti et adhuc solicitis studiis impendere non desistis, merito nos inducunt, ut personam tuam specialibus prerogativis et graciis prosequentes, illa tibi liberaliter concedamus, que tuis commoditatibus fore prospicimus oportuna. Hine est, quod nos tuis devotis supplicacionibus inclinati, omnes et singulas pecuniarum summas, in quibus nobis et prefate ecclesie necnon Camere apostolice racione census prefate Civitatis Ferrariensis eiusque Comitatus, Territorii et districtus es et fuisti hactenus pro Vicariatu Civitatis, Comitatus, Territorii et districtus predictorum, ac dependentibus ab eisdem a tempore assumptionis felicis recordacionis Alexandri pape V., immediati predecessoris nri, videlicet die xxvi. mensis Iunii Pontificatus eiusdem anno primo, usque in presentem diem obligatus, tibi et tuis heredibus ac posteris auctoritate apostolica, et ex certa sciencia ac de apostolice liberalitatis munificencia, ac de fratrum nostrorum eiusdem eccl. Cardinalium consilio tenore presencium concedimus, remittimus et donamus, teque, heredes ac posteros tuos predictos ab earum solucione et a penis, quas propter non solucionem censuum huiusmodi et aliorum debitorum nobis, ecclesie et Camere prefatis usque in ipsam presentem diem quomodolibet incurristi, absolvimus ac plenarie liberamus, ita quod nullo unquam tempore super premissis a nobis successoribusque nostris, ecclesia seu Camera prefatis vel aliis quibuslibet communiter vel divisim possis vel debeas, aut possint vel debeant, promissionibus et obligacionibus per te seu procuratores tuos, eciam iuramento vallatis, in concessione Vicariatus huiusmodi factis et prestitis, necnon Constitucionibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque, compelli, impeti vel quomodolibet impediri, ac decernentes irritum et inane, quicquid contra absolucionem ac liberacionem nostras huiusmodi per quoscunque quavis auctoritate attemptatum forsan est hactenus, vel imposterum contigerit quomodolibet attemptari. Nulli ergo etc. nostre concessionis, remissionis, donacionis, absolucionis, liberacionis et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Bononie vii. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CXVIII.

Viterbiensibus conceditur, ut manutenendis aedificiis publicis, muris, fontibus etc. xv. florenos auri de introitibus civitatis quolibet mense impendere possint. *Ex orig. in archivo Communis Viterbiensis asservato.*

Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus populi Civitatis Viterbiensis nobis et Romane ecclesie immediate subiecte, salutem etc. Sincere devocionis affectus et constancia fidei inconcusse, quibus erga nos et Romanam ecclesiam hactenus claruistis, et adhuc clarere noscimini, merito nos inducunt, ut peticiones vestras, illas presertim, que ad manutencionem rerum et edificiorum publicorum Civitatis nostre Viterbiensis pertinere noscuntur, quantum cum deo possumus, favorabiliter admittamus. Vestris itaque supplicacionibus inclinati, vobis et successoribus vestris Prioribus Civitatis prefate, qui erunt pro tempore, pro manutencione et reparacione palaciorum, portarum, platearum, murorum et fonciuin, ac quarumlibet rerum publicarum Civitatis eiusdem de pecuniis introituum quorumcumque ipsius Civitatis recipiendi, exponendi et convertendi, prout vobis et successoribus

predictis utilius visum fuerit, singulis mensibus usque ad summam quindecim florenorum auri de Camera dumtaxat, quibuscumque Constitucionibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus non obstantibus, auctoritate apostolica tenore presentium usque ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum concedimus potestatem, mandantes dilectis filiis Thesaurario provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia ac Camerario Civitatis prefate, necnon quibuscumque aliis officialibus presentibus et futuris, ad quos solucio huiusmodi quindecim florenorum dumtaxat spectat, seu spectabit aut spectare poterit, quatenus usque ad summam quindecim florenorum auri de Camera singulis mensibus, ut prefertur, convertendorum ad requisicionem vestram et successorum predictorum solvere debeant ac effectualiter satisfacere de eisdem. Nulli ergo etc. nostre concessionis et mandati infringere etc. Datum Bononie III. Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno primo.

CXIX.

Senatori, conservatoribus camerae ac doganerio salis Urbis, ut redditus dicti salis tradant Iacobo Tani thesaurario Urbis. *Reg. Tom. III. fol. 139.*

Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis... Senatori,... Conservatoribus Camere(?),... Camererio dicte Camere ac... Doganerio salis, at omnibus et singulis aliis officialibus prefate Urbis presentibus et futuris, quovis fungantur officio, ad quos presentes littere nostre pervenerint, salutem etc. Ad defensandum statum pacificum et tranquillum alme Urbis, ad quam ultra ceteras gessimus semper et gerimus paterne dilectionis effectum, curis vigilibus ac salutaribus intendentes et concernentes, sic temporum faciente malicia, contra hostilem perfidiam Ladizlai de Dirachio se Regem nominare Sicilie dampnabiliter presumentis, et sequacium ipsius hostium malignorum, qui contra nos et Romanam ecclesiam ac Urbem ipsam et partes finitimas erigere cornua dampnabiliter presumpserunt hactenus et presumunt, non solum utile, sed summe necessarium providere, ut armigeris gentibus, quas ad Urbis et parcium prefatarum salutare presidium et tutelam tenere decrevimus, de eorum provisionibus ac stipendiis satisfiat, cum unicuique proficere debeat labor suus, et ne gentes ipse ob solucionum deficienciam a debito fidelis et oportuni impendendi servicii se subtrahant quoquomodo, sed curis vigilibus et actionibus strenuis circa salutem et defensam huiusmodi interventu solucionis debite se promptiores exhibeant omni casu, volumus ac vobis et vrum singulis presencium tenore committimus et mandamus, quatenus non obstantibus quibuscumque deputacionibus, assignacionibus aut concessionibus per nos seu apostolice sedis Legatos, Vicarios, Nuncios aut Rectores vel alios quoscumque apostolica vel alia quacumque auctoritate, et sub quibusvis verborum conceptione, iure, causa vel modo factis aut faciendis imposterum de aut super sale ad apostolicam vel Urbis Cameras, seu Doganam salis ipsius Urbis provenire debente, et quod antea provenit, aut super fructibus, redditibus et proventibus ipsius salis preteritis, presentibus et futuris teneamini, ac eciam debeatis, et vestrum quilibet, prout ad ipsum spectare ac pertinere potest, eciam teneatur et debeat omnes et singulos fructus, redditus et proventus salis huiusmodi dilecto filio Iacobo Tani, civi Florentino, Thesaurario nostro in ipsa Urbe, integre dare, solvere ac assignare convertendos, dandos et solvendos dumtaxat, prout ascendent, dilecto filio nobili viro Paulo de Ursinis domicello Romano, nonnullarum gencium nrarum armigerarum Capitaneo, vel eius procuratori ad id ab eo specialiter constituto, in deductionem stipendiorum ac provisionum ipsi Paulo et eius comitive debitorum et debendorum, et sic fieri harum serie decernimus, statuentes ac districtius inhibentes vobis et dicto Thesaurario, et cuilibet vestrum et aliis quibuslibet, ne quis audeat vel presumat contra voluntatem seu decretum nostrum huiusmodi introitus dicti salis, aut sal ipsum in alios quoscumque usus, quousque durabit dicti Pauli conducta facta hactenus, et que de proximo fiet, dare, assignare, convertere, expendere aut aliter erogare directe vel indirecte seu quovis colore quesito per vos vel alios quoquomodo, irritum exnunc decernentes et inane quicquid et per quoscumque et quevis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit in contrarium attemptari: et nichilominus secus agentes non de introitibus dictarum Camerarum aut dogane, seu alicuius earum aut sale ipso, sed de eorum proprio et damno fecisse intelligantur, et ad refundendum sal et introitus predicta eo ipso sint astricti, et ad id compelli possint et debeant, et super hiis omni tempore sindicari, non obstante absolucione quacumque, que fieri contingeret pro vobis seu aliquo vestrum aut quomodolibet imposterum promulgari, constitucionibus apostolicis, legibus imperialibus ac statutis ipsarum Urbis, Camere vel dogane aut consuetudinibus, vel aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Bononie III. Nonas Februarii, anno primo.

CXX.

Iacobus Iuliani de Gualteriis cum duobus suis filiis eorumque haeredibus et descendentibus nobiles declarantur. *Reg. Tom. III. fol. 157.*

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Iacobo Iuliani de Gualteriis de Castro Bolognesii, laico Imolensis diocesis, salutem etc. Sincere devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut votis tuis, illis presertim, per que tuis tuorumque heredum et successorum commode

et otibtatibus consulitur, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos tuis, qui, ut asseris, pro statu nro et dicte ecclesie damnu non modica et expensas sustinuisti hactenus, et de presenti sustines in hac parte, supplicacionibus inclinati, te necnon dilectos filios Ugolinum et Gualterium natos tuos, eorumque heredes, ac ab eis descendentes auctoritate apostolica nobilitamus, ac de cetero nobiles esse decernimus et declaramus per presentes, teque ac natos, heredes et descendentes prefatos ab omnibus et singulis solucionibus et oneribus, ad que populares et incole Comitatus Imolensis, necnon Castri Bolognesii Ymolensis diocesis pro tempore tenentur et sunt astricti, eximimus et perpetuo liberamus, necnon tibi ac natis et heredibus ac descendentibus predictis eadem auctoritate concedimus, quod omnibus et singulis privilegiis, libertatibus, exempcionibus et immunitatibus deeetero imperpetuum uti et gaudere debeatis, quibus alii nobiles Comitatus et Castri predictorum gaudent seu quomodolibet pociuntur, in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nre nobilitacionis, decreti, declaracionis, exempcionis, liberacionis et concessionis infringere etc. Datum Bononie VIII. Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno primo.

CXXI.

Bindacto de Ricasolis nomine pontificis tractandi et concludendi pacta, conventiones et foedera cum Ioanne Galeaz de Manfredis, et iam inita confirmandi potestas seu immutandi datur. *Reg. Tom. III. fol. 182.*

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Bindacto de Ricasolis, domicello Florentino, familiari nro, salutem etc. De tuis fide, industrie et experiencia laudabili in agendis, in magnis et arduis nostris et Romane ecclesie negociis comprobatis, sumentes in altissimo fiduciam specialem, quod illa, que tibi commiserimus, exacta diligencia exequeris, tibi nostro et ecclesie Romane apostoliceque Camere nomine cum dilecto filio nobili Iohanne Galeaz de Manfredis domicello, in Civitate nostra Faventina in temporalibus generali Vicario, aut eius procuratore ab eo specialiter constituto, quecumque composiciones, pacta, convenciones et federa, que pro statu et honore nostro ac prefate ecclesie oportuna vel utilia fore prospexeris, et de quibus cum predicto Iohanne aut eius procuratore in concordia remanseris, tractandi, firmandi et concludendi duratura perpetuo vel ad tempus, ac sub illis modis, formis et condicionibus, de quibus tibi videbitur, necnon capitula, composiciones et federa alias inter ecclesiam et Cameram prefatas, et ipsum Iohannem per bone memorie Conradum tituli sancti Grisogoni presbiterum Cardinalem inita et firmata revidendi, recenseudi illaque in totum seu in partem reformandi, addendi, minuendi et corrigendi, confirmandi seu alias immutandi ac validandi seu infirmandi, ac eciam super hiis, que egeris, contractus et instrumenta unum et plura, seu privatam scripturam cum promissionibus, iuramentis, renunciacionibus ac bonorum obligacionibus et aliis membris, capitulis et clausulis oportunis, et prout et quemadmodum noveris expedire, ac promissiones ab ipso Iohanne vel procuratore predicto in forma oportuna dicto nomine recipiendi plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, ratum et gratam habituri quicquid per eandem nobilitatem tuam factum fuerit in premissis, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod de hiis, que propterea egeris, nos et apostolicam Cameram quantocius advisare procures. Datum Bononie VI. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

CXXII.

Universis thesaurariis et depositariis etc. Patrimonii B. Petri pontifex inhibet, ne de introitibus camerae apostolicae vigore cuiuscumque concessionis etc. aliquid sine ipsius aut card. camerarii licentia assignent vel solvant. *Reg. Tom. III. fol. 225.*

Iohannes episcopus etc. Universis et singulis fructuum, iurium, reddituum ac introituum nobis, ecclesie Romane et apostolice Camere in provincia Patrimonii beati Petri in Tuscia, ac ipsius, necnon Civitatibus, Terris, Castris et locis specialis Commissionis et Arnulphorum ad nos et eandem ecclesiam spectantibus debitoribus, Thesaurariis, depositariis, receptoribus et ceteris officialibus, quovis fungantur officio, ad quos presentes littere nre pervenerint, salutem etc. Ex certis racionabilibus causis animum nostrum moventibus publicam utilitatem ecclesie et Camere prefatarum concernentibus volumus, et Universitati vestre ac vestrum singulis presencium tenore committimus et mandamus, quatenus de introitibus, fructibus, redditibus, iuribus et proventibus huiusmodi ad ecclesiam et Cameram predictas communiter vel divisim nunc et in futurum in provincia, Civitatibus, Terris et locis huiusmodi aut eorum aliquo spectantibus vigore cuiuscumque deputacionis, concessionis vel mandati apostolica vel quacumque alia auctoritate, eciam per Vicarium seu Rectorem dicte provincie ant gentes prefate Camere, vel alios quoscumque quacumque racione vel causa quomodocumque aut qualitercumque hactenus, et sub quavis verborum conceptione factarum de cetero aliquid dare, concedere, assignare vel solvere possitis aut debeatis absque speciali licencia et mandato nostris, seu dilecti filii nostri Antonii sancte Marie in Vialata dyaconi Cardinalis, officium Camerariatus nostri Regentis, et quod vigore cuiuscumque mandati, deputacionis vel assignacionis, quod per aliquem eciam huiusmodi provincie, Civitatum vel Terra-

rum Vicarium vel Rectorem, aut quoscumque alios Magistratus Civitatum, Terrarum et Castrorum huiusmodi deineeps absque licencia et mandato nřis, seu dicti Cardinalis, ut prefertur, nulla solucio fieri debeat aut possit super aut de huiusmodi fructibus, redditibus seu proventibus, iuribus aut obvencionibus presentibus vel futuris ullo modo, et secus facientes periculo atque damno rerum et bonorum ipsorum et de eorum propriis bonis, et non de introitibus seu obvencionibus huiusmodi fecisse intelligantur, et nichilominus ad restitucionem quadrupli tocius eius, quod solverint seu dederint, aliter prefate apostolice Camere teneantur, et super hoc possint et debeant omni tempore specialiter sindicari, eciam si de gestis et administratis in eorum officiis sindicati seu aliter absoluti fuissent, constitucionibus apostolicis et dicte provincie, necnon statutis municipalibus et consuetudinibus Civitatum, Terrarum et locorum huiusmodi seu aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volentes nichilominus et mandantes, quod dilecto filio Nicolao Andrea de Cardneiis, civi et mercatori Florentino, Thesaurario nostro in dicta provincia et depositario Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum specialis commissionis, videlicet Urbevetane, Tudertine, Interamnensis ac Reatine Civitatum, et Terrarum Collisscipionis ac Arnulphorum per dilectos filios Iacobum Delbene et Franciscum de Bostolis, depositarios Romane ecclesie et apostolice Camere generales deputatos, omnis quantitas in provincia, Civitatibus, Terris, Castris et locis predictis nobis, ecclesie et Camere prefatis quomodolibet debita et debenda usque ad nostrum beneplacitum, quo eius durat officium, per quemlibet vestrum debeat cum effectu pro nobis, ecclesia, Camera et Iacobo et Francisco depositariis supradictis recipienti, et non aliis vel aliter ullo modo solvi. Quodque eidem Nicolao sit licitum pro dictis depositariis de pecuniis, que solventur per ipsum vel eius commissarios, ex introitibus supradictis sibi retinere ad racionem unius bononeni de Bononia pro quolibet floreno iuxta exigenciam capitulorum per ipsos depositarios cum predicta Camera habitorum. Datum Rome apud Sanctum Petrum VI. Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CXXIII.

Michaeli Cossae galearum pontificiarum capitaneo generali quasdam facultates pontifex concedit.
Reg. Tom. IV. fol. 87.

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Michaeli Cosse domicello Neapolitano, Galearum nostrarum et totius exercitus nostri maritimi Capitaneo, salutem etc. Cum de tua fidelitate ac sincero et tenero affectu, quem erga nos et Romanam geris ecclesiam, magnam in dño fiduciam assumentes, et sperantes, quod mandata nostra fidelissime exequeris, te Galearum nostrarum ac totius maritimi exercitus ad nostra et Romane ecclesie stipendia militantis Capitaneum constituerimus, datis tibi super hiis, que agere debeas, secretius in mandatis: Nos volentes te ea potestate munire, per quam illa, que tibi commisimus, habilius perficere et efficacius exequi possis, tibi quoscunque dominos, Civitates, Castra et gentes ad nostram atque Romane ecclesie devotionem et obedienciam reducendi, et cum ipsis et quolibet ipsorum quecunque pacta, ligas, confederaciones et indncias sive treugas nostro et ipsius ecclesie nomine firmandi et contrahendi, necnon ad stipendia et provisiones nostra et prefate ecclesie, prout personarum qualitas exegerit et expedire conspexeris, ipsos et ipsorum quemlibet conducendi, ac omnia crimina, excessus et delicta, que racione rebellionis aut deviacionis a nobis et ecclesia ipsa, ac predecessoribus nostris Romanis pontificibus hactenus contraxissent, remittendi, eosque ad pristinam famam et bonores ac dignitates in integrum restituendi, promittendi eciam nostro et prefate ecclesie nomine, ut Vicariatus, Rectoratus, feuda, preeminencie et concessiones per sedem apostolicam dudum eisdem tradita sive facta confirmabuntur, vel de novo concedentur, ac omnia et singula agendi, faciendi et exequendi, que honori et statui nřo et ipsius ecclesie conspexeris expedire, et ad eas partes navigandi, et Galeas ac exercitum prefatum conducendi, ubi et peragere valeas et expedire cognosces, plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, Mandantes dilectis filiis nobilibus viris universis et singulis ipsarum Galearum patronis, ac aliis omnibus et singulis in eisdem existentibus, seu quomodocunque in huiusmodi classe nostra navigantibus, quatenus tibi in omnibus et singulis, que mandauda duxeris, pareant plenarie et intendant, tibique penitus et sine ulla exceptione obediant. Penas vero ac puniciones, quas eisdem racione inobediencie sive excessus inflixeris seu statueris, et alia, que circa huiusmodi commissionem nostram peregeris, rata et grata babebimus, eaque faciemus inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum IIII. Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

CXXIV.

Pontifex omnes concessiones de quibusvis iuribus et bonis in Campania et Maritima factas revocat.
Reg. Tom. IV. fol. 132.

Iohannes episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Intenta semper salutis operibus apostolice sedis circumspecta benignitas indulta sibi desuper potestatis plenitudine, sicut in deo expedire conspicit, providens aliqua interdum statuit et disponit, quandoque vero reformat in melius, prout utilitate

publica et qualitate temporum suadentibus pro salute ac scandalorum evitacione Christifidelium conspicit expedire. Ex certis igitur et racionabilibus causis animum nostrum moventibus omnes et singulas donaciones, concessiones, infeudaciones, alienaciones et deputaciones de possessionibus, domibus, vineis, pratis, pascuis, silvis, piscacionibus, molendinis, iuribus et iurisdictionibus ac bonis aliis, quibuscunque nominibus nuncupentur, in provinciis nostris Campanie et Maritime consistentibus, tunc ad nos, Romanam ecclesiam vel apostolicam seu dictarum provinciarum Cameras racione devolucionis, confiscacionis, aut quocunque alio pertinentibus, in toto vel in parte quibusvis personis, loco, Collegio seu Universitati, cuiuscunque preeminencie, dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis existant, quomodocunque seu qualitercunque usque in presentem diem apostolica vel alia quavis auctoritate in genere, vel in specie sub quibuscunque modo, forma aut conceptione verborum per nos hactenus facta imperpetuum vel ad tempus, et quecunque inde secuta auctoritate apostolica ex certa sciencia tenore presencium tollimus, revocamus, cassamus, irritamus et annullamus, ac pro revocatis, cassis, irritis haberi, ac ipsas nullius fore roboris vel momenti volumus et mandamus. Processus vero necnon omnia et singula, que ipsorum vigore forsan in futurum haberi vel fieri contigerit, decernimus nullius existere firmitatis. Nulli ergo etc. nre ablacionis, revocacionis, cassacionis, irritacionis, annullacionis, voluntatis, mandati et constitucionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum IIII. Idus Novembris, anno secundo.

CXXV.

Egidius Lelli de Gallesio generalis gabellarius omnium gabellarum Urbis usque ad sex menses constituitur. *Reg. Tom. V. fol. 89.*

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Egidio Lelli de Gallesio Civitatiscastellane diocesis Scribe, generali Gabellario et Officiali Gabellarum Alme Urbis, salutem etc. Sincere devocionis integritas, qua nos et ecclesiam Romanam revereris, necnon alia multiplicia dona virtutum, quibus personam tuam novimus insignitam, nos inducunt et excitant, ut te condignis prosequamur honoribus, et negociis publicis statum prefate ecclesie atque nostrum concernentibus deputemus. Sperantes itaque, ut ea, que tibi committenda duxerimus, fideliter et solicite exequeris, quemcumque alium Gabellarium et officialem dictarum gabellarum per nos hactenus ad nrum beneplacitum deputatum, post finem presentis mensis spiraturum ex certa sciencia tenore presencium revocantes, te generalem officialem et Gabellarium omnium gabellarum et generalis Gabellariatus alme Urbis nostre cum officialibus, familia, salario, emolumentis, auctoritatibus, preheminenciis, bailivis, honoribus et oneribus consuetis pro tempore sex mensium proxime futurorum, incipiendorum III. Kal. Maii proxime futuri et ut sequitur finiendorum, auctoritate apostolica presencium tenore statuimus, ordinamus, constituimus et sciam deputamus, tibi dicto durante semestri mandandi, corrigendi, ordinandi, faciendi et exercendi omnia et singula, que ad huiusmodi generalis Gabellariatus officium spectant tam de consuetudine quam de iure, concedentes plenam et liberam potestatem, ac mandantes dilectis filiis Senatori, Conservatoribus, Capitibus Regionum, Thesaurario et Camerario presentibus et futuris, ac aliis dicte Urbis officialibus, ad quos spectat seu spectare poterit in futurum, quatenus te ad huiusmodi officium et eius exercicium ac iura admittant et admitti faciant, ut est moris, tibique de salario debito et consueto cum effectu respondeant, et in omnibus dictum officium concernentibus prestent et prestari faciant favores et auxilia oportuna. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo in manibus dilecti filii Antonii sancte Marie in Vialata dyaconi Cardinalis, officium Camerariatus nostre apostolice Camere Regentis, prestes in forma solita debitum iuramentum. Tu igitur dictum officium sic fideliter et solicite exercere studeas, quod gracia tibi suffragante divina, virtuosis tuis operibus sperati fructus exinde proveniant, tibique cumulus honoris et a nobis digna graciarum actio ac debita premiorum retribucio subsequatur. Datum Rome apud Sanctum Petrum Nonis Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CXXVI.

Universis in Campania etc. ut Gregorio de Marcellinis in hiis, quae in confusionem et exterminium Nicolai de Comite de Urbe et suorum subditorum rebellium ecclesiae etc. ac bonorum vastationem mandaverit, obediant. *Reg. Tom. V. fol. 14.*

Iohannes episcopus etc. Universis et singulis Regiminibus, Universitatibus et singularibus personis Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum nobis et Romane ecclesie, ac dilectis filiis Romano populo mediate aut immediate subiectorum, et gentibus nostris armigeris in provinciis nris Campanie atque Maritime aut partibus finitimis constitutis, ad quos presentes littere nostre pervenerint, sal. etc. Volumus et mandamus, ut dilecto filio nobili viro Gregorio de Marcellinis, domicello Romano ac uni ex Conservatoribus Camere alme Urbis, commissario per dilectos filios eius Collegas dicte Camere Conservatores in confusionem et exterminium nobilis viri Nicolay de Comite de Urbe prefata, et suorum subditorum ac sequacium, hostium ac rebellium ecclesie et populi predictorum, ac bonorum vastacionem eciam de consensu nostro deputato in omnibus et singulis, que in premissis et dependen-

tibus quovismodo mandavit, obedire debeant cum effectu: alioquin sentencias sive penas, quas rite tulerit out statuerit in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud S. Petrum II. Nonas Marcii, Pont. nri onno II.

CXXVII.

Pontifex concedit Senensibus terram et oppidum Radicofani ad LX. annos in vicariatum sub annuo censu librarum XL. denar. Cortonensium, confirmatque capitula ea de re inter suum camerarium et Senenses inita.

Reg. Tom. V. fol. 71.

Iohannes episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Hiis, que pro nostro et Romane ecclesie statu nostrorumque et ipsius ecclesie devotorum bonore et commodo solempniter et salubriter gesta sunt, libenter apostolice confirmacionis robur adiicimus. Cum itaque Venerabilis frater Anthonius Episcopus Senensis, Thesaurarius noster, de nostra voluntate etque precepto sibi vive vocis oraculo per nos facto, et a nobis habens plenam super hiis et liberam facultatem, sicut in nostris litteris apostolicis sibi concessis clare et evidenter apparet, agens nostro et Romane ecclesie ac Camere apostolice nomine cum dilectis filiis Prioribus et Gubernatoribus Communis et Capitaneo populi Civitatis Senensis, necnon Vexilliferis, Magistris et sex civibus ipsius Civitatis ad hoc solempniter et specieliter electis, ad infrascripta omnia habentibus facultatem virtute commissionis et potestatis eis date et concesse a generali concilio Communis et populi predictorum, ad nonnullas convenciones et pecta devenerit, et solempni contractu et stipulacione firmeverit cum eisdem super concessione per nos fienda de terra nostra Radicofani, sicut per infrascripta capitula denotatur, quorum omnium tenor sequitur, et est talis:

In primis quod Commune Senense bobeat et teneat terram et oppidum Radicofani cum eius cassaro, fortaliciis, districtu, iuribus et pertinenciis eius in Vicariatum a Sanctissimo in Christo patre et dño, dño Iohanne divine providencie papa XXIII. et sancta Romana ecclesia eiusque apostolica sede, ex quo (?) hanc possessionem et iura eius ac mixtum et merum imperium, et gladii potestatem et exercicium pleni dominii pro tempore sexaginta annorum, inchoandorum die pascatis Resurrectionis dñi nri Ihesu Christi proxime preteriti, anno dominice Nativitatis Millesimo cccc. duodecimo, pro quo Vicarietu dictaque terra respondere et solvere debeat dictum Commune Senense prefato domino nostro pape, eiusque successoribus canonice intrantibus librarum quadraginta denariorum Curtonensium annuatim nomine census.

Item quod propter dictam causam et concessionem Vicariatus prefatum Commune Senense teneatur dare et solvere sex milia florenorum auri prefato Sanctissimo domino nostro pape, out eius legitimo procuratori et mandato, videlicet in Civitate Senensi ad racionem quatuor librarum denariorum pro quolibet floreno de moneta currenti in Civitate Senensi, quam solucionem facere debeat statim, postquam prefatus dominus noster papa ratificaverit presentem contractum et approbaverit eum, ac concesserit bullas oportunas continentes concessionem dicti Vicariatus apostolici cum omnibus clausulis oportunis, ita quod de iure valeat secundum stilum Romane Curie et secundum registrum aliorum Vicariorum in meliori forma. Et postquam commissarius prefati Communis Senensis ipsas bullas expeditas in manibus suis habuerit, et liberas sine aliqua expensa Camere apostolice aut secretarii vel alterius cuiuscumque, ita tamen quod dictus commissarius transmitti debeat post celebracionem huius contractus sine mora ad Romanam Curiam ad solicitandum predicta per dictum Commune Senense suis expensis, et ad faciendum recognicionem dicti annui Vicariatus.

Item quod dicte bulle concessionis dicti Vicariatus inter cetera contineant, quod sit revocatum quodcumque ius, quod reperietur fuisse hactenus concessum cuicumque persone, et nominatim Ceccho de Salimbenis aut Cioni Clupacii et eorum heredibus, vel Sforcie de Contingniuola, et quod dicta concessio contineat de consensu Reverendissimorum dñorum Cardinalium, et quod si de stilo Curie foret apponi aliquam penam in casu, quo annuatim non fieret responsio et recognificio dicti census, vel de iure incurreretur aliqua pena specificata in bullis, quod propter cessacionem solucionis usque in triennium nulla pene incurratur.

Item quod celebrato presenti contractu prefatum Commune Senense debeat taliter providere, quod fiat promissio et securitas per bonos et ydoneos mercatores in Civitate Senensi de solvendo dictam summam sex milium florenorum auri Senensium, ut dictam est, ad omnem mandatum prefati dñi nostri pape, statim cum dicte bulle fuerint expedite et consignate prefato Communi Senensi vel eius commissario libere, ut prefertur, et sine aliqua expensa. Et similem promissionem fieri facere teneatur dictum Commune Senense in Roma per bonos mercatores ibi commorantes: declarato tamen quod dicta promissio facienda in Urbe sit et fieri debeat expensis Camere apostolice in cambio tantum seu mercede repromissionis, ita quod Communi Senensi nichil constet.

Item quod prefatus dominus Epus tamquam Thesaurarius et nuncius apostolicus, ad hoc commissionem habens specialem, ut asseruit, teneatur et debeat cum licencia et auctoritate domini nostri pape prefati ponere unam prestam sive collectam omnibus Clericis exemptis et non exemptis, cuius-

cunque condicionis, habitus et ordinis, cuiuscunque diocesis commorantibus vel beneficia tenentibus, vel bona temporalia habentibus non prestanciata in Civitate, Comitatu, Territorio et districtu Civitatis Senensis, et in cunctis terris recommendatis et censualibus dicti Communis, preterquam de ordinibus Mendicancium, que ascendat ad summam mille trecentorum florenorum auri Senensium de denariis, bonis et respondentibus, ut non computentur aliqui fallentes et non respondentes, que summa converti debeat in solucionem predictam: hoc tamen declarato, quod dicti Clerici propter predicta habeant illam eandem exemptionem et franchigiam a Communi Senensi, quam habuerunt et habebant tempore, quo Studium generale fuit in Civitate Senensi, pro quo solvebant ad racionem quingentorum florenorum auri pro quolibet anno, que franchigia duret pro tempore duorum annorum proxime futurorum.

Item quod per dominum nostrum papam fiat plena remissio et indulgencia cuiuscumque intrate et detencionis facte per dictum Commune Senense de dicta terra Radicofani, et quod dicta terra sit et remaneat franca et exempta a prefato domino nostro papa et ecclesia Romana, suisque successoribus canonice intrantibus, preterquam de dicto censu annuatim solvendo, ut continetur infra presencia capitula, et quod omnes tallie sive imposite aut collecte indicte ab hodie retro dicte terre, eius Communitati et heredibus per prefatum dñum nostrum papam, vel eius precessores vel officiales Romane ecclesie aut Camere apostolice ex quacumque causa sint revocate et annullate, et quod in futurum nichil possit imponi vel percipi sub quovis pretextu dicte terre vel eius Communitati et hominibus directe vel per obliquum quoquomodo, ita quod durante tempore dicti Vicariatus libera remaneat in manibus dicti Communis Senensis cum prestacione dicti annui census dumtaxat et sine aliqua alia gravedine, et hoc exprimatur in bulla dicte concessionis Vicariatus, ut nullum dubium exinde possit exoriri, Non obstantibus quibuscumque consignacionibus factis quibuscumque personis. Nos volentes, que per dictum Epum, ad suprascripta omnia facienda a nobis commissionem et facultatem liberam, ut prefertur, habentem, acta sunt, in suo robore permanere, omnes et singulas convenciones et pacta suprascripta, que in suprascriptis capitulis continentur, rata habentes et grata, prout iacent, approbamus et tenore presencium auctoritate apostolica de fratrum nostrorum consilio et assensu confirmamus, ratificamus et presentis scripti patrocinio communimus, intendentes eadem in omnibus et per omnia effectualiter et realiter observari, et supplentes omnes defectus, si qui forsan in contractu predicto intervenissent quacumque racione vel causa, Constitucionibus apostolicis, obligacionibus, privilegiis, concessionibus aliis et indultis iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre approbacionis, confirmacionis, ratificacionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum xii. Kal. Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CXXVIII.

Capitula, pacta etc. quibus Guido Antonius comes Urbini cum cccc. equitibus et cc. peditibus ad stipendia pontificis venire se obligat. *Ex cod. comitum Urbini fol. 57.*

In nomine Yhesu Christi amen. Anno eiusdem Millesimo cccc.xii. tempore Sanctissimi in Christo patris et domini, dñi Iohannis divina providentia pape XXIII. die xxvii. Maii, Indictione quinta.

Ista sunt Capitula, Conventiones et pacta firmata, promissa et conclusa inter Magnificum et potentem dominum, dñum Guidantonium Comitem Montisferetri, Urbini etc. suo proprio nomine et omnium aliorum, de quibus ex cui parte infra fit mentio ex una parte, et egregium virum dominum Rodulfum de Giancontis de Urbino, civem et habitatorem Pensauri, secretarium prefati Sanctissimi domini nostri, domini Iohannis pape, eiusque commissarium et Revmi in Christo patris et domini, domini Antonii tituli s. Marie in Via lata diaconi Cardinalis de Challant, Camerarii predicti domini nostri pape, ad ista specialiter deputatum, prout de sua commissione patet ex litteris prefati Rmi dñi Cardinalis suo consueto sigillo more Romane Curie sigillatis, — quarum quidem litterarum tenor talis est, videlicet:

Antonius miseratione divina s. Marie in Via lata sancte Romane ecclesie diaconus Cardinalis de Challant, Camerariatus officium dñi pape Regens, Nobili viro Rodulfo de Giancontis de Urbino, dñi nostri pape secretario, Salutem in dño. De mandato Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Iohannis divina providentia pape XXIII. super hoc nobis facto oraculo vive vocis, vobis conducendi et conduci faciendi ad servicia et stipendia prefati domini nostri et sancte Romane ecclesie Magnificum virum dñum Guidantonium Comitem Montisferetri, cum quacumque conducta gentium armigerarum tam pedestrium quam equestrium, prout vobis videbitur expedire, necnon concordandi, promittendi et concludendi cum dicto domino Comite vel altero eius nomine super pactis, promissionibus, commissionibus, habilitationibus et reintegrationibus quibuscumque necessariis et oportunis tenore presentium plenam et liberam concedimus facultatem. Pacta vero, conventiones et promissiones, que et quas cum eodem domino Comite vel altero eius nomine, ut prefertur, et ad hoc speciale mandatum habente, nomine ipsius domini nostri et sancte Romane ecclesie intraveritis et feceritis, idem dñus

noster ratas et gratas habebit, et anctore domino inviolabiliter observabit. In quorum testimoninm presentrs litteras fieri et sigilli nostre regentie iussimns appensione mnniri. Datum Rome apnd S. Petrum sub anno dñi M.CCCC.XII. Iodictione qninta, die vigesima mensis Iannarii, Pontificatus prefati dñi nostri Iohannis pp. XXIII. unno seenndo.

— vice et nomine supradicti dñi Iohannis pape predicti et Romane eeclesie, ac prefati domini Camerarii ac etiam Camere apostoliee ex altera parte modo et forma, eonditionibus et promissionibus inferius per ipsa capitula particulariter annotatis et descriptis, videlicet: In primis namque prefatus Magnificus et poteus dñus Guidantonius Comes Montisferetri, Urbini etc. ex certa seientia et deliberatione prehabita suo proprio nomine dicit, et promietit prefato dño Rodulfo seeretario et commissario predicto, recipienti vice et nomine prelibati Sanctissimi domini, dñi Iohanuis pape predieti, et soorum successorum canoniee intrantium sancteqne Romane ecclesie, ac preuominati domini, dñi Antonii Cardinalis et Camerarii predieti, et prefate Camere apostolice, in supradietum Sñum in Christo patrem et dominum, dñum Iohannem predictum in futurum devote et reverenter credere, tamquam in verum papam sancteque Romane ecclesie pastorem ac unicum Christi Vicarium, eidemque veluti vero pape et unice Christi Vicario plenam promietit et omnimodam reverentiam et obedientiam se exhibiturum exnnnc prout extunc, et extuno prout exnune, habito et recepto mandato sic faciendi a Serenissimo principe et domino, domino Sigismundo dei gratia Ungarie et Romanorum Rege et Imperatore legitime electo, per eiusdem Serenissimi principis lieteras sua bulla signatas: hac tamen etiam conditione salva inter ipsas partes de communi concordia conveota, approbata et declarata, videlicet quod prefatus Magnificus dominus Comes Guidantonius, nt a periculis mundanis se et suos, quos regere et gubernare habet, conservare, defendere et sibi precavere possit, et illa ovitet quantum potest, stare debeat et se non movere eum personu sua et terris omnibus, quas presentialiter tenet et gubernat, tantum qnousque erit premunitus et fulcitus gentibus omnibus, uc Imperialibus seu Regiis mundatoriis licteris prefati Serenissimi principis domini Regis Romanorum et Imperatoris etc. prout et infra hie inferins per infrascripta capitula particularius declarabitur, gentes tamen sue conduete, de quibus infra, tam eqnestres qnam pedestres obedientiam et servitium facere et dare debeant et teneant, ut infra clare dicetur.

Item promietit dominus Guidantonius Comes prefatus dicto domino Rodulfo dicto nomine recipienti se reverentem, devotum, fidelem, servientem et obedientem eontinne esse in futurum, ut dictum est, prefato Sanctissimo dño nostro pape Iohanni, suisqne successoribus canonice intrantibus, ac legatis et commissariis apostolicis, velut quisqne verus et devotus sancte ecclesie et Vicarius facere teoetur et debet.

Item promictit prefatus Comes dicto domino Rodulfo dicto nomine recipienti ad servitia predieti dñi nostri pape, et Romane ecclesie condncere quatringentas lanceas, earum quamlibet faltam tribus bonis et ydoneis equis, videlicet uno beno capite lancee, uno bono placto et uno rouseno, ac etiam uno bono ydoneo proboqne viro caporali et in armis experto cum uno familiari seu saccomanno ydoneo et audaci, ac uno ragazono, dietis caperali et saccomanno bene et debito modo armatis omnibus armis debitis et oportunis secundum presentem morem Camere Romane, et consuetudinem valentium et proborum armigerorum: necnon conducere promictit ducentos pedites bonos, probos et expertos, quorum pro medietate balistaries fultos bonis balistis, lanceis, chiavellinis et rotellis, ac aliis omnibus armis offensibilibus et defensibilibus secundum consuetudinem Romane Camere et ydonorum et valentium peditum. Et nltra predictas quatringentas lanceas et dncentos pedites debet et promictit conducere alias dncentas lanceas sibi dño Comiti Gnidantonio tradendas et sue conducte deputandas et snbmictendas, sueqne obedientie ordinandas per dictam dominum papam, sive dñum Camerarium predictum de gentibus prefati demini pape et Romane ecclesie, fultas et provisas prestantiis et aliis oportunis: ita quod omnibus computatis condueta prefati dñi Comitis Guidantonii esse debeat integraliter de sexcentis lanceis et ducentis peditibus, nt bic inferius per aliod capitulum hoc idem declarabitur.

Item promictit idem dñus Comes predictus dicto dño Rodnlfo dicto nomine recipienti facere dietam conductam, videlicet quatringentarum lanceearum et ducentorum peditum ad ipsum conducere pertinentium, ita et taliter qnod ipsam cendactam hubebit et presentabit in puncto et in bono et debito ordine aptam et paratam ad scribendum, videlicet ducentas laneeas et ducentos pedites infra qnindecim dies a die habita prestantie connumerandos, et totum residnum dicte conducte infra quinquanginta dies connnmerandos a die bebite prestantie.

Item promictit idem dominus Comes prefatus dicto dño Rodnlfo dicto nomine recipienti omnes et quascnmque gentes sue conducte ss scripturum, et bullaturam ad omnem reqnisitionem et mandatum prefati domini pape suorumque legatorum, officialium et commissariorum ad hoc mandatum et commissionem habentium, infra terminum decem dierum proxime seqnentinm post diem, qua dictus dominus Comes fuerit roquisitus post terminos, infra qnos et supra et infra se conduxisse promiserit, hoc

modo videlicet scribendo caporales et saccomannos pro nomine, cognomine et nomine locorum unde sunt, padios vero non, equos autem per pilos et signa, pedites pro nomine, cognomine et nomine locorum unde sunt, et per pilos et signa, ut moris est scribi temporibus presentibus.

Item promictit idem dominus Comes prefatus dicto domino Rodulfo dicto nomine recipienti, de omnibus et quibuscumque gentibus predicte sue conducte, tam pedestribus quam equestribus, semel in mense se facturum seu facere fieri mostram (sic) ad omnem requisitionem, voluntatem et mandatum prefati domini nostri pape, suorumque legatorum, commissariorum et officialium ad hoc mandatum et commissionem habentium.

Item promictit idem dominus Comes prefatus dicto dño Rodulfo dicto nomine recipienti omnes dictas gentes equestres et pedestres dicte sue conducte, illis tantum in infrascripto decimonono capitulo declaratis dumtaxat exceptis, in quibuscumque locis a Romana Civitate inclusive citra, sicut ininnctum, ordinatum et mandatum fuerit per prefatum dominum papam, vel alium ad hoc commissionem et mandatum habentem, bene, pure, fideliter, diligenter et solicite servire, et ipsas servire facere quandocumque, postquam in totum vel in parte scripte fuerint, dicte gentes in campo, extra campum, etiam in terris muratis stando et equitando simul et divisim, de die et de nocte faciendo cavalcatas, scortas, scultas et guidas, et quecumque alia servitia oportuna, et veluti facere debent et consueverunt bone, fideles et obedientes gentes armorum, et alii stipendiarii ecclesie et prefati domini nostri pape faciunt, pro tempore et termino unius anni inchoandi in proximis futuris Kalendis mensis Iunii et ut sequitur finiendi: et finito dicto anno promictit et vult etiam obligatus esse servire cum dicta conducta prefato dño nostro pape pro uno alio anno immediate secuturo, ad prefati domini nostri pape beneplacitum, et plus ultra tempus dictorum duorum annorum promictit et vult esse obligatus etiam pro tanto tempore, quanto durabit guerra, que habetur cum domino Ladislao, vel habebitur cum aliis inimicis prefati domini pape et ecclesie, et etiam qui occasione et respectu prefati dñi pape vel ipsius Comitis dicto domino Comiti inimicarentur, et eum offenderent, veluti etiam in infrascripto capitulo plenius continetur. Promictens quoque prefatus dñus Comes, quod expirato tempore ferme et referme ac cuiuscumque stipendii sui, stabit pro tempore unius anni immediate secutari, antequam ipse nec (vel) gentes vel aliquis eorum se reperiat contra dictum dominum nostrum papam, et quascumque terras sibi obedientes et loca quecumque Romane ecclesie.

Item promictit idem dñus Comes predictus dicto dño Rodulfo dicto nomine recipienti, quod quibuscumque legatis, commissariis et officialibus apostolicis et quibuscumque curialibus Rom. Curie, necnon quibuscumque aliis ad dictam Romanam Curiam pergentibus, vel ab ipsa redeuntibus in quibuscumque locis, que ipse tenet et gubernat, dabit et dari faciet liberum transitum, receptum et victualia, eos faciendo benigne recipi et honorifice tractari secundum condecenciam eorum status et personarum qualitatem: necnon promictit dictus dñus Comes dicto dño Rodulfo dicto nomine recipienti se daturum et dari facturum liberum transitum, receptum et victualia oportuna quibuscumque gentibus tam pedestribus quam equestribus prefati dñi nostri pape et ecclesie transeuntibus per dicta loca et omne territorium suum, seu transire volentibus pro eorum pecuniis, illis dumtaxat exceptis, qui transirent seu transire vellent ad damna et offensam dñorum de Malatestis. Promictens prefatus dñus Comes predictus, prefatis tantum dñis de Malatestis exceptis seu exclusis, cum quibus eidem dño Comiti predicto liceat, possit et debeat attendere et observare quecumque capitula pacis cum eis habita in omnibus et per omnia, quibuscumque aliis dominis, Communitatibus et quibuscumque locis guerram facere, et cum ipsis omnibus et ipsorum quolibet pacem similiter facere, ad et secundum requisitionem et mandatum prefati dñi pape, suorumque legatorum, commissariorum et officialium ad hoc speciale mandatum habentium, habendo universaliter et singulariter quoscumque alios, preterquam supradictos dños de Malatestis, cum quibus liceat pacem servare, ut dictum est, amicos pro amicis et inimicos pro inimicis.

Item promictit dictus dñus Comes predictus dicto domino Rodulfo dicto nomine recipienti iuxta posse suum facere, operari et procurare bona fide, ut quecumque terre et loca, que presentialiter sunt extra obedientiam et devotionem prefati dñi nostri pape et ecclesie, revertantur ad reverentiam, obedientiam et devotionem prefati domini nostri pape et ecclesie Romane, et illorum ad dictam obedientiam et devotionem redire volentium damnis et iacturis possetenus ovinbit bono zelu (sic).

Item promictit dictus dñus Comes dicto dño Rodulfo dicto nomine recipienti, quod si aliqua Civitas, terra seu locus aliquis, quocumque nomine censeatur, qui per vim obtineretur, ipsam Civitatem, terram seu locum esse debeat domini nostri pape predicti et ecclesie, et illum vel illam tenere et salvare debeat pro prefato domino nostro papa, quousque prefato dño pape significabit, et postea consignabit illam vel illum dicto nostro dño pape vel eius legato vel commissario, vel officiali per dictum dñum nostrum papam ad hoc deputato vel deputando. Rubba autem et saccum esse debeat gentium per vim locum obtinentium, et etiam captivos (sic), quos liceat eis redimi facere.

Item promictit dictus dñus Comes supradictus dicto dño Rodulfo dicto nomino recipienti, quod si et in quantum durante tempore diete sue conducte per aliquem de conducta sua caperetur aliquis dñus alicuius terre, vel aliquis generalis vel notabilis Capitaneus, aut aliquis rebellis ecclesie, teneatur et debeat illum dare et dari facere pro competenti talea prelibato domino nostro vel eius legato, commissario vel officiali ad hoc specialem commissionem habenti vel habentibus, ita tamen quod dicti rebelles dentur in scriptis ante vel infra tempus, quo mandatum receperit ab Imperatore prefato.

Item promictit dictus dñus Comes prefatus dicto dño Rodulfo dicto nomino recipienti, quemcumque salvum conductum in scriptis datum, libertatem, immunitatem, licenciam et mandatum tam prenominati domini nostri pape, quam cuiuscumque legati, commissarii et officialis apostolici, qui ad hoc auctoritatem et potestatem habuerint, sub quacumque verborum forma emonatum vel emanata in scriptis se bona fide integraliter observaturum tam per se, quam per dictas gentes dicte sue condocte, officiales et quoscumque subditos suos, adherentes et sequaces et recommondatos suos.

Item promictit dictus dominus Comes prefatus dicto domino Rodulfo dicto nomine recipienti se soluturum omnem pecuniarum quantitatem pro capitibus soldorum, emolumentis aliisque detractionibus debitis et consuetis thesaurariis et aliis officialibus dicti domini pape, ad hoc deputatis et pro tempore deputandis, pro capitulis, pecuniarum solutionibus, scriptura et bullatura faciendis occasione dicte sue conducte, ac etiam se soluturum pro quibuscumque apuntaturis et defectibus dicte conducte pro toto tempore, quo dicta conducta durabit, secundum formam et modernam consuetudinem Camere apostolice, ac secundum quod alii Capitanei et Conducterii ecclesie facere consueverunt, et presentialiter faciunt et tenentur.

Item promictit prefatus dominus Comes dicto domino Rodulfo dicto nomino recipienti, facere quecumque alia capitula consueta fieri inter Cameram apostolicam et quoscumque alios Capitaneos et Conducterios, et que hic presentialiter facta, celebrata neo expressa sunt(sic), promittens se illa tamquam legalis Capitaneus bona fide integraliter observaturum.

Et vice versa supradictus dominus Rodulfus vice et nomine prefati Sanctissimi domini nostri pape Iohannis XXIII., sancte Romano ecclesie, ac prefati Rmi domini Antonii Cardinalis Camerarii prelibati, et Camere apostolico promictit prefato Magnifico domino Guidantonio Comiti Montisferetri, Urbini etc. recipienti vice et nomine suo et suorum successorum, et omnium quorum interest, ipsum conducere, et cum presencialiter nomine quo supra conducit ad stipendium et servitio prenominati domini Iohannis pape, et sancte Romane ecclesie cum lanceis sexcentis et peditibus ducentis, hoc modo videlicet quod prefatus dominus Comes facere possit et debeat lanceas quatringentas, ut supra promisit, et eidem domino Comiti Guidantonio prefatus dominus noster papa dare debeat de suis gentibus ducentas alias lanceas in ordine et in puncto, eo de oportunis pecuniis provisas et premunitas, ita quod predictus dominus Comes dictis ducentis lanceis nullam habeat nec teneatur facere prestantiam, et quod dicte ducente lancee se scribero habeantur et tenoantur in conducta, et sub conducta predicti domini Comitis, videlicet termino et tempore quando dictus Comes se detexerit cum persona et terris, ac sibi in omnibus et per omnia obedire teneantur tamquam suo vero Capitaneo et Conducterio, et veluti alie gentes sue conducte prefate facient: hoc inter dictas partes declarato et per ipsum dominum nomine quo supra dicto domino Comiti promisso, quod omnes pecunie stipendii et servitii dictarum ducentarum lancearum pro futuro tempore per thesaurarios prefati domini papo solvende tradi debeant prenominato domino Comiti, vel eius Cancellariis, et aliis suis per ipsum ad hoc deputatis et deputandis, ita quod per manus prefati domini Comitis et suorum dictis ducentis lanceis, quamdiu durabit tempus dicte conducte, de eorum stipendio solvatur, quemadmodum solvetur aliis quatringentis lanceis: et sic dicta conducta prefati domini Comitis debeat esse integra re et nomine de sexcentis lanceis, ut dictum est, et de ducentis peditibus. De dictis autem ducentis peditibus hoc modo intelligatur prefatum dominum Comitem conducturum pro medietate balistarios, et pro alia medietate lancearios sive pavesarios, ut supra in tertio capitulo ad plenum declaratum est, cum stipendio et stipendii nomine duodecim florenorum auri de Camera pro qualibet lancea, et trium florenorum similiter de Camera pro quolibet pedite et mense quolibet, et eo pluri stipendio, quod per prefatum dominum papam vel Cameram daretur aliquibus aliis gentibus ad ipsius domini pape servitia militantibus, et cum provisione pro persona dicti domini Comitis unius ducati pro qualibet lancea, ultra stipendium predictum mense quolibet, et illud plus quod Rmo in Christo patri et domino, domino Cardinali do Columna videretur et ipse declarabit, et per supradictam Cameram solvendorum, ut infra dicetur.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine promictens omnia et singula supradicta, conducit presencialiter et firmat predictum dominum Comitem cum conducta, stipendio et provisionibus supradictis secundum formam et modum in infrascripto tertio capitulo declaratum, pro tempore et termino unius anni inchoandi in proximis futuris Calendis

mensis Iunii et ut sequitur finiendi, ac etiam pro uno alio anno immediate secuturo ad ipsius dñi nostri pape beneplacitum: hoc tamen pacto inter dictas partes convento, et per ipsum dominum Rodulfum dicto nomine promisso, videlicet quod dicto anno beneplaciti interveniente aut non, dicta nihilominus conducta et stipendium ultra tempus primi anni presentis firme etiam durare debeat tanto tempore, quanto durabit guerra prefati domini Ladislai, vel aliorum inimicorum ecclesie seu inimicorum prefati dñi Comitis, cum quibus guerra habuerit post presentem conductam, et postquam militari exercitio dictarum lancearum servire ceperit predicto domino Iohanni pape et ecclesie, ac ipsius domini pape et ecclesie causa, respectu et occasione vel sui dictam habuerit guerram.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine promictit predicto domino Comiti pro prestantia et prestantie nomine dicte conducte dare et solvere, videlicet quinquaginta florenos de Camera pro qualibet lancea, et novem florenos de Camera pro qualibet pedite, et etiam promictit prestantiam sue provisionis pro quatuor mensibus, quarum prestantiarum et provisionis et pecuniarum summam et quantitatem concurrentem prefato dño Comiti Guidantonio soluturam, et tradicturam dicto nomine promictit prefatus dominus Rodulfus infra tempus et terminum quindecim dierum, a die presentis celebrati contractus, in Civitate Florentina aut Civitate Senarum, ubi magis placuerit dicto domino Comiti, quibuscumque commissariis prefati domini Guidantonii ad hoc specialem commissionem et quietationis mandatum habentibus: hoc tamen pacto inter dictas partes concorditer convento et per dictum dominum Rodulfum dicto nomine expresse promisso, videlicet quod eiusdem prestantie quecumque pecuniarum summa et quantitas prefato domino Comiti G. infra et per totum tempus unius anni presentis firme pro rata mense quolibet biscontari et computari debeat, hoc etiam de dictarum partium concordia addito, et per dictum dominum Rodulfum dicto nomine expresse promisso prefato domino Comiti Guidantonio, quod facta seu deducta dicta biscumputatione pro rata, ut dictum est, de residuo, ad quod ascenderet stipendium, servitium et provisio dicte conducte mense quolibet, quantecumque quantitates fuerint, fieri debeat dicto domino Comiti vel suis, ut dictum est, debita et integra solutio per dictam apostolicam Cameram de mense in mensem, in terris et locis videlicet ipsius domini Comitis.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine promictit supradicto domino Comiti Guidantonio firmam de conducta predicta, videlicet ducentarum lancearum tantum et ducentorum peditum inchoandam, et quod ipsius conducte stipendium incipiat et inchoari debeat in proximis futuris Kalendis Iunii, dum tamen quod dictas ducentas lanceas et dictos ducentos pedites in ordine et in puncto habeat ad scribendum infra quindecim dies, a die qua prestantiam predictam receperit immediate secuturos, et ille reliqne lancee, quas scripserit, et scribi fecerit expost et infra terminum aliorum viginti dierum a die habite prestancie computandorum, intelligantur esse scripte eadem die, qua prestantiam ipsarum receperit, et earum stipendium inchoare et incipere debeat dicta die recepte prestantie. Residuum vero dictarum lancearum, quas expost scripserit, stipendium incipere debeat currenti die, in qua in totum vel pro parte scripserit, dummodo prefatus dominus Comes Guidantonius totam dictam conductam dictarum quatringentarum lancearum et ducentorum peditum facere et scribere teneatur, et sit obligatus infra et per totum terminum quinquaginta dierum, a die receptionis prestantie computandorum, immediate sequentium, si de scribendo requisitus sit per officiales prefati domini pape, et per ipsum Comitem Guidantonium non steterit, quin scribantur, et ad scribendum paratas habeat et habere se dicat, et pro illis, quas non scripserit infra dictum terminum, non teneatur nisi ad restitutionem prestantie, quam pro illis lanceis recepisset deficientibus.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine promictit dicto domino Comiti Guidantonio et est contentus, quod dictus dominus Comes cum persona sua, et cum equis suis de domo sua ad aliquem locum accedere non teneatur, nisi tantum quantum viderit et cognoverit oportunum et utile pro statu et honore prefati dñi nostri pape, et ecclesie et honore suo, et sue libere voluntatis existeret. Et ultra hoc promictit predictus dñus Rodulfus et est contentus, quod prefato dño Guidantonio liceat, et possit de gentibus sue conducte retinere pro custodia Civitatis Assisii, et aliorum suorum locorum et terrarum ducentos equites et centum pedites tamdiu, quamdiu viguerit in patria, videlicet in locis circumvicinis, guerra aut guerre suspicio viguerit, ex qua prefatus dominus Comes Guidantonius de statu suo, vel offensa prefate Civitatis vel aliorum suorum locorum, ubi dicti ducenti equites et centum pedites teneret, quicquam dubitare habuerit et sibi cognoverit oportunum. Verum si et in quantum in patria pacis tranquillitas vigeret, propter quam prefatus dñus Comes dictis gentibus vel aliis in dicta Civitate vel aliis suis locis retinere minime indigeret, quod utrum indiguerit, an non, per pactum expressum inter dictas partes conventum ipsius dñi Comiti Guidantonii iudicio et determinacioni relinquitur et stari debeat: tunc et eo casu debeat dictus dñus Comes Guidantonius dictos ducentos equites et centum pedites mictere cum aliis gentibus dicte sue conducte, ut infra dicetur: hoc eciam per expressum pactum declarato et per dictum dominum Rodulfum

promisso, videlicet quod cum dictis ducentis equitibus et centum peditibus in dicta Civitate Assisii vel alibi, ut supra dictum est, residentibus prefatus dominus Guidantonius nullum obligatus sit vel facere teneatur bellicosum seu militare servitium, sed tantum custodie dicte Civitatis vel aliorum locorum ut supra intendere debeant, et hoc quousque prefatus dñus Comes non receperit licteras et mandatum a domino Rege Romanorum et dño Imperatore, ut dictum est supra, et obedientiam plenariam prefato domino nostro pape exhibuerit, et (si) in patria predicta et cum locis circumvicinis prefatus dominus noster guerram habuerit, tunc et eo casu cum dictis ducentis equitibus et centum peditibus continue tamen in dicta Civitate residere debentibus vel alibi, ut supra dictum est, prestare debeat et teneatur, quemadmodum cum aliis gentibus sue conducte predicte, facere bellicosum et militare servitium legaliter et bona fide ea forma et modo, quibus superius dictum est: hoc quoque inter dictas partes pacto convento et per dictum dñum Rodulfum expresse promisso, videlicet quod dictus dominus Comes Guidantonius obligatus non sit, nec teneatur dictas gentes suas dicte sue conducte sexcentarum lancearum et ducentorum peditum in totum, vel in partem aliquo iussu apostolico quacumque forma et qualitercumque sibi facto modo aliquo mictere ultra Civitatem Romanam, verum ad dictam Civitatem Romanam inclusive, et ab inde citra ad quemcumque alium locum et pro quocumque servitio mictere teneatur et debeat, quandocumque et quotienscumque fuerit requisitus, utpote in suprascripto septimo capitulo plenius continetur, preterquam ad damnu dñorum de Malatestis.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine promictit prelibato domino Guidantonio, et cum eo convenit et contentus est, quod in casu quo eidem dño Comiti Guidantonio ab aliquo guerra fieret, ante vel postquam dictus dominus Comes Guidantonius se detegeret, tunc et eo casu eidem d. Comiti Guidantonio liceat, et possit quascumque gentes de sua conducta predicta ad servitia dñi nostri pape et ecclesie, et ad quecumque loca missas revocare pro toto vel pro parte, veluti sibi oportunum fore videbitur et placebit: et hoc prefatus dominus Rodulfus dicto nomine reliquit discretioni et libero arbitrio prefati domini Comitis Guidantonii, utrum omnibus gentibus dicte sue conducte vel earum parte indiguerit, an non. Et ultra promictit prefatus dominus Rodulfus dicto nomine eidem domino Comiti Guidantonio, quod in casu quo tanta erit inimicorum sibi guerram facientium potentia, quod ultra gentes sue conducte pluri et maiori auxilio se cognoverit indigere, prefatus dominus noster papa prestabit et subveniet sibi quocumque auxilio ei oportuno iuxta posse suum bona et recta fide, ipsumque pro posse suo fideliter defensabit.

Item promictit prefatus dominus Rodulfus dicto nomine supradicto dño Comiti Guidantonio, quod prefatus dominus noster papa paterno et benigno affectu, et etiam per apostolicam bullam seu apostolicas bullas oportune, libere et gratis et absque aliqua solutione pecunie eidem domino Comiti Guidantonio, Communitatibus et singularibus personis tam ecclesiasticis quam secularibus Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum, que per ipsum dñum Comitem Guidantonium eiusque recommendatos et adherentes tenentur et gubernantur, de quibuscumque iniuriis, offensionibus, obmissionibus et delictis quibuscumque quantumcumque gravissimis, et etiam de quibus oporteret fieri mentio specialis, commissis, obmissis et perpetratis usque in presentem diem, et aliis quibuscumque forefactis, et quocumque nomine censeantur, a quibuscumque sententiis latis ab homine vel a iure, et penis illatis, impositis vel occursis, temporalibus vel spiritualibus, quomodocumque et qualitercumque per eum suosque recommendatos, adherentes, complices et sequaces, subditos quoque suos omnes quarumcumque Civitatum, Terrarum et locorum sui regiminis et suorum recommendatorum et adherentium, tam ecclesiasticos quam seculares, et cuiuscumque conditionis, status et gradus honore prefulgeant, hactenus quomodocumque, quotienscumque et qualitercumque preter et contra devotionem debitam et reverentiam pastoralem, ac contra statuta Pisani Concilii et aliorum sacrorum canonum sanctiones, gratiosam absolutionem et liberationem et liberaliter veniam exhibebit, clementerque eos recipiet ad gremium salutare. Et exnunc idem dñus Rodulfus nomine supradicto recipit et acceptat, et liberat et absolvit cum omnibus aliis tam in spirituali quam temporali absolutionibus, liberationibus, remissionibus, habilitationibus et reintegrationibus necessariis et oportunis, et quas idem dñus Comes Guidantonius dixerit, voluerit et sibi placebit, ipsumque dñum Comitem Guidantonium, et omnes ... adherentes et ... recommendatos suos, complices et sequaces, et omnes singulos supradictos de dictis Civitatibus, Terris et Castris et locis supradictis restituet in integrum ad honorem et famam et dignitates, et ad omnia iura sua et bona et iurisdictiones quecumque et quascumque et qualescumque, que amisissent seu perdidissent, etiam si in aliam quomodolibet translata fuissent per prefatum dominum nostrum papam, vel aliquem suum vel ecclesie officialem vel commissarium, vel alium ab eis potestatem habentem, et perinde sint ac si alienata non fuissent et essent, et quod ipso iure omnia intelligantur et sint in integrum plenissime et in pristinum statum reducta et restituta.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine promictit prefato domino Comiti Guidantonio, quod prelibatus dominus noster papa per suam bullam sive bullas liberales et gratiosas, absque ulla solutione pro ipsis facienda, eidem domino Comiti Guidantonio plenariam remissionem faciet de omnibus et quibuscumque censibus et pecuniarum summis, per ipsum dñum Comitem Guidantonium causa et pretextu Vicariatuum terrarum et locorum omnium, quas et que personaliter tenet, regit et gubernat, pro toto tempore preterito usque in presentem diem apostolice Camere debitis, ac etiam plenariam remissionem faciet de omnibus et quibuscumque censibus at pecuniarum summis supradicta causa et pretextu per eum prefate Camere apostolice, videlicet pro tempore et spatio sex annorum proxime futurorum debendis.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine promictit dicto domino Comiti Guidantonio, quod prelibatus dominus noster papa per suas plenarias bullas et liberales, absque solutione pecunie et gratis ut supra, eidem domino Comiti Guidantonio reconfirmabit, et de novo concedet Vicariatum sive Vicariatos Terrarum, Castrorum et locorum quorumcumque, quos presentialiter tenet et gubernat, in simili et eadem forma propria tenoris bullarum et privilegiorum, quas habuit et habet dictorum Vicariatuum terrarum antiquarum a summis pontificibus, et maxime a bone memorie dño Bonifacio papa, et ultra dictam reconfirmationem de novo sibi concedet terras novas, quas tenet de presenti, in Vicariatum, et in forma simili Vicariatus dictarum terrarum antiquarum, cum omnibus pertinentiis, iurisdictionibus, Comitatibus et diocesibus suis: hoc tamen per expressum pactum declarato, videlicet quod in dicta concessione dictarum novarum terrarum non intelligatur, nec intelligi debeat aliquis locus seu loca quecumque in dictis pertinentiis et diocesibus positis et situatis, que loca per aliquem seu aliquos prefato domino nostro presentialiter obedientem et obedientes tenerentur et possiderentur, sed ipsa loca apostolice sedis tantum dispositioni remanere et servari debeant et teneantur.

Item prefatus dominus Rodulfus dicto nomine predicto domino Comiti Guidantonio promictit, et presenti capitulo inter dictas partes conventum et promissum, quod census per prefatum dominum Guidantonium annuatim solvendos pro futuro tempore, dictorum sex annorum dumtaxat tempore excepto, apostolice Camere tam pro Vicariatibus supradictarum terrarum antiquarum reconfirmandis, quam pro Vicariatibus supradictarum terrarum novarum de novo concedendis per prefatum dominum nostrum papam, Millequingentorum florenorum auri summam non excedent, et annuatim sic per apostolicas bullas superinde conficiendas dicetur etiam et apparebit.

Item promictit prefatus dñus Rodulfus nomine ut supra prelibato dño Comiti Guidantonio, quod prefatus dominus noster papa eidem domino Comiti dabit et concedet in Vicariatum Civitatem Forlivii cum omnibus pertinentiis, Comitatu, diocesi et iurisdictionibus suis, et in ea et simili forma in qua habet concessionem et Vicariatum supradictarum terrarum antiquarum, quas presentialiter tenet et gubernat, promictens etiam dicto nomine prefatus dominus Rodulfus eidem dño Comiti Guidantonio, quod prefatus dominus noster papa eundem dñum Comitem invabit ad conquistandum et habendum dictam Civitatem Forlivii bono zelo et possessionem ipsius cum suo Comitatu iuxta posse suum.

Item promictit dictus dominus Rodulfus dicto nomine prefato dño Comiti, quod prelibatus dñus noster papa operabitur, quantum in eo fuerit, cum illis nobilibus ... exititiis de Perusio, ut relassare velint et debeant et relapxent Roccam Contratam, etiam providendo eis de aliquo resalvo competenti, ut de relassatione et dimissione dicte Roche Contrate se magis habeant contentari, et sic isto et alio quocumque modo sibi possibile, debito tamen et honesto, facere procurabit bona fide, ut prefatus dominus Comes habeat dictam Roccam Contratam, quam si per dictos ... exititios relaxabitur, promictit, quod dñus noster papa sibi dño Comiti Guidantonio in Vicariatum concedat modo et forma aliorum suorum dictorum Vicariatuum libere et gratis, et absque aliqua solutione pecunie pro bullis et privilegiis, vel alia quacumque ratione vel causa, salvo censu annuo competenti, quem solvere deberet pro dicto Vicariatu Camere apostolice. Et in casu quo facere hoc nequiverit prefatus dñus noster papa, promictit dictus dominus Rodulfus nomine supradicto, quod prefatus dominus noster papa dabit et concedat predicto dño Comiti Guidantonio duas alias terras ecclesie, sine tamen Episcopatu, in Marchia vel alibi situatas, que modo extra obedientiam supradicti dñi nostri consistunt, et que in futurum post presentem conclusionem inter dictas partes factam conquistarentur, in resalvum et compensationem dicte Roche Contrate, de quibus idem Magnificus dñus Comes Guidantonius contentaretur, et que sibi placerent, et quas duxerit acceptandas.

Item prefatus dñus Rodulfus promictit prefato domino Guidantonio, quod predictus dñus noster papa iuxta posse operabitur et procurabit bona fide, quod in terminum trium mensium, inchoandorum in proximis futuris Kalendis mensis Iunii, et ut sequitur finiendorum, relapxentur et restituantur prefato domino Comiti Guidantonio Castra et loca Montisnovi, Belvederis et Buscareti in Marchia situata, et detenta per Bracium seu alios socios suos et de sua societate, quem etiam, ut hoc habilius sortiatur hunc effectum, in alio restaurabit et recompensabit, et pro posse suo omni modo et via possi-

bilibus debitis et honestis eum Bracium, et elios predictos procurabit facere contentos, ut ipse loca habeant relaxare: et si et in quantum prefatus dñus noster papa infra dictum terminum hoc facere non posset, cum supradicta loca sua in potestate non sint, tunc et eo casu predictus dominus Rodulfus dicto nomine eidem domino Comiti Guidantonio promictit, quod prefatus dominus noster debit et concedet dicto domino Comiti illud resalvum et in illo tempore, quod et quo Rñus dominus Cardinalis de Columne declerabit, quam quidem declarationem dictus dñus Rodulfus nomine quo supra infra terminum duorum mensium, in dictis proximis Kalendis mensis Iunii inchoandorum et ut sequitur finiendorum, per supradictum dominum Cardinalem do Columna facere fieri nomine supradicto promictit. Et si et in quantum prefatus dominus Cardinalis de Columna, antequam terminus dictorum duorum mensium expiraret, foret quod absit morte preventus, tunc et eo casu de dictarum partium communi concordia loco prefati dñi Cardinalis do Columne subrogatus et deputatus sit et esse intelligatur Rñus dñus, dñus Cardinalis Burdegalensis, in quem dicta potestas, facultas et arbitrium, que et quod prefato domino Cardinali de Columna concessa et commissa erant, omnimodo divolvantur et translata esse intelligantur in omnibus et per omnia: hoc tamen addito et per ipsas partes declarato, videlicet quod prefatus Rñus dñus Cardinalis Burdegalensis infra alterius tertii mensis immediate secuturi terminum habeat, et teneatur supradicta omnia declarare. Et (si et) in quantum nullus dictorum Rñorum duorum Cardinalium declararet, quod ipse dominus Comes Guidantonius possit eligere unum alium ex Rñis dñis Cardinalibus.

Item promictit dictus dñus Rodulfus prefato domino Comiti Guidantonio, quod dictus dominus noster papa faciet et ordinabit et deputabit eum Confalonorium ecclesie eiusdem, Confalonerii offitium sibi quamdiu vixerit duraturum, cum omnibus illis provisionibus, commoditatibus, prerogativis, honoribus et oneribus alias debitis et consuetis. Item ultra proximo dicta dabit, et exnunc dat sibi conductam gentium armorum et lancearum provincie Marchie Anconitane in illo numero, et cum illis stipendio, provisionibus, honoribus et oneribus, pactis et modis alias dari aliis consuetis, et secundum quod habuerunt alii Capitanei tempore bone memorie pape Bonifacii. Item ultra proxime dicta in precedenti capitulo promisit dictus dñus Rodulfus dicto nomine ipsi domino Comiti Guidantonio, quod prefatus dominus noster dabit, et exnunc idem dñus Rodulfus dicto nomine dat eidem domino Comiti conductam gentium armorum et lancearum Marchie Anconitane in numero, et cum stipendio et provisionibus, honoribus, oneribus, pactis et modis alias dari aliis consuetis, que conducta Marchie incipiat et incipere intelligatur finito tempore dicte conducte sexcentarum lancearum, vel postquam idem dominus Comes Guidantonius voluerit renuntiare dicte conducte sexcentarum lancearum, et acceptare et incipere habere dictam conductam Marchie.

Item promictit prefatus dominus Rodulfus dicto nomine eidem domino Comiti Guidantonio, quod dominus noster papa concedet dicto domino Comiti Guidantonio plenariam facultatem, potestatem et bayliam quoscumque dños ecclesie Vicarios vel non Vicarios, et quascumque Communitates aliasque quascumque personas, et dominos cuiuscumque conditionis, status et gradus presentialiter prefato dño nostro inobedientes et Romane ecclesie, et maxime qui non tenerent Civitates, terras et castra et loca, ad ipsius domini nostri pape et ecclesie obedientiam, devotionem et reverentiam reducendi, dominis de Malatestis duntaxat exceptis, ac eisdem se ad dictam reverentiam atque obedientiam reducentibus promictendi, quecumque prefato dño Comiti Guidantonio sue discretioni et arbitrio convenire videbitur et placebit, etiam concedat facultatem plenariam, de quarum facultatum concessione eidem domino Comiti Guidantonio bulla apostolica in plena forma concedetur et dabitur.

Item promictit prefatus dominus Rodulfus dicto nomine predicto domino Comiti Guidantonio, quod prefatus dominus noster papa cum aliquo, cum quo presentialiter guerram habet vel habuerit in futurum, et pro tempore quo durabit conducta prefati domini Comitis Guidantonii, et quamdiu prefatus dominus Comes in obedientia, reverentia et devotione prefati domini nostri pape et ecclesie steterit et se observaverit, pacem seu treguam non faciet, quin prefatus dominus Comes G. cum omnibus suis terris, subditis, ... adherentibus, ... sequacibus et recommendatis etiam includetur. Et si et in quantum occurreret, quod durante guerra cum inimicis domini pape et ecclesie, ac dicti domini Comitis Guidantonii aliqua terra seu locus aliquis ipsius domini Guidantonii, vel alicuius suorum adherentium et recommendatorum ab inimicis ipsius auferetur, et per vim vel furtum vel alio quocumque modo occuparetur et detineretur, tunc et eo casu promictit dictus dominus Rodulfus dicto nomine prefato domino Guidantonio, quod predictus dominus noster papa nunquam cum auferente et occupante dictum locum pacem faciet, nec longam treguam, nisi primo dictus dominus Comes Guidantonius locum ipsum rehabuerit.

Item dictus dñus Rodulfus promictit dicto nomine predicto dño Comiti Guidantonio, quod si et in quantum prefatus dominus papa cum domino Ladislao pacem faceret, de summa trigintaquinque milium florenorum vel circa, quos ab ipso Ladislao prefatus dominus Comes habere recipereque

tenetur et debet, nullam remissionem nec qnietationem faciet dicto domino Ladislao: imo promictit idem dominus Rodulfus nomine quo supra, quod prefatus dominus noster papa per omnes terras et loca ecclesie dicto domino Comiti Guidantonio contra terras, et quoscumque subditos dicti domini Ladislai oportunas et validas de iure et efficaces concedet, et exnunc concedit idem dominus Rodulfus dicto nomine represalias, quousque prefato domino Comiti Guidantonio de dicta pecuniarum summa et expensis fuerit integraliter satisfactum.

Item promictit dictus dominus Rodulfus dicto nomine predicto domino Comiti Guidantonio, quod prefatus dominus noster papa ita et taliter operabitur cum effectu, quod dictus dominus Comes Guidantonius infra spatium unius mensis, inchoandi in proximis futuris Kalendis mensis Iunii et ut sequitur finiendi, habebit gratis et sine solutione sive expensa aliqua licterarum Collegii R̃morum dominorum Cardinalium, et cuiuslibet ipsorum dominorum in plena forma, qua promictent et se obligabunt, quod quecumque in presentibus capitulis et conducta promissa per dictum dominum Rodulfum dicto nomine prefato domino Comiti Guidantonio plenarie observabuntur, et cum effectu curabunt et facient sibi observari: et similiter promictit, quod infra terminum trium mensium, inchoandorum in dictis Kalendis et ut sequitur finiendorum, habebit licteras seu bullam ab Imperatore seu Romanorum Rege supradicto in plena forma gratis absque solutione et expensa ulla, qua promictet plenariam observantiam omnium promissorum ut supra.

Item predictus dñus Rodulfus dicto nomine promictit prefato domino Comiti Guidantonio, et est contentus et sic inter ipsos conventum est, quod dicto domino Comiti liceat, possit et debeat stare cum persona et terris suis, et se non movere ad guerram faciendum, nec ad dandum obedientiam aliquam prefato domino nostro pape, ultra quam in scriptis capitulis sit expressum, quousque sibi venerit lictera cum bulla consueta pro parte Imperatoris et domini Regis Romanorum supradicti preceptoria, ut in prefatum dominum Iohannem papam credere debeat veluti in verum papam, sicuti etiam ipse credit, et sibi debeat tam in temporalibus quam spiritualibus plenariam dare obedientiam, habendo amicos prefati domini Iohannis pro amicis, et inimicos pro inimicis, et faciendo guerram et pacem secundum placitum et mandatum suum: et post dictam habitam licteram infra terminum decem dierum inchoandorum die, qua dictam licteram perceperit, et ut sequitur finiendorum, debeat se movere et inimicis obstare cum persona et terris suis omnibus, tam in temporalibus quam spiritualibus plenariam exhibendo obedientiam, salvis tamen omnibus superius et inferius contentis.

Item promictit dictus dominus Rodulfus dicto nomine prefato domino Comiti Guidantonio, quod de quibuscumque litibus, rissis, controversiis et causis omnibus tam civilibus quam criminalibus oriendis, commictendis et patrandis inter et per aliquos de dicta sua conducta nullus officialis, sive Rector alicuius Civitatis, terre sive loci prefati domini pape et ecclesie cognoscere aut quoquo modo se intromictere possit nec debeat, nisi ipse dominus Comes Guidantonius aut aliquis locumtenens, commissarius, mareschalchus sive alius officialis suus, qui ad hec et ad alia occurrentia circa regimen dicte conducte per eum fuerit ordinatus et deputatus, excepto dumtaxat in maleficiis, que commicti occurrerent intus Civitates, terras et loca ecclesie, ex quibus maleficium commictens corporea vita vel membri perditione veniret secundum legis et loci statuta puniendus, quo casu ad Rectorem loci talis maleficii cognitio, eiusdemque cognitio omnimoda iurisdictione et potestate pertinere debeat.

Item promictit dictus dominus Rodulfus dicto nomine prefato domino Comiti Guidantonio et est contentus, quod nullus, quicumque fuerit, stipendiarius de conducta eiusdem domini Guidantonii Comitis, qui habuerit aliqua debita privata seu condempnationes pecuniarias in dictis Civitatibus seu locis ecclesie, et cum quibuscumque ecclesie subditis, et aliis quibuscumque personis et de quibuscumque locis, videlicet per illa debita tantum et pecuniarias condempnationes contracta per dictos stipendiarios, et contra ipsos factas ante tempus, quo ceperit firma dicti domini Comitis Guidantonii, per aliquem Rectorem seu officialem ecclesie, quocumque fungatur titulo, dictis Civitatibus, terris et locis ecclesie deputatis (sic) et pro tempore deputandis, non possit nec debeat conveniri, arrestari ac retineri, nec modo aliquo inquietari durante tempore dicte firme et refirme, et post per spatium unius mensis immediate subsequentis, infra quem terminum omnium dictorum temporum spatio prefato domino Comiti et dictis omnibus stipendiariis de dicta sua conducta liceat sit ire, stare et redire, intrare et exire per quecumque loca ecclesie obedientia et eorum territoria tute libere cum equis et armis, salmis, arnensibus, pannis, argentis, iocalibus et cariagiis quibuscumque sine solutione aliqua datii, pedagii vel gabelle, quandocumque, qualitercumque et quotienscumque voluerint et eis libuerit, exceptis rebellibus ecclesie ut supra, et hoc capitulum sit eis loco plene licentie et validi salviconducti: hoc addito et inter ipsas partes expresse convento, ac per predictum dominum Rodulfum dicto nomine prefato domino Comiti promisso, videlicet quod si casus occurreret, quod aliquis socius vel caporalis dicti domini Comitis de dicta sua conducta dicto durante tempore firme

et refirme dicti domini Comitis, et etiam prefati mensis recederet vel aufugeret sine eius licentia, vel suorum auctoritatem habentium ad aliquas terras et loca ecclesie, non debeat recipi in stipendium, nec alio modo, imo officiales loci, ad quam aufugeret, debeant illum (ar)restare et detinere, et etiam carcerare ad omnem requisitionem prefati domini et suorum auctoritatem habentium, nec ipsum debeant sine eorum voluntate et licentia relassare, quousque satisfecerit sibi de omni eo, quod teneretur, et quod sibi domino Comiti Guidantonio liceat et possit cassare quemcumque de sua comitiva inobedientem et male servientem, et illum remittere pro suo libito voluntatis.

Item dictus dominus Rodulfus dicto nomine promictit prefato domino Comiti Guidantonio et est contentus, quod in casu quo aliquis de dicta conducta lancearum quocumque casu mori contigerit, et similiter aliquis equus, prefatus d. Comes Guidantonius habeat terminum remictendi tam hominem quam equum mortuum quindecim diebus sine amissione aliqua stipendii: si vero aliquis de dicta conducta lancearum recederet cum licentia vel sine, vel aliter quomodocumque, equi exclusa morte perderentur vel translatarentur, tunc et eo casu habeat terminum remictendi alium hominem vel equum decem diebus tantum sine amissione stipendii. Et si vero aliquis ex peditibus dicte conducte moriretur, vel aufugeret et alias quomodocumque deficeret in conducta, tunc habeat etiam terminum pure decem diebus ad remictendum alium loco sui sine admissione stipendii. Si autem infra dictos terminos non remiserit, tunc perdat stipendium hominis et equi non remissi vel peditis vel non remissorum illis diebus, quibus steterit ad remictendum, et hoc intelligatur in eo casu, quo in loco, ubi essent dicte gentes, affuerit aliquis officialis vel scriba pro ecclesia, alioquin si non fuerit officialis vel scriba, quia tunc non esset culpa remittere volentis, nichil perdat stipendii pro tempore, quo steterit ad remictendum equum vel hominem, lancem ac peditem, et quamdiu fuerit absentia officialis vel scriptoris.

Item inter dictum dominum Comitem Guidantonium et dictum dominum Rodulfum nomine quo supra ad removendum omnem errorem, qui in premissis et circa premissa oriri posse, conventum, declaratum et promissum est, quod si et in quantum aliqua ex dictis capitulis et eorem parte aliqua contraria esse viderentur, non intelligantur propterea dicta capitula fore, nec unum alteri in aliqua sui parte derogare, imo eorum quodlibet debeat in suo firmamento, robore et sensu permanere, et in qualibet parte ipsorum et quocumque ipsorum promictunt dicte partes vicissim, una pars alteri et altera alteri nominibus quibus supra plenarie et integraliter observare.

Item inter dictas partes nominibus quibus supra, ipsis promictentibus sibi vicissim una parte alteri et altera alteri, conventum, declaratum et promissum est, quod suprascripta capitula et ipsorum quodlibet, pretermissis malitia, frauda et cavillationibus omnibus, pure, simpliciter et bona fida intelligi debeant et integraliter observari. Et si et in quantum occurreret, quod absit, quod aliquis error, differentia seu contentio inter ipsas partes de et super continentiis dictorum capitulorum sive alicuius ipsorum quandocumque et modo aliquo oriretur, super quo ipsi concordare non valerent, exnunc prout extunc de comuni partium concordia eligunt et electos esse intelligant in veros iudices, mediatores et cognitores earum quarumcumque differentiarum sive errorum, que et qui super premissis orirentur seu modo aliquo oriri possent, R̄mos in Christo patres et dominos, dominos Cardinales de Columna et Burdegalensem, seu alterum ipsorum, ubi insimul esse non valerent, secundum occurrentia factorum, temporum et locorum, quibus et ipsorum utrique dicte partes concedunt plenam auctoritatem et arbitrium daelarandi super premissis differentiis oriendis ut supra, promictentes dicte partes ut supra stare contenti quibuscumque dictis et declarationibus dictorum dn̄orum Cardinalium seu alterius ipsorum, ut supra dictum est, et quicquid dixerint et declaraverint, habere firmum, ratum et gratum, et nullo modo dicto vel facto contravenire: et predictis R̄mis patribus et dominis, dominis Cardinalibus ambobus deficientibus, substituantur ex nunc et loco ipsorum substituti intelligantur et sint duo alii ex numero et Collegio Cardinalium ipsius Summi Pontificis, eligendi et nominandi per ipsum dominum Comitem Guidantoniem, cum auctoritate, potestate et baylia simili, et quorum declarationi et dicto stari debeat, ut prefertur.

Item promictit dictus dominus Rodulfus dicto domino Comiti Guidantonio, quod sibi deputabuntur et assignabuntur, et exnunc dicto nomine deputat et assignat eidem domino Comiti Guidantonio omnes decimas, census et taleas debitas et debendas, et omne id quod deberent dare et solvere quacumque ratione vel causa in futurum, maxime secundum ordines et modos consuetos in preteritum, omnes et singuli Prelati et Clerici episcopalis dignitatis et cuiuscumque alterius dignitatis episcopatuum, dignitatum et prelaturarum et quorumcumque beneficiorum consistentium in Civitatibus Urbini, Callii, Eugubii et Assisii et terre Forlimpopuli, et in omnibus et singulis aliis terris, castris et locis et Communitatibus, diocesibus dictarum Civitatum et gubernationi et regimini dicti dn̄i Comitis Guidantonii constitutis de presenti, Camere apostolice (sic), per tempus et terminum annorum trium proxime venturorum, et fa-

cere at curare, quod prefatus dominus papa constituet et ordinabit Collectorem seu collectores, unum seu plures, pro dictis debitis exigendis nominandos, et de quibus videbitur prefato domino Guidantonio, qui habeant at debeant respondere de predictis pecuniarum quantitatibus, quas recipicet et exigent occasionibus supradictis. Et ex nunc idem dñus Rodulfus dicto nomine eligit et constituit... Collectorem seu collectores illos, quos predictus dominus Comes Guidantonius duxerit nominandos seu eligendos, et dans et concedens [exnunc] dicto nomine exnunc dicto domino Comiti Guidantonio potestatem et facultatem nominandi, eligendi et deputandi... Collectorem et collectores, qui habeant sibi de predictis respondere, illos quos voluerit et plus sibi placuerit, cum potestate ipsis Collectoribus liberandi, quietandi et absolvendi quoscumque solventes, et componendi cum ipsis solvere debentibus in forma solita concedi in talibus et similibus Collectoribus Camere. Et hoc concessit prefectus dominus Rodulfus prefato dño Guidantonio pro satisfaciendis et supportandis expensis et oneribus, quas et que idem Magnificus dominus Comes Guidantonius supportabit et sustinebit, et supportare expediens erit in servitiis et pro statu et bonore ipsius domini nostri pape, et sancte matris ecclesie iuxta conventiones verbotenus factas et conventas inter prefatum dominum Rodulfum ex una parte, et prefatum Magnificum dominum Guidantonium ex altera. de quibus convenerunt et contenti fuerunt expresse inter se de predictis in presenti capitulo contentis, aliter per scripturam non apparere, salvis tamen quibuscumque dispositionibus de dictis decimis et aliis supradictis Camere apostolice dabendis pro tempore supradicto factis, si que facte fuerunt in concilio Pisano sive tempore dicti concilii.

Item et ultimo promictit idem dominus Rodulfus commissarius supradictus dicto dño Comiti Guidantonio dicto nomine, quod Sanctissimus dominus noster papo prefatus ratificabit, amologabit et confirmabit et approbabit, et se attendere et observare promictet per suas bullas et lict eras apostolicas bulla plumbea consueta signatas omnia et singula capitula suprascripta, et in eis contenta, promissa et conventa per prefatum dominum Rodulfum eius Sanctitatis commissarium prefato domino Comiti Guidantonio nominibus quibus supra, et omnia et singula suprascripta, et in presenti contractu contenta affirmando se habere notitiam omnium premissorum et infrascriptorum, quas bullas et litteras promisit idem dominus Rodulfus tradi et assignari facere dicto Magnifico domino Comiti Guidantonio sine aliqua solutione, vel expensa infra terminum unius mensis proxime futuri, videlicet per totum mensem Iunii.

(Signum Luce notarii infrascripti.)

Et ego Lucas Iobannis de Serra S. Abundi, publicus Imperiali auctoritate notarius et cancellarius Communis Eugubii pro prefato Magnifico et potenti domino Comiti Guidantonio, predictis interfui, dum sic agerentur, et de omnibus, ut superius continetur, rogatus a prefato Magnifico et potenti domino et dicto domino Rodulfo Commissario supradicto, scripsi et publicavi, et in publicam formam redaxi, et meum signum apposui consuetum, et de mandato prefati Magnifici domini sigillavi suo sigillo consueto.

Tenor vero subscriptionis prelibati Magnifici dñi Comitis manu eius propria est talis, videlicet:

Ego Guidantonius prefatus predictis omnibus capitulis de mea voluntate manu suprascripti Ser Luce Cancellarii mei scriptis et rogatis, ac de meo consueto sigillo sigillatis contentus fui et sum, et illa ac omnia in eis contenta approbo et confirmo, promictoque in omnibus et per omnia fideliter ac integraliter observare, et ad eorum pleniorem fidem me hic propria manu subscripsi dicto Millesimo et dicto die xxx. Maii.

Tenor vero subscriptionis dicti domini Rodulfi manu propria ipsius est talis, videlicet:

Ego Rodulfus Commissarius supradictus nomine quo supra predictis omnibus capitulis scriptis, rogatis et sigillatis ut supra contentus fui et sum, et illa ac omnia in eis contenta approbo et confirmo, promictoque nomine quo supra, quod ea in omnibus et per omnia pro parte supradicti domini nr̃i pape fideliter et integraliter observabuntur, et ad eorum plenoriem fidem me hic propria manu subscripsi dicto Millesimo, die xxx. Maii, signumque meum hic etiam impressi consuetum.

Item convenerunt dicte partes ultra predicta omnia in suprascriptis capitulis contenta, ad invicem et inter ipsos dñum Guidantonium Comitem prefatum et dominum Rodulfum predictum nomine quo supra conventum, declaratum et promissum est, quod prefatus d. Comes ot supra teneatur habere amicos pro amicis, et inimicos pro inimicis, excepto et principaliter Sermo dño dño Imperatore, qui presentialiter est et pro tempore fuerit, qui nullo modo pro inimico intelligatur, nec contra ipsum (di)recte seu indirecte guerram seu iniuriam vel offensam aliquam facere permictere seu consentire debeat, neo modo aliquo teneatur, non obstantibus quibuscumque in presentibus capitulis contentis in contrarium facientibus.

Actum in Civitate Eugubii in domibus residentie prefati Magnifici domini sitis in quarterio S. Andree, fines quarum undique sunt vie et res dicti domini, videlicet in Camera superiori viridi, Millesimo, anno, mense, die et Indictione predictis, presentibus Magnificis viris Comite Petro de Balneo, Comite Ugolino de Bandis de Monte diocesis Feretrane, atque egregio legum doctore dño Iohanne

de Rosellis de Aretio, testibus ad hec vocatis, habitis et rogatis.

Et ego Lucas predictus de voluntate predictarum partium predicta addidi et propria manu scripsi.

Ego Guidantonius Comes predictus supradicto capitulo proximo me subscripsi propria manu ut supra.

Ego Rodulfus Commissarius predictus supradicto proximo capitulo me subscripsi propria manu ut supra.

CXXIX.

Communi Viterbiensi super restitutione pecuniarum mutuo receptarum. *Ex orig. in archivo Com. Viterbiensis asservato.*

Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis ... Prioribus populi, Regimini, Consilio et Communi Civitatis nostre Viterbiensis, salutem etc. Debitum racionis exposcit, ut qui pro statu et honore sancte Romane ecclesie atque nostro, et defensione patrie, sic publica necessitate poscente, subventrices manus impendunt, per dobite restitucionis beneficium satisfactionem suscipiant, ne ex liberalitate damna subeant, et promptioribus semper affectibus tam ipsi, quam reliqui animentur ad eroganda subsidia in publicis oportunitatibus qnovis caso. Hinc est, quod nos premissorum intuitu et ex certis aliis rationabilibus causis animum nostrum ad hoc moventibus, ac vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, volumus et mandamus, ac presentium tenore decernimus, quod quicumque Civis, Comitatensis, districtualis, habitator aut incola Viterbiensis, cuiuscumque dignitatis, status, habitus vel conditionis existat, ecclesiastice vel mundane, qui a primordio presentis guerre usque in presentem diem mutuavit, seu mutuabit imposterum, prefata durante guerra, Communi vestro seu Camere Viterbiensi aliquam pecunie quantitatem premissorum vel alicuis eorum occasione vel causa, in quacumque summa fuerit, illam consequi debeat et habere pace subsecuta, seu superantibus introitibus dicte Civitatis durante guerra ex fructibus primis, redditibus atque proventibus dicte Camere Viterbiensis usque ad satisfactionem plenariam mutui facti, seu etiam faciendi, hoc addito et declarato, quod prius satisfieri debeat illis, qui primo subvenerint ordine successivo, Mandantes ex nune dilectis filiis Thesaurario provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia et Camerario dicte Camere, qui pro tempore fuerint, et aliis, ad quos id posset quomodolibet pertinere, quatenus visis presentibus, habita prius fide plenaria de mutuo tam facto quam faciendo, propterea in Communi de fructibus, redditibus atque proventibus dicte Camere quantitatem huiusmodi mutuatam, seu etiam mutuandam, absque precepto alio vel mandato illi, qui prius huiusmodi mutuum fecerit, seu eius procuratori ad id specialiter constituto, seu heredibus ipsius tam desuper abundantibus introitibus tempore guerre, quam etiam illis nun suppetentibus de hiis, qui prius proveniunt post pacem factam, ordinariis expensis duntaxat deductis, solvere ac satisfacere teneantur et debeant, Constitutionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus Civitatis et Camere prefatarum, et aliis in contrarium disponentibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Iunii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXX.

Sacrum cardinalium collegium capitula et pacta inter comitem Montisferetri et Rodulphum de Giancontis nomine pontificis inita observare et observari curare promittit. *Ex cod. comitum Urbini fol. 67.*

Miseracione divina Epi, presbiteri ac diaconi sacrosancte Romane ecclesie Cardinales, Magnifico dño et dilecto nobis in Christo Guidantonio Comiti Montisferetri, ac in Urbinate et nonnullis aliis Civitatibus et terris pro sanctissimo domino nostro, domino Iohanne divina providencia papa XXIII. ac sacrosancta Romana ecclesia in temporalibus generali Vicario, Salutem in dño sempiternam. Hiis que ad pacem sant, ot presertim reductionem erraneium ad ovile dominium et tranquillitatem subditorum Rom. ecclesie concernencia totis affectibus congaudentes, ut illibata permaneant, adhibemus pro viribus sollicitudines atque curas. Cum itaque, sicut manifeste didicimus, inter Nobilitatem tuam ex una et dilectum nobis in Christo Rodulfum Urbinatem, secretarium, nuncium et commissarium sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Iohannis digna dei providencia pape XXIII. supradicti ex altera partibus nonnulla composiciones, convenciones, promissiones, obligaciones, stipulaciones, capitula et federa super multis in capitulis inter ipsas partes comprehensis factis die vigesima septima Maii et secunda Iunii proxime preteritis, ot refirmacione et concessione nonnullorum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum ad dñum nostrum et ecclesiam prefatos spectancium et pertinencium, et reductione tua et tuorum subditorum ac Civitatum, Castrorum, Terrarum et locorum, que tenes et gubernas eciam pro eadem ecclesia, ad devocionem, fidelitatem et obedienciam domini nostri et ecclesie prefatorum formata fuerint et conclusa, de quibus plenam et claram noticiam habemus, et inter cetera conventum fuerit et promissum, quod eadem tua Nobilitas literam Collegii nostri in plena forma susciperet, per quam promicteremus, et nos obligaremus quidem quecumque conventa et promissa per ipsum Rodulfum dicto nomine eidem tue Nobilitati, et in capitulis et pactis huiusmodi et contractu superinde confecto contenta et denotata plenarie observabuntur, et omni effectu curabimus et faciemus

eciam observari: Nos sperantes indubie, quod que per eamdem Nobilitatem tuam prefato Rodulfo dicto nomine recipienti promissa fuerunt, ad execucionem plenariam irrefragabiliter perducentur, et propterea volentes conventa per ipsum Rodulfum observare, et curare, quod observentur, habentes statum et formam omnium et singulorum pactorum, federum et capitulorum contractus, et contentorum in illis hic pro sufficienter expressis, eidem Nobilitati tue promictimus per presentes, quod huiusmodi composiciones, pacta et federa inter Nobilitatem eamdem et Rodulfum prefatum, et ut premittitur, firmata et conventa, ac prout et quemadmodum postea ratificata et approbata fuerunt, per ipsum dominum nostrum observabuntur plenarie, illaque curabimus et faciemus eidem tue Nobilitati observari, te conventa huiusmodi similiter observante, ac in obediencia dñi nostri et successorum et ipsius ecclesie permanente, et ad id Collegium nostrum tenore presencium obligamus. In cuius rei testimonium presentes licteras sub trium Priorum nrorum impressionibus sigillorum fieri iussimus eciam communiri. Datum Rome in Palacio apostolico Anno a Nativitate dominica Millesimo quadringentesimo duodecimo, Indictione quarta, die mensis Iulii ultima, Pontificatus vero eiusdem domini nostri anno tercio.

CXXXI.

Comiti Montisferetri pontifex fidem facit, quae orator Sigismundi Romanorum Imp. ipsius nomine sidem de reditu ad ecclesiae devotionem scripserit, vera esse ab ipsoque observatum iri. *Ex cod. comitum Urbini fol. 81.*

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Guidoniantonio Comiti Montisferetri, sal. etc. Romani pontificis paterna benignitas in reductionem filiorum ad graciam et salutem eorum spiritus, ne in via recta deficiant, non solum admonet et hortatur, sed eciam erigit et securat. Cum itaque dilectus filius Iohannes Prepositus Quinqueecclesiensis, Carissimi in Christo filii nostri Sigismundi Romanorum et Ungarie Regis Illustris apud nos, et sedem apostolicam presencialiter nuncius et orator existens, habens a prefato Rege litteras credenciales tue Nobilitati directas, sub earum vigore tibi scripserit, et de ipsius Regis voluntate ipsius nomine te requisierit, tibique eciam expresse preceperit, ut viam, quam prefatus Rex in factis ecclesie sequitur, tamquam rectam et deo placitam tu eciam sequi, nobisque ipsius Regis sequens vestigia tamquam vero, unico et indubitato Romano Pontifici obedire, et contra nostros et Romane ecclesie hostes et emulos favere et fideliter adherere deberes, prout in dicti Iohannis litteris plenius et lacius asseretur contineri, tibique subsequenter Iohannes predictus in eisdem litteris suis promiserit prefatum Regem, dominum suum, omnia tibi per eum scripta per suas regias litteras suo sigillo munitas ratificaturum. Ne de scriptura dicti Iohannis tibi ulla dubitacio possit oriri, nos, qui prefati Regis erga nos et Romanam ecclesiam inconcussam fidem devocionemque cognoscimus, et qui eciam dictum Iohannem, virum fidedignum, de voluntate dicti Regis in ista materia scimus esse plenius informatum, et huiusmodi commissionem et ambassiatam tibi pro eius parte fiendam habuisse, tibi eciam tenore presencium promittimus, quod prefatus Rex per suas litteras suo sigillo munitas hinc ad tres menses, a die date presencium computandos, omnia per Iohannem antedictum tibi scripta confirmabit et observabit, et faciet observari ac approbari, litterasque regias super hoc et omnibus in dicta littera comprehensis infra dictum tempus tibi prorsus faciet presentari. Datum Rome apud S. Petrum VIII. Idus Augusti, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXXII.

Recanatenses ad cor reversi a censuris temporalibus et spiritualibus absolvuntur. *Reg. Tom. V. fol. 170.*

Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus populi, Consilio Communitati et singularibus personis Civitatis nostre Racanatensis, salutem etc. Sedes apostolica pia mater recurrentibus ad eam humilitate filiis post excessum libenter se propiciam exhibet et benignam, ac lapsis dexteram porrigens illos ab imo retrahere satagit maternalem veniam indulgendo. Sane peticio pro parte vestra nobis nuper exhibita continebat, quod dudum humani generis hostis faciente versucia, et hostili causante potencia temporumque faciente malicia, vos a fidelitate, devocione et obediencia et determinacione generalis Pisani concilii universalem representantis ecclesiam, ac felicie recordacionis Alexandri pape V. immediati predecessoris nostri, nostrique pariter et prefate Romane ecclesie subtraxistis, ac perdicionis alumno Angelo Corario se Gregorium XII. nominare ausu sacrilego presumenti, heretico atque scismatico, suis culpis et demeritis exigentibus, ac iusto dei iudicio per processus concilii et predecessoris nostri prefatorum, nostrosque pariter sentencionaliter condemnato, ac eius adherentibus, fautoribus, complicibus atque sequacibus publice atque notorie credere, adherere, favere, necnon contra determinacionem dicti concilii ac predecessorem ipsum, nosque et eandem ecclesiam rebellare, multaque varia et diversa excessus, crimina et delicta perpetrari hactenus dampnabiliter presumpsistis, propter que in penas et sentencias ac censuras spirituales ac temporales in talia perpetrantes tam a iure quam ab homine, et per processus huiusmodi inflictas et promulgatas incurristis. Nuper autem ad cor reversi et vestros recognoscentes errores ad

nostram et ipsius ecclesie fidelitatem, devocionem et obedieociam rediistis, intendentes tamquam filii devocionis et obediencie in illis perpetuo immorari, et illa semper efficere, per que status honorqne noster et eiusdem ecclesie, ac successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrancium continuis proficere valeant incrementis. Et quoniam dubitatis super premissis, dependentibus et connexis vos posse imposterum molestari, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut de absolucionis infamie, remissionis criminum, excessuum et delictorum, mulctarum ac penarum tam spiritualium quam temporalium, quas propterea incurristis seu potuistis incurrere quovismodo, restitucionis ac reintegracionis et habilitacionis ad honores, famam, dignitates, exemptiones, privilegia, gracias, indulta, res, iura et bona, officia, beneficia ecclesiastica secularia et regularia, et alias in statum pristinum, in quo eratis ante commissa crimina, reductionis ac reposicionis beneficio et alias statui vestro super premissis et infrascriptis vobis nuuo providere, et singularibus personis utriusque sexus tam clericis quam laicis ac religiosis Civitatis, Comitatus, territorii vestrorum Racanatensium habitatoribus et incolis ac indeis tallias, collectas ac imposiciones et subsidia, que solvere prefate ecclesie hactenus debuistis, in quacumqne quantitate existant, remittere et donare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes, quod illius vices in terris gerimus, cui proprium est misereri semper et parcere, quique non mortem, sed penitenciam desiderat peccatorum, ac sperantes, quod in devocione, fidelitate et obediencia nostris et eiusdem ecclesie ac successorum nostrorum prefatorum incommutabiliter de cetero persistetis, et habentes noticiam pleniorem, quod in lapsum rebellionis et erroris huiusmodi propter hostilem potenciam merito formidandam et metum, qui cadere poterat in constantes, cum perantea in fidelitate, devocione ac filiacione promptissimis erga statum et honorem eiusdem ecclesie vestre matris et dñe, et magistre cunctorum Christifidelium permansistis, non voluntarie incidistis, ac volentes super premissis et infrascriptis vobis statuique vestro misericorditer ac paternaliter providere, et considerantes eciam, quod pridem per manus dilecti filii Antonii, domus hospitalis Ierorosolimitani Prioris de Urbe et reformatoris provincie nostre Marchie Anconitane per nos deputati, tam filialiter quam humiliter rediistis ac huiusmodi vestris supplicacionibus inclinati, habentes statum et formam omnium supra et infrascriptorum per eorum nomina, cognomina, qualitates, status, condiciones, species, modos ac formas hic alias pro sufficienter expressis, vos et vestrum quemlibet, necnon Universitatem et singulares personas Civitatis, Comitatus territorii et districtus Recanatensium predictorum, eorumque cives, districtuales, habitatores et incolas utriusque sexus, ecclesiasticas, regulares et seculares ac laicales personas, cuiuscumqne status, gradus, habitus seu condicionis extant, ab omnibus et singulis rebellionibus, adhesionibus, conspiracionibus, homicidiis, cavalcatis, robariis, furtis, incendiis, demolicionibus, sacrilegiis, adulteriis et aliis maleficiis, culpis, excessibus et delictis, cuiuscumque qualitatis extiterunt, dictis, factis seu perpetratis, dicto, facto vel assensu, seu alias quomodocumqne aut qualitercumque, et ubicumque et quovis tempore usque in presentem diem, eciam si de ipsis aut super ipsis sit cognitum vel non cognitum, vel quomodocumque commissis contra ipsum concilium seu collegium Venerabilium fratrum nostrorum eiusdem ecclesie Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, seu predecessorem nostrum, sive contra nos et eandem ecclesiam aut apostolice sedis legatos, rectores, vicarios seu officiales prefate ecclesie, sive gentes, officiales vel subditos, adherentes, complices et sequaces collegii, predecessoris, nostros et eiusdem ecclesie aut alios quoscumque, eciam inter seu contra vosmet ipsos, et ab omnibus et singulis, quo dicta, facta, commissa per vos vel aliquem vestrum communiter vel divisim dici seu allegari possent, eciam si heresis vel lese maiestatis crimina saperent, et a quibuscumque bannis, processibus, condempnacionibus, sentenciis ac censuris tam spiritualibus quam temporalibus contra Communitatem aut singulares personas huiusmodi, et cuiusvis spiritualis seu temporalis status, ordinis, religionis seu condicionis extiterint, ab iure vel ab homine et in quavis curia ecclesiastica vel seculari, eciam per constituciones provincie nostre Marchie Anconitate prefate, in qua predicta Racanatensis Civitas cum eius diocesi fore dinoscitur situata, factis, datis, inflictis seu promulgatis quacumque racione vel causa, quomodocumque et qualitercumqne, et sub quavis conceptione verborum appareant, et a quibusvis mulctis et penis, in quas quomodolibet incidistis seu potuistis incidere, prout ad publicum interesse et Cameras tam apostolicam quam provincie seu Civitatis prefatarum communiter vel divisim spectare seu pertinere potest, et ab omnibus et singulis quantitatibus florenorum et pecuniarum nobis, ecclesie et Camere prefatis per vos hactenus racione subsidiorum, talliarum vel collectarum impositarum in dicta provincia quocumque modo, iure, causa vel forma usque ad Kalend. Iulii proxime preteriti debitorum et non solutorum, ad quamcumque quantitatem et summam ascendant, auctoritate apostolica et ex certa sciencia tenore presencium plenarie absolvimus ac liberamus, et pro liberatis et absolutis protinus haberi volumus, decernimus et mandamus, ac mulctas et penas ex dono liberalitatis apostolice vobis et vestrum cuilibet, eciam tallias, imposiciones et subsidia hactenus debita usque ad dictas Kalendas Iulii

proxime preteriti, nt prefertur, sciencia, anctoritate et sx causis snpradictis integraliter remictimus, concedimns et donamns, et ab illorum solucione volumns et decernimns pro preterito nsque ad dictas Kalendas Iulii prefati quomodolibet non teneri, ac banna, processus et condempnaciones hniusmodi tam spirituales quam temporales contra Commnnitatem, sen singulares personas huiusmodi generaliter vel particulariter factos, latas et inflictas in totum tollimus, cassamns ac iuribns evacnamus, et perinde haberi decernimus ac si facti, late seu promulgate uou esseut, et crimina nou commissa, et nichilominns per illos, qni codices sen regestra processuum, bannorum et coudempnacionum huiusmodi tenent, ad instanciam cuiuscumqne petentis cassari et cancellari ac deleri posse, ac delere iniungimus et mandamus libere et impune, in quacumqne Camera seu curia appareant, eciam iu provincia sen Civitate prefatis, omni contradictione cessante, prout fnerit oportunum, vosque et vestrum quemlibet adversum quamlibet infamie maculam sive notam premissorum, vel alicuius corum occasione coutractas abstergimus ac abolemus, ac eciam habilitamus ad premissa et alia quecumque imposterum obtinenda, ac restituimns et reintegramus eciam adversus huiusmodi infamis macnlam sive notam ad honores, dignitates, officia et actus pnblicos et ad iura, iurisdictiones, privilegia, immunitates, exemptiones, gracias et indnlta qnecumqne per quoscumqne Romauos poutifices predecessores nfos, sen pro Romanis pontificibus in suis obedieuciis habitos ante latam sentenciam per ipsum Pisanum concilium contra prefatum Angelnm Corario, et Petrum de Luna se Benedictum XIII. nominare ausn temererio presumentem, ac de papatu adinvicem collndentes latam, seu per apostolice sedis Legatos aut dicte provincie Vicarios sen Rectores quomodocumque et qualitercumque vobis, aut singularilus personis ex vobis indulta et concessa, eciam per dictum Autonium reformatorem dicte provincie per nos depntatum, sicut asseritis, confirmata noviter et npprobata, que hic, ut snperius denotatur, haberi volumus pro specifice declaratis, et ad quecumque beneficia ecclesiastica regularia et secularia, et in statum pristinum reintegramns atque reponimns, in quo eratis ante commissa crimina seu latas sentencias hniusmodi ac interdicta, quibus ipsa Civitas seu alia Castra vel Universitates subiecta erant, penitus relaxamus, et nichilominus cum clericis, ecclesiasticisque personis tam regularibus quam secularibus ex snperius comprehensis, qui ob premissa seu alias irregularitem aliquam incurrissent, qnod in susceptis ordinibus ministrare valeant, nisi forsan in contemptum clavium in divinis forsitau celebrassent sen verius prophanasseut, sciencia et auctoritate predictis aciam dispensamus, ac eciam contractus, testamenta, nltimas voluntates, instrumenta publica, sentencies et indicialia quecumque tam civilia quam criminalia, et actus qnoscnmqne legitimos qnorumcumque et iuter quosvis facta, alias tameu rite ac recte, prout iusta et racionabilia sunt, coufirmamus et omnia inde secuta: volumus tamen, qnod (nbi) in prothocollis seu aliis scripturis publicis vel privatis factis post sentenciam contra Angelum Corario prefatum, ut premictitur, latam nomen prefati Angeli snb nomine Gregorii XII. scriptum esset, illud tolli debeat, et in publicacionibus faciendis deinceps nullatenus annotari, seu describi ant intitulari decetero possit aut valeat quoquomodo, districtius inhibentes universis et singulis dicte Romane ecclesie necnon ipsius provincie Rectoribus, reformatoribus eciam prefate Civitatis, Potestatibus et aliis officialibus presentibus et futuris, sen qnovis fungantur officio, ne contra absolucionem nostram huiusmodi nec alia snpradicta contra Communitatem sen singulares personas hniusmodi, res, bona vel iura premissorum vel alicuius corum occasione vel causa ad cuiusvis petentis instanciam, aut ex officio quomodocumqne aut qualitercumqne ordinarie vel extraordinarie, cum promotore vel sine, aliquid agere sen temptare presumant, decernentes irritum et inane quicquid contra inhibicionem nr̄am hniusmodi quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit quomodolibet attemptari, constitucionibus apostolicis, maxime Iohannis XXII., Clementis V., Urbani V., Gregorii XI. et aliorum predecessorum nostrorum, maxime disponeutibus, ne quis de rebellionis aut fautoris criminibus absolvi possit, nisi de hiis in apostolicis litteris plena st expressa mencio habeatur, necnon constitucionibus proviucis et concilii prefatorum et nostris, necnon statutis municipalibus dicte Civitatis et aliis in contrarium seu aliter disponentibus nou obstantibus qnibuscumqne. Volumus autem, qnod si nllo unquam tempore, qnod absit, vos a fidelitate, devocione et obediencia nr̄is et prefate ecclesie sen successorum nostrorum prefatorum vos subtraxeritis, aut aliquis vestrum se subtraxerit, aut rebelles fueritis sen fuerit, presens absolucio ac remissio, et omnia et singula in presentibus contenta litteris qnoad se subtrahentes ac rebellantes nullius existant roboris vel momenti, sed in eosdem processns, sentencias, condempnaciones, ceusuras ac penas spirituales ac temporales reincidatis ac reincidat ipso facto. Nulli ergo etc. nostre absolucionis, liberacionis, voluntatis, constitucionis, mandati, remissionis, concessionis, donacionis, ablacionis, cassacionis, evacuacionis, municionis, abstercionis, habilitacionis, abolicionis, restitucionis, reintegracionis, reposicionis, relaxacionis, dispensacionis, confirmacionis et inhibicionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kalendis Septembris, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXXIII.

Velletrensibus conceditur, ne ad mandatum rectoris Campaniae milites ad exercitum, syndicum ad parlamentum etc. mittere teneantur. *Reg. Tom. III. fol. 219.*

Iohannes episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Iustis et honestis supplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur oportunis, eorum precipue, quos erga nos et Romanam ecclesiam sincera devocio et comprobata fidelitas dignos favoribus et specialibus graciis effecerunt. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum civium et Communitatis Civitatis nostre Velletrensis nobis oblata peticio continebat, ipsi cives et Communitas ex antiquis ordinacionibus seu constitucionibus provincie nostre Campanie, et consuetudine diu servata teneantur ad requisicionem et mandatum Comitis seu Rectoris dicte provincie, per prefatam ecclesiam deputati, mittere ad exercitum centum pedites et sex equites in dicto exercitu servituros tribus diebus et aliquando pluribus, expensis predictorum civium et Communitatis, et eciam ad requisicionem et mandatum predicti Comitis seu Rectoris ad ipsius generalia parlamenta Sindicum cum sufficienti sindicatu mittere sint astricti, et ad ipsum Comitem seu Rectorem et Curiam suam omnes cause appellacionum dicte Civitatis, tam in civilibus quam in criminalibus, a longis temporibus citra, maxime Romana Curia in ultramontanis partibus residente, et eciam ea reducta ad partes Italie, fuerunt hactenus devolute et hodie devolvuntur, in quibus causis predictus Comes seu Rector et Curia eius cognoscere et iudicare potuerunt et possunt de presenti; cumque, sicut predicta peticio subiungebat, onera supradicta predictis Communitati et civibus gravia nimis sint, maxime consideratis dampnis et detrimentis, que pro conservando statu et honore prefate ecclesie per hec tempora pertulerunt: pro parte predictorum Communitatis et civium fuit nobis humiliter supplicatum, ut a predictis oneribus et subiectionibus eosdem in perpetuum eximere et liberare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur fidelitatem ipsorum Communitatis et civium nobis cognitam et probatam recompensare volentes prerogativa gracie specialis, huiusmodi supplicacionibus inclinati, predictos Communitatem et cives ab huiusmodi oneribus et subiectionibus, ad que tenentur, ut superius est expressum, videlicet a mittendo ad exercitum pedites centum, et equites sex ad mandatum seu requisicionem Comitis seu Rectoris antedicti diebus tribus aut pluribus servituros, necnon a mittendo Sindicum ad generalia parlamenta eiusdem Comitis aut Rectoris de nostre potestatis plenitudine auctoritate apostolica tenore presencium eximimus, et in perpetuum liberamus, ac volumus et decernimus per presentes, ut cause appellacionum in civilibus et criminalibus prefate nostre Civitatis Velletrensis eiusque districtus, que ad prefatum Comitem seu Rectorem et eius Curiam devolvi, et ab eo cognosci et iudicari consueverunt, decetero ad sedem apostolicam devolvantur, Mandantes harum serie Comiti seu Rectori dicte provincie nostre presenti et futuris, quatenus antedictos cives et Communitatem Velletrenses occasione dictorum peditum et equitum ad exercitum et Sindici ad parlamenta mittendorum nullo unquam tempore debeant requirere aut aliqualiter molestare, ad que onera eos volumus decetero non teneri, necnon ut in et de causis appellacionum civilibus et criminalibus antedicte Civitatis se intromittere nullo modo presumant, sed demittant per prefatam sedem aut deputandos per eam omnimode cognoscendas et fine debito terminandas, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Constitucionibus apostolicis et predictarum provincie et Civitatis statutis, ordinacionibus, iurisdictionibus, privilegiis et indultis iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, eciam si de eis vel eorum totis tenoribus esset in presentibus specialis mentio facienda. Nulli ergo etc. nostre exemptionis, liberacionis, decreti et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Idus Octobris, anno tercio.

CXXXIV.

Galeatius de Pepolis vicarius et rector castri Centi constituitur. *Reg. Tom. V. fol. 284.*

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Galeaz de Pepolis, militi Bononiensi, salutem etc. Sumentes de fidelitate, devocione, prudencia et diligencia tuis in domino fiduciam specialem, ac sperantes, quod ea, que tibi commiserimus, fideliter et prudenter exercebis, te in Vicarium et Rectorem Castri nostri Centi eiusque territorii et pertinenciarum Bononiensis diocesis tenore presencium usque ad nostrum beneplacitum, III. Kalendas mensis Ianuarii proxime futuri inchoandum, et ut sequitur finiendum, cum salario, honoribus, oneribus et emolumentis consuetis facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi omnia et singula, que ibidem pro nostro et dicte ecclesie honore expediencia cognoveris, et que ad huiusmodi Rectorie officium quomodolibet pertinent, faciendi, mandandi, ordinandi et exequendi, Alienacione tamen bonorum immobilium et preciosiorum mobilium Castri et Vicariatus predictorum tibi penitus interdicta, facultatem plenam et liberam concedentes, ac mandantes universis et singulis terrigenis et incolis eorumdem Castri et Vicariatus, ut tibi in omnibus, que ad officium ipsum pertinent, dicto beneplacito

durante pareant effectualiter et intendant, Alioquin sententiam sive penam, quam rite tuleris seu statueris in rebelles, ratam habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam officium ipsum incipias exercere, in manibus dilecti filii nři Antonii tit. sancte Cecilie presbiteri Cardinalis, Camerariatus officium de mandato nřo Regentis, prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur officium ipsum sic laudabilibus affectibus studeas exercere, quod exinde proveniat utilitas, quam speramus, tuamque fidelitatem possimus dignis in dño laudibus commendare. Datum Rome apud Sanctum Petrum II. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXXV.

Participes et universitas castri Turricis Verulanae dioec. absolvuntur ab omnibus delictis et criminibus per eos perpetratis. *Reg. Tom II. fol. 282.*

Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis Nobilibus viris Participibus et Universitati Castri Turricis Verulane diocesis, salutem etc. Exuberans et copiosa Romani pontificis benignitas redeuntes ad se filios, licet se ab eius devocione et obediencia subtraxerint et per devia duxerint gressus, paternali tamen amore complectitur, eisque dexteram porrigens, erroresque suos mansuetudine temperans eos ad suum gremium reducit, et favore prosequitur speciali, prout id animarum suarum saluti et alias ipsorum commode et quieti conspicit expedire. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita peticio continebat, quod licet vos olim sub obediencia et devocione Romane ecclesie existeretis, tamen potencie quondam Honorati Gaietani Comitis Fundorum, qui cum copioso armatarum gentium numero previnciam nostram Campanie, de qua quidem provincia Castrum vestrum Turricis existit, hostiliter invadebat, resistere nequeuntes vos et dictum Castrum sub dicti Comitis dominio et iurisdictione submisistis; quodque dilectus filius Vincentius de Amandula, qui dicti Comitis tunc Thesaurarius in eadem provincia existebat, vobis invitis nec audentibus contradicere, quoddam fortalicium in domibus aliquorum nobilium ex vobis filiis Participibus construxit et edificavit, ex quo plura damna consecuti fuistis, et quamcicius vobis commoditas affuit, vos ad obedienciam et devocionem quondam Bonifacii VIIII. in sua obediencia nuncupati rediistis et in eis perdurastis; quodque postmodum, cum Carissimus in Christo filius noster Ladislaus Rex Sicilie Illustris dictam provinciam de voluntate quondam Innocencii VII. similiter in sua obediencia nuncupati teneret, et tandem illam sine canonico titulo occuparet, et se ab obediencia et devocione felicis recordacionis Alexandri pape V. predecessoris nostri, dicteque ecclesie primo, et deinde a nostra secessisset, ac in eodem fortalicio pro Castellano quondam Castrucium de Aversa, sive vices dilecti filii Loysii Cogie civis Aversani dicti Castri Officialis gerentem deputasset, eportunitate captata ad obedienciam et devocionem dicte ecclesie reducere anhelantes, dictum Castrucium in eodem fortalicio per vos obsessum per nonnullos ex vobis interfici procurastis et fecistis, ipsumque fortalicium diruistis et dilapidastis, ac eius lapides nonnulli ex vobis propria auctoritate receperunt et in suos usus converterunt; et nichilominus vos tam tempore, quo sub Comitis, quam eciam sub Regis predictorum iurisdictione fuistis, et alias eciam ante et post dicta tempora varia et diversa crimina, maleficia, excessus et delicta, necnon homicidia, disrobaciones, violencias, rapinas et adulteria tam communiter quam divisim, eciam contra statum Romanorum pontificum predecessorum nostrorum, et dicte ecclesie committere et perpetrare presumpsistis: quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobiscum super premissis misericorditer agere, et vobis vestroque statui providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque volentes vos, qui, ut asseritis, pro fidelitate eidem ecclesie servanda quamplura damna in personis et animalibus et bonis vestris sustinuistis, necnon pro eodem statu manutenendo non expavistis exponere vos et vestra, favoribus prosequi graciosis, vos et vestrum quemlibet ac incolas et habitatores dicti Castri utriusque sexus, qui culpabiles fuistis seu fuerint in premissis, ab omnibus et singulis excommunicacionis, suspensionis et interdicti sentenciis, aliisque penis spiritualibus et temporalibus, necnon a quibuscumque excessibus, criminibus, culpis et delictis, necnon homicidiis, disrobacionibus, violenciis et adulteriis tam contra nos et eosdem Romanos pontifices predecessores nřos ipsamque ecclesiam, seu quevis alios per vos aut aliquem vestrum hactenus et usque in presentem diem commissis seu perpetratis, que alias haberi volumus presentibus pro expressis et specifice declaratis, eciam si crimen lese maiestatis saperent, sive de illis sit cognitum sive non cognitum, sentenciatum vel non sentenciatum, diffinitum aut non diffinitum, in quantum videlicet publicum interesse aut Cameram apostolicam concernunt, sive concernere possunt, auctoritate apostolica tenere presencium absolvimus et perpetue liberamus, et abolemus omnes inhabilitates et infamie maculam sive notam per vos aut aliquem vestrum premissorum occacione contractam, at insuper ad honores, privilegia, dignitates et officia, necnon possessionem domorum causa constructionis dicti fortalicii vobis ablatarum restituimus et reintegramus, ac in eum statum reponimus, in quo predecessores vestri fuerunt tempore felicis recordacionis Clementis pa-

pe VI. eciam predecessoris nri, et vos temporibus retroactis et ante dicta commissa crimina quomodolibet fuistis, Mandantes nichilominus dilectis filiis Officialibus Curie generalis diete provincie, et aliis quorum interest, ut processus, sentencias et penas, quas seu quos premissorum occasione quomodolibet incurristis, de libris sive quaternionibus, in quibus huiusmodi processus, sentencie sive pene continentur, ad vestram aut cuiuslibet vestrum instanciam cassent, irritent et aboleant, ac annullent, que et quas eciam nos presencium tenore cassamus, irritamus et annullamus, ac nullius esse volumus roboris vel momenti, Non obstantibus tam pie memorie Iohannis pape XXII. eciam predecessoris nostri, quam aliis apostolicis et provincialibus Constitucionibus, necnon statutis municipalibus contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod si ullo umquam tempore, quod absit, vos aut aliquis vestrum ab huiusmodi obediencia et devocione (vos) subtraxeritis aut (se) subtraxerit, quod ad illos, qui se subtraxerint, presentes littere nullius existant roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre absolucionis, liberacionis, abolicionis, restitucionis, reintegracionis, reposicionis, mandati et constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum x. Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXXVI.

Paulo de Ursinis certos lapides Tiburtinos existentes in Urbe in loco Canaparia nuncupato pontifex donat.
Reg. Tom. II. fol. 278.

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Paulo de Ursinis domicello Romano, nonnullarum gencium armorum ad nostra et Romane ecclesie stipendia militancium Capitaneo, salutem etc. Grandia dona virtutum, quibus personam tuam illarum largitor dominus insignivit, nobilitas quoque generis ac grata et accepta servicia per te nobis et Romane ecclesie impensa, et que adhuc sedulis studiis impendere non desistis, promerentur, ut te specialibus favoribus et graciis prosequamur, ac ea impendamus, que tuis commoditatibus fore conspicimus oportuna. Tuis itaque in hac parte supplicacionibus inclinati, omnes et singulas quantitates lapidum Tiburtinorum nuncupatorum unius faciei paretis et alios cuiuscumque alterius generis sive nominis lapides subtus et supra faciem huiusmodi paretis existentes in Urbe, in loco videlicet Canaparia nuncupato, aut in fundamentis dicti loci, cuiuscumque valoris existant, Nobilitati tue titulo mere, pure et irrevocabilis donacionis inter vivos, sive ad apostolicam, sive ad dicte Urbis Cameram, seu alias ad eandem ecclesiam huiusmodi lapides pertineant, auctoritate apostolica ex certa nostra sciencia tenore presencium concedimus et donamus, Tibique dictos Tiburtinos nuncupatos et alios lapides huiusmodi in prefato loco existentes magistros et operarios necessarios ad fodiendum deputandi, ipsosque lapides in ius et proprietatem tui, alicuius super hoc licencia minime requisita, recipiendi, ac eos in usum, de quo tibi videbitur et placuerit, committendi seu converti faciendi, et de illis pro tue voluntatis arbitrio disponendi plenam et liberam licenciam elargimur, statutis et consuetudinibus dicte Urbis ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre concessionis et donacionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum ii. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXXVII.

Hilario et Lucae de Bardis et aliis mercatoribus Florentinis assignationem super gabellis vini et frumenti Urbis factam pontifex confirmat.
Reg. Tom. II. fol. 285.

Iohannes episcopus etc. Dilectis filiis Ylario de Bardis, Luce eciam de Bardis, Aduardo de Tornaquinciis, Aldeglierio Francisci Mercatoribus Florentinis Romanam Curiam sequentibus, salut. etc. Cum vos nomine societatum, pro quibus agitis in Romana Curia, nonnullas pecuniarum quantitates et summas Camere apostolice pro stipendiis solvendis dilecto filio Nobili viro Paulo de Ursinis, nonnullarum gencium nrarum Capitaneo, ac eciam pro aliis quibusdam causis liberaliter mutuaveritis, ac dilectus filius noster Antonius tituli sancte Cecilie presbiter Cardinalis, officium Camerariatus regens, pro satisfactione plenaria dictarum pecuniarum per vos mutuatarum certam assignacionem vobis fecerit super introitibus gabellarum vini et frumenti alme Urbis, ac mandaverit Camerario earumdem gabellarum, ut omnes pecunias ex dictis gabellis a die primo mensis Februarii proxime futuri inantea percipiendas vobis usque ad plenam satisfactionem realiter traderet, prout in litteris eiusdem Cardinalis sub data Rome Anno dñi Millesimo quadringentesimo terciodecimo, Indictione sexta, die xxiii. mensis Ianuarii plenius continetur: Nos assignacionem et mandatum prefata ac omnia et singula in dictis litteris contenta, que hic habere volumus pro sufficienter expressis, rata habentes et grata, illa omnia et singula auctoritate apostolica ex certa sciencia tenore presencium confirmamus, mandantes dilecto filio Camerario gabellarum alme Urbis pro tempore existenti, quatenus vobis secundum tenorem dictarum litterarum effectualiter respondeat et integraliter satisfaciat. Nulli ergo etc. nostre assignacionis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum vii. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXXVIII.

Iordano de Columna, ut cum hominibus castrorum Gerani et Cerreti ad devotionem ecclesiae redeuntibus componere possit. *Reg. Tom. II. fol. 287.*

IOHANNES EPISCOPUS etc. Dilecto filio Nobili viro Iordano de Columpna militi Romano, sal. etc. De tue nobilitatis industria, fidei sinceritate, agibilium experiencia in arduis nostris et Romane ecclesie negociis comprobatis sumentes in ultissimo fiduciam specialem, quod ea, que prudencie tue committendu duxerimus, exacta diligencia exequeris, tibi nro et ecclesie Romane nomine Universitates et singulares personas Castrorum Gerani et Cerreti Tiburtine diocesis, ac utriusque ipsorum a nostra et eiusdem ecclesie fidelitate, satore zizanie operante, deviancium ad ipsam nostram et prefate ecclesie devocionem et obedienciam, ad quas, ut accepimus, humiliatis cordibus redire desiderant, reducendi, recipiendi et admittendi, ipsisque et eorum cuilibet communiter vel divisim excessus et delicta quecumque, eciam si lese maiestatis crimina saperent, contra quoscumque hactenus quomodocumque et qualitercumque usque in diem reductionis commissa, necnon penas et mulctas, prout publicum interesse et apostolicam ac provincie nostre Campanie Cameras concernunt et concernere possunt, plenarie remittendi, et a quibusvis bannis, processibus et sententiis tam a iure quam ab homine inflictis et promulgatis absolvendi et liberandi, ac omnem infamie maculam sive notam premissorum vel alicuius eorum occasione contractas abolendi et abstergendi, ac habilitandi ad quecumque imposterum obtinenda, necnon ad honores, dignitates, privilegia et famam, iura et bona quecumque ac in statum pristinum reintegrandi, capitula, composiciones et pacta, que pro statu et honore nostro ac predicte ecclesie honesta et utilia videbuntur, cum eis faciendi, firmandi et promittendi eum membris et subtancialitatibus ac solemnitatibus oportunis, et omnia et singula alia gerendi et exequendi, que in premissis aut eorum aliquo sec iuxta ea necessaria fore conspexeris, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem, ratum et gratum habituri, quicquid per dictam Nobilitatem tuam actum fuerit in premissis, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum II. Nonas Februarii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXXXIX.

Senatori Urbis datur potestas inquirendi in delinquentes et puniendi portantes arma de die vel de nocte contra statuta Urbis. *Reg. Tom. VI. fol. 125.*

IOHANNES EPISCOPUS etc. Dilecto filio Nobili viro Felcino de Hermannis Comiti Montisiuliani, alme Urbis Senatori, salutem etc. Quamvis iusticie cultum ex debito pastoralis officii servari nihilbet intensis studeamus effectibus, in almu tamen Urbe, que caput est orbis legesque dudum condidit, quibus posset humanorum actuum ordinata voluntas suis contenta terminis observari, et presumptuosa temeritas suos excedens fines penali districtione, utrobique servetur equalitas, coerceri, quantum cum deo possumus, ampliari cupimus et ad id adhibemus indefessis studiis solicitudinis nostre partes. Attendentes igitur, quod sicut habet fidedigna relacio facta nobis, secundum formam statutorum et ordinamentorum menicipalium prefate Urbis de et super nonnullis criminibus inquiri ex officio Senatoris vel aliorum officialium prefate Urbis, seu procedi non potest, sicque datur facilis materia delinquendi, cum impunitas scelerum fideles exanimet et armet terribiliter audaciam contra bonos, et parva scintella in flammam transeat sepenumero destructuram, Nos volentes in premissis salebriter providere, quamdiu Senatus officium prefate Urbis exercueris, precedente tamen seper unoquoque casu matura deliberacione dilectorum filiorum Assettamenti tui nuncupati, de qua liberacione manu dilecti filii prothonotarii tui, qui est pro tempore, patere debeat, de et super singulis culpis, maleficiis, criminibus, excessibus et delictis vel quasi hactenus quocumque tempore commissis et perpetratis, et committendis imposterum, tuo durante officio, de quibus aut eorum aliquo per publicam famam cum aliquo indicio per quatuor, aut de visu per unem ad minus fidedignos testes, eciam parte non vocata, tibi constiterit ex officio tuo, et maxime de et super percussionibus sive sanguinis effusione, verbis iniuriosis, insultu ad domum habitacionis solite de die vel de nocte cum sociis vel sine, cum armis vel sine, comminacionibus, armorum delacione, nec non portacione leuti, cithere seu alterius musici instrumenti, et contra euntes noctis tempore absque lumine post tercium sonum campane, ac de auxilio et favore ad quecunque delicta et maleficia prestitis vel prestandis, necnon de sumptione vindicte inquirendi, procedendi, cognoscendi, penas augmentandi, presertim contra portantes arma de die vel de nocte, et repertos culpabiles puniendi, prout temporem, locorum et personarum ac delictorum qualitate pensata, Nobilitati tue pro cultu iusticie et tranquillitate prefate Urbis videbitur expedire, ac eciam quod locumtenens tuus, dummodo doctor existat, predicto tuo durante officio super quibuscumque causis civilibus, que coram eo verterentur, inter quoscumque a centum libris infra possit summarie ac de facto abbreviatis terminis cognoscere et procedere, ac fine debito sola facti veritate inspecta pro anfractu litium succidendo, prout visum fuerit convenire, terminare, statutis et ordinamentis ac consuetudinibus dicte Urbis aliisque contrariis nequaquam obstantibus supradictis, auctoritate apostolica tenore presencium plenam et liberam con-

cedimus potestatem. Datum Romae apud Sanctum Petrum VIII. Idus Aprilis, Pont. nri anno tercio.

CXL.

Comiti Montisferetri, ut cum Florentinis et Senensibus pacta et foedera nomine ecclesiae inire possit.
Ex cod. comitum Urbini fol. 72.

Iohannes episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Guidantonio Comiti Montisferetri, ac in nris Urbinate, Eugubina et nonnullis aliis Civitatibus et Terris pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus generali Vicario, salutem etc. Ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus volumus et mandamus, ac tibi, qui etiam Vexillifor prefate ecclesie fore dignosceris, per te vel procuratorem tuum cum dilectis filiis Communibus et populis, necnon Regiminibus aut sindicis vel procuratoribus dilectorum filiorum Communium et populorum Civitatum Florentine et Senensis communiter vel divisim tractandi, ineundi, concludandi ac firmandi ligas, recomandisies, confederationes, federa ac pacta quecumque perpetuo vel temporaliter duratura sub illis capitulis, modis, conditionibus, promissionibus et formis, de quibus in concordia per te vel procuratorem huiusmodi remanseris cum predictis Communibus, et populis ac Magistratibus Florentinis et Senensibus, vel sindicis eorumdem vel alterius eorum, licentiam et potestatem tenore presentium indulgemus, ea omnia exnunc prout extunc, si et in quantum expediet, que hic alias haberi volumus pro sufficienter expressis, ratificantes et approbantes in omnibus et singulis per presentes. Datum Senie decimotertio Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno quarto.

CXLI.

Ladislaus rex Siciliae et Hungariae concedit Cornetanis quaedam bona, mandatque, ut potestas ipsorum una cum eius officialibus salarium XL. ducat. per mensem recipiat etc.
Ex orig. in archivo Com. Cornetani.

Ladizlaus dei gracia Hungarie, Ierusalem, Sicilie, Dalmacie, Croacie, Rame, Servie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque Rex, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis Comes, Urbisque Illuminator Illustris, Universis presentes litteras inspecturis tam presentibus quam futuris notum facimus per easdem, quod nos volentes benigne et graciose agere cum populo et Communi terre Corneti de provincia Patrimonii, devotis fidelibus nostris, qui nuper se nre dicioni et hobediencie voluntarie submiserunt atque dederunt, eisdem populo et Communi omnia bona mobilia et immobilia sita et posita in dicta terra Corneti et alibi ubicumque, que fuerunt quondam Mezoprehete de Moczarello et quondam Francisci dñi Iohannis de Corneto, pridie interemptorum, pro eo quod obnoxii erant nostro statui in dicta terra Corneti, per populum dicte terre, tenore presentium de certa nostra sciencia specialique gracia, proprioque motus nostri instinctu et liberalitate mera damus, donamus atque concedimus ad habendum, tenendum et possidendum illa decetero per dictum Commune, illisque usufruendum et dominandum, prout faciunt de aliis bonis Communis eiusdem, ex nunc in antea imperpetuum, et prout eidem Communi melius videbitur et placebit. Volumus insuper et earumdem tenore presentium decernimus atque statuimus, quod Potestas, qui pro tempore fuerit, dicte terre unacum eius officialibus et familiaribus habere debeat pro salario seu gagiis eorum ducatos auri quatraginta tantum per mensem a Communi predicto de pecunia Communis eiusdem. Et amplius ipsarum tenore decernimus, statuimus et mandamus, quod forenses undecumque originem duxerint, qui diu residenciam fecerunt in dicta terra Corneti, et quasi iam effecti sunt terrigene Cornetani, per officiales nostros aut personas alias quascumque nullatenus indebite molestentur aut vexentur: quinymo ex nunc in antea imperpetuum ipsi eorumque familie, heredes et successores tractentur et reputentur tamquam cives terrigene Cornetani, gaudereque et potiri debeant illis privilegiis, immunitatibus, libertatibus, prerogativis et graciis, quibus potiuntur et gaudent, ac potiri et gaudere soliti sunt et debent cives alii Cornetani. Quapropter universis et singulis nostris officialibus maioribus et minoribus, quocunque nomine nuncupatis ac officio fungentibus, eorumque locatenentibus presentibus et futuris ubilibet, et presertim in dicta provincia Patrimonii prefataque terra Corneti, subditis quoque, hominibus et personis aliis quibuscumque, ad quos spectat et spectabit, damus earumdem tenore presentium expressius in mandatis, quatenus forma presentium per eos diligenter attenta, illam ipsi et eorum quilibet, prout ad unumquemque eorum spectabit et pertinebit, eisdem populo et Communi ac forensibus Cornetanis observent inviolabiliter, et faciant ab aliis tenaciter et inviolabiliter ac affectualiter observari, nec contrarium faciant, sicut nostram graciam caram habent et indignationem cupiunt evitari. In cuius rei testimonium presentes litteras exinde fieri et pendenti Maiestatis nre sigillo iussimus communiri. Datum Hostie per manus nostri predicti Regis Ladislai, Anno domini Millesimo quadringentesimo terciodecimo, die tercio mensis Iulii, VI. Indict. Regnorum nostrorum anno XXVII.

CXLII.

Capitula et pacta, quae pontifex cum comite Urbini iniit ad extrahendum, adiuvantibus Florentinis, Paulum de Ursinis cum sociis de Marchia, bellum inferendum regi Siciliae etc.
Ex cod. comitum Urbini fol. 63.

In Christi nomine, amen. Anno ab eius Nativitate Millesimo quadringentesimo terciodecimo,

Indictione sexta secundum consuetudinem Civitatis Urbini, die vero septimo mensis Iulii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Iohannis divina provid. pape XXIII. anno quarto, Noverint universi presens publicum instrumentum inspecturi, Quod Nobilis et Magnificus vir Petrus Comes quondam bone memorie Comitis Guidonis de Comitibus de Mutiliana, et Nobilis et egregius vir Galeottus olim de Ricasolis et hodie de Fibindaciis de Florentia, Commissarii prefati Smi in Christo patris et domini, domini Iohannis divina providentia pape XXIII. ad infrascripta omnia plene mandatum habentes, ut patet per litteras apostolicas bulla plumbea cum filo canapis bullatas more Romane Curie, sub data Rome apud S. Petrum XII. Kalendas Iunii, Pontificatus sui anno tercio, ut et tamquam Commissarii predicti et omni modo, via et iure, quibus potuerunt, ex parte una, et Magnificus et potens dominus, dominus Guidantonius filius quondam preclare memorie domini Antonii Comitis Montisferetri, dominus Urbini et aliorum locorum etc. ex parte altera fecerunt et inierunt et firmaverunt inter se dictis nominibus adinvicem et vicissim infrascriptam concordiam, pacta et conventiones.

In primis quod prefatus Magnificus dominus Guidantonius Comes antedictus teneatur et debeat receptare, et dare et concedere recepta et victualia oportuna Magnifico viro Paulo de Ursinis, Capitaneo gentium armorum prefati domini nostri pape, et eius sociis, et societati ac brigate gentium armorum tam equestrium quam pedestrium dicti Pauli, et quibuscumque de societate seu brigata ipsius Pauli existentibus tam cum ipso Paulo quam sine, ac etiam cuilibet et quibuscumque aliis et aliis Capitaneis, brigatis et stipendiariis et gentibus armorum presentibus et futuris tam equestribus quam pedestribus prefati domini nostri pape Iohannis, et [seu] Magnifici et felicis Communis Florentie, nec non etiam cuiuslibet alterius domini seu Communitatis aut persone, qui vel que essent vel venirent seu accederent, aut esse, venire seu accedere vellent in auxilium seu favorem, aut pro dando seu prebendo auxilium et favorem prefato Paulo ad extrahendum et liberandum prefatum Paulum, et eius socios et societatem et brigatam de partibus Marchie, et eum et eos conducendo ad loca tuta et secura. Ac etiam teneatur et debeat ultra predicta prefatus Magnificus Comes Guidantonius dare et prebere omne auxilium et favorem cum hominibus et gentibus ac subditis suis, et cum omni suo posse, et facere et fieri facere quidquid sibi possibile fuerit, ut dictus Paulus et eius societas, et socii et brigata extrahantur, et exeant et liberentur de dicta Marchia, et ut conducantur et conduci possint et valeant ad terras et in terris ipsius domini Comitis, quandocumque et quotienscumque prefatus dñus Comes fuerit requisitus per prefatum dñum nostrum papam Iohannem, seu per Commune Florentie, vel per eorum seu alterum eorum commissarium seu mandatarium, bona, pura et recta fide et tamquam verus filius et obediens prefati domini nostri pape et sancte Romane ecclesie.

Item teneatur et debeat prefatus Magnificus dominus Guidantonius Comes prefatus facere guerram contra Regem Ladislaum, et eius colligatos, adherentes, sequaces et recommendatos et quemlibet eorum, et omnem aliam personam et locum, qui seu que essent inimici dicti Sanctissimi patris et domini, domini Iohannis pape predicti, exceptis dominis de Malatestis, quandocumque et quotienscumque eidem Magnifico Comiti Guidantonio predicto fuerit preceptum seu mandatum per prefatum dominum nostrum papam Iohannem predictum, ac etiam quandocumque et quotienscumque prefato domino Comiti mandatum seu preceptum fuerit, aut requisitus fuerit per dictum dominum nrum papam seu Commune Florentie, vel aliquem eorum seu eorum vel alicuius eorum partis.

Et predicta omnia contenta in presenti capitulo facere teneatur et debeat prefatus Magnificus dominus Comes, si et in quantum dictum Commune Florentie recipiat et receptet prefatum dominum Comitem in suum recommendatum seu colligatum, et eidem Comiti observentur per prefatum dominum nostrum papam, et dictum Magnificum Commune Florentie vel alterum eorum ea, que promissa erunt in capitulis et per capitula, de quibus inferius continetur, singula singulis referendo: hoc addito et expresse declarato, quod in quantum prefatum Commune Florentie non reciperet et acceptaret dictum dominum Comitem in recommandatum seu colligatum, nichilominus prefatus dominus noster papa eidem domino Comiti observabit omnia et singula in presenti contractu contenta: sit tamen in casu predicto, quo dictum Magnificum Commune Florentie non acceptaret dictum dñum Comitem Guidonemantonium in recommendatum seu colligatum, (in) arbitrio et voluntate dicti dñi Comitis Guidonisantonii acceptandi et renuendi omnia et singula in presenti conventione et contractu contenta, et in ipsius domini Comitis Guidonisantonii tantum potestate firmandi vel negandi eo remaneat, et quod volente et requirente ipso domino Comite Guidantonio dictum dominum nostrum papam, ipse dominus noster papa teneatur ad observantiam omnium et singulorum in presenti conventione et contractu contentorum.

Item quod dictus dñus noster papa Iohannes teneatur et debeat dare et concedere eidem Comiti Guidantonio conductam lancearum sexcentarum et peditum sexcentorum, sine quibus rationabiliter predicta et alia infrascripta fieri et executioni mandari non possent, et firmam pro uno

anno, et etiam pro illo maiori tempore quo duraret guerra cum predictis Rege Ladislao et aliis, de quibus supra et infra fit mentio, cum stipendio ducatorum duodecim auri pro qualibet lancea et quolibet mense, et ducatorum trium pro quolibet pedite et quolibet mense, et cum eo plure de provisione et soldo seu stipendio, que darentur seu dabuntur aliis Capitaneis et conductoribus sive caporalibus prefati dñi nři pape et sancte Romane ecclesie, et cum presta sive prestantia ducatorum sexaginta pro qualibet lancea, et ducatorum sex pro quolibet pedite: de quibus lanceis sexcentis et quantitate sexcentarum lancearum et peditibus sexcentis prefatus Magnificus Comes Guidantonius possit, et sibi liceat conducere in quantitatem lancearum quatuorcentarum ad ipsius domini Comitis liberam voluntatem, et reliquas lanceas ducentas habeat et habere debeat prefatus dominus Comes de stipendiariis et brigatis domini nostri pape, et quas lanceas ducentas prefatus dñus noster papa sibi dare et concedere tenentur et debeat; et dictam quantitatem peditum sexcentorum etiam prefatus dominus Comes conducere possit, teneatur et debeat: pro quibus lanceis quatringentis et peditibus sexcentis prefatus dominus Comes habeat, et habere debeat a dicto domino nostro papa dictam prestam seu prestantiam ducatorum auri sexaginta pro qualibet lancea, et ducatorum auri sex pro quolibet pede. Quas quidem lanceas ducentas, quas prefatus dominus noster papa de suis dare et concedere tenetur prefato domino Comiti, ut supra dictum est, ipse dominus noster papa teneatur et debeat transmittere, et transmittat prefato domino Comiti in unum mensem proxime futurum, a die firmate presentis concordie proxime numerandum, ad terras et in terris prefati dñi Comitis, ita quod dicte lancee ducente, de quibus supra proxime dictum est, sint et esse debeant infra mensem predictum in dictis terris prefati domini Comitis. Que quidem lancee ducente, quas prefatus dñus noster papa dare et transmittere debet, sint et esse intelligatur de conducta et brigata dicti Comitis, et de ipsis possit et valeat prefatus dominus Comes pagus et stipendium recipere et facere omnia, que potest de dictis quatuorcentis lanceis, de quibus supra dictum est.

Item in casu quo dñi de Malatestis vel aliquis eorum, vel aliqui ipsorum vel alicuius eorum adherentes seu recommendati, quamvis non deberent, nec putetur, facerent seu fieri facerent guerram eidem dño Comiti, prefatus dñus noster papa teneatur et debeat dare et concedere eidem domino Comiti, ultra dictas lanceas sexcentas, prefatum Magnificum Capitaneum Paulum de Ursinis cum tota eius conducta, et gentibus armorum totius ipsius Pauli conducte, quam ad presens habet prefatus Paulus equestrem et pedestrem, vel alium Capitaneum seu caporalem, de quibus essent in concordia cum prefato domino nostro papa, qui haberet seu haberent eamdem conductam seu totidem de conducta, sicut ad presens habet prefatus Paulus, et pedites quatuorcentos ultra dictos pedites sexcentos superius nominatos, et etiam ultra predicta plus et [seu] maior numerus gentium armorum ultra conductam dicti Pauli teneatur, et debeat dictus dñus noster papa prefato dño Comiti Guidantonio dare, prout videbitur et placebit eidem domino nostro pape. Et predicta omnia faciet et observabit prefatus dominus noster papa toto tempore, quo durabit dicta guerra, suis et s. Romane ecclesie expensis et stipendio, non obstante quod supradictus Rex Ladislaus non faceret, nec fieri faceret guerram dicto domino Comiti Guidantonio. Et in casu quod prefatus dominus Comes haberet guerram cum dicto Rege Ladislao, et cum dictis de Malatestis vel cum Malatestis dumtaxat, prefatus dominus noster papa teneatur et debeat dare et concedere prefato domino Comiti, ultra predicta et ultra dictas lanceas et pedites Pauli de Ursinis, lanceas centum de lanceis et brigata prefati domini nostri pape, aut conducta et prestantia ad ratam tam prestantie quam stipendii supradicti expensis et stipendio dicti domini nostri pape: hoc expresso et declarato, quod si et in quantum Commune Florentie faceret seu initiaret guerram cum dictis Malatestis vel aliquo eorum, quod tunc et eo casu non teneatur prefatus dñus noster papa ad dictas lanceas centum dare seu concedere prefato domino Comiti.

Item quod prefatus dñus noster papa teneatur et debeat solvere et solvi facere prefato dño Comiti, vel alio pro eo recipienti de mense in mensem de stipendio dictarum lancearum sexcentarum et peditum sexcentorum, pro rata excompntando prestantiam in termino unius anni, prout tangit pro rata.

Item quod prefatus dominus Comes teneatur et debeat perfecisse dictam suam conductam, et se fulcisse gentibus armorum tam equestrium quam pedestrium infra terminum duorum mensium proxime futurorum, a die qua habebit seu sibi facta fuerit dicta presta seu prestantia, de qua supra fit mentio.

Item quod stipendium lancearum spezatarum et peditum incipiat die, qua scribent, et stipendium lancearum conductarum incipiat pro tota sua conducta eo die similiter, in qua incipiunt se scribi facere: hoc declarato quod dicti conductores habeant terminum ad scribendum decem dierum, a die qua incipiet scribi facere.

Item quod dicta prestantia, que fieri debeat pro dictis lanceis quatringentis et sexcentis peditibus, ad ratam supradictam fiet dicto domino Comiti infra terminum quindecim dierum proxime futurorum, videlicet de medietate in Civitate Urbini et de alia medietate in Civitate Florentie prefato domino Comiti vel alio pro eo legiptime recipienti.

Item quod, antequam finita sit dicta firma, per unum mensem ante finem dicte conducte prefatus dominus Comes erit certificatus de sua refirma.

Item quod prefatus dñus noster papa teneatur et debeat dare et solvere integraliter prefato dño Comiti, vel eius procuratori legitimo totum et quidquid prefatus dominus Comes restat seu restabit habere de sua, seu pro sua provisione ducatorum auri mille pro mense pro tempore preterito usque in diem primam presentis mensis Iulii, que provisio ascendit usque in dictam diem primam presentis mensis Iulii ducatorum decem milium quingentorum auri, et pro futuro tempore pro provisione sue persone dictos ducatos auri mille quolibet mense, prout in capitulis aliis factis et firmatis inter prefatum dñum nostrum papam et dictum dñum Comitem latius continetur.

Item quod prefatus dominus noster papa teneatur et debeat dare et consignare, et [seu] dari et consignari facere eidem domino Comiti, vel alio pro eo recipienti staria quatuor milia grani et staria quatuor milia ordei, videlicet staria duo milia grani et staria duo milia ordei in Civitate seu territorio Ravenne, et residuum in Civitate et seu territorio Pensauri: et si totam dictam quantitatem stariorum quatuor milium grani et quatuor milium stariorum ordei dictus dñus Comes vellet in Pensauro, teneatur dictus dominus noster papa eidem tradi et consignari facere in Pensauro vel eius territorio, et facere et curare ita et taliter, quod dictus dominus Comes habebit tractam seu licentiam extrahendi dictum granum et ordeum de Ravenna et eius territorio, et Pensauro et territorio ipsius Pensauri, et quod dictum granum debeat computari pro eo pretio, quo constabit in dictis locis. Quod pretium et quantitas predicta debeat excomputari in pagis, de quibus supra fit mentio, in uno anno, prout tanget pro rata. Qood quidem granum et ordeum teneatur et debeat prefatus dñus noster papa facere tradi et consignari dicto dño Comiti, vel alio pro eo in dictis locis, ut supra dictum est, per totum mensem Octobris proxime futuri.

Item quod finita dicta guerra, de qua supra fit mentio, remaneat et remanere debeat dicto domino Comiti toto tempore vite sue conducta Marchie cum illis honoribus.

Item quod de brigatis seu stipendiariis dñi nostri pape seu Florentinorum, que venient seu venire debent in auxilium ad extrahendum dictum Paulum de Rocha Contrata, et eius socios vel de societate seu brigata dicti Pauli, remanebunt in terris prefati dñi Comitis lancee quatringente usque ad tempus duorum mensium, infra quod tempus dictus dominus Comes tenetur et debet perfecisse suam conductam et se fulcisse, ut supra dictum est, et inde sine eiusdem domini Comitis expressa licentia non recedent, et eo tempore defendent et offendent, prout eisdem mandatum fuerit per prefatum dñm Comitem, et stipendio (sic), conducta et provisiones, quos et quas habuerit Paulus de Ursinis prefatus, et hoc in casu quo dominus noster papa dictam conductam daret seu concederet, seu dare vel concedere vellet alicui persone, et in casu quod prefatus dominus Comes non haberet dictam conductam Marchie, quod finita guerra supradicta tempore pacis prefatus dñus noster papa teneatur, et debeat relinquere dicto domino Comiti conductam quatuor centorum equorum expensis et stipendio dicti domini nostri pape, et ecclesie Romane pro eo tempore, qoo Paulus de Ursinis predictus et Braccius de Fortebrachiis habebunt conductam a prefato domino nostro papa et ecclesia Romana, vel alii eorum locis: teneatur tamen et debeat prefatus dominus Comes dictos equos transmittere, ubi et in quo loco prefatus dñus noster papa voluerit.

Item quod prefatus dominus noster papa teneatur et debeat facere et curare ita et taliter, quod prefato domino Comiti observabuntur capitula, que alias prefatus dominus Comes Petrus obtulit pro parte dicti domini nostri pape, de quibus et prout continetur in dictis capitulis scriptis manu Ser Leonardi de Ronda notarii et scriptoris apostolici, quorum capitulorum copiam prefati Commissarii prefato domino Comiti dimittere debeant subscriptam eorum manu et eorum sigillo sigillatam

Item quod prefatus dominus noster papa teneatur et debeat facere et curare ita et taliter, quod dominus Malatesta de Pensauro observabit prefato domini Comiti pacem et capitula pacis factam inter eos, non obstante quod esset guerra inter prefatum dominum Comitem et illos de Malatestis: et in casu quod prefatus dominus Malatesta de Pensauro non observaret dictam pacem et capitule pacis dicto domino Comiti, teneatur et debeat prefatus dñus noster papa dare et solvere eidem domino Comiti pro restauratione damnorum, qoe pati possent cives dicti domini Comitis propter inobservantiam dicte pacis, et capitula pacis predicte ducatos decem milia auri, et de dicta quantitate ducatorum auri decem milium prefatus dñus noster papa cautum et securum faciet prefatum dñum Comitem per Commune Florentie, vel per mercatores vel alio modo.

Item quod per contenta in presenti concordia et conventione non sit, nec esse intelligatur in aliquo derogatum aliis capitulis et conventionibus factis inter prefatum dominum Comitem et dñum nostrum papam prima vice, quin prefatus dominus Comes venerit cum dicto dño nostro papa. Que capitula fuerunt facta de anno domini Millesimo quatringentesimo decimo secundo, die vigesima septima mensis Maii, Indictione quinta, quae capitula fuerunt facta mediante domino Rodulfo de Giancontis de Urbino, tunc Commissario dñi nri pape.

Item quod prefatus dominus noster papa teneatur et debeat facere et curare ita et taliter, quod prefato dño Comiti fiet restitutio castrorum Montisnovi, Belvederis et Buschareti, et in casu quod aliquod ipsorum castrorum esset perditum, prefatus dominus noster papa dabit et consignabit, et seu dari et consignari faciet eidem Comiti pro quolibet dictorum castrorum perdito seu amisso scambium equivalens: pro securitate dicte restitutionis fiende de dictis locis et castris prefatus Paulus de Ursinis, et Braccius de Fortebrachiis Capitanei facient sufficientem promissionem de faciendo et fieri faciendo dictam restitutionem, vel quod eidem Comiti dabitur dictum scambium in forma et modo predicto pro quolibet dictorum castrorum et locorum, qui deperditi essent, prout et secundum quod declaratum fuerit per Reverendum in Christo patrem et et dominum, dominum Cardinalem de Columpna infra terminum quatuor mensium proxime futurorum, et in casu quo infra dictum terminum prefatus dominus Cardinalis dictam declarationem non faceret, possit et debeat fieri dicta declaratio per prefatum Magnificum Comitem Petrum de Mutiliana infra unum mensem tunc proxime futurum post finitos dictos quatuor menses.

Item quod prefatus dominus noster papa teneatur et debeat refirmare et dare Vicariatum Montisnovi, Belvederis et Buschareti Lodovico et Nicolao filiis quondam Iohannis de Buschareto. Et considerata destructione dictorum prefatus dominus noster papa faciet eos exemptos et immunes ab omnibus et singulis taleis, et collectis et oneribus quibuscumque pro tempore et termino quatuor annorum proxime futurorum.

Item quod dictus dominus Comes teneatur et debeat scribere, et scribi facere dictas suas gentes armorum equestres et pedestres, et equos bullare et facere mostram et remostram semel et pluries, totiens quotiens fuerit requisitus per Commissarium vel officialem dicti domini nostri pape ad hoc deputatum, ut moris est Camere Romane Curie et fit aliis conductoribus dicte ecclesie Romane.

Item quod prefatus dominus noster papa ratificabit et approbabit per se, et eius Collegium dominorum Cardinalium infra unum mensem proxime futurum omnia et singula in presenti contractu et conventione contenta.

Que omnia et singula suprascripta prefatus dñus Comes Guidantonius promisit, et solemni stipulatione convenit prefatis dominis Commissariis et nobis notariis infrascriptis, et cuilibet nostrum in solidum, ut publicis personis recipientibus et stipulantibus pro dicto domino nostro papa et s. Rom. ecclesia, nec non etiam pro et vice et nomine dicti Communis Florentie, et omnium quorum interesse posset, et prefati domini Commissarii et quilibet eorum promiserunt, et solemni stipulatione convenerunt prefato domino Comiti Guidantonio presenti, recipienti et stipulanti pro se et suis heredibus et successoribus, et omnibus quorum interesse possit, et etiam una pars alteri, et e converso singula singulis referendo, attendere et observare bona, pura et sincera fide, et contra non facere vel venire, nec in aliquo modo deficere de iure vel de facto in iudicio vel extra, sub pena vel ad penam ducatorum auri quinquaginta milium in singulis capitulis huius contractus et conventionis in solidum promissum et legitime stipulatum, et insuper dupli eius unde pro tempore ageretur, cum refactione damnorum, expensarum et interesse litis et extra, et que pena totiens committatur et peti et exigi possit et valeat cum effectu, quotiens in aliquo contrafactum fuerit sive ventum vel non servatum, et quam penam predicta omnia non observans aut contraveniens alteri parti servanti et in fide stanti dare et solvere teneatur et debeat, et pena predicta commissa vel non soluta, exacta vel non, firma et rata maneant omnia suprascripta. Pro quibus omnibus et singulis eorum quolibet observandis et firmum tenendis obligavit prefatus dñus Comes Guidantonius probis Commissariis et nobis infrascriptis, et cuilibet nrum in solidum recipienti et stipulanti ut supra, se ipsum et eius heredes, successores et bona omnia presentia et futura, nec non omnia et singula castra et terras ac suditos ipsius domini Comitis Guidonisantonii presentibus futuris, nec non etiam singulares homines et personas dictarum terrarum et locorum, et eorum et cuiuslibet ipsorum bona omnia presentia et futura. Et dicti Comes Petrus et Galeottus Commissarii antedicti dictis modis et nominibus obligaverunt prefato domino Comiti, ut supra recipienti et stipulanti, omnia et singula bona Romane ecclesie presentia et futura, nec non etiam omnes et singulas terras, castra et loca dicte Romane ecclesie et subditorum, et singulares homines et personas dictarum terrarum, castrorum et locorum, et eorum et cuiuslibet ipsorum bona presentia et futura, que bona et terras et castra et loca predicta una pars pro alia constituit precario possidere usque ad observationem premissorum, Renuntiantes dicte partes et quelibet earum modis et nominibus antedictis in predictis omnibus et singulis exceptioni non facti, dicti, conventi, promissi et obligati, doli mali, conditioni indebiti et sine causa, privilegio fori et omni alii iuri tam canonico quam civili, et legi dicenti generalem renuntiationem non sufficere. Insuper prefatus Magnificus dñus Comes et dicti Commissarii et quilibet eorum pro maiori firmitate omnium premissorum iuraverunt ad sancta dei evangelia, corporaliter manu tactis scripturis, suprascripta omnia et singula observare, et contra non facere vel venire de iure vel de facto, in iudicio vel extra, sub pena et obligatione predicta. De

quibus omnibus supradicte partes petierunt fieri publicum et publica instrumenta per nos notarios infrascriptos.

Acta fuerunt omnia suprascripta in Civitate Urbini in palatio habitationis prefati dñi Comitis, presentibus Nobilibus viris Ugolino de Bandis de Montechio Comite Montis, Iacobo domini Rainaldi de Gianfigliaccis de Florentia et Matheo Pauli de Accomanduciis de Montefalcone Comite Petroni, testibus ad predicta omnia vocatis, habitis et rogatis.

Item post predicta eisdem Anno, Indictione, die, loco et presentibus testibus suprascriptis, etiam ad infrascripta omnia vocatis et rogatis, Magnificus et strennus Miles dominus Raynaldus de Gianfigliaccis de Florentia sindicus et procurator, et sindicario et procuratorio nomine Communis et Universitatis Civitatis Florentie, et Magnificorum dominorum Decem Balie Civitatis et Communis Florentie, ad infrascripta omnia et alia legitime et plenarie constitutus per prefatos dños Decem balie Civitatis et Communis Florentie, presens suprascriptis conventioni, pactis et promissionibus factis et firmatis inter prefatum Magnificum Comitem Guidonemantonium ex parte una, et prefatum Comitem Petrum et Galeottum Commissarios predicti Sanctissimi in Christo patris et domini, domini Iohannis divina providentia pape XXIII. ex parte altera, et omnibus et singulis in suprascripto instrumento et contractu contentis, et ipsis omnibus auditis et intellectis, precibus et mandatis dictorum Commissariorum presentium et rogantium, et cuiuslibet eorum ex certa scientia, et non per errorem dicto sindicario et procuratorio nomine promisit et solemni stipulatione convenit supradicto Magnifico domino, domino Comiti Guidoniantonio ibidem presenti, recipienti et stipulanti pro se et eius heredibus et successoribus, Quod si et in quantum prefatus dominus papa Iohannes superius nominatus non solveret et satisfaceret eidem domino Comiti Guidoniantonio de stipendio, et pagis supradictarum lancearum sexcentarum et peditum sexcentorum de mense in mensem, de quibus et prout supra solvere tenetur et debet secundum pacta et conventionem suprascripta, ac etiam non solveret et satisfaceret dicto domino Comiti Guidoniantonio de provisione ducatorum auri mille, quam prefatus dominus noster papa Iohannes solvere tenetur et debet qnolibet mense secundum pacta et conventionem, de quibus et prout supra in precedenti contractu fit mentio, prefatum Commune Florentie solvet et satisfaciet eidem Comiti Guidoniantonio de dicto stipendio, et paga dictarum lancearum sexcentarum et peditum sexcentorum ad dictam rationem ducatorum auri duodecim pro qualibet lancea et qnolibet mense, et ducatorum trium pro quolibet pedite et quolibet mense, de mense in mensem, solum et dumtaxat pro septem mensibus futuris initiandis ut supra in supradicto contractu et conventione continetur, et non ultra vel aliter: ac etiam solvet et satisfaciet prefatum Commune Florentie dicto domino Comiti Guidoniantonio de dicta provisione sibi debita de ducatis mille auri eidem Comiti Guidoniantonio debitis quolibet mense secundum pacta et conventionem, de quibus supra fit mentio, pro septem mensibus futuris dumtaxat, et non ultra vel aliter. Et pro predictis omnibus observandis prefatus dominus Raynaldus sindicus et procurator predictus obligavit prefato domino Comiti Guidoniantonio dictum Commune et Universitatem Civitatis Florentie, et bona omnia dicti Communis et Universitatis dicti Communis presentia et futura: hoc acto et pacto expresse apposito et declarato, ac stipulatione vallato in principio, medio et fine presentis contractus et promissionis per dictos et inter dictos dñum Comitem ex parte una, et dictum dominum Raynaldum sindicum et procuratorem predictum ex parte altera, quod si et in quantum, et in casu quod dictum Commune Florentie non reciperet seu acceptaret prefatum dñum Comitem Guidonemantonium in recommendatum seu colligatum dicti Communis Florentie, et hoc non esset seu non procederet ex parte dicti Communis Florentie, sed staret seu procederet per dictum dominum Guidantonium seu per partem ipsius dñi Comitis, quominus dicta recommendatio seu colligatio fieret, quod tunc et eo casu dictum Commune Florentie non teneatur, nec aliqualiter obligatum sit dicto dño Comiti ad solutionem seu pro solutione sive satisfactione dicti stipendii et pagarum et provisionis, pro quibus supra fit mentio, vel alicuius earum seu ad aliquid de contentis in presenti instrumento et contractu, Renuntians in predictis omnibus et singulis et eorum quolibet prefatus dominus Raynaldus sindicus et procurator predictus exceptioni non facti, dicti, promissi et conventi, doli mali, conditioni indebiti et sine causa, privilegio fori, beneficio de fideiussoribus et pluribus reis debendis, et epistole divi Adriani et omni alii iuri tam civili quam canonico, et legi dicenti generalem renuntiationem non sufficere. Insuper prefatus dominus Raynaldus sindicus et procurator predictus iuravit ad sancta dei evangelia, corporaliter manu tactis scripturis, predicta omnia suprascripta adtendere et observare, et contra non facere vel venire de iure vel de facto, in iudicio vel extra, sub pena et obligatione predicta. De quibus omnibus et singulis supradicte partes petierunt fieri publicum instrumentum et instrumenta per nos notarios infrascriptos.

Ego Rolandus quondam Iohannis de Gerbis civis Florentinus, apostolica et Imperiali auctoritate notarius publicus, ipsaque Imperiali auctoritate iudex ordinarius, predictis conventionibus, promissio-

nibus et obligationibus et omnibus et singulis scriptis tam in presenti folio seu carta de membrana, quam in quatuor precedentibus cartis de membrana, dum agebantur et fierent, una cum prenominatis testibus interfui, eaque omnia una cum Ser Antonio Rigi de Montebello notario publico et cancellario supradicti domini Comitis rogavi, et in notam recepi, ipsaque omnia propria manu scripsi et publicavi, et imo me subscripsi et signum meum consuetum apposui. (L. S.)

Ego Antonius Rigi de Montebello, notarius publicus auctoritate Imperiali, et nunc Cancellarius prefati Illustris et Magnifici domini, domini Comitis Guidantonii Comitis Montisferetri, Urbini etc. predictis conventioni, promissionibus et obligationibus et omnibus et singulis suprascriptis, tam in presenti carta quam in quatuor precedentibus manu dicti Ser Rolandi scriptis, dum agebantur, interfui, et ea omnia una cum dicto Ser Rolando rogavi, et me subscripsi signumque meum apposui consuetum. (L. S.)

CXLIII.

Pontifex consentiente sacro cardinalium collegio ratificat pacta inter suos commissarios et comitem Montisferetri inita. *Ex cod. comitum Urbini fol. 78.*

Iohannes episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Dignum existimamus, ut hiis, que per commissarios et nuntios nostro nomine provide gesta sunt, quatenus inviolata persistant, adiiciamus apostolici muniminis firmitatem. Cum igitur nuper dilecti filii Nobiles viri Petrus de Bagno Comes Mutiliane et Galeottus de Ricasolis domicellus Florentinus, commissarii et nuntii nostri, nr̃o et Romane ecclesie nomine nonnulla Capitula, federa, promissiones, conventiones et pacta cum dilecto filio Nobili viro Guidoneantonio Comite Montisferetri, ac in Urbinate et nonnullis aliis Civitatibus, Terris et locis pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, contraxerint et concluserint, de quibus constat publico instrumento scripto et publicato per dilectos filios Rolandum de Gerbis Florentinum et Antonium Rigi Urbinatem, scribas publicos in Civitate ipsa nostra Urbinate, die septima mensis Ialii presentis: Nos habentes Capitula, federa, promissiones, conventiones et pacta huiusmodi per eorum formas et species hic alias pro sufficienter expressis, ea omnia grata habentes et rata, illa et alia quecumque in ipso instrumento contenta, ac ipsum instrumentum auctoritate apostolica et ex certa sciencia, ac cum Venerabilibus fratribus nr̃is sancte Romane ecclesie Cardinalibus supra eisdem matura deliberatione prehabita, de eorum consensu et consilio tenore presentium ratificamus, approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsitan intervenerint in eisdem, ac volumus et mandamus instrumentum ac omnia et singula in eo contenta inviolabiliter observari. Nulli ergo etc. nr̃e ratificationis, approbationis, confirmationis etc. Si quis autem etc. Datum apud Sanctum Antoninm extra muros Florentinos octava Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

CXLIV.

Cardinalis legatus Viterbiensibus ad obedientiam pontificis revertentibus quaedam capitula concedit et confirmat. *Ex originali in archivo Com. Viterb. asservato.*

Iacobus miseratione divina s. Eustachi Cardinalis, in alma Urbe eiusque Comitatu, Territorio et districtu, necnon Patrimonii beati Petri in Tuscia et Campanie et Maritime provinciis, et certis aliis provinciis Italie, ac earumdem et aliarum provinciarum Civitatibus, Terris, Castris et locis dicte ecclesie immediate subiectis apostolice sedis Legatus, pro eadem ecclesia et domino nostro papa et in spiritualibus et temporalibus Vicarius generalis, Dilectis filiis in Christo populo ac Communitati et specialibus personis, necnon Prioribus dicti populi Civitatis Viterbiensis, Salutem et gratiam nostram. Digne ac clementer agere credimus, si ad vos, qui a matris vestre Romane ecclesie obediencie et mandatorumque semitis, faciente inimico humani generis, deviastis, et nunc cum humilitate ad gremium clemencie memorate ecclesie et domini nostri pape predictorum, ac nostre reversitis misericordiam nr̃am suppliciter implorando, graciarum nostrarum dexteram extendamus, sperantes in dño, quod eo quo graciie nostris fueritis exaltati, tanto ferventius in perpetua fidelitate et devotione Romane ecclesie et domini nostri pape studebitis omni tempore permanere. Sane cum nobis nuper per prudentes oratores vestros certa capitula quosdam supplicationes vestras continentia presentaveritis, nos vobiscum pio et paterno affectu agere volentes, salvateris nostri sequendo vestigia, qui tamquam misericordiarum pater redeuntes ad ipsum a sua benignitate et gracia non excludit, prefatas supplicationes in dictis capitulis contentas duximus secundum signaturas manu propria nostra scriptas acceptandas.

In primis et prout nobis super hoc suppliciter supplicatis, omnes contractus et processus actaque iudiciaria, sentencias quoque et ipsarum sentenciarum pronunciationes, cassationes, absolutiones, condemnationes, quotcumque tam civiles quam criminales in curia seculari et ecclesiastica Communitatis dicte Civitatis, que tabelliones publici et nonnulli officiales Civitatis eiusdem tempore, quo adhesistis et favistis domino Ladislao de Durachio, celebrarunt, formaverunt, tulerunt et etiam qualitercumque promulgarunt et cassarunt, tenore presentium et auctoritate plene legationis nostre confirmamus et huiusmodi anteutici previlegii patrocinio communimus, non obstantibus rebellione, adhesione

et fautoria predictis, et aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Item cum nonnulla statuta ac ordinamenta et reformationes edita per ipsam Communitatem et populum antedictum, et maxime statutum disponens de electione Octo Priorum dicti populi et Cancellarii ipsius Communitatis, ea omnia et singula statuta, ordinamenta et reformationes, et maxime predictum statutum disponens de electione dictorum Octo Priorum et Cancellarii cum salario, honoribus et oneribus et aliis in dicto statuto contentis, dummodo ea statuta, ordinamenta et reformationes contra libertatem ecclesiasticam non existant, auctoritatibus prefatis tenore presentium confirmamus et etiam validamus, et presentis privilegii nostri patrocinio communimus.

Item cum, sicut asseritis, nonnulli Cives Viterbienses, ac etiam Thesaurarius provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia fuerint et sint ex certis causis creditores dicte Communitatis, quorum quidem creditorum nomina pro parte descripta et annotata sunt in libris dicte vestre Communitatis, et cum, sicut asseritis, nonnulli dictorum creditorum habeant apodissas a vestra Communitate super dictis credenciis, vobis, qui super hoc humiliter supplicastis, graciose concedimus, quod dictis creditoribus, qui vere ostenderint se recipere debere, tantummodo de medietate introituum et reddituum ad Cameram dicte provincie Patrimonii pertinentium dictis creditoribus satisfiat, deductis primo omnibus expensis, que fierent circa ipsam Civitatem et eius officiales et custodes, mandantes auctoritatibus predictis dicto Thesaurario et Cammerario dicti Communis et aliis quibuscumque, ad quos id pertineat, quod de huiusmodi medietate dictorum fructuum ac redditnum singulis duobus mensibus, deductis primo dictis expensis, procurent dictis creditoribus satisfacere cum effectu.

Item quod cum, sicut asseritis, muri ac fontes et pontes, necnon Balnea Civitatis Viterbiensis, quia quasi collapsa sunt, reparatione indigent non modicum sumptuosa, vobis, prout super hoc nobis humiliter supplicastis, graciose concedimus, quod in reparationibus murorum, fontium, pontium et balneorum predictorum de introitibus pedagiorum et gabellarum dicte Civitatis, necnon onerum realium et personalium ordinariorum et extraordinariorum per Priores populi dicte Civitatis, qui pro tempore erunt, expendantur, dummodo ad id Rectoris seu gubernatoris dicte Civitatis eidem ibi pro Romana ecclesia presidentis interveniat licencia et assensu.

Item quod cum, sicut asseritis, ex certis rationalibus causis animos vestros moventibus cupiatis tres nobiles viros, Romane ecclesie et domini nostri pape et aliorum futurorum Romanorum pontificum fideles et devotos, posse in perpetuum et successive eligere in Potestates vestre Civitatis Viterbiensis, quorum trium per vos electorum unus nomine dicte ecclesie et Romani pontificis, qui nunc est et erit imposterum, debeat per Legatum sedis apostolice, vel per Rectorem Patrimonii provincie confirmari, vobis prefatos tres nobiles viros eligendi et nominandi, ut prefertur, devotos et fideles auctoritatibus predictis plenam et liberam tenore presentium concedimus potestatem.

Item quod cum, sicut asseritis, credatis fore represalias impetratas contra Commune et populum atque singulares personas dicte Civitatis Viterbiensis, eiusque Comitatus ab officialibus alicuius Civitatis, Terre, Castri vel loci Romane ecclesie et eidem ecclesie subiectorum, et maxime impetratas esse ab officialibus Urbis Romane, et ab eis officialibus concessas, vobis, sicut nobis super hoc humiliter supplicastis, graciose concedimus, quod prefatas represalias quomodocumque et qualitercumque impetratas et concessas contra Commune et populum et singulares personas dicte Civitatis Viterbiensis, et Comitatus eiusdem, illi, qui eas impetraverunt, et quibus sunt a quibusvis impetrate et concesse, non possint nec debeant quomodolibet exercere, volentes dictas represalias nullum deberi sortiri effectum nec executionem mereri, preterquam contra personam propriam, cuius occasione essent dicte represalie impetrate et concesse.

Item cum, sicut asseritis, gentes armorum quando Viterbium veniunt, nonnulli armigeri intrant domos et habitationes civium Viterbiensium, et in illis volunt contra voluntatem patronorum ipsarum domorum et habitationum permanere, vobis, sicut nobis super hoc humiliter supplicastis, graciose concedimus, quod prefati armigeri non possint nec debeant in eas domos et habitationes intrare, nec in eis permanere contra voluntates patronorum earumdem; sed volumus eos armigeros manere in hospitiis publicis et consuetis, et eorum expensis, secundum quod Priores populi dicte Civitatis disponent et ordinabunt.

Item nobis humiliter supplicastis, quod concedere vobis dignaremur, quod Commune et populus prelibatus, ac cives, incole et habitatores ipsius Civitatis, ac ipsius comitatenses ac districtuales non possint gravari pro aliquo exercitu vel cavalcata ultra flumen Tiberis in provincia dicti Patrimonii, et loca distantia ultra viginti miliaria a dicta Civitate: hec vobis non omnino concedimus, sed volumus in premissis consuetudinem observari.

Item sicut nobis super hoc humiliter supplicastis, vobis graciose concedimus, quod in dicta Civitate Viterbiensi non possint imponi nova pedagia, vel nove gabelle et alia, ac illa, que hactenus sunt imposita, non possint augeri aut augmentari.

Item cum a nobis nuper petivistis, quod disponere et ordinare dignaremur, quod Curia generalis causarum provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia resideat continue in Civitate Viterbii, tamquam loco principali dicte provincie: volumus, quod in hoc consuetudo servetur.

Item quod cum, sicut asseritis, Castrum Sipiciani et Castrum Cardinalis, sita in dicta provincia Patrimonii et in tenimento et districtu dicte Civitatis Viterbiensis, nunc detineat Magnificus Tartaglia de Lavello, ipsa Castra, sicut nobis super hoc humiliter supplicastis, ad antiquum et consuetum dominium ac proprietatem Civitatis Viterbii et Communitatis eiusdem Civitatis, sicut esse consueverunt, auctoritate predicta restituimus et reintegramus, et nichilominus super recuperatione possessionis dictorum Castrorum operabimur iuxta posse.

Item quod cum, sicut asseritis, ex indultis apostolicis concessum fuerit civibus et incolis et habitatoribus Civitatis Viterbii, quod in omnibus causis civiliter seu criminaliter non possint trahi in primis causis extra eorum Curias, vobis, sicut nobis super hoc humiliter supplicastis, graciose auctoritate predicta de novo concedimus, quod similiter dicti cives, incole, habitatores et comitatenses in primis causis trahi non possint civiliter vel criminaliter extra vestras Curias Viterbienses, etiam si Curia provincie dicti Patrimonii in Civitate Viterbiensi resideret.

Item quod cum, sicut asseritis, nonnulle sentencie sint late in Curia apostolica tam coram generali Auditore causarum palatii apostolici, quam coram quibusdam delegatis aut iudicibus contra cives et habitatores et incolas dicte Civitatis Viterbiensis in contumaciam, vel alio quocumque modo a die recessus Sanctissimi patris et domini nostri, dñi Iohannis pape XXIII. a Civitate Romana usque in presentem diem, vobis, qui super hoc nobis humiliter supplicastis, graciose concedimus, quod prefate sentencie et quecumque inde secuta usque in presentem diem non ledant aut gravent, nec ledere aut gravare possint partem adversam, contra quam prefate sentencie fuerint late et promulgate; sed de novo dicte sententie cum incidentibus et emergentibus et connexis summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, terminis abbreviatis et sola facti veritate inspecta, cognoscantur, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Item quod cum, sicut asseritis, aliqui Nobiles et Barones dicte provincie teneant atque occupent bona stabilia atque mobilia, et etiam Castra et loca spectantia ad Communitatem dicte Civitatis Viterbiensis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, auctoritate predicta Potestati et officialibus dicte Civitatis, necnon ceteris officialibus dicte provincie, quocumque nomine nuncupentur, committimus et expresse mandamus, quatenus causam et causas, que sortentur inter dictam Communitatem ex una parte, et eos Nobiles et Barones seu quascumque alias speciales personas dicte provincie ex alia parte, tenentes et occupantes ea bona stabilia et mobilia, ac Castra et loca predicta, cognoscant summarie et de plano ac sine strepitu et figura iudicii, terminis abbreviatis et iuris ordine solemniter non servato, sed sola facti veritate inspecta, easque causas, ut prefertur, decidant et fine debito terminent, executionique mandent, et iustitiam faciant expeditam, non obstante aliqua prescriptione longi vel longissimi temporis, et non obstante quocumque temporis cursu.

Item quod cum populus Civitatis Viterbii sit multipliciter propter brigas ad multam paupertatem reductus, ipsi populo pio et paterno compatientes affectu, ipsiusque populi in hac parte humilibus supplicationibus inclinati, eidem populo Tertiarias omnes, quas pro preterito tempore solvere tenebatur, usque in presentem diem auctoritate predicta graciose remittimus, ad quarum Tertiariarum solutionem pro preterito tempore ipsum populum usque in presentem diem volumus non teneri, et nichilominus dictas Tertiarias pro tempore futuro solvere teneatur, secundum quod aliis temporibus solvere consueverit.

Item ad obviandum omni scandalo, quod inter ipsos cives posset de facile exoriri, nos cupientes pacem et concordiam inter vos esse, ac omnem scandalosam materiam penitus sepellire, statuimus ac etiam ordinamus, quod nullus Viterbiensis, vel comitatensis aut forensis, seu habitator ibidem, cuiuscumque gradus aut conditionis existat, audeat vel presumat sub pena decem ducatorum auri pro qualibet vice, et per quemcumque contra factum extiterit, in Civitate Viterbii eiusque Comitatu et districtu iniuriose alicui improperare aliquam partialitatem, seu adhesionem vel fautoriam prestitas preterito tempore illis, qui fuerunt et sunt emuli et hostes domini nři pape, quamquidem penam per Potestatem dicte Civitatis volumus exigi.

In quorum omnium plenam fidem has nostras patentes et autenticas litteras per Petrum Petri clericum Coloniensem, nobis et Curie nře fidelem, domusque nostre domesticum, scribi, easque manu Magistri Francisci de Fiano, litterarum apostolicarum scriptoris et abbreviatoris ac secretarii nostri, subscribi fecimus, et eas nostri maioris et Cardinalaris sigilli munimine roborari. Datum Rome apud ecclesiam sancti Laurencii in Damaso sub anno a Nativitate dñi nři Ihesu Christi Millesimo quatrincentesimo decimo quinto, Indict. VIII. mensis Iannarii die vigesimo quinte, Pontificatus prefati Sanctissimi dñi nři, dñi Iohannis pape XXIII. anno quinto.

CXLV.

Patres concilii Constantiensis Viterbiensibus significant, quae hucusque egerint pro exstinguendo luctuoso schismate, seque mox ad eos oratores missuros, qui de quiete et pace instauranda etc. agant. *Ex originali in archivo Com. Viterbiensis.*

Sacrosancta Constantiensis Synodus Universalem dei ecclesiam representans, in spiritu sancto legitime congregata, Dilectis in Christo filiis Prioribus populi Civitatis Viterbiensis, Salutem et paternam benedictionem. Intra maximas quamquam curas nobis occupatis, ut dei sacrosanctam ecclesiam peste hac tam horrenda scismatis liberemus, et christianem populum iam tot tempestatibus confractum ad pacem ac quietem restituere valeamus, nec decet, nec volumus almam Urbem Petri sedem, cuiusque ob preteritorum magnitudinem simulacra venerari debemus, nostris presidiis carere, ac quantum fas est, ut eidem consolatur, desistere, idque in aliis ecclesie Romane terris agendum censuimus. Meminimus quidem acerrima bella, dispendia et angustias, quibus hactenus propter hanc scismatis malitiam attriti estis, insuper fidelitatem ac devotionem ecclesie dei per vos impensas repetimus, que animos nostros non solum ad consulendum ac retribuendum, sed pro tot malis et periculis perpessis ad compatiendum inducunt. Sed fortes estote, o optimi viri: dabit enim deus hiis quoque finem. Nos enim, ut pacatam reliquamus ecclesiam, ut etiam que belli calamitatibus provenerunt, lenitate pacis sopiantur, quantum licet, innitimur. Ob id igitur non solum ed extinguendum scisma, quod impresentiarum nos affligit, sed ne umplius committi voleat, studemus: in quo opere permaxima dei gratia ac hominum ope profecimus. Nam et dominum Balthasarem Cossa, dudum Iohannem pp. XXIII. suis exigentibus demeritis ac flagitiis, que nec poteramus, nec licebat amplius tolerare, et quibus ecclesia dei permaxime ledebatur, postquam incorrigibilis existere visus est, a papatu eiecimus: quam eiectionem idem dominus Balthasar suorum criminum conscientia ductus sponte, libere et motu proprio confirmavit et suo papatui, quantum in eo erat, renuntians, liberrime huiusmodi determinationi Concilii se subiecit, prout publicis documentis manifestissime hec apparent. Post hec autem adventante ad hanc Civitatem Carolo de Malatestis, viro magnifico, cum plenissime ad cedendum pro parte Angeli Corario, qui se Gregorium XII. nominari faciebat, potestate, hac die in publica Concilii sessione, divinis peractis, liberrime ac pie omni iuri, quod dictus Angelus in papatu pretendebat habere, cessit: et ob id omni dicti Angeli obedientia simul accedentibus Illustri principe Ludovico Comite Palatino Reni ac Bavarie duce aliisque Principibus obedientie, que hactenus extiterat predicti Iohannis, unita et decreto huius sanctissime Synodi incorporata extitit, et in unum corpus conflate sunt. Pro hiis tam prosperis felicibusque successibus deo maxime cum animorum celebritate in sacri Concilii sessione gratias egimus, decantantes gloriam eius. Velimus etiam amplius venerari sanctissimum illud numen, e quo pacem tot laboribus perquisitam sua sumus pietate habituri. O quam magnum unionis ecclesie incrementum, quam grande bonum, hec duo capita subegisse in unumque redegisse ovile! Reliquum est igitur, ut Petrum de Luna, a plerisque Benedictum XIII. nominatum, ad huiusmodi gremium revocemus. Est hac autem pro re nuper piissimus et clementissimus Imperator Romanorum ac Ungarie Rex profecturus, conventurusque personaliter cum eodem Regeque Aragonum, ut finis tam sancte ac saluberrime rei fiat. Spe igitur optima ducimur, quin ymo quod secus fiat, ratione quapiam percipere non valemus. Expectamus celeri brevique spatio rem fore feliciter consumandam, et Imperatorem nrum pacem nobis sanctissimam portaturum, quam triumphare, gloriari ac beari pro tanto opere quis merito debitare poterit? Postquam autem unio et reintegratio saluberrima ecclesie terminabitur, ad felicem unici et indebitati summi Pontificis spiritus sancti gratia venietur. Devotionem igitur fidelitatemque vestras propensius hoc in tempore, quo pro pace saluteque omnium lugubramus, servare curetis, carissimi filii. Etenim tempus redibit, quo pro tot perpessis angustiis dulcedinem quietis et pacis otium sub ecclesie legitima protectione ac salubri consequemini. Scitote nos non solum ad unitatem, sed ad morum reformationem intendere, ac ne de cetero tam impudenter, tam indiscreta Terre Romane ecclesie subiecte pregravarentur, velle disponere. Ceterum non obmittemus, quin confestim ad vos solennes oratores nros destinemus, tractaturos cuncta, que defensioni vestre accommoda oportunaque erunt: sique vos putetis, quod nra auctoritas atque opera in aliquo suffragari, quoad unicum summum Pontificem habeamus, valeant, cum primum erimus advisati, celeriter providere curabimus. Datum Constantie sub sigillis Presidantium quatuor Nationum die quarta Iulii mccccxv. Indictione octava. G. de Perusio.

CXLVI.

Iidem Patres Cornetanos de proximo archiepiscopi Mediolanensis et praepositi Quinqueecclesiensis adventu ad eos pro componendis rebus publicis certiores reddunt. *Ex orig. in archivo Com. Cornet.*

Sacrosancta generalis Synodus Constantiensis, Dilectis in Christo filiis... Consulibus, Capitaneo Quingentorum, Consilio et Communi Terre Corneti ecclesie Romane fidelibus, Salutem et dei omnipotentis benedictionem. Cum pro nonnullis magnis et arduis negociis unionem et pacem integerrimas

Universalis ecclesia subditorum, ac reformationem ipsius ecclesie tam in capite, quam in membris permaxime concernentibus, Reverendissimum patrem Bartholomeum Archiepiscopum Mediolanensem, et dilectum in Christo Iohannem Usk Prepositum Quinqueecclesiensem, nostros Nuntios et Commissarios, ad vos et ad nonnullas Italie partes de mente nostra circa singula plenarie informatos presentialiter dirigimus: idcirco harum serie vos exhortamur ab intimis, quatenus prefatis Nuntiis et Commissariis nostris super hiis, que pro nostra parte expresserint, cum votivo effectu dicendorum adhibere velitis credentie plenam fidem, et in quibusvis oportunitatibus, prout requiri contigerit, exhibere oportuna consilia, presidia et favores, ut votorum compotes, prout arbitramur atque speramus, eiusdem vestre nobilitatis interveniante circumspectionis industria, pro statu et honore prefate ecclesie subditorumque salute et pace, divina favente clemencia, ad laudem eiusdem nominis et honoris faliciter revertantur. Datum Constantie XII. Kal. Septembris Anno a Nativitate dñi Millesimo quadringentesimo quintodecimo, Indictione octava, apostolica sede vacante. M. de Bossis.

CXLVII.

Idem concilium Cornetanis remissionem rebellionum, excessuum etc. a cardinali legato iis concessam et privilegia confirmat, et ex aerario camerae apostolicae pecunias pro instaurandis muris ac molendinis eorum civitatis assignat. *Ex orig. in archivo Cornet.*

Sacrosancta et generalis Synodus Constantiensis. Ad futuram rei memoriam. Dilectis in Christo filiis Officialibus, Universitati et Communi Terre Corneti Viterbiensis et Tuscanensis diocesum, Romana ecclesie fidelibus, Salutem et dei omnipotentis benedictionem. Iustis et honestis supplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur oportunis. Sane petitio pro parte vestra nobis nuper exhibita continebat, quod cum dilectus in Christo filius noster Iacobus sancti Eustachii diaconus sancte Romana ecclesie Cardinalis, ac in Alma Urbe, necnon Patrimonii beati Petri, de quo estis, et nonnullis aliis provinciis, civitatibus et terris ad eandem ecclesiam spectantibus pro dicta ecclesia generalis Vicarius et apostolice sedis Legatus, vobis necnon habitatoribus et incolis terre vestre, eiusque comitatus, territorii, fortia atque districtus ab omnibus et singulis rebellionibus, culpis, maleficiis, excessibus et delictis, per vos vel aliquem ex predictis quomodocunque, et qualitercunque dudum commissis ante et usque in diem reductionis vestre ad fidelitatem et devotionem ipsius ecclesia necnon Cardinalis Vicarii atque Legati predictorum, generalem ac plenam remissionem fecerit, prout in litteris dicti Cardinalis Vicarii et Legati asseritis plenius contineri, et cupiatis litteras absolutionis et remissionis a rebellionibus, maleficiis, culpis, excessibus et delictis huiusmodi nostre confirmationis munimine roborari: Quare pro vestra parte nobis fuit humiliter supplicatum, ut absolutioni ac remissioni huiusmodi robur nostre confirmationis adiicere, et omnia alia infra contenta concedere de benignitate huius Synodi de speciali gracia dignaremur. Nos habentes statum et formam huiusmodi litterarum absolutionem et remissionem ipsas continentium hic alias pro sufficienter expressis, ac sperantes attenta antiqua fidelitate et devotione vestris, quod in prefate ecclesie, nostra futurorumque Romanorum Pontificum canonice intrantium fidelitate, devotione et obediencia persistetis fideliter et constanter, ac volentes vos prosequi speciali gracia et favore, huiusmodi supplicationibus inclinati, remissionem et absolutionem, prout ad publicum interesse et apostolicam Cameram spectare dinoscitur, a rebellionibus, culpis, excessibus, criminibus et delictis huiusmodi, ut prefertur, per ipsum Cardinalem concessas auctoritate nostra tenore presentium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Et nichilominus premissorum intuitu vos etiam confoventes uberioribus gracia et favore, omnia et singula, gracias ac litteras apostolicas, privilegia, immunitates, exemptiones et iura vobis, Communi et Universitati vestre necnon Terre Corneti prefatis, maxime a felicis recordationis Urbano V., necnon per quondam Urbanum VI., Bonifacium VIIII., Innocentium VII. in eorum obedienciis nuncupatos, ac ipsorum et apostolice sedis Vicarios ac Legatos, et alios Presides ac Rectores dicte provincie Patrimonii, quam alios quoscumque Iudices et Officiales pro eadem ecclesia, necnon Urbano V. seu aliis supradictis pro Romanis Pontificibus habitis in dicta provincia hactenus deputatos concessa et indulta continentes, et contenta in illis, prout rationabiliter facta sunt, et a tramite rationis non discrepent, rata habentes et grata, ea omnia etiam auctoritate predicta confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Vobisque, ut de fructibus et proventibus dicte Terre quibuscumque ad easdem ecclesiam et apostolicam Cameram spectantibus et pertinentibus, tam presentibus quam futuris, pro conservatione et manutentione ac fabrica lige molendinorum vestrorum, que aquarum impulsionibus ac fluctibus sepenumero concutitur et quassatur, ne molendina ipsa depereant, seu salventur pro vestris necessitatibus, ut est opus, summam quingentorum florenorum auri de Camera usque ad triennium, a data presentium computandum, anno quolibet percipiendorum, et centum similes florenos pro refectione et conservatione murorum guardiolarum et certorum aliorum locorum dicte Terre etiam usque ad dictum terminum, annis singulis, ut prefertur, etiam percipiendorum (sic) et convertendorum dumtaxat pro

recuperationibus et conservationibus supradictis petere, exigere ac vobis retinere liceat et possitis, aut solvi possint et debeant per Thesaurarium seu depositarium introituum et proventuum predictorum pro tempore existentem absque aliquo alio decreto vel mandato, inhibitionibus contrariis et aliis in contrarium disponentibus tam editis quam edendis nequaquam obstantibus, necnon quod decetero ad solutionem vel prestationem aliquorum subsidiorum aut dativarum, seu onerum extraordinariorum hactenus impositorum, seu imponendorum decetero apostolica vel quavis alia auctoritate communiter vel divisim, realiter vel personaliter seu mixtim, directe seu indirecte, aut quovis colore quesito exigi, molestari seu perturbari, aut ad eorum vel alicuius eorum solutionem aut prestationem, nisi dumtaxat ad solutionem talliarum in ea summa et quantitate, ac aliis de causis, temporibus, modis et formis, prout et quemadmodum per formam Constitutionum dicte provincie dudum editarum per quondam bone memorie Egidium Episcopum Sabinensem, in dicta et nonnullis aliis provinciis, civitatibus et terris pro eadem Romana ecclesia generalem Vicarium et apostolice sedis Legatum, editarum communiter vel divisim, realiter aut personaliter vel mixtim a quoquam decetero, et non aliter vel alio quovis modo nulla ratione possitis, Constitutionibus apostolicis, consuetudinibus et aliis contrariis seo aliter disponentibus, auctoritate nostra prefata ac tenore presentium de speciali gracia indulgemus, Mandantes ex nunc Thesaurariis et depositariis predictis, et aliis receptoribus pro eadem ecclesia introituum, fructuum et proventuum predictorum, quatenus dictas summas quingentorum et centum aliorum florenorum de eadem Camera annis singulis usque ad dictum triennium ex causis supradictis, et in dictos usus dumtaxat convertendorum vobis aut sindico vestro pro tempore sufficiens mandatum habenti, aut de retentis per vos propterea deducere et excomputare, et ad introitus et exitus eorumdem et Camere apostolice predicte oportune describere, quotiens requiri contigerit, nullo modo postponant, premissis et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam in premissis contigerit quomodolibet imposterum attemptari, Et nichilominus districtius inhibentes omnibus, ad quos posset quomodolibet pertinere, ne contra inhibitionem nr̃am huiusmodi vos aut aliquem vestrum super hiis quoquo modo decetero inquietare presumant. Ceterum vobis necnon sindico et procuratori predictis prefatos Thesaurarium, depositarium ac receptores quoslibet dictas summas, vel earum aliquam solventes nomine Romane ecclesie et apostolice Camere predictarum de hiis, que propterea receperint, quietandi, liberandi et absolvendi plenam concedimus tenore presentium facultatem. Volumus autem, quod de hiis, que presentium vigore solita fuerint, duo confici debeant consimilia poblica documenta, quorum uno penes solventes pro eorum cautela remanente, alterum ad dictam Cameram quantocius transmittatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, communitionis, ratihabitionis, concessionis, mandati, inhibitionis, constitutionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Constantie III. Idus Octobris Anno a Nativitate dñi Millesimo quadringentesimo decimo quinto, apostolica sede vacante. H. DE PIRO.

Gratis de mandato sacre Synodi.

CXLVIII.

Iidem Patres Cornetanis ipsos eorumque res publicas apud futurum pontificem mox creandum se commendaturos promittunt. *Ibidem.*

SACROSANCTA ET GENERALIS SYNODUS CONSTANTIENSIS, Dilectis in Christo filiis ... Confalonerio, ... Consulibus, ... Capitaneo Quingentorum, Consilio et Communi Terre Corneti Viterbiensis et Tuscanensis diocesum, Romana ecclesia fidelibus, Salutem et dei omnipotentis benedictionem. Receptis litteris vestre devotionis, et intellectis, que dilectus in Christo filius Iohannes quondam Gherardi legum doctoris, conterrigena et orator vester, expressit fideliter et prudenter, puritatem et ardorem vestre fidelitatis ac sincere devotionis erga Romanam ecclesiam matrem vestram et dominam, usque etiam in altissimo duximus condignis laudibus extollendas, ad continuationem quorum vos denuo totis affectibus excitantes, et ut ad similia studia provinciales quoslibet continuatis inducere semper affectibus intendatis. De vestris autem oppressionibus et iacturis velut ex propriis ab intimis nostris precordiis anxiamur, pro vestra quoque et aliorum prefate ecclesie filiorum, ac interna devotione ferventium erga nos et prefatam ecclesiam, proximumque futurum Romanum Pontificem, quem de throno divine clemencia vobis et reliquis fidelibus procreandum celeriter expectamus, cuncta nostra presidia etiam apud eundem futurum Pontificem, in singulis maxime quietem vestram concernentibus (sic). Nam propter aliquam fidelitatem promeremini modis omnibus, et pro aliis fidelibus curis vigilantibus positari (sic). Petitiones autem vestras, quantum cum deo et honestate potuimus, duximus admittendas, proot ex forma litterarum nostrarum desuper confectarum eadem vestra devotio poterit intueri. Et sicut eidem oratori vestro expressimus, super reliquis et aliis salutem v̄ram concernentibus atque bonum apud eundem futurum

Pontificem vestris Nuntiis et oratoribus ad eius presenciam profecturis omnem nram assistenciam, ut pro peculiaribus eiusdem ecclesie filiis, certissima sit eadem vestra devotio, totis sensibus impendemus, quantum dabitur, ut graciarum plenitudinem consequamini, prout eidem oratori vestro etiam expressimus nostram mentem. Datum Constantie III. Idus Octobris, Anno a Nativitate dñi Millesimo quadringentesimo decimo quinto, apostolica sede vacante. H. DE PIRO.

CXLIX.

Iidem Cornetanis commendant Bonizum Perusinum, qui potestas eorum civitatis assumatur, qua dignitate non sine laude iam functus fuerat. *Ibidem.*

SACROSANCTA ET GENERALIS SYNODUS CONSTANTIENSIS, Dilectis filiis ... Consulibus, ... Capitaneo et Consilio Quingentorum Terre Corneti, Salutem et dei omnipotentis benedictionem. Quoniam qui ecclesie serviunt, merentur retributionem iustam et honestam obtinere, ut sic alii talium allecti muneribus ad impendenda obsequia efficacius animentur: idcircho nos attendentes laudabilia gesta dilecti ecclesie filii Magistri Gasparis civis Perusini, Advocati Consistorialis, et huius sacri Concilii Secretarii, decens arbitramur desideriis suis annuere. Cum autem idem Garpar cupiat, quod dilectus ecclesie filius Bonizus frater suus, qui prout asseruit, alias in dicta Terra Corneti Potestarie officium exercuit, ad idem officium preficiatur, nos attentis dicti Gasparis, nec non dicti sui fratris virtutibus, vos attente rogamus, quatenus eundem Bonizum iuxta morem dicti officii consuetum in Potestatem, ut prefertur, placeat evocare, eidem consueta emolumenta scilicet impendendo. In qua re, si ut putamus, obsequentes extiteritis, id nos ad complacenciam magnam reputabimus. Datum Constantie die decimatertia mensis Octobris, Anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo decimo quinto, apostolica sede vacante. H. DE PIRO.

CL.

Iidem Viterbiensibus grates reddunt de litteris missis, significant se haud aegre ferre, ut Tartalliam de Lavello una cum suis gentibus armigeris ad stipendia ecclesiae pro defensione eorum civitatis retineant. *Ex orig. in archivo Com. Viterbiensis.*

SACROSANCTA ET GENERALIS SYNODUS CONSTANTIENSIS, Dilectis ecclesie filiis ... Prioribus, ... Regimini et Comunitati Civitatis Viterbiensis, Salutem et dei omnipotentis benedictionem. Litteras vestras accepimus, de quibus vestra devotione attenta satis gavisi fuimus: nam cum ad Universalem et sanctam Romanam ecclesiam sinceram fidem reverentiamque gerere videamini, gratissimum nobis est. Quippe ea nobis maxime cura est, ut omnes, et subditi maxime ecclesie, quemadmodum vinculo humano ac divino pariter sunt astricti, ita eidem pareant ac ipsam debite venerentur. Unde cum iuxta nostra desideria ostendatis sincere ac fideliter ad ecclesie statum intendere, de vobis fiduciam sumimus specialem, et de optimo proposito vos plurimum commendamus. Verum quia pro tutela vestre Civitatis suffragia postulatis, et specialiter dilectum ecclesie filium Tartalliam de Lavello, nonnullarum armigerarum gentium Capitaneum, plurimum laudando, ipsum desideratis ad servitia sancte Romane ecclesie retineri: Nos super hiis habita matura deliberatione, quanquam multiplicibus arduissimis negotiis occupati simus, de remedio eportuno, quantum licet, providere curavimus, ita quod poteritis merito contentari, certificantes vos tantum nobis cordi existere, ut Terre Romane ecclesie immediate subiecte in tranquillitate permaneant, quod cum omni ingenio atque opere intendimus vigilare. Estote ergo fortes: nam de proximo sublato hoc perniciosissimo scismate, sumus ad electionem indubitati summi pontificis perventuri, qui vos et alios ecclesie populos sub pacis otio continebit, nosque superinde omnem diligentiam apponemus. Datum Constantie Kal. Aprilis Anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo sextodecimo, apostolica sede vacante. G. DE CALLIO.

CLI.

Iordanus cardinalis de Ursinis epus Albanensis ex concilio Constantiensi Viterbiensibus significat, patres eiusdem concilii quemdam episcopum nuntium missuros, qui in alma Urbe et in caeteris terris ecclesiae res publicas componat. *Ibidem.*

Magnificis viris dominis ... Prioribus Civitatis Viterbii, amicis nostris karissimis, I(ordanus) Epus Albanensis Cardinalis de Ursinis, Magnifici viri, amici nostri Karissimi, post salutem. Quamplures sunt dies, quod vestras accepimus litteras, ex quibus comprehendimus, et quid Legatus egerit, et qualis sit patrie conditio: quod quamvis per satis non ignoraverimus, tamen vobis agimus gratias, quod nos de evenientibus rebus advisatos facitis: quod ut sepius faciatis, vos rogamos. Et si citius vobis non respondimus, non admiremini: sunt enim res huius sacri concilii satis tarde, tum propter diversorum hominum difficultatem, tum propter magnorum agendorum frequentiam: quare necesse fuit huno vestrum nuntium forte diutius, quam vos credebatis, hic morari expectareque responsum. Nos vero arbitramur per sacrum concilium utilius, quam fieri potuerit, necessitatibus vestris fore provisum: quod pleuius agnoscetis ex quodam Episcopo, quem sacrum concilium ad istas decrevit transmittere partes, qui, ut opinamur, infra breves dies hinc discessurus est. Is quidem Epus taliter munitus accedit, quod salubria poterit remedia ponere. Hoc

unum scitote, maximum impedimentum dedisse expeditioni vestri nuntii quemdam oratorem Legati Urbis, qui pridie huc applicuit, ut bono fortique animo velitis esse, atque in debita sancte Romane ecclesie fidelitate persistere. Melius est enim arbitrio nostro, et multo laudabilius aliquot dampna pati, quam rapacibus lupis adherere, qui vos usque ad vivum sanguinem voraturi sunt. Possumus quidem id unum asserere audacter, nostram ac communem sentenciam esse, ut in brevi summum indubitatumque habeamus pontificem, cui universa obediet Christianitas, qui sublevabit bonos atque ecclesie filios, et contra pravos debite puniet homines et rebelles. De hac certe re dubitare non potestis: nam Reges Castelle et Aragonum, ceterique principes illius obediencie nuper Petro de Luna obedienciam subtraxerunt: ipsosque Ispanos huc quamprimum venturos expectamus fore, qui posteaquam venerint, statim certissimam habebimus unionem. Id tamen potestis de nobis extimare sine ulla dubitatione, nos tantum pro vestro statu velle operari, quantum possumus, quod tunc plane monstrabimus, cum oportunitas aderit, et a vobis erimus requisiti. Datum Constancie die III. Aprilis.

CLII.

Martinus PP. V. Viterbienses et Cornetanos de sua assumptione ad summum pontificatum et coronatione certiores reddit. *Ex orig. in archivis Comm. Viterbiensis et Cornetani asservatis.*

Martinus episcopus servus servorum dei, Dilectis filiis... Prioribus populi et Communis Civitatis Viterbiensis, Salutem et apostolicam benedictionem. Misericors et miserator dominus unigenitus dei filius Yhesus Christus, qui celestia simul et terrena sue maiestatis omnipotencia dirigit et gubernat, sacrosanctam Romanam catholicamque ecclesiam sponsam nostram, quam non facto solum, sed sui proprii ac sacratissimi sanguinis aspersione fundavit, sue pietatis oculis ab alto respectans, ipsius ecclesie viduitatis incommoda post resignationem iuris papatus per olim Iohannem XXIII. ac subsequenter Gregorium XII. ipsiusque etiam Iohannis depositionem ab ipso papatu, et per privationem ac depositionem de Benedicto XIII. etiam a papatu huiusmodi, ut toti orbi iam debet esse compertum, in hoc generali Concilio Constanciensi, ac per ipsum canonice celebratas deplorare ulterius non est passus: nam post longos, varios diutinosque tractatus inter Collegium Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, ac quosdam Venerabiles prelatos et alios deputatos Nationum prefati Concilii super electionis futuri Romani pontificis celebratione solemniter habitos, et consilia repetita, diebus hiis proximis ad instar miraculi divina superillustrante clemencia in ipso Concilio extitit summo omnium consensu pro effectu saluberrime unionis in prefata ecclesia consequendo, ac totali extirpatione nephandi scismatis salubriter ordinatum, quod Collegio ipsorum Cardinalium ad eligendum ipsum futurum pontificem per quinque Nationes in eodem Concilio existentes sex pro qualibet in Coellectores adiungerentur, ita quod ille qui per duas partes ipsius Collegii concorditer, et subsequenter per duas partes Coellectorum cuiuslibet ipsarum Nationum in papam etiam concorditer eligeretur, pro unico, vero ac indubitato Romano pontifice a cunctis Christifidelibus haberetur, prout in decretis dicti Concilii confectis desuper ac solemniter latius continetur. Unde, sicut eidem altissimo placuit, est effectum, quod celebrata per nationes ipsas electione dictorum Coellectorum triginta numero et approbata per ipsum Concilium, die lune proxime preterita circiter horam quartam post meridiem in illius nomine, qui perpetua mundum ratione gubernat, Cardinales numero XXIII. et triginta Coellectores huiusmodi, cohoperante spiritus sancti gratia, conclave libertate atque securitate, et celeberrima ab extra custodia munitissimum ad pacem ecclesie aspirantes intrarunt, missarumque celebratis de more solemniis, ac deinde consiliis habitis repetitis, prout tante rei sublimitas exposcebat, hac presenti die Iovis celebritate beati Martini confessoris atque pontificis, hora quasi decima, eodem spiritu, qui fidelium corda vivificat, illustrat ac dirigit semper in bonum, mentes nostras uniformiter et humillime ac etiam concorditer inspirante, ad altissimi laudem et gloriam ac statum ipsius ecclesie, evulsionemque totalem ex agro dominico prefati scismatis, Cardinales et Coellectores predicti in nos tunc sancti Gregorii ad Velum aureum diaconum Cardinalem, licet ex fragilitate humane conditionis ad tantum onus regiminis Universalis ecclesie insufficientibus humeris, eorum vota unanimiter, discrepante nemine, direxerunt, in iubilo ymnum Te Deum et cantico decantantes, moxque intronizavere, ac etiam adoravere solemniter, ut est moris. Que devotioni vestre duximus ad vestrorum iocunditatem cordium specialiter intimanda. Nam Universitatem vestram et privatim et publice, etiam dum minori fungebamur officio, continuatis semper affectibus in nře gessimus ac gerere intendimus visceribus caritatis, ac de tranquillo statu vestro et aliorum subditorum animarumque et corporum salute iugiter cogitare, et circa illa sedulo exponere paternalis vigilancie nostre curas. Vos autem, prout certissimi reddimur, sic in devotione, fidelitate ac obediencia nostris et prefate ecclesie matris vestre domine ac magistre continuatis affectibus et effectibus persistatis, ut ultra nostram et apostolice sedis benivolenciam et gratiam a largitore munerum superiorum valeatis sempiterne vite gratiam promereri. De hoc autem, quod bulla sine impressione nostri nominis

est appensa presentibus, eadem vestra devotio non miretur, sed potius gratuletur, maxime cum eiusdem vestre sinceritatis desideriis occurrentes easdem litteras ante nostre coronationis insignia providerimus dirigendas, infra que usus perfecte bulle cum nře impressione nominis non habetur. Datum Constancie Maguntine provincie III. Idus Novembris, suscepti a nobis apostolatus officii anno primo.

Martinus etc. Dilectis filiis ... Captaneo Quingentorum, Consulibus, Consilio et Communi Terre nostre Corneti Tuscanensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. Miserator et misericors dominus etc. ut supra usque, nt est moris, demumque servatis de more ceremoniis besterna die nos apostolico diademate coronaverunt. Que Universitati vestre duximus ad vestrorum iocunditatem cordium specialiter intimanda. Nam Universitatem eandem etiam, dum minori fungebamur officio, continuatis semper affectibus in nostre gessimus et gerere intendimus visceribus caritatis, ac de tranquillo statu vestro et aliorum subditorum, animarumque ac corporum salutem iugiter cogitare, et circa illa sedulo exponere paternalis vigilancie nostre coras. Vos autem, prout certissimi reddimur, sic in devotione et fidelitate ac obediencia nostris et prefate ecclesie matris vestre domine ac magistre continuatis affectibus et effectibus persistatis, ut ultra ufam et apostolice sedis benedictionem et gratiam a largitore munerum supernorum valeatis sempiterne vite gratiam promereri. Datum Constancie v. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CLIII.

Pontifex treugas inter Romanos et Barones circumstantes indicit. *Reg. Tom. V. fol. 1.*

Martinus episcopus etc. Universis et singulis, ad quos presentes lictere nostre pervenerint, salutem etc. Etsi de cunctis Civitatibus, terris atque locis nobis et Romane ecclesie immediate subiectis et degentibus in eisdem, ut eripiantur a noxiis et sub pacis dulcedine, qua crescunt omnia, feliciter conserventur, nos cogitare conveniat: de prospero tamen ac felici statu dudum matris et domine, nunc vero, divina peragente gracia, nostre filie predilecte alme Urbis, et circumadiacentium partium (cogitantes) eo peramplius aciem nostre paternalis considerationis debemus ad illas extendere, quo divina clemencia Urbem ipsam ceterarum constituit esse matrem, et in quam iecit sue militantis ecclesie fundamenta, ac eius successorum Petrique apostolorum principis Christique in terris Vicarii in eadem divinitus stabilivit. Cum autem fidedignorum relatibus non absque cordis nostris amaritudine maxima nuper accepimus, nonnulli Barones, Nobiles, Universitates ac singulares persone, etiam armigerarum gentium Capitanei, spreta materna prefate Urbis reverencia, contra Urbem et partes illas variis ac diversis ipsas coloribus et offensionibus dominabiliter et hostiliter in perturbationem pacis et tranquillitatis Urbis et partium predictarum, ac civium, habitatorum ac incolarum earumdem insurgentes, offensiones reales ac personales, coniurationes et alia dispendia inferre presumpserunt hactenus, ac inferri ab aliis procurare modis omnibus non postponant in dedecus et contemptum nostrum, et ipsius ecclesie, Urbis et partium predictarum gravissimum nocumentum, et animarum talia committentium inextimabile preiudicium et iacturam: Nos intendentes iacturis Urbis, partium, civium et incolarum huiusmodi occurrere ac illorum dispendiis de salutari remedio providere, auctoritate apostolica ac ex certa sciencia tenore presentium inter prefatam Urbem, Romanum populum, ac prefate Urbi necnon dilecto filio nostro Iacobo s. Eustachii diacono Cardinali, in prefata Urbe et nonnullis aliis partibus pro nobis et eadem ecclesia in spiritualibus et temporalibus generali Vicario, immediate suppositos, adherentes ac sequaces ex una, quorum et aliorum nomina, cognomina, Civitatum, terrarum et locorum eorumdem per qualitates ac species hic pro sufficienter expressis haberi volumus, et quoscunque alios dominos tam spirituales quam temporales, Universitates et singulares quascunque personas, cuiuscumque status, habitus, gradus ecclesiastici vel mundani, etiam qui Regali, Reginali, Pontificali aut quavis alia dignitate fulgere noscuntur, ipsam Urbem, Comitatum, territorium aut partes, alias Civitates, terras vel loca Cardinali seu Urbi predictis adherentia, aut singulares personas, res, iura vel bona quomodocunque aut qualitercunque offendentes ex altera partibus, de et super omnibus offensionibus ac guerris tam motis quam movendis inter partes ipsas quomodocunque vigentibus, et quomodolibet de cetero emersuris, treugas et sufferencias sub spe pacis usque ad nostrum beneplacitum duraturas indicimus per presentes, Mandantes auctoritate prefata dilectis filiis Cardinali Vicario huiusmodi, Senatori, Conservatoribus Camere, Capitibus Regionum et populo dicte Urbis, necnon ceteris immediate subiectis seu confederatis communiter vel divisim Cardinali et populo prefatis, ac etiam Universis aliis contra ipsos Urbem et adherentes huiusmodi vel eorum aliquem offensiones vel molestias quasvis reales, personales vel mixtas inferentibus vel inferre temptantibus per se vel alio quovismodo intra seu contra se, huismodi nostro durante beneplacito, quomodocunque aut qualitercunque directe seu indirecte, aut quovis colore quesito publice vel occulte aliquas offensiones reales, personales vel mixtas, etiam coniurationes, conspirationes aut invasiones seu occupationes Civitatum, Terrarum, Castrorum vel locorum alicuius ex partibus predictis, seu adherentium quorumcunque. facere seu fieri facere

quomodocunque presumant, sed ipsas treugas et sufferencias inviolabiliter observare et observari facere sub penis excommunicationis et suspensionis in personas, et interdicti in Civitates, Terras et Universitates ipsas, necnon privationis dignitatum, bonorum et graduum quorumcunque tam spiritualium quam temporalium, ac etiam bonorum et iurium etiam feudalium, que a Romana vel aliis ecclesiis, Romano Imperio, Regibus, Principibus seu alias quocunque titulo quomodolibet Universitatibus aut quibusvis aliis personis obtinerent, et inhabilitationis ad illa et quecunque alia imposterum obtinenda teneantur et debeant inviolabiliter et cum effectu, in quas quidem penas et earum quamlibet contrafacientes quoslibet cuiuscunque status, gradus, habitus seu conditionis, spiritualis seu temporalis, etiamsi Pontificalis, Regalis, Reginalis, aut quavis alia prefulgeant dignitate, incurrere volumus ipso facto, Mandantes Cardinali Vicario atque Legato, Magistratibus et populo dicte Urbis, necnon dñis ecclesiasticis et secularibus, Universitatibus, singulis personis prefatis et eorum cuilibet, quatenus a premissis guerris, offensionibus et aliis supradictis ac dependentibus, sub penis et censuris huiusmodi et aliis gravioribus nostro infligendis arbitrio, se debeant per se et alios penitus abstinere, et ab aliis, quantum in eos fuerit, facere modis omnibus abstineri, volentes treugam et sufferencias huiusmodi locum sibi vendicare infra octo dies proxime secuturos a die publicationis earundem, in ipsa Urbe voce preconia et publice faciende, ac etiam declarantes, prout iuri consonum esse conspicimus, prefatam Urbem interdicto ecclesiastico propter premissa minime suspendendam ob dei et sanctorum apostolicoque sedis reverenciam, et celeberrima insigna tam pontificatus supremi quam alia innumerabilia ipsius, Constitutionibus necnon privilegiis apostolicis ac Imperialibus, statutis et consuetudinibus tam Urbis quam partium predictarum et aliis contrariis, etiam si de ipsis in nostris litteris ac de verbo ad verbum facienda esset mentio specialis, seu quod excommunicari, suspendi aut interdici non possent, et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Datum Constancie IIII. Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CLIV.

Idem pontifex omnes talliarum et subsidiorum concessiones in Marchia Anconitana capitaneis armigerorum factas revocat. *Reg. Tom. V. fol. 50.*

Martinus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Universis et singulis presentium seriem inspecturis, salutem etc. Ad extirpanda pestifera semina, quibus vorax ambitio mortalium sepenumero rubiat(sic), et per que prodeunt et pullulant bellorum scandala ac fomenta, curis vigilibus intendentes, et manifestissime dinoscentes, dilectos filios et ecclesie Romane peculiares alumnos provinciales Marchie Anconitane, et presidatus Farfensis, et partes finitimas nobis et eidem ecclesie tam mediate quam immediate subiectas propter deputationes et assignationes talliarum, que ad pacem et salutem eorumdem hactenus et non aliter inducte fuerunt, seu subsidiorum hactenus impositorum per eandem ecclesiam seu apostolice sedis Vicarios, Legatos, Rectores vel Magistratus provinciarum et partium apostolica vel alia quavis auctoritate pro conductis armigerorum gentium ad defensam provinciarum et partium predictarum, vel alicuius earum ac provincialium eorundem, seu pro stipendiis et provisionibus huiusmodi gentium, aut alias quomodocunque factas acerbissimis torqueri vexationibus et iacturis, ac inter nonnullos gentium armigerarum Capitaneos ac ecclesie Romane Vicarios in prefatis provinciis existentes occasione huiusmodi talliarum et subsidiorum et dependentium ab illis, ac etiam petitione et executione gravissima guerras et scandala suscitata, et huiusmodi provincias et partes cum provincialibus, habitatoribus et incolis earumdem pestiferis calamitatibus et flagellis innumeris, atque vastationibus iugiter flagellari, et de perturbatione universali pacis et salutis provinciarum et partium huiusmodi, ac provincialium, habitatorum et incolarum ipsarum, nisi de celeri et salutari occuratur remedio, sit proculdubio merito formidandum: Nos volentes in premissis salubriter providere, et fomenta scandalorum huiusmodi, quousque per nos specialiter sit provisum, resecare pro viribus, premissis et aliis rationabilibus causis ad hec nostrum moventibus animum, pro universali pace et tranquillitate provinciarum et partium, provincialium, habitatorum et incolarum huiusmodi exactionem et etiam solutionem talliarum et subsidiorum huiusmodi, ac deputationes et assignationes super illis communiter vel divisim factas, ac etiam faciendas auctoritatibus supradictis, vel earum aliqua ex premissis vel aliis quibuscunque causis, actionibus, iuribus seu modis a Capitaneis ac Vicariis supradictis, aut quibusvis aliis personis, cuiuscunque status, dignitatis, officii, gradus, habitus seu conditionis spiritualis vel temporalis extiterint, locis, Collegiis vel Universitatibus per se vel alios directe vel indirecte quocunque quesito colore, usque ad nostrum beneplacitum ex certa sciencia auctoritate apostolica tenore presentium ex toto suspendimus per presentes, districtius inhibentes dictis Capitaneis, Vicariis et aliis, quibus huiusmodi deputationes et assignationes de et super talliis et subsidiis huiusmodi communiter et divisim facte hactenus, vel in futurum faciende quomodolibet vel sub quavis verborum forma apparerent ne interim, huiusmodi durante beneplacito tallias vel subsidia ipsa, aut dependentia vel connexa, quocunque nomine cen-

seantur, communiter vel divisim, seu penas petere, extorquere per se vel alios, aut exigere quesito colore quoquomodo audeant vel presumant, sub pena excommunicationis et privationis dignitatum, bonorum, privilegiorum, vicariatum, iurium et bonorum quorumlibet, etiam feudorum, que a Romana aut aliis ecclesiis, Imperatoribus aut Regibus vel aliis quibuslibet obtinuerint, et inhabilitationis ad illa et alia imposterum obtinenda, quas quidem penas, si contra fecerint, eo ipso se noverint incursuros, et similibus penis etiam subiaceant dantes ac solventes tallias seu subsidia huiusmodi, vel similia seu dependentia vel connexa absque nostro speciali mandato ac in nostris apostolicis litteris specialiter denotato, Constitutionibus apostolicis ac dictarum provinciarum, necnon deputationibus, assignationibus et concessionibus super hiis factis et faciendis infra tempus dicti beneplaciti, et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre suspensionis, inhibitionis et constitutionis infringere etc. Si quis etc. Datum Constancie v. Nonas Marcii, Pontificatus nostri anno primo.

CLV.

Terracinensibus vectigal salis aliaque privilegia a Romanis pontificibus iis concessa etc. confirmantur.
Reg. Tom. V. fol. 193.

Martinus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Iustis et honestis supplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur oportunis. Hinc est, quod nos attendentes zelum devotionis et fidei, quem dilecti filii populus, Commune et Universitas ac singulares persone Civitatis nostre Terracenensis ad nos et Romanam gesserunt ecclesiam, et gerere comprobantur, merito inducimur, ut ea ipsis favorabiliter concedamus, que eorum tranquillitatem et commoditatem (tam) privatim quam publice ampliare valeant et etiam conservare. ac volentes eosdem prosequi apostolicis graciis et favore, Dohanam salis et alia iura Communis dicte Civitatis, necnon franchisias, libertates, immunitates et exemptiones, gracias, privilegia et indulta, ac licteras per felicis recordationis Romanos pontifices predecessores nostros, seu alios pro Romanis pontificibus habitos, aut eorum vel alicuius eorum auctoritatibus, etiam ab antiquis temporibus usque in presentem diem facta, dicta et concessa populo et Communi seu Universitati dicte Civitatis, et per ipsos populum et Commune ac Universitatem habita et possessa, necnon statuta et ordinamenta per Commune et populum dicte Civitatis edita, dummodo non sint contra ecclesiasticam libertatem et alias rite et provide facta sint, et a rationis tramite non discordent, habentes ea omnia hic alias pro sufficienter expressis, auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Per hoc autem ipsis populo et Communi nullum ius de novo acquiri volumus, sed antiquum tantummodo conservari. Volumus insuper, quod si ullo unquam tempore, quod absit, populus, Commune, Universitas aut singulares persone huiusmodi a devotione, fidelitate et obediencia nostris et eiusdem ecclesie, aut successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium se subtraxerint, aut rebelles fuerint, presentes nostre lictere et contenta in eis eo ipso nullius existant efficacie, roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre confirmationis, communitionis et voluntatis infringere. Si quis autem etc. Datum Mantue Non. Novembris, Pont. nostri anno primo.

CLVI.

Iidem a censuris et excessibus commissis absolvuntur.
Reg. Tom. V. fol. 194.

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis populo et Communi, necnon singularibus personis Civitatis nostre Terracenensis, eiusque Comitatus, territorii et districtus provincie nostre Maritime, salutem etc. Sedes apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessus libenter se propitiam exhibet et benignam, ac lapsis dexteram porrigens eos ab imo retrahere satagit dulcedine maternali. Sane petitio pro parte vestra nobis nuper exhibita continebat, quod cum in ipsa Civitate nostra Terracenensi rocha sive fortilicium fuerit tirannice dudum erectum, ac in ipsis hactenus quidam infidelis et improbus Castellanus existeret, vos dinoscentes ipsum Castellanum fortilicium et rocham infideliter et proditorie alteri traditurum contra statum et honorem prefate ecclesie ac vrum, de mandato Carissime in Christo filie nre Iohanne Regine Sicilie Illustris, Civitatem ipsam tunc pro nobis et eadem ecclesia gubernantis, sumptis armis viriliter debellando arcem seu fortilicium ipsum expugnastis fortiter et potenter, idque dedistis et dari fecistis demoliendo precipitem in ruinam solo pro viribus adequantes, ut fortilicium ipsum seu rocha vobis et vestre quietitudini ac fidelitati erga predictam ecclesiam de cetero non posset obstaculo existere, et liberius ad gremium et graciam ipsius ecclesie devenire possetis, et sub ipso, ut capitis, perpetuo conservari. Subiungentes etiam, quod cum humani generis hostis causante versucia, nonnulli cives dicte Civitatis, licet eorum demeritis exigentibus cives nominari non debeant, conspiratione pestifera per eos facta cum nonnullis dominis illarum partium de subvertendo statum liberum, pacificum et tranquillum eiusdem Civitatis, et contra honorem et fidelitatem ipsius ecclesie, ut Civitas ipsa iugo lacrimabili atque tirannico cuidam dño subderetur,

proditorie tractaverint, cives interim, ut altissimo placuit, fideles eiusdem Civitatis ad statum et honorem prefate ecclesie atque nostros filialiter atque fideliter respectantes, contra prefatos conspiratores cives in eversionem status et pacis huiusmodi malignantes arma viriliter assumentes, prout tantum facinus exigebat, votis concordibus et animis irruerunt, et multos ex ipsis in ore gladii peremerunt, et debaccante furore, victor populus ad domos et bona dictorum malignantium civium tam occisorum quam eorum, qui fugam arripuerant, progredientes res et bona eorum diripuerunt et abstulerunt, inter ipsos victores, prout cuique maior dabatur habilitatis occasio, res et bona huiusmodi sic rapta auferentes et distrahentes pro libito asportarunt, necnon quod in Civitate, Comitatu, territorio et districtu predictis, sic temporum causante malitia, hactenus et usque in presentem diem diversis temporibus atque locis per cives, terrigenas ac districtuales huiusmodi, necnon habitatores et incolas tam inter et contra se, ut assolet, nonnulli excessus, crimina et delicta tam ante novitatem huiusmodi quam postea fuerint commissa et dampnabiliter perpetrata. Et quoniam, sicut eadem petitio subiungebat, vos ad cor reversi de premissis ab intimis dolueritis, et permaxime doleatis, et quod tam pestifere cause contigerint, que criminibus maxime talibus novitatibus demolitionis arcis et fortilicii, homicidiorum et rapinarum et aliorum perpetratorum prebuerint, et sub fidelitate, devotione, obediencia et gremio nostris et apostolice sedis, ac prefate ecclesie manere et consistere filialiter et perpetuo intendatis, sed dubitetis vos posse communiter et divisim premissorum occasione, ac dependentium imposterum molestari tam civiliter quam criminaliter et puniri: quare pro parte vra nobis fuerit humiliter supplicatum, ut de absolutionis et liberationis remedio vobis et vestrum cuilibet, tam clericis quam laycis, necnon statui vestro alias consulere de benignitate apostolica misericorditer dignaremur. Nos igitur illius vicesgerentes in terris, qui cunctos querit salvos facere et neminem vult perire, ac sperantes, quod in nostra et ipsius sedis fidelitate, devotione et obediencia fideliter et incommutabiliter perpetuo persistetis, et alia curabitis imposterum non patrari, ac huiusmodi vestris in hac parte supplicationibus inclinati, habentes status et formas omnium et singulorum criminum, delictorum et excessuum, necnon temporum, locorum ac personarum predictorum per eorum nomina, qualitates, quantitates et species hic alias pro sufficienter expressis et declaratis, vos populum et Commune, necnon Universitatem, Cives, Comitatenses, districtuales, habitatores et incolas, tam clericos quam laycos, mares et feminas, cuiuscunque status, gradus, habitus, dignitatis seu conditionis existant, ecclesiastice vel mundane, ab omnibus et singulis maleficiis, culpis, excessibus et delictis supradictis, cuiuscunque qualitatis aut quantitatis extiterint, et aliis quibusvis cuiuslibet generis, speciei seu qualitatis, etiam si heresis aut lese maiestatis crimina saperent, hactenus et usque in presentem diem quibuscunque temporibus, locis, modis et formis, etiam contra nostros et eiusdem ecclesie subditos, devotos, officiales vel gentes equitando, rapinas, furta, robarias, incendia, sacrilegia, incestus, adulteria, demolitiones, homicidia et alia quecunque committendo dicto, facto vel assensu, consilio vel favore, aut alias quomodocunque aut qualitercunque, in genere vel in specie factis, commissis et perpetratis, et que commissa dicerentur seu dici possent, et etiam a quibusvis processibus, bannis, censuris, excommunicationum, suspensionum et interdicti sentenciis, spiritualibus et temporalibus mulctis et penis a iure vel ab homine factis, datis et latis, inflictis et promulgatis, quos et quas quomodolibet communiter vel divisim premissorum vel alicuius eorum occasione vel causa, aut dependentium ab eisdem incurristis, et incurrere possetis, etiam si super ipsis aut ipsorum aliquo civiliter vel criminaliter aut mixtim sit cognitum vel non cognitum, prout ad publicum interesse et Cameram apostolicam spectare dinoscitur, auctoritate apostolica ac ex certa sciencia tenore presentium plenarie absolvimus et etiam liberamus, ac mulctas et penas et interesse huiusmodi vobis et vestrum cuilibet plenarie remittimus, concedimus et donamus, ac banna, processus, censuras, sentencias et condempnationes huiusmodi contra vos vel aliquem vestrum, ut prefertur, factos, latas et fulminatas de quibuscumque libris et regestris, in quibus appareant, tam in Romana, quam provinciarum nostrarum Campanie atque Maritime et Civitatis Terracenensis, aut aliis Curiis vel earum aliqua seu alibi quoquomodo cassamus protinus, irritamus, cancellamus et abolemus, et pro irritis, cassis et abolitis ex toto haberi decernimus et mandamus, ac si dati, facti et late non essent. Et nichilominus tam ex officio quam ad instanciam cuiuscunque per officiales seu magistratus, ad quos id pertinet, cassari et deleri posse et debere ubilibet cum effectu, ac interdicta ecclesiastica, quibus Civitas, Comitatus, territorium, districtus seu Universitates premissorum vel alicuius eorum occasione vel causa forsan supposita forent, ex toto tollimus et relaxamus, et etiam abolemus omnem infamie maculam sive notam premissorum vel alicuius eorum occasione vel causa per vos, vel aliquem vrum quocunque tempore usque in presentem diem contractas, ac etiam habilitamus quoslibet ad omnia et singula gracias et privilegia et indulta, tam a sede apostolica quam aliis quibusvis decetero obtinenda, vosque, dilecti filii, populum et Commune, necnon Universitates, districtuales et incolas et singulares personas predictos et quemlibet vestrum, prout ad interesse huiusmodi

spectare potest, ad honores, famam, status ac dignitates tam spirituales quam temperales, gracias, privilegia et indulta tam ecclesiastica quam mundana, necnon iura, iurisdictiones et bona, officia et beneficia, et actus quosque legitimos et etiam publicos, ac in eundem statum restituimus, reponimus et plenarie reintegramus, in quo eratis ante commissa huiusmodi crimina et excessus communiter vel divisim, et cum clericis ecclesiasticisque personis ex vobis, qui propter premissa aut aliquod eorum celebrande divina aut immiscendo se illis, seu prophanando, non tamen in contemptum clavium, irregularitatis maculam quomodolibet incurrissent, quod in susceptis ordinibus ministrare valeant, harum serie dispensamus, districtius inhibentes universis et singulis Magistratibus, Rectoribus, iudicibus et officialibus nostris et ipsius ecclesie, necnon dictarum provinciarum Campanie atque Maritime, et aliis quibusvis presentibus et futuris, quovis fungantur officio nunc seu etiam in futurum, ne decetero contra vos vel aliquem vestrum communiter vel divisim, res, iura et bona presentia vel futura contra inhibitionem nostram huiusmodi possint, audeant vel presumant per se vel alium quoquomodo aut quovis colore quesito, directe vel indirecte, ordinarie vel extraordinarie, aut ex officio vel ad instanciam cuiuscunque civiliter aut criminaliter seu mixtim, prout ad ipsum interesse spectare potest, cognoscere seu inquirere, procedere aut executionem facere seu fieri facere aliqua ratione vel causa, Constitutionibus apostolicis necnon Civitatis et provinciarum predictarum vel alicuius earum aliter disponentibus quoquomodo, etiam si de ipsis et earum totis tenoribus de verbo ad verbum in nostris licteris habenda fuerit mentio specialis, non obstantibus quibuscunque, irritum et inane decernentes exnunc, si secus a quoquam in premissis scienter vel ignoranter et auctoritate quacunque contigerit imposterum quomodolibet attemptari. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, vos aut aliquem vrum a fidelitate, devotione et obediencia nostris et successorum nostrorum ac ipsius ecclesie subtrahere se contigerit, aut rebelles esse, presentes lictere et omnia in eis contenta quo ad se subtrahentes seu rebellantes nullius existant firmitatis, efficacie vel momenti, sed in easdem sentencias, censuras et penas spirituales ac temporales reincidatis et reincidant ipso facto. Nulli ergo etc. nostre absolutionis, liberationis, commissionis, concessionis, donationis, cassationis, irritationis, abolitionis, constitutionis, mandati, relaxationis, habilitationis, restitutionis, reintegrationis, dispensationis, inhibitionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei etc. se noverit incursurum. Datum Mantue Nonis Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

CLVII.

Ludovico de Alidosiis Imolensi plurium castrorum et villarum vicariatus sub annuo censu XXV. floren. auri ad triennium confertur. *Reg. Tom. V. fol. 176.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Nobili viro Lodovico de Alidosiis militi Imolensi, in Castris Tausignani, Ducie, Riolli, Plebis sancti Andree et Castellarii, necnon Villis Matisconis, Macairolli, Belvederis, Orfacie, Casule, Porgini et Montisfortini, Montisoliveti, Mongardini, Stefontis, Saxi, Gallisterne, Toranelli, Montismeldule, Pidiani, Agrizani et Montis Morisini Imolensis diocesis, eorumque territoriis et districtibus, iuribus et pertinenciis universis, prout ad nos et Romanam ecclesiam spectare et pertinere noscuntur, que per te, ut asseris, tenentur et possidentur, pro nobis et eadem ecclesie in temporalibus generali Vicario, sal. etc. Inter curas multiplices, quibus continue premimur, illa cor nostrum assidua pulsat instancia, et ad id nimirum solliciti reddimur et solertes, ut ad regimen et gubernationem Castrorum, Villarum et locorum nobis et eidem ecclesie immediate subiectorum viri deputentur ydonei, fide preclari et prudencia circumspecti, rectitudine iusti, experiencia docti ac sollicitudine vigilantes, qui honorem et statum eiusdem ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subditos non gravent et sine personarum acceptione iusticiam administrent, sicque prudenter ac iuste populos et subditos gubernent ac regant, quod iidem populi et subditi laudabiles se recepisse Rectores merito gratulentur, et de ipsorum deputatione digne possint nostram et apostolice sedis providenciam merito commendare. Attendentes igitur devotionem eximiam et fidem preclaram, quam tu tuique progenitores erga eandem ecclesiam nosque etiam, dum eramus in minoribus constituti, gessistis, prout geris, necnon circumspectionis industriam et alias virtutes multiplices, quibus earum largitor dominus personam tuam multimode insignivit, grataque servicia, que prefate ecclesie impendisti, merito speramus, quod ea, que tuo regimini committentur, debite et laudabiliter adimplere curabis. Hinc est, quod nos premissorum intuitu considerantes, quod eadem tua Nobilitas Castra, Villas, territoria et loca predicta, necnon terrigenas, habitatores et incolas ipsorum et cuiuslibet ipsorum ad honorem ac statum prefate ecclesie sub mensura iusticie rexisti et laudabiliter gubernasti; sed per aliqua tempora, sic temporum causante malitia et ob malignitatem pestiferam guerrarum et afflictionum, que partes illas graviter afflixerunt, censum et canonem prefate ecclesie apostoliceque Camere temporibus preteritis ratione Vicariatus Castrorum, Villarum et locorum predictorum pro tempore non solvisti, et propterea in penas, censuras et sentencias contra census huiusmodi non solventes et non servantes ea, ad que

tenentur ratione huiusmodi Vicariatuum per formam concessionum eorumdem, necnon Constitutionum apostolicarum et provinciarum eiusdem ecclesie, et pro parte prefate tue Nobilitatis fuerit nobis humiliter supplicatum, ut de absolutionis beneficio et alias statui tuo super premissis providere de benignitate apostolica dignaremur: Nos igitur volentes premissorum intuitu predictam Nobilitatem tuam filiosque tuos favoribus prosequi gratiosis, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, sperantes quod ex hoc in nostra et ipsius ecclesie devotione, fidelitate et obedientia, ac successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium ardentius atque devotius et constantius permanebit, personam tuam ab omnibus et singulis excommunicationum, suspensionum et interdicti sententiis atque penis, tam spiritualibus quam temporalibus, a iure vel ab homine latis, inflictis et promolgatis hactenus contra te, quas propter non solutum canonem seu censum predictum ac inobservanciam eorum, ad que per formam Vicariatus huiusmodi ecclesie Camereque prefatis, ac nobis communiter vel divisim quomodolibet tenebaris seu teneri poteras quovis modo, incurristi hactenus usque in presentem diem, seu incurrere potuisti, auctoritate apostolica ex certa sciencia ac tenore presentium absolvimus et plenarie liberamus, et ab hiis omnibus, quas hic haberi volumus pro specifice declaratis, totaliter te reddimus absolutum, et abolemus omnem infamie maculam sive notam premissorum occasione quomodocunque contractam, ac restituimus plenarie in statum pristinum, et ad honores, famam ac privilegia, iura et bona quecunque, prout eras ante obmissas solutiones census huiusmodi et alia non servata, et habilitamus ad omnes et singulas gracias, concessiones, privilegia et indulta obtinenda decetero a quocunque, necnon interdicta ecclesiastica, quibus Castra, Ville et loca predicta, eorumque Universitates predictorum seu alicuius eorum occasione vel causa, seo dependentibus ab eisdem forsitan subiecta forent communiter vel divisim, sciencie et auctoritate prefatis harum serie relaxamus, teque ac filios tuos natos et nascituros ex tuo corpore legitime descendentes usque ad Triennium, a data presentium computandum, in Castris, Villis et locis predictis, que per te tenentur et gubernantur, ad nos et dictam ecclesiam pleno iure immediate pertinentibus, eorumque territoriis et districtibus, prout ad nos et eandem ecclesiam spectare noscuntur, Vicarium, Rectorem et Gubernatorem, ac Vicarios, Rectores et Gubernatores in temporalibus generalem ac generales, dummodo tu et iidem filii tui in obediencia et fidelitate nostra et ecclesie predicte, ac successorum nrorum Romanorum pontificum canonice intrantium consistatis, revocantes nos eisdem sciencia et auctoritate per presentes quascunque alias concessiones Vicariatuum huiusmodi per predecessores nros Romanos pontifices, aut pro Romanis pontificibus habitos, seu apostolice sedis Legatos, Vicarios aut provinciarum dicte ecclesie Rectores, sive eorum aut alicuius eorum auctoritatibus tibi aut predecessoribus tuis, seu filiis vel descendentibus sub quacunque verborum conceptione appareant, de Castris, villis et locis huiusmodi generaliter seu particulariter factas, et quecunque contenta in illis, ac pro infectis prothinus haberi decetero decernentes, auctoritate prefata tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi usque ad dictum Triennium, ac filiis tuis huiusmodi superstitibus post cessum vel decessum tuum iuxta modum premissorum regimen et gubernationem Castrorum, Villarum et locorum huiusmodi per te et eos, vel alium seu alios ad id per te vel eos deputandum et deputandos, cum illis mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per ipsam ecclesiam seu eius officiales de iure, privilegio vel consuetudine exercita fuerint seu exerceri consueverunt, etiam in crimen lese maiestatis, et cum canepa salis pro usu terrigenarum et incolarum Castrorum, Villarum et locorum predictorum et districtuum eorumdem plenarie committentes, tibi et post obitum, cessum vel decessum tuum tuis filiis, dicto Vicariatu durante, ut prefertur, quoscunque Potestates, Iudices et officiales ydoneos, qui possint et debeant questiones quaslibet cuiuscunque generis vel speciei, etiam criminis lese maiestatis, in eisdem Castris, Villis, locis et territoriis huiusmodi motas vel movendas ad secalare forum pertinentes audire, ac previa ratione cognoscere, easque fine congruo terminare et executioni debite demandare, absque eo quod prefati terrigene et incole coram aliis iudicibus in primis causis civilibus vel criminalibus possint ad iudicium evocari, preterquam in criminibus heresis et falsitatis litterarum apostolicarum, constituendi, creandi et removendi et destituendi, ac alios quociens opus fuerit, deputandi, necnon colligendi, exigendi et percipiendi, huiusmodi Vicariatu durante, et tuo et eorumdem filiorum tuorum usibus applicandi omnia et singula debita tam huiusmodi canepe salis, quam alia quecunque emolumenta, fructus, redditus, proventus et introitus, quibuscunque nominibus censeantur, ad nos et prefatam ecclesiam in Castris, Villis et locis predictis quomodolibet pertinentia, et de ipsis omnibus et singulis emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus et introitibus, durante huiusmodi Vicariatu, prout tibi et eisdem filiis tuis videbitur, disponendi, absque eo quod de illis teneamini reddere rationem, salvo quod novas et indebitas exactiones imponere aut exigere non possis vel possint, alienatione interim bonorum et iurium in dictis Castris, Villis et locis ad eandem ecclesiam pertinentium tibi et eisdem filiis penitus interdicta,

tibi et huiusmodi filiis tuis per te et eos, vel alium seu alios, cui seu quibus tu vel illi commiseris sen commiserint, merum et mixtum imperium ac omnimodam iurisdictionem predictam exercendi, necnon contradictorea quoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione qua convenit compescendi, ac omnia alia et singula, que honori nostro et eiusdem ecclesie, ac pro statu pacifico et tranquillo Castrorum, Villarum et locorum predictorum ac terrigenarum, habitatorum et incolarum eorum expedire cognoveris et cognoverint, faciendi, statuendi, ordinandi et corrigendi, puniendi, diffiniendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem: ita tamen quod omnia et singula statuta, siqua contra dictam ecclesiasticam libertatem seu officium heretice pravitatis, aut ecclesiasticas personas seu earum aliquas in eisdem Castris, Villis, locis et territoriis edita forent, casses et cassari facius cum effectu, et exnunc pro cassis et nullis haberi debeant et teneri, et quod bannitos, exititios et expulsos iniuste de Castris, Villis, locis et territoriis prefatis, bonisque suis indebite spoliatos, dummodo sint nobis et eidem ecclesie fideles, ad huiusmodi Castra, Villas et loca, territoria et districtus reintroducas, et ipsis eorum bona restituas et restitui facias, et quod arma et insignia eiusdem ecclesie in plateis et portis, ec palatio et locis publicis eorumdem Castrorum, Villarum et locorum depingi et depicta conservari facias, et quod Castra, Villas, loca et territoria supradicta in eo statu, in quo nunc sunt, vel meliori, finito et extincto dicto Vicariatu, nobis vel successoribus nostris Romanis pontificibus aut aliis, quibus nos vel ipsi successores mandabimus aut mandabunt, libere restituere tenearis, et qued de fructibus, redditibus, proventibus, introitibus et emolumentis supradictis tenearis tu et dicti tui filii Castra, Villas, loca et territoria huiusmodi tuis et ipsorum sumptibus fideliter et diligenter reparare, manutenere, conservare, deffendere ac etiam custodire, et omnia alia ipsorum onera supportare, absque eo quod prefata ecclesia tibi vel filiis eisdem pro dicto Vicariatu, Rectoria, gubernatione, reparationibus, refectionibus, conservationibus, deffensionibus, custodia et oneribus subvenire in aliquo teneatur, seu pro expensis, que in premissis aut premissorum aliquo vel alias quomodolibet facte sint, vel fieri contigerit in futurum, aliquid ab eadem ecclesia exigi seu peti possit, aut huiusmodi Vicariatu finito, restitutio Castrorum, Villarum et locorum predictorum impediri valeat, seu quomodolibet retardari. Et nichilominus nomine canonis seu census singulis annis in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum de mense Iunii, huiusmodi Vicariatu durante, florenos vigintiquinque auri de Camera boni et iusti ponderis nobis, eisdem ecclesie seu Camere in Urbe, vel ubi nos et dicti successores nri residebimus, et ubi Romana Curia fuerit, tuis et eorumdem filiorum sumptibus, periculis et fortuna sub pena iuris et constitutionum apostolicarum super hoc editarum dare, solvere et assignare realiter tenearis ac etiam teneantur. Volumus autem, quod ad alia onera persolvenda vel aliter subeunda gravari ulterius non possis, nec possint, nisi prout et sicut alii Civitatum, Terrarum, Castrorum et Villarum nostrarum et eiusdem ecclesie in nra provincia Romandiole consistentium Vicarii occurrentibus casibus gravarentur. Premissis quoque sit adiectum, quod (de) huiusmodi consuetis et debitis emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus et introitibus ecclesia percipiat de fumantaria Castrorum, Villarum et locorum predictorum, quicquid ex eadem fumantaria provenit et est recipere seu recipi consuetum. Volumus autem et retinemus ac expresse et specialiter reservamus, quod dicto Vicariatu durante Rectores dicte provincie Romandiole, qui erunt pro tempore, aut eorum locatenentes et Curia generales ipsorum in causis eppellationum quarumlibet, tam civilium quam criminalium, ad ipsorum Curiam de iure vel consuetudine seu alias legitime deferendis, cum plena examinatione et cognitione decidendi ab eis eo iure plene et pacifice in Castris, Villis et locis predictis, et contra ipsorum terrigenas et incolas cognoscant et utantur, sicut in Castris, Villis et locis aliis dicte provincie, que immediate pro eadem ecclesia reguntur, in ipsorum terrigenas et incolas de iure, stilo, ordinationibus seu antiqua consuetudine quomodolibet usi fuerint hactenus, et cognoscere et uti consueverunt: ita tamen quod potestatibus, imperiis, iurisdictionibus tibi vel tuis filiis in Vicariatu prefato specialiter vel generaliter commissis seu contentis in nullo penitus derogetur, quodque tu per te vel dicti filii tui per se, aut tuos vel suos officiales ad hoc deputandos Castra, Villas et loca, necnon terrigenas et incolas supradictos, huiusmodi Vicariatu durante, iuste et legitime regas et gubernes, ac regant et gubernent secundum iura et consuetudines provincie, Castrorum, Villarum et locorum predictorum, ac eosdem terrigenas et incolas nullathenus comprimas vel graves, seu comprimant vel gravent, ymo bonam iustitiam foveas et foveant, manuteneas et manuteneant ad bonum statum pacificum et tranquillum eorumdem; nec in eisdem Castris, Villis et locis receptes scienter manifestos vel occultos hostes, inimicos vel rebelles vel bannitos ecclesie prelibate, seu alios inimicos de terris ecclesie confugientes, nec directe vel indirecte facias per alios receptari, nec eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel favorem dari aut fieri permittas ullo modo, quin potius quoscunque ex eis in tuam vel ipsorum filiorum tuorum pervenientes potestatem,

quociens super hoc a Legato sedis apostolice, vel Rectoribus dicte provincie, aut aliis eiusdem ecclesie officialibus, ad quos ratione officiorum suorum id pertineret, requisitus fueris seu (...) fuerint, bona fide capi facias et faciant ad huiusmodi requirentis mandatum sub fida custodia destinare. Mandamus insuper districtius terrigenis, habitatoribus et incolis prelibatis, quatenus te tanquam Vicarium nostrum et Rectorem eorum, et te cedente vel decedente prefatos tuos filios eorum Vicarios benigne recipiant et honorifice pertractent, ac tibi et filiis tuis tanquam ipsorum Rectoribus, et officialibus, quos ad eorumdem Castrorum, Villarum et locorum regimen deputaveris vel deputaverint, in omnibus, que ad Vicariatus huiusmodi spectant officium, nostro, ecclesie ac successorum prefatorum nomine, huiusmodi Vicariatu durante, iuxta presentis concessionis nostre tenorem plene intendere studeant et efficaciter obedire. Tu igitur Castra, Villas, districtus, loca et territoria predicta sic in tranquillitatis et pacis dulcedine ac iustitie suaviter, fideliter, solicite et prudenter gubernare et regere studeas, quod terrigene, habitatores et incole Castrorum, Villarum et locorum predictorum utili gubernatori et provido gaudeant se commissos, tuque apud deum et homines possis merito commendari. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, a fidelitate, devotione et obediencia nostris et ipsius ecclesie tu, filii et heredes tui prefati, te subtraxeris, aut se subtraxerint, presentes littere et contenta in eis quo ad se subtrahentes nullius existant efficacie, roboris vel momenti. Forma autem iuramenti, quod tu ratione huiusmodi Vicariatus in nris manibus prestitisti, et quod post cessum vel abitum tuum huiusmodi filii tui nobis et Romano pontifici, qui tunc erit, vel ei, quem ad id deputaverimus vel deputaverit, prestabunt, ut per eam plenius informeris, et ipsi filii tui informentur, et illud efficaciter studeas et studeant observare, presentibus inseri fecimus, que est talis.

Ego Lodovicus de Alidosiis miles Imolensis, pro beatissimo in Christo patre et domino nostro, domino Martino digna dei providencia papa V. et successoribus suis Romanis pontificibus canonice intrantibus, et sancta Romana ecclesia in Castris, Villis, locis predictis, eorumque territoriis et districtibus, ad ipsum dominum nostrum papam et predictam Romanam ecclesiam nullo medio pertinentibus, per ipsius domini nostri Martini pape V. graciam Vicarius in temporalibus generalis deputatus, in animam meam promitto, et ad hec sancta dei evangelia, que propriis manibus corporaliter tango, eidem domino nostro et suis successoribus canonice intrantibus iuro, quod ego durante Vicariatu huiusmodi, ad quem gerendum per eum extiti constitutus, per me vel alium seu alios, quem et quos ad regimen, gubernationem et administrationem Vicariatus huiusmodi exercendam deputavero, prefati domini nostri et eius successorum et ipsius ecclesie nominibus, et ad ipsorum reverenciam et honorem fideliter exercebo, et ab hac hora inantea fidelis, devotus et obediens ero beato Petro apostolorum Principi, ac dicto domino nostro et successoribus suis canonice intrantibus, Legatisque sedis apostolice et sepedicte ecclesie Vicariis ad partes destinatis et imposterum destinandis, et Rectori provincie Romandiole, qui pro dicta ecclesia erit pro tempore. Non ero in consilio aut consensu vel facto, quod ipsi seu eorum aliqui vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium vero, quod michi per se vel nuncios aut litteras manifestabunt, ad eorum dampnum scienter nemini pandam. Si scivero fieri aliquid, quod in eorum dempnum vergat aut preiudicium, illud pro posse impediam: si impedire non potero, illud eidem domino nostro aut successoribus suis, aut illi vel illis, per quem vel quos credidero id cicius ad eius vel eorum noticiam devenire, quantocius significare curabo. Papatum Romanum et regalia sancti Petri, ac iura, iurisdictiones, honorem et maiestatem prefati domini nostri et successorum suorum et Romane ecclesie tam in predictis Castris, Villis et locis, territoriis et districtibus eorum, quam alibi ubicumque adiutor ero ad retinendum et deffendendum, Castra, Villas, loca, territoria, Rocchas et fortalitia predicta, ac omnia iura sancte Romane ecclesie, etiam male alienata vel per quoscunque occupata, vel tirannice detenta, adiuvabo pro posse recuperare et recuperata deffendere, et in suo pleno dominio, iuribus, utilitatibus et honoribus conservare dictam Romanam ecclesiam et ipsum dominum nostrum summum Pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit, ac Vicarios, Legatos et officiales ipsius, eciam contra perditionis alumpnum P. de Luna, olim Benedictum XIII. in eius obediencia nuncupatum, per sacrum generale Concilium Constanciense hereticum ac scismaticum, et a papatu depositum iusto dei iudicio sentencialiter condempnatum, eiusque adherentes, complices et sequaces, ac dantes ei auxilium, consilium vel favorem, cuiuscunque preheminencie, ordinis, dignitatis et religionis, conditionis aut status, etiamsi pontificali vel reginali aut regali, seu quevis alia prefulgeant dignitate, etiamsi fuerint sancte Romane ecclesie Cardinales, et contra alios quoscunque per ecclesiam denotatos vel imposterum denotandos, quandiu extra graciam et communionem dicte ecclesie permanebunt, nec eis vel alicui eorum quoquomodo per me, vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte (prestabo) auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis quantum in me erit et impedire potero, prestari permittam, sed eos pro posse, donec reducantur ad gremium sancte Romane ecclesie, et ad obedienciam prefati domini

nri, dñi Martini pape V. iuxta tenorem processuum apostolicorum, prout iustum fuerit, pro posse persequar et invadam, ac persequi et invadi faciam, etiam contra omnes mundi iuxta meum posse, et bona fide. Et contra dominum nostrum, successores, Legatos, Vicarios et ecclesiam memoratos, vel eorum officiales non ero; sed cum eis ero, et toto posse meo eis adherebo, et eorum statum et honorem bona fide inviolabiliter observare curabo. Et terras Romane et aliarum in ipsis terris consistentium ecclesiarum, seu ipsis mediate vel immediate subiectas, aut ad ipsam Romanam vel ad alias ecclesias iure directi dominii vel quasi, aut alias quomodolibet pertinentes non occupabo, nec ipsas vel aliquam ipsarum seu alicuius earum incolas et habitatores invadam, nec dampnificabo, et id temptantibus non prestabo auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte. Et libertatem ecclesiasticam, ecclesias et personas ecclesiasticas, earumque res et bona quecunque tam in Castris, Villis, locis et territoriis predictis, quam in aliis terris et locis, quos et que per me regi et gubernari contigerit in futurum, favorabiliter observabo et tractabo et tractari faciam, ipsasque ecclesias et personas ecclesiasticas suis bonis et iuribus gaudere libere permittam, nec eos impediam vel impediri faciam vel permittam, quominus gaudeant et gaudere possint privilegiis, libertatibus, beneficiis, bonis et iuribus suis, nec talleas, gabellas vel alias exactiones directe vel indirecte quovis quesito colore eis imponam vel exigam ab eisdem: quodque terrigenas et incolas predictorum Castrorum, Villarum et locorum, vel aliquem eorum indebitis oneribus realibus vel personalibus seu mixtis non gravabo. Et nunquam ero verbo, facto vel opere aut in consilio, quod aliquis Imperator, Rex, Princeps, Dux, Marchio, Baro seu quevis alia notabilis potestatis persona, Universitas vel Communitas cuiuscunque Terre eligatur, nominetur vel assumatur in aliqua Civitate, Terra vel Castro Romane vel alterius ecclesie in dominum, Rectorem, Gubernatorem vel Potestatem, Capitaneum vel deffensorem, aut quovis alio quesito colore vel nomine ad regimen vel officium quodcunque, seu preminencium aliquam sine dicte sedis licencia speciali, et Constituciones papales loquentes de huo materia, et maxime felicis record. dominorum Iohannis XXII. Clementis VI. Innocentii VI. Urbani V. Gregorii XI. et Urbani VI. Romanorum pontificum pro posse et totaliter observabo, et taliter electis, nominatis seu assumptis ad regimen vel gubernationem, aut alio quovis quesito colore, cuiuscunque dignitatis seu preeminencie, conditionis aut status extiterint, absque dicta sedis licencia nunquam prestabo auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte: sed ne id fiat, pro viribus, in quantum potero, repugnabo omni modo, via et forma, quibus melius potero, observabo. Amicos ecclesie pro amicis et inimicos pro inimicis in Civitatibus, Castris, Villis, locis et territoriis predictis, et aliis, quos per me gubernari contigerit in futurum, habebo: gentes dicte Rom. ecclesie, etiam ad guerram faciendam, etiam contra quoscunque receptabo et faciam receptari: nullamque coniurationem, conspirationem seu ligam contra dñum nostrum, successores, Legatos, officiales et ecclesiam predictos, nec ad eorum dampnum cum aliquibus dominis, Universitatibus, Communitatibus aut singularibus personis directe vel indirecte faciam. Quodque hereticos et scismaticos quoscunque a prefata ecclesia vel inquisitoribus heretice pravitatis, seu locorum ordinariis legitime denotatos vel impostarum denotandos, quamprimum de ipsis certificatus fuero, de Civitate, Castris, Villis, locis et territoriis supradictis totis viribus exterminare curabo: Constitutiones quaslibet tam canonicas quam civiles contra huiusmodi hereticos et fautores eorum editas et edendas effectualiter observabo. Ac singulis sex mensibus deinceps, huiusmodi Vicariatu durante, futuros officiales, provisionatos, salariatos, consanguineos et alios quoslibet, quos me successivis temporibus ad regimen, gubernationem seu custodiam Castrorum, Villarum, locorum et territoriorum predictorum, et cuiuslibet eorum per me deputari, aut alias me habere contigerit, in muneribus Rectoris dicte provincie seu cuiuslibet alterius ad id per eum, seu dictum dñum nostrum papam aut successores, vel Legatos predictos aut Vicarios deputandi prestari faciam iuramentum, quod ipsi nullo modo, ingenio seu forma consentient aut permittent posse suo, quod Castra, Ville, loca, territoria et districtus predicti, vel alter eorum, durante Vicariatu predicto, a meo regimine, gubernatione et administratione quomodolibet subtrahantur, et cuiusvis Universitatis, Collegii seu singularis persone potestati, ditioni vel dominio, prefati domini nostri vel successsorum suorum ad id non interveniente consensu, quomodolibet subiciantur: quin pocius, ut id non fiat, obsistent, et totis viribus repugnabunt, ac toto posse suo procurabunt, quod Castra, Ville, loca, territoria et districtus predicti, terrigene et incole eorumdem in vera fidelitate, devotione et obediencia dicti dñi nostri et ecclesie, suorumque successorum et officialium libere permaneant, ipsosque Castra, Villas, Rocchas, loca, districtus et territoria, dictis Vicariatu, gubernatione et administratione quomodolibet finitis, ad potestatem, dominium et manus dumtaxat eiusdem domini nostri pape vel successorum, aut Legatorum vel Vicariorum predictorum, seu alterius ad id per dictum dominum nostrum, successores et Legatos seu Vicarios prefatos, seu eorum aliquem deputandi libere revertantur, et quod ipsam ecclesiam seu deputandos huiusmodi pro ea in plena et pacifica possessione Castrorum, Villarum et locorum pre-

dictorum, et cuiuslibet eorum iuxta posse suum, omni exclusa machinatione, reducent fideliter et reponent. Egoque sic fieri et effectualiter adimpleri faciam, et ordinabo atque mandabo, et circa hoc vias et modos omnes, quos scivero ad id oportunos et utiles, fideliter adimplebo. Et nichilominus omnes et singulas voluntates, conditiones, retentiones et moderationes per dictum dnum nostrum huiusmodi Vicariatus concessioni appositas ac superius declaratas, quas et contenta in eis exnunc approbo, ratifico, rata et grata habeo, realiter et effectualiter observabo et adimplebo, et contra ea vel eorum aliquod per me vel alium directe vel indirecte, publice vel occulte non faciam, nec veniam ullo modo. Censum quoque et alia, ad que per formam concessionis dicti Vicariatus domino nostro, successoribus, ecclesie Camereque predictis teneor, solvi et observari faciam iuxta formam dicte concessionis. Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Ceterum predicte concessioni adiicimus per expressum, quod in hac Vicariatus concessione sub tempore, modis, promissionibus, iuramento, censu et conditionibus supradictis veniant, aut venisse intelligantur etiam et comprehendi, perinde ac si superius de huiusmodi infrascriptis Castris plena et expressa mentio facta foret, videlicet Castra Gagii dicte diocesis, ac etiam Castriguelfi in planitie inter Imolam et Medicinam situati, que omnia supradicta Castra per te, exceptis Castris Gagii et Castellarii, ut asseris, tenentur et possidentur, et prout ad nos et prefatam ecclesiam pertinent atque spectant. Datum Mantue XVIII. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CLVIII.

Georgio de Ordelaffis vicariatus in civitate et comitatu Forliviensi ad triennium sub annuo censu M. flor. conceditur. *Reg. Tom. I. fol. 91.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Georgio quondam Thebaldi militis de Ordelaffis domicello Forliviensi, in Forliviensi et Foropompiliensi Civitatibus, necnon Terris, Castris et locis de Comitatu dicte Civitatis Forliviensis, quas et que nunc actu pacifice tenes et possides, ac aliis extra dictum Comitatum, si qua etiam actu tenes et possides pacifice de presenti, earumque et eorum pertinentiis, iuribus, territoriis et districtibus, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus, pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicario generali, sal. etc. Inter ceteras variasque curas, quibus assidue premimur, illa precipue pulsat et excitat mentem nostram, ut ad regimen et gubernacionem Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum Romane ecclesie immediate subiectorum viros deputemus ydoneos, fide preclaros, providencia circumspectos, rectitudine iustos, experiencia doctos et sollicitudine vigiles, qui statum et honorem dicte ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nutriant, subditos non gravent et sine personarum acceptione iusticiam administrent, et sic prudenter et iuste populos guberuent et regant, quod iidem populi et subiecti laudabiles se recepisse Rectores et gubernatores merito glorientur. Sane attendentes sincere devocionis affectum, quem tu ad nos et Romanam geris ecclesiam, necnon circumspectionis industriam et strennitatem persone tue, et alias multiplices virtutes, quibus earum largitor dominus ipsam personam tuam multipliciter insignivit, ac volentes etiam aliquibus ex nostris subditis de utili et provido gobernatore providere, te in Forliviensi et Foropompiliensi Civitatibus, necnon Terris, Castris et locis de Comitatu dicte Civitatis Forliviensis, quas et que nunc actu pacifice tenes et possides, ac aliis extra dictum Comitatum, si qua actu tenes et possides pacifice de presenti, earumque et eorum pertinenciis, iuribus, territoriis et districtibus ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus, illas et illa hic pro expressis et singulariter specificatis haberi volentes, Vicarium in temporalibus generalem usque ad Triennium a data presentium computandum, et te interim decedente filios tuos masculos ex te legitime descendentes Vicarios, dummodo tu et ipsi filii in fidelitate et devocione nostra ac successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistas ac persistant, auctoritate tamen apostolica et ex certa sciencia tenore presentium revocantes quascumque alias concessiones Vicariatuum huiusmodi per predecessores nostros Romanos pontifices, aut pro Romanis pontificibus in suis obedienciis habitos, seu apostolice sedis Legatos, Vicarios aut provinciarum dicte ecclesie Rectores, sive eorum aut alicuius ipsorum auctoritatibus tibi aut predecessoribus tuis, seu filiis vel descendentibus, sub quacumque verborum conceptione appareant, generaliter vel particulariter factas et quecumque contenta in illis, ac pro infectis de cetero haberi decernentes, auctoritate predicta facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi usque ad dictum terminum, ac filiis tuis huiusmodi superstitibus post decessum tuum iuxta modum premissum regimen et gubernacionem Civitatum, Terrarum, Castrorum et aliorum locorum supradictorum per te et eos, vel aliom seu alios, ad id per te vel eos deputandum et deputandos, cum illis mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per ipsam ecclesiam seu eius officiales de iure, privilegio vel consuetudine exercita fuerunt seu exerceri consueverunt, etiam in crimine lese maiestatis, quantum tuam et dilectorum filiorum personas et statum concerneret et non aliter, et cum canepa salis pro usu civium, terrigenarum, et incolarum Civitatum, Terrarum, Castrorum et

locorum alierum predictorum plenarie committentes, tibi et post obitum tuum tuis filiis, dicto Vicariatu durante, ut prefertur, quoscumque Potestates, Indices et officiales ydoneos, qui possint et debeant questiones quaslibet cuiuscunque generis vel speciei, etiam criminis lese maiestatis, quantum tuam et eorumdem filiorum personas et statum concernerent et non aliter, in eisdem Civitatibus, Terris, Castris et aliis supradictis motas vel movendas ad seculare forum pertinentes audire, ac previa racione cognoscere, easque fine congruo terminare et executioni debite demandare, absque eo quod prefati terrigene et incole coram aliis iudicibus in primis causis civilibus vel criminalibus possint ad iudicium evocari, preterquam in criminibus heresis, lese maiestatis, nisi quantum tuam et filiorum predictorum personas et statum concerneret, ut prefertur, et falsitatis litterarum apostolicarum, constituendi, creandi, removendi et destituendi ac alias, quociens opus fuerit, deputandi, necnon collgendi, exigendi et percipiendi huiusmodi Vicariatu durante, et tuo et eorumdem filiorum tuorum usibus applicandi omnia et singula debita tam huiusmodi canepe salis, quam alia quecumque emolumenta, fructus, redditus, proventus et introitus, quibuscunque nominibus censeantur, ad nos et prefatam ecclesiam in Civitatibus, Terris, Castris et aliis supradictis quomodolibet pertinentia, et de ipsis omnibus et singulis emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus et introitibus durante huiusmodi Vicariatu, prout tibi et eisdem filiis tuis videbitur, disponendi, absque eo quod de illis teneamini reddere rationem, salvo quod novas et indebitas exactiones imponere aut exigere non possis nec possint, alienatione tamen bonorum et iurium in Civitatibus, Terris, Castris et aliis supradictis ad eandem ecclesiam pertinentium tibi et eisdem filiis penitus interdicta, tibique et dictis filiis per te et eos, vel alium seu alios, cui seu quibus tu vel illi commiseris seu commiserint, merum et mixtum imperium ac omnimodam iurisdictionem predicta exercendi, nec non Contradictores quoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia alia et singula, que honori nostro et eiusdem ecclesie, ac pro statu pacifico et tranquillo Civitatum, Terrarum, Castrorum et aliorum predictorum, ac terregenarum, habitatorum et incolarum eorum expedire cogneveris et cognoverint, faciendi, statuendi, ordinandi et corrigendi, puniendi, diffiniendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem: ita tamen quod omnia et singula statuta, si qua contra dictam ecclesiam, ecclesiasticam libertatem seu officium heretice pravitatis aut ecclesiasticas personas, seu eorum aliquas in eisdem Civitatibus, Terris, Castris et aliis supradictis edita forent, casses et cassari facias et faciant cum effectu, et exnunc pro cassis et nullis haberi debeant et teneri, et quod bannitos, exititios et expulsos iniuste de Civitatibus, Terris, Castris et aliis supradictis et bonis suis indebite spoliatos, dummodo sint nobis et eidem ecclesie fideles, ad huiusmodi Civitates, Terras, Castra et alia supradicta introducas et ipsis eorum bona restituas et restitui facias, quodque arma et insignia eiusdem ecclesie in plateis ac portis, ac palacio et locis publicis eorumdem depingi et depicta conservare facias, et quod Civitates, Terras, Castra et alia supradicta in eo statu, in quo nunc sunt, vel meliori finito et extincto dicto Vicariatu nobis vel successoribus nostris Romanis pontificibus, aut aliis, quibus[vis] nos vel ipsi successores mandabimus aut mandabunt, libere restituere tenearis, et quod de fructibus, redditibus, proventibus, introitibus et emolumentis supradictis tenearis, et dicti filii teneantur Civitates, Terras, Castra et alia supradicta tuis et eorum sumptibus fideliter et diligenter reparare, manutenere, conservare, defendere et etiam custodire, et omnia alia ipsorum onera supportare, absque eo quod prefata ecclesia tibi vel filiis eisdem pro dicto Vicariatu, gubernacione, reparacionibus, refectionibus, conservacionibus, deffensionibus, custodia et oneribus subvenire in aliquo teneantur, seu pro expensis, que in premissis aut premissorum aliquo vel alias quomodolibet facte sint vel fieri contigerit in futurum, aliquid ab eadem ecclesia exigi seu peti possit, aut huiusmodi Vicariatu finito restitucio Civitatum, Terrarum, Castrorum ac aliorum predictorum impediri valeat seu quomodolibet retardari. Et nichilominus nomine canonis seu census singulis annis in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum de mense Iunii, huiusmodi Vicariatu durante, mille flor. auri de Camera boni et iusti ponderis nobis, ecclesie seu Camere predictis in Urbe, vel ubi nos et dicti successores nostri residebimus, et ubi Romana Curia fuerit, tuis et eorumdem filiorum sumptibus, periculis et fortuna sub pena iuris et constitucionum apostolicarum super hoc editarum dare, solvere et assignare realiter tenearis et etiam teneantur. Volumus autem, quod ad alia onera persolvenda vel aliter subeunda gravari ulterius non possis, nec possint, nisi prout et sicut alii Civitatum, Terrarum, Castrorum, locorum et villarum nostrorum et eiusdem ecclesie in nostra provincia Romandiole consistentium Vicarii in temporalibus occurrentibus casibus gravarentur, ad que tu et eos volumus obligari, premissis adiicientes, quod de huiusmodi consuetis et debitis emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus et introitibus ecclesia etiam percipiat de fumantaria Civitatum, Terrarum, Castrorum et aliorum predictorum, quicquid ex eadem fumantaria provenit et est recipere seu recipi facere consuetum. Volumus autum et retinemus ac expresse et specialiter reservamus, quod dicto triennali Vicariatu durante Rectores dicte pro-

vincie Romandiole, qui erunt pro tempore, aut eorum locatenentes et Curie generales ipsorum in causis appellacionum quarumlibet tam civilium quam criminalium, ad ipsorum Curiam de iure vel consuetudine seu alias legitime deferendis, cum plena examinacione et cognicione decidendi ab eis eo iure plene et pacifice in Civitatibus, Terris, Castris et aliis predictis, et contra ipsorum terrigenas et incolas cognoscant et utantur, sicut in Civitatibus, Terris, Castris et locis aliis diete provincie, que immediate pro eadem ecclesia reguntur, in ipsorum terrigenas et incolas de iure, stilo, ordinacionibus seu antiqua consuetudine quomodolibet usi fuerunt hactenus et cognoscere ac uti consueverunt: ita tamen quod potestatibus, imperiis, iurisdictionibus tibi vel tuis filiis in Vicariatu huiusmodi specialiter vel generaliter commissis seu contentis in nullo penitus derogetur, quodque tu per te vel dicti filii tui per se, aut tuos vel suos officiales ad hoc deputandos Civitates, Terras, Castra et alia predicta, necnon terrigenas et incolas eorundem, huiusmodi Vicariatu durante, iuste et legitime regas et gubernes, ac regant et gubernent secundum iura et consuetudines provincie ac statuta Civitatum, Terrarum, Castrorum et aliorum predictorum per dictam ecclesiam edita et approbata, vel imposterum edenda et approbanda, ac eosdem terrigenas et incolas nullatenus comprimas seu graves, seu compriment vel gravent, ymo bona iusticia manuteneas et foveas, ac manuteneant et foveant ad bonum statum pacificum et tranquillum eorundem; nec in eisdem Civitatibus, Terris, Castris et aliis predictis receptes scienter manifestos vel occultos hostes, inimicos aut rebelles vel bannitos ecclesie prelibate, seu alios inimicos de Terris ecclesie confugientes, nec directe vel indirecte facias per alios receptari, nec eis vel eorum alicui auxilium, consilium vel favorem dari aut prestari permittas ullo modo, quin pocius quoscumque ex eis in tuum vel ipsorum filiorum tuorum pervenientes potestatem, quociens super hoc a Legato sedis apostolice vel Rectoribus dicte provincie, aut aliis eiusdem ecclesie officialibus, ad quos ratione officiorum suorum id pertineret, requisitus fueris seu fuerint, bona fide capi facias et faciant ad huiusmodi requirentis mandatum sub fida custodia destinari. Et insuper volumus, quod te decedente, predicti filii tui infra quatuor menses a die tui obitus inantea computandos per se, vel procuratores eorum ad hoc ab eis specialiter constitutos, dicto Vicariatu durante, nobis vel successoribus nris Romanis pontificibus canonice intrantibus huiusmodi Vicariatus officium recognoscant, quodque per se ipsos vel procuratores suos, ad hoc ab eis sufficiens mandatum habentes, in manibus nostris seu dictorum successorum nrorum, vel nostri seu eorum Camerarii aut Vicecamerarii in forma inferius annotata prestare teneantur et debeant fidelitatis debite iuramentum. Mandamus insuper districtius terrigenis, habitatoribus et incolis prelibatis, quatenus te tamquam Vicarium nostrum et Rectorem eorum, et te decedente prefatos tuos filios eorum Vicarios benigne recipiant et honorifice pertractent, ac tibi et filiis tuis tamquam ipsorum Rectoribus, et officialibus, quos ad eorundem Civitatum, Terrarum, Castrorum et aliorum predictorum regimen deputaveris vel deputaverint, in omnibus, que ad Vicariatus huiusmodi spectant officium, nostro, ecclesie et successorum prefatorum nomine, huiusmodi Vicariatu durante, iuxta presentis nre concessionis tenorem plene intendere studeant et efficaciter obedire. Tu igitur Civitates, Terras, Castra et alia predicta sic in tranquillitatis et pacis dulcedine ac iusticie suavitate fideliter, solicite et prudenter gubernare et regere studeas, quod terrigene, habitatores et incole eorundem utili gubernatore et provido gaudent se commissos, tuque apud deum et homines possis merito commendari. Forma autem iuramenti, quod tu ratione Vicariatus huiusmodi in manibus nostris, aut Venerabilis fratris nri Ludovici Episcopi Magalunensis, locumtenentis Venerabilis fratris Francisci Archiepiscopi Narbonensis Camerarii nostri, per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime constitutum tuo et dictorum filiorum nomine prestare debes, ut per eam plenius informeris, et ipsi etiam informentur, presentibus inseri fecimus, que est talis.

Ego Georgius quondam Thebaldi militis de Ordelaffis domicellus Forliviensis, in Forliviensi et Foropompiliensi Civitatibus, necnon Terris, Castris et locis de Comitatu dicte Civitatis Forliviensis, quas et que nunc actu pacifice teneo et possideo, ac aliis extra dictum Comitatum, si qua etiam actu teneo et possideo pacifice de presenti, earumque et eorum pertinenciis, iuribus, territoriis et districtibus pro sanctissimo in Christo patre et domino nostro, domino Martino divina providencia papa V. et successoribus suis Romanis Pontificibus canonice intrantibus, ad ipsum dominum nostrum papam et predictam Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus, per ipsius domini nostri Martini pape V. graciam Vicarius in temporalibus generalis deputatus, in animam meam promitto etc. ut supra pag. 227. usque Sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia.

Datum Mantue IIII. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLIX.

Gabrieli de Lombardis et Matthaeo de Cottis fumantariae officium in civitate Imolensi sub censu annuo L. librae cerae conceditur. *Reg. Tom. I. fol. 91.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis nobili viro Gabrieli de Lombardis domicello Pisano familiari nostro, et Matheo de Cottis Civi Imolensi, salutem etc. Sincere devocionis affectus, quem ad

nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut illa vobis favorabiliter concedimus, que vestris commoditatibus fore conspicimus oportuna. Cum itaque in Civitate nostra et diocesi Imolensi quoddam officium fumantarie nuncupatum, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure pertinens, fore noscatur, et census sive redditus per dicte ecclesie Romane officiales ad hoc pro tempore deputatos annuis singulis nomine Camere apostolice colligi, recipi et exigi consueverint: Nos attendentes grata per te, fili Gabriel, nobis et apostolice sedi hactenus impensa servicia, et que assidue impendere non desistis, ac de vestris fidelitate, industria et diligencia sumentes in domino fiduciam specialem, sperantesque quod ea, que vobis circa hoc duxerimus committenda, solicite et fideliter exequemini, vobis officium fumantarie huiusmodi eiusque liberum exercicium cum emolumentis, honoribus et oneribus consuetis per vos tenendi et possidendi usque ad sedis apostolice beneplacitum sub annuo censu unius libre cere Camere predicte, aut Collectori fructuum et proventuum eidem Camere debitorum in illis partibus pro tempore deputato, per vos annis singulis in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum persolvendo damus, concedimus et assignamus vobis, nichilominus per vos vel alium seu alios petendi, exigendi et recipiendi census sive redditus huiusmodi, necnon quascunque pecuniarum summas et res alias occasione vel causa dicte fumantarie debitas, et debendas nostro et dicte Camere nomine a quibuscunque personis illas debentibus, et de receptis quitandi, liberandi et absolvendi, illosque in vestros proprios usus convertendi plenam et liberam concedimus tenore presentium potestatem. Nulli ergo etc. nostre concessionis et assignationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Mantue III. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLX.

Ambrosio de Magistris C. flor. auri de censu ab universitatibus Pensauri et Recaneti et Montis S. Mariae in Georgio annuatim debito ad triennium etc. conceduntur.

Reg. Tom. I. fol. 102.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Ambrosio de Magistris laico Mediolanensi, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam geris, non indigne meretur, et te specialis munificencie gracia prosequamur. Tuis igitur, sed potissime dilecti filii Nobilis viri Malateste quondam Pandulfi militis de Malatestis nati, domicelli Ariminensis, pro te familiari suo nobis super hoc humiliter supplicantis precibus inclinati, tibi de pecuniis nobis et apostolice Camere ratione censuum et affictuum per dilectos filios cives, incolas et Universitates nostrarum Civitatum Pensauri et Racaneti ac Terre Montis Sancte Marie in Georgio Firmane diocesis annuatim debitis Centum florenos auri de Camera per te annis singulis usque ad triennium a data presentium computandum, et ipso triennio finito usque ad nostrum beneplacitum recipiendos, levandos et in usus proprios, ut tibi libuerit, convertendos, dummodo pecunie huiusmodi de censibus ratione Vicariatuum per nos aut predecessores nostros Romanos Pontifices, seu pro Romanis Pontificibus olim in suis obedienciis reputatos, seu ipsorum vel alicuius eorum auctoritate in dictis Civitatibus et Terra, vel earum altera alicui seu aliquibus forsan concessorum, aut per nos seu auctoritate nostra concedendorum imposterum nobis et prefate Camere debitis aut interim debendis non fuerint, ex nostre liberalitatis munere auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et donamus, hoc modo videlicet quod Pensaurienses viginti duos ducatos auri et Anconitanos octo, in quibus vel circa pro censu et affictu, Racanatenses prefati viginti duos similes ducatos et trigintaduos Bononinos, in quibus vel circa pro affictu annuatim predicte Camere ad solvendum teneri dicuntur, et predicti de dicta terra Montis Sancte Marie in Georgio residuum usque ad summam dictorum centum florenorum auri de Camera de pecuniis census et affictus huiusmodi etiam annuatim predicte Camere debitis, ad quod residuum et ultra ratione dictorum census et affictus eidem Camere, ut prefertur, debitorem asseruntur teneri quolibet anno, triennio et beneplacito predictis durantibus tibi effectualiter solvere teneantur, eis per presentes mandantes, quatenus inter ipsos omnes pro ratis et portionibus predictis de dicta centum florenorum summa annis singulis, ut prefertur, dicto triennio et beneplacito durantibus tibi, vel procuratori tuo ad id a te specialiter constituto respondeant et satisfaciant cum effectu, tibique seu procuratori predicto dictam summam centum florenorum prefatorum exigendi, levandi et recipiendi a civibus, incolis et Universitatibus Civitatum et Terre predictarum pro dictis ratis et portionibus, ut predicitur, ac eos et alios quoscunque usque ad dictam summam, ut prefertur, solventes, dicto triennio et beneplacito durantibus, nostro et Camere predicte nomine quictandi, liberandi et absolvendi plenam et liberam concedimus harum serie facultatem ac etiam potestatem. Volumus autem, quod de singulis quictanciis, quas ex causa huiusmodi triennio et beneplacito prefatis durantibus te, vel procuratorem tuum predictum contingat, duo publica confici facias consimilia instrumenta, quorum uno penes predictos solventes pro eorum cautele dimisso, reliquum ad prefatam Cameram non differas destinare. Nulli ergo etc. nostre concessionis, donationis, mandati et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Mantue XVI. Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXI.

Pontifex archiepum Narbonensem camerarium de nonnullis libris sibi et aliis rebus ex palatio pontificio Avinionensi Ioanni XXIII. transmissis pleno absolvit.
Reg. Tom. V. fol. 216.

Martinus episcopus etc. Venerabili fratri Francisco Archiepiscopo Narbonensi, Camerario nostro, salutem etc. Exigit equitas et suadet honestas, ut apud te at quoslibet alios agnoscamus bonam fidem. Epropter harum serie recognoscimus et fatemur, quod tu quendam librum vocatum Catholicum, copertum pelle viridi, incipientem in secundo folio, Abdicimus, et finientem in penultimo in fine N; item Speculum Istoriale, videlicet primam partem copertam pelle viridi, incipientem in secundo folio post tabulam, Ne dicam, et finientem in penultimo, Iussit; item secundum volumen Speculi Istorialis copertum pelle viridi, incipiens in secundo folio post rubricas, Post aliquantulum, et finiens in penultimo, Iuvenibus; item terciam partem Speculi Istorialis copertam pelle alba, incipientem in secundo folio post tabulam, In toto regno, et finientem in penultimo, Percepti; item ultimam partem Speculi Istorialis copertam pelle viridi, incipientem in secundo folio post tabulam, Teuus, et finientem in penultimo, Dispositi; quos quidem libros infra palacium nostrum apostolicum Avinionense recipi fecisti, et de nostro speciali mandato tibi directo nuper in Civitate Mediolanensi, ubi tunc degebamus, misisti tradi et realiter per Venerabilem fratrem nostrum Ludovicum Epum Magalonensem, locumtenentem tuum, nobis consignari fecisti. Preterea recognoscimus et fatemur, quod sicut legitime informati existimus, tu dudum, videlicet de Anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo decimoquinto, et de mense Februarii vel Martii ipsius Anni Baldassari Cosse, Iohanni XXIII. in sua obediencia nominato, Constancie, ubi tunc degebat, libros et bona subscripta, primo unum pannum auri valde pulcrum cum ymaginibus Christi et duodecim Apostolorum, circumcinctum de velucto persi coloris ac foderatum tela viridi; item unum Missale cum firmatoriis de argento esmalliatis, cum armis Petri quondam Episcopi Carpentoratensis, ad usum Romanum, copertum tela alba, incipiens in secundo folio post litteram, Et cum, et finiens in penultimo, Consecrata; item unum Pontificale copertum tela alba, incipiens in secundo folio, Excelsis, et finiens in penultimo, Cogat; item librum Cerimoniarum ordinatum per bone memorie Neapolitanum(?) et Iacobum Gagri diaconos Cardinales, copertum pelle viridi, incipientem in secundo folio, Infrascripta, et finientem in penultimo, Omnino; item unum Pontificale scriptum de magna littera, copertum de Tercellino rubeo, incipiens in secundo folio, Amodo, et finiens in penultimo, Futurus Imperator; item unam cortinam sive contrapunctam antiquam de sindone rubeo, foderatam de tela rubea; item unum valde magnum corium, novum, rubeum, pulcrum, in quo sunt brodata arma quondam Clementis pape VII. sic in sua obediencia nominati; item unum aliud corium novum, etiam valde pulcrum, communis forme, in quo sunt brodata arma dicti quondam Clementis: que quidem libros, res et bona de mandato ipsius Baldassaris de dicto nostro palacio extrahi et apud Constanciam defferri feceras, tradidisti et realiter consignasti. Nos itaque volentes indempnitati tue de oportuna super premissis providere cauthela, te tuosque heredes et successores, tuaque et eorumdem heredum et successorum bona quecunque mobilia et immobilia presentia et futura de predictis libris, rebus et bonis supra specificatis et declaratis, et tam nobis quam dicto Baldassari, ut prefertur, traditis et consignatis tenore presentium auctoritate apostolica absolvimus et quittamus, ac penitus et perpetuo liberamus, decernentes, ut rationis est, eadem auctoritate te eosdemque heredes et successores ad ulteriorem librorum, rerum et bonorum predictorum restitutionem non teneri. Nulli ergo etc. nostre recognitionis, fassionis, absolutionis, quictationis, liberationis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Mantue XII. Kal. Ianuarii, P. n. anno secundo.

CLXII.

Comes Montisferetri ducatus Spoletani rector constituitur.
Ex cod. comitum Urbini fol. 87.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Gudoniantonio Comiti Montisferetri, Ducatus nostri Spoletani pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Duci, salutem etc. Conspicue devocionis et fidei sinceritatem, quam tua generosa Nobilitas ad nos et Romanam ecclesiam hactenus continua integritate gessit, et impresenciarum gerere comprobatur, necnon magna laudabilia et accepta servicia in magnis et arduis negociis pro statu et honore eiusdem ecclesie tam per claros predecessores tuos, quam te non parcendo laboribus, periculis vel expensis eximia cum laude impensa, et que eandem Nobilitatem tuam non minus futuris temporibus plene effecturam confidimus, insignaque ac multiplicia dona virtutum, quibus te celestis gracia insignivit, a nobis abunde magistra experiencia cognita, attenta cum consideracione et debita gratitudine recensemus, paternis et promptis affectibus ad ea tibi committenda inducimur, que ad statum et honorem nostrum eiusdemque ecclesie, ac ipsius fidelium subditorum quietem et tranquillitatem, tueque persone honorem et decus conspicimus pertinere. Sane ut cuncti Christi nomen profitentes in pacis et quictis dulcedine ac iusticie suavitate regantur, curam, ut tenemur, pervigilem adhibemus, et presertim qui nobis et eidem ecclesie spiritualiter

et temporaliter subesse noscuntur. Intensis itaque desideriis cupientes, ut Ducatus noster Spoletanus eiusque Provincia, Civitates, Terre, Castra et loca, ad nos et eandem ecclesiam pleno iure spectantia, regimini et gubernationi iusti, clari, generosi et potentis Ducis gaudeant se commissa, ad te virum ex Nobili et antiqua prosapia ortum, alti consilii animique magnitudine refertum, fide preclarum, gerendarumque rerum experiencia insignem, et de statu et conditione Ducatus, Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum huiusmodi plenarie informatum, in cuius voto pro firmo tenemus, quod in eis iusticie cultus et pacis ac obediencia et fidelitas provincialium, civium et incolarum ipsorum erga nos et dictam ecclesiam tuo iusto, fideli et provido ministerio conserventur, quodque sub providi tui cura regiminis regentur realiter, et prospere custodientur ac dirigentur, digne direximus oculos nře mentis, Revocantes ex nunc auctoritate apostolica et ex certa sciencia harum serie quoscumque Duces Ducatus et Rectores Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum, et cuiuslibet ipsorum, quacumque auctoritate hactenus ad regimen, gubernationem, curam vel administrationem ipsorum, vel alicuius eorum usque in presentem diem quomodocumque, aut qualitercumque seu quovis titulo factos, ordinatos, creatos vel deputatos: Te igitur Ducem Ducatus nři Spoletani eiusque Provincie, Civitatum, Terrarum et locorum, necnon provincialium, civium, incolarum et habitatorum ipsorum in temporalibus, usque ad nřum et apostolice sedis beneplacitum, cum salariis, stipendiis, gagiis, emolumentis, provisionibus, honoribus et honeribus ante ortum scisma, quod nunc dei gracia sublatum est, Ducibus seu Rectoribus dicte provincie, qui fuerunt pro tempore, antiquitus debitis et consuetis auctoritate apostolica facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi dicte sedis et nostro durante beneplacito ordinandi, providendi, statuendi, mandandi, precipiendi, exequendi, faciendi et exercendi omnia et singula ad honorem nostrum et dicte ecclesie, ac quietem, tranquillitatem statumque prosperum provincialium, civium, incolarum et habitatorum Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum ipsorum cognoveris expedire, et que ad huiusmodi Ducatus officium pertinent, Alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium Ducatus, Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum, iurium omnium et pertinenciarum eorumdem tibi penitus interdicta, Contradictores quoque per temporalem districtionem, qua convenit, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendi potestatem et facultatem plenam et liberam tenore presentium concedentes. Quocirca Nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus officium Ducatus huiusmodi, sicut virtutum tuarum studia spem nobis indubiam pollicentur, sic studeas laudabiliter virtuosis tuis operationibus, gracia divina favente, ac fideliter exercere, quod provincialibus, civibus, incolis et habitatoribus ipsis commoda sperata succedant, tibique cumulus honoris et laudis ac nobis digna proveniant graciarum actio et condigna retributio meritorum. Mandantes nichilominus universis et singulis Vicariis, Rectoribus, Magistratibus, officialibus, Universitatibus et singularibus quibuscumque personis, ac incolis et habitatoribus Ducatus, Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum, quatenus in hiis, que ad ipsum Ducatus officium pertinere noscuntur, tibi tamquam eorum Duci, huiusmodi nostro et dicte sedis durante beneplacito, pareant efficaciter et intendant, quodque illi, quorum interest, de salariis, stipendiis, graciis, emolumentis, introitibus et provisionibus predictis solvere ac satisfacere modis et temporibus ante ortum scisma huiusmodi debitis ac solitis, ut prefertur, tibi vel procuratori tuo studeant cum effectu: Alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, Non obstantibus quibuscumque privilegiis et Indulgenciis apostolicis, aut aliis quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, in manibus nřis de huiusmodi officio fideliter exercendo et alias fidelitatis debite prestes personaliter in forma solita iuramentum. Datum Mantue VII. Idus Ianuarii, Pontificatus nři anno secundo.

CLXIII.

Malatestae de Malatestis reductio annui census pro vicariatu suo Pensauriensi a Gregorio XII. concessa confirmatur. *Reg. Tom. V. fol.* 222.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Malateste quondam Paudulfi de Malatestis militis nato, domicello Ariminensi, in Civitate nostra Pensauriensi pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Cum sicut nobis exposuisti, dudum Angelus, olim Gregorius XII. in sua obediencia nuncupatus, attendens te in censu Milleoctingentorum florenorum auri de Camera, quem racione Vicariatus Civitatis nostre Pensauriensis tibi commissi, secundum concessionem tibi de Vicariatu huiusmodi factam, annis singulis Camere apostolice solvere debebas, nimium fuisse gravatum, censum ipsum dictorum Milleoctingentorum florenorum ad summam Milleducentorum similium florenorum extenuavit ac reduxit, prout in prefati Angeli litteris plenius continetur, quarum

tenorem de verbo ad verbum presentibus haberi volumus pro expresso et specialiter declarato: Nos igitur considerantes fidem et devocionem tuas preclaras, gradiaque et accepta servicia nobis et Romane ecclesie hactenus impensa, et que continun impendere non desistis, merito promereri, nt te specialibus fevoribus et groeiis prosequamur, tuis in hac parte snpplicacionibus inclinati, extennacionem et rednctionem dicti annui census per dictum olim Angelum, nt predicitur, factas ratas et gratas habentes, eas auctoritate apostolica et ex certa sciencia confirmamus, et presentis scripti patrocinio commnnimus. Nulli ergo etc. nr̄e ratihabicionis, confirmacionis et communicionis infringere etc. Datum Mantue IIII. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXIV.

Guillelmo Thosi, ut Meum de Piperno scholae Ferentinati praeficiat. *Reg. Tom. I. fol. 151.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Guillielmo Thosi Canonico Ferentinati, salutem etc. Sincere devneionis affectus, qnem dilectus filins Meus Goytanellus de Piperno, laicus Terracenensis diocesis, ad nos et Rom. gerit ecclesiam, promeretur, ut ipsum specialibus favoribus et graciis prosequamur. Exhibita siqnidem nobis nuper pro parte dicti Mei peticio continebat, qnod olim quondam Nicolaus Tucii Canonicus condens de bonis suis in eius voluntate ultima testamentum inter cetera legata sen relicta per eum facta reliquit et deputavit, quod pro subsidio scolarium Ferentinatum in gramaticalibus studere vnlentium, nt abilius studere et ydoneum et sufficientem magistrum habere valeant in grammatica et alia sciencia eis congrua, Episcopus Ferentinas et Rectores, capntmagistri nuncnpati, fraternitatis hospitalis sancte Marie Ferentinatis huiusmodi ydonenm et sufficientem eligere teneantur: qui quidem magister pro sue et scolarium tam terrigenarum quam forensinm habitacinne habeat, et habere debeat unam domnm ipsius testatoris positam infra Civitatem Ferentinatem in parrochie ecclesie sancti Pancracii, in qua huiusmodi scolares habitare et stare de die et de nocte pro ipsorum et cuiuslibet eorum voluntate valeant atque possint: et magister pro tempore eligendns in subsidium salarii sui laboris fructus, redditus et proventus terrarum ipsius testatoris positarum in Territorin eiusdem Civitatis in contrata, que dicitur Contrata fluminis, quas prefatus testator esse dixit capaces seminis rubricellarum qninque ad mensuram Civitatis predicte, percipiat, dummodo serviverit diligenter, et tunc predicti scolares pro rata temporis, quo huiusmodi salarii pars defuerit, supplere, quod deesset, ad snpplementnm dicti salarii teneantur: si vero fructus huinsmodi superessent, quod superfuerit, convertat in reparacionem eiusdem domus, etiam non residente magistro. Vnluit etiam dictus testator, qnod, si quandn magister predictus non inveniretur, qui scolas regeret, nt prefertur, frnctus earumdem terrarum per s. Marie Mainris et sancti Valentini ac sancti Pancracii ecclesiarum Ferentinatum Rectores, Abbates nnncupatos, recolligantur et convertantur in cmptinnem paramentorum et aliorum necessariornm ecclesie sancte Marie Maioris antedicte, prout in eodem testamento dicitur plenius contineri. Cum antem, sicut eadem peticio subiungebat, Episcopus et capntmagistri prefati in elegendo magistrum temporibus debitis aut negligentes existunt, aut eligunt insufficientem sen etiam ignorantem, ex quo voluntas testatoris predicti non servatur in scolarium studere cupientium irrecuperabile discrimen, et ipsorum Ep̄i et capntmagistrorum periculum animarum: pro parte dicti Mei nobis fuit humiliter snpplicatum, nt providere super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur tenore testamenti ac domos et terras predictas per confinia, qualitates, valores et loca ipsarum habentes pro sufficienter expressis, ac volentes volnntatem testatoris eiusdem pront disposuit adimplere, huiusmodi supplicacionibus inclinati discrecioni tue per apostnlica scripta mandomus, quatenns de premissis et eorum circumstanciis, necnon de ydnneitate dicti Mei, qui, nt asseritur, scolas hniusmodi regere proponit, te diligenter informes, et si per informacionem huinsmodi ita esse, ipsnmque Meum ad scolas predictas regendnm ydoneum inveneris, eundem Meum ad regendum predictas scolas in eadem Civitate auctoritate nostra usqne ad beneplacitum nostrum constitnere et depntare procures, sibiqne ut per se ipsnm, vel quamdiu dilecti filii Nobilis viri Laurencii de Columpna domicelli Romani obsequiis institerit, per alium ydonemn magistrum per ipsum Meum substituendum scolas ipsas regere valeat, eadem auctoritate concedas. Et insuper domum et terras predictas, qnarum fructus, redditus et proventus triginta quinqne dncatorum auri secundum commnnem extimacionem valorem annnnm, ut asseritur, non excednnt, aliasque possessessiones quascnnqne ad hoc etiam postea furte relictas prefato Meu auctoritate nostra tradere et assignare procures, per eum vel alium eius nomine dicto beneplacito durante tenendas, regendas et etiam gubernandas, inducens per te vel alium seu alios prefatum Meum, vel procuratorem sunm pro eo in corporalem possessionem domus, terrarum et possessionum huiusmndi, iuriumqne et pertinenciarum eorumdem, et deffendens inductum, amotis quibuslibet illicitis detentoribus ab eisdem, sibique (faciens) de domus, terrarum et possessinnum predictarum fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obvencionibus universis in suos nsus convertendis, beneplacito durante predicto, si scolas huiusmodi rexerit, integre responderi, Contradictores auctoritate nostra, appellacinne

postposita, compescendo, Non obstantibus voluntate testatoris eiusdem et constitucionibus apostolicis ac aliis forsan contrariis quibuscunque, seu si Epo et capitulo, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod ad receptionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem: Nos enim exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Florencie III. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXV.

Ranutius de Farnesio a pontifice constituitur senator Urbis. *Reg. Tom. I. fol. 113.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Nobili viro Ranucio de Farnesio domicello Castrensis diocesis, salutem etc. Ad Urbem Romanam, in qua omnipotens primatum militantis ecclesie stabilivit, necnon ad eius popolum ipsius ecclesie peculiarem gerentes paterne dilectionis affectum cupimus, ut Urbs et populus ipsi, quorum status pacificus et tranquillus a bono regimine dependere cognoscitur, regantur utiliter et salubriter gubernentur. Cum itaque ipsius Urbis Senatus officium vacet ad presens, nullusque officium illud, ut informati sumus, exerceat, licet quamplures fame probate viri pro exercendo ipsius Urbis Senatus officio nobis offerantur quotidie, tamen ad te, per cuius precedentem industriam et circumspectionem in magnis expertam et arduis comprobatam negociis proventurum speramus huiusmodi animi nostri votum, direximus nostre considerationis intuitum: te igitur ad dictorum Urbis et populi Senatus officium cum salariis, familia, equis, emolumentis, honoribus et oneribus consuetis usque ad nostrum beneplacitum apostolica auctoritate assumimus, erigimus, constituimus et etiam deputamus, tibi, huiusmodi beneplacito nostro durante, dictam Urbem et ipsius populum eiusque districtum regendi, gubernandi, unicuique petenti iusticiam ministrandi, contra delinquentes tam ex officio quam ad aliorum instanciam procedendi, delinquentes huiusmodi condempnandi, puniendi et absolvendi, et omnia et singula faciendi, disponendi, precipiendi et exequendi, que ad huiusmodi Senatus officium pertinere noscuntur, et que pro statu pacifico et tranquillo dictorum Urbis et populi cognoveris expedire, concedentes harum serie plenam et liberam facultatem, districte quoque percipientes dilectis filiis Conservatoribus ipsius Urbis et aliis officialibus suis, quatenus te huiusmodi beneplacito durante ad dictum officium recipiant et admictant, tibique in eis, que ad huiusmodi officium pertinent, devote pareant efficaciter et intendant, tibique de consuetis salariis in terminis consuetis iuxta formam et modum solitum integre satisfaciant cum effectu. Quocirca nobilitatem tuam attencius exhortamur, quatenus dictum Senatus officium animo virili, probo et constanti suscipiens, sic illud ad honorem nostrum et dicte Romane ecclesie studeas exercere, quod illam, quam res tuentes publicas promerentur, retributionis et glorie palmam, nostram et apostolice sedis benedictionem et graciam uberius consequaris. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, in manibus dilecti filii magistri Pauli de Iovenacio, notarii nostri, de officio ipso fideliter exercendo prestes in forma solita debitum iuramentum. Datum Florencie v. Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXVI.

Bononiensibus vicariatus eorum civitatis ac districtus sub annuo censu XM. flor. camerae apostolicae et ad minus VM. flor. Studio generali applicandorum conceditur. *Reg. Tom. I. fol. 122.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Dilectis filiis ... Ancianis, ... Consulibus et ... Vexillifero Iusticie, ac Universitati et populo Civitatis nostre Bononiensis, salutem etc. Si de salute cunctorum Christifidelium ex officio superna dispositione nobis iniuncto curam vigilem gerimus, quantum nobis ex alto conceditur: de statu tamen Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Castrorum atque locorum nobis et Romane ecclesie immediate subiectorum tanto amplius solicitudo nos urget, quanto illa[s] ardenciori caritate prosequimur. Intensis itaque desideriis cupimus, ut Civitas nra Bononiensis nobis et prefate ecclesie immediate subiecta, civesque ipsius, incole ac habitatores sub nostro et ipsius ecclesie nomine iuste regantur utiliter et prospere gubernentur, vestram insuper circumspectionis industriam gratamque et accepta servicia, que prefate ecclesie retroactis temporibus impendistis et impendere non desistitis, debita gratitudine recensentes, ad ea, que vestros honores et commoda sapiant, vobis merito concedendo promptis affectibus excitamur. Hiis siquidem et aliis considerationibus moti, et ut eo fervencius atque devocius ad nra et predicte ecclesie obsequia servandamque fidelitatem animemini, quo per nos amplioris dono gracie senseritis vos munitos, sperantes, quod tamquam viri ad hoc ydonei, fide preclari et providencia circumspecti, experiencia docti et solicitudine vigiles, statum et honorem nostrum ac dicte ecclesie diligatis, pacem ametis, nutriatis concordiam et sine personarum iusticiam ministretis, regimen, gubernacionem et administracionem predicte Civitatis nostre Bononiensis, et quarumcumque Terrarum Comitatuum tam Bononiensis quam Imolensis, et aliarum Terrarum, Castrorum et locorum, quas et que possidetis de presenti,

quorumque nomina et confinia haberi volumus presentibus pro sufficienter expressis, cum omnibus iuribus et pertinenciis eorumdem ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantia et pertinentia, ac incolarum et habitatorum eorumdem auctoritate apostolica ac ex certa sciencia vobis concedimus per presentes, volentes et harum serie declarantes, quod huiusmodi regiminis, gubernacionis et administracionis concessio semper intelligantur, et dumtaxat locum habeant in absencia nostra ab eadem Civitate nostra Bononiensi, vosque in temporalibus Rectores, administratores et gubernatores diete Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum iuriumque et pertinenciarum ac incolarum eorumdem, vobis in obediencia, devocione et fidelitate nra ac predicte ecclesie et successorum nostrorum canonice intrantium persistentibus, auctoritate predicta facimus, constituimus et etiam ordinamus, alienacione tamen Civitatis, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum ac bonorum immobilium et preciosorum mobilium diete ecclesie in ipsis Civitate, Terris, Castris, locis et pertinenciis suis vobis penitus interdicta. Et insuper vobis regimen, gubernacionem et administracionem huiusmodi Civitatis, Terrarum, Castrorum et locorum, iurium et pertinenciarum predictorum per Ancianos et alios officiales, quos eadem Civitas alias solita est habere, per vos more solito elegendos, cum mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione temporali ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie, statumque pacificum et tranquillum Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum, iurium et pertinenciarum predictorum, nec non incolarum et habitatorum eorumdem, durante predicta absencia nostra, ut prefertur, eadem auctoritate concedimus per presentes iuste et fideliter exercendas, per vos aut alium seo alios quoscunque Potestates, Iudices aut officiales ydoneos, qui possint et debeant questiones quaslibet tam civiles quam criminales, et alias cuiuscunque speciei vel generis motas vel movendas ad forum Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum, iurium et pertinenciarum predictorum vel alicuius ex eis racione contractus, delicti vel alterius rei, de qua ageretur, aut quovis modo de iure vel opprobata et prescripta hactenus consuetudine pertinentes audire, et de ipsis previa racione cognoscere, criminibus beresis ac fabricacionis falsarum litterarum apostolicarum exceptis, easque fine debito terminare et execucioni debite demandare constituendi, ordinandi et etiam deputandi, necnon colligendi et percipiendi ac vris usibus applicandi omnia et singula debita teolonia, pedagia et emolumenta, fructus, redditus, proventus et introitus, que per eandem ecclesiam aut eius officiales exigi et levari debuerant et consueverunt, quocumque nomine censeantur, ad nos et dictam ecclesiam in Civitate, Terris, Castris, locis, iuribus et pertinenciis supradictis, necnon incolis et habitatoribus predictis et quibusvis modo, titulo, iure, causa, via, occasione vel forma pertinerent, et de ipsis omnibus et singulis, prout vobis videbitur et volueritis, disponendi, ac per vos aut alium vel alios, quibus id committendum duxeritis merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem in predictis et circa predicta exercendi, Contradictores quoque quoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione qua convenit compescendi, et statuta, provisiones et decreta quelibet, que non sint contra ecclesiasticam libertatem, compilandi et faciendi, ac omnia alia et singula, que statui et bonori nostro et eiusdem ecclesie, ac statui pacifico, prospero et tranquillo Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum, iurium et pertinenciarum predietorum, necnon incolarum et habitatorum eorumdem, et que in et circa bonum statum et regimen dicte Civitatis hactenus consueta fuerunt, et expedita cognoveritis, faciendi, statuendi, ordinandi, corrigendi, diffiniendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem: ita tamen quod de huiusmodi consuetis teoloneis, pedagiis, fructibus, redditibus, proventibus, introitibus et emolumentis vos teneamini Civitatem, Terras, Castra, loca, iura et pertinencias predicta, ipsorum territoria, arces et fortilicia vestris sumptibus et expensis diligenter et fideliter custodire, et cetera ipsorum onera supportare, absque eo quod nos aut dicta ecclesia vobis vel aliis pro huiusmodi regimine et gubernacione, eaque custodia et oneribus supportandis subvenire in aliquo teneamur, protectione et deffensione nra, de qua infra fit mencio, semper salva. Et nichilominus singulis annis, dicta absencia nostra et huiusmodi, ut premittitur, concessione durantibus, de ipsis emolumentis et proventibus pro censu et nomine census Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum, iurium et pertinenciarum predictorum Decem Milia florenorum auri de Camera nobis seu Camere apostolice, ubicumque fuerimus, vestris tamen sumptibus, periculis et fortuna in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum de mense Iunii dare et assignare, quodque ultra hoc pro Studio manutenendo in dicta Civitate Bononiensi expendi et dispensare facere per reformatores ipsius Studii more solito quinque milia similium florenorum ad minus efficaciter teneamini, quodque pro semestri continuato dumtaxat seu in pluribus vicibus sicut elegerimus, quandocumque voluerimus, centum lanceas armigerorum equitum, ita quod una queque lancea tres homines et tres equos cum armis debitis secundum consuetudinem armigerorum ipsorum habere intelligatur, et hec gentes armigere simul vel divisim, ubicunque mandaverimus et sub quocunque Capitaneo nobis fido contra quoscunque ad nostra servicia militare debeant, comprestare seu solvere debeatis cum consueto stipendio assumentes in nos

et successores nostros et beati Petri protectionem et deffensionem dicte Civitatis et Comitatus, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum, et eius incolarum et habitatorum seu peculiarium sancte Romane ecclesie filiorum contra quoscumque, qui effenderent vel offendere vellent, et occuparent vel eccupare vellent dictam Civitatem, Comitatum, Terras, Castra aut loca predicta, quodque per vos vel officiales vestros, quos ad hec duxeritis deputandes, Civitatem, Terras, Castra, loca, iura, iurisdictiones et pertinencias predicta, antefata absencia nostra durante, ut prefertur, regatis et gubernetis secundum iura et constituciones ac statuta Civitatis predicte, et alia per vos vel alium a vobis potestatem habentem rite, iuste et racionabiliter edita vel edenda, et qued omnia statuta, si qua essent in Civitate, Terris, Castris, locis et pertinenciis predictis contra Romanam ecclesiam, et libertatem ecclesiasticam, ecclesiasticasque personas seu earum bona, cassetis et faciatis totaliter cassari et aboliri, et quod eis non utamini nec ea servetis quoquomodo, salvis iuribus ecclesie sancti Petronii; nec recipietis rebelles et exbannitos eiusdem ecclesie publice vel eeculte, directe vel indirecte, aut facietis receptari, nec eis vel eorum alieni auxilium, consilium vel favorem ulle modo prestabitis, quin pocius quoscunque ex eis in vestram venientes potestatem, quociens super hoc a nobis aut Legatis sedis apostolice, vel aliis dicte ecclesie officialibus, ad quos racione officiorum suorum id pertineret, requisiti fueritis, bona fide capi et ad huiusmodi requirentes sub fida custodie destinari facietis, vel saltim de supradictis Civitate, Terris, Castris et loci expelli. Volumus insuper et huic concessioni nostre adiicimus per presentes, quod officiales ad huiusmodi regimen, gubernacionem et administracionem per vos eligendi et deputandi, maximeque Vexillifer iusticie, Anciani et Potestas, antequam suum officium aliquatenus incipiant exercere, in manibus Venerabilis fratris Nicolai Episcopi Bononiensis, seu alterius per eum in casu absencie, infirmitatis vel alterius impedimenti causa eligendi, nostro et Romane ecclesie nominibus recipientis, de fidelitate, devocione et obediencia nobis et ecclesie prefate servandis prestent inferius descriptum corporaliter iuramentum, et similiter iurabunt alii ipsius Civitatis officiales, si qui iurare consueverunt, quod prefato Episcopo remittimus declarandum, quodque prefati Anciani et Potestas pro nobis et eadem Romana ecclesia modo solito se intitulent et inscribant, et similiter sindicus et procurator dicti populi et Communis prefata Civitatis nr̃e Bononiensis, habens ad hec et infrascripta solenne, sufficiens et speciale mandatum, sindicario et procuratorio nomine predicto in manibus nostris, vel alterius per nos deputandi, uno semel prestet in forma, que inferius describitur, iuramentum. Circa vero Potestatis Bononie deputacionem ordinem hunc in nostra absencia decrevimus observari, videlicet quod secundum statuta ad hoc facientia per modos per vos in hoc teneri perantea consuetos tres viros secundum cor vrum ydoneos ad ipsum officium nominetis, et nominacionem ipsorum, antequam ipsis nunciaveritis, ad nos, dum infra centum miliaria prope Bononiam nos residere continget, etiam inquisiti destinare curetis, per nosque unum ex illis, quem maluerimus, confirmatum in Potestatem predicte Civitatis nostre Bononiensis recipere et admittere cum effectu teneamini: quodque si forsitan ultre centum miliaria a predicta Civitate nos abesse contigerit, predictas nominaciones ipsi Nicolao Ep̃o presentare, et confirmatum nomine nostro per ipsum unum ex illis tribus recipere et admittere cum effectu ad ipsum officium similiter sitis astricti. Mandantes quoque districtius dilectis filiis civibus Civitatis et Terrarum, Castrorum, locorum, iuriumque et pertinenciarum predictorum, ac incolis et habitatoribus predictis, quatenus vos tamquam Rectores, gubernatores et administratores, dicta concessione durante, benigne recipientes et honorifice pertractantes, vobis tamquam eorum Rectoribus, gubernatoribus et administratoribus, et aliis vestris officialibus, quos ad Civitatis, Terrarum, Castrorum, locorum, iurium et pertinenciarum predictorum regimen duxeritis deputandos, in omnibus, que ad huiusmodi regiminis, gubernacionis et administracionis spectant officium, iuxta presentis concessionie nostre tenorem parere et intendere studeant et efficaciter obedire. Vos igitur ex traditis vobis dono celesti virtutibus Civitatem, Terras, Castra, loca, iura et pertinencias predicta, ac ipsorum incolas et habitatores sic in tranquillitatis et pacis dulcedine ac iusticie suavitate fideliter, solicite et prudenter gubernare et regere studeatis et procuretis, quod cives, incole et habitatores predicti talibus Rectoribus, gubernatoribus et administratoribus gaudeant se commissos, vosque apud deum et homines valeatis exinde merito commendari, et nostram et predicte ecclesie benedictionem et graciam uberius promereri. Forme autem iuramenti, quod prefati Anciani et Vexillifer iusticie racione concessionis huiusmodi in manibus prefati Episcopi Bononiensis, seu alterius per eum eligendi, ut premittitur, prestare debent, ut per eam plenius informentur, presentibus inseri fecimus, que talis est, videlicet: Nos Anciani et Vexillifer iusticie Communis et populi Civitatis Bononiensis iuramus, quod ab hac hora inantea fideles et obedientes erimus beato Petro Apostolorum Principi, sancteque Romane ecclesie ac dño nostro, dño Martino divina providencia pape V. suisque successoribus canonice intrantibus: non erimus in consilio, auxilio aut consensu vel facto, qued ipse vel successores predicti vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione. Con-

silium vero, quod nobis credituri sunt, nullo modo ad damnum eorumdem nemini pandemus. Et si sciverimus aliquid fieri vel procurari seu tractari, quod sit in damnum domini nostri, vel successorum et ecclesie predictorum, illud pro posse impediemus: et si impedire nequiverimus, illud sibi et suis successoribus significare curabimus. Papatum Romanum et Regalia beati Petri, ac iura et iurisdictiones Romane ecclesie tam in Civitate Bononie, quam extra ubicumque locorum adiutores erimus ad retinendum, deffendendum et recuperandum pro posse, et recuperata manutenendum. Legatos, Vicarios, nuncios et officiales apostolice sedis per dictam Civitatem Bononiensem et eius Comitatum et districtum transitum facientes in eundo, stando et redeundo honorifice et reverenter tractabimus et in suis necessitatibus adiuvabimus. Officiumque Ancianatus nobis commissum ad dei laudem, gloriam et bonorem, necnon statum, exaltacionem et conservacionem eorumdem Romane ecclesie, domini nostri dñi Martini pape V. et successorum eius, et dicte Civitatis Bononie fideliter sine dolo, fraude vel machinacione exercebimus et faciemus, omibusque sine personarum acceptione iusticiam ministrabimus, ac omnia et singula in hiis litteris contenta observabimus. Sic nos deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Et in simili forma Potestas einsdem nostre Civitatis in principio regiminis sui officii, antequam incipiat officium exercere, huiusmodi prestare debeat mutatis mutandis congrue iuramentum. Forma insuper iuramenti, quod sindicus et procurator dictorum populi et Communis Bononie in manibus nostris, vel alterius per nos deputandi, ut prefertur, prestare debet, talis est. Ego ... sindicus et procurator populi et Communis Bononie sindicario et procuratorio nomine dictorum Communis et populi iuro, quod ab hac hora inantea dictum Commune, Universitas et populus perpetuo erunt fideles et obedientes beato Petro Apostolorum principi, sancteque Romane ecclesie et domino nostro, domino Martino pape V. et suis successoribus canonice intrantibus: non erunt in consilio, auxilio vel consensu seu facto, quod ipse seu successores sui vitam perdant aut membrum, seu capiantur mala captione. Consilium vero, quod eis significaverint vel commiserint per se seu nuncios vel litteras, ad suum vel successorum suorum et prefate ecclesie damnum nemini pandent. Et si sciverint aliquid fieri vel procurari, quod sit in damnum domini nostri vel successorum et ecclesie predictorum, illud pro posse impedient: et si impedire nequiverint, illud sibi et suis successoribus significare curabunt. Papatum Romanum et Regalia sancti Petri, ac iura et iurisdictiones Romane ecclesie tam in Civitate Bononie, quam extra in aliis Civitatibus, Terris et locis eiusdem ecclesie adiutores erunt pro posse ad retinendum, et deffendendum et recuperandum, ac recuperata manutenendum pro ipso dño nostro et successoribus suis et Romane ecclesie predictis. Constituciones papales, et maxime felicis recordacionis Iohannis XXII., Clementis VI. et Innocentii VI. summorum pontificum pro posse totis viribus observabunt. Legatos apostolice sedis ac Vicarios et nuncios sedis eiusdem per dictam Civitatem Bononiensem, et eius Comitatum et districtum transitum facientes in eundo, stando et redeundo honorifice, devote et reverenter recipient et tractabunt. Ac in fidelitate, devocione et obediencia Romane ecclesie, domini nostri et successorum predictorum perpetuo et inviolabiliter perdurabunt cum effectu, salvis tamen potestate et concessione et aliis supradictis in hiis litteris contentis in singulis suis partibus. Censum quoque et affictum ac Regalia sancti Petri, ceteraque servicia racione dicte concessionis per eos eidem domino nostro, suisque successoribus et prefate ecclesie debita et debenda, et debitos et debendos temporibus debitis persolvent et facient, ac omnia et singula alia in litteris presentis concessionis contenta inviolabiliter conservabunt et effectualiter adimplebunt. Sic ipsos deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Datum Florencie III. Idus Maii, Pont. nři anno secundo.

CLXVII.

Carolus de Malatestis constituitur rector Romandiolae.
Reg. Tom. I. fol. 115.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Carolo quondam Galeoti militis de Malatestis nato, domicello Ariminensi, provincie Romandiole ad nos et Romanam ecclesiam immediate spectantis pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Rectori, salutem etc. Dum ad personam tuam, quam grandium virtutum muneribus illorum largitor dominus multipliariam insignivit, grataque et accepta servicia, que tu nobis et Romane ecclesie hactenus impendere studuisti, nullis parcendo periculis, laboribus vel impensis, dirigimus non immerito paterne considerationis intuitum, sperantes, quod tu potens quidem opere et sermone, quem in magnis expertum et arduis nostris et ipsius ecclesie promovendis negociis eximia bonitate ac fidelitate probatum, et rerum gerendorum experiencia perspicuum esse didicimus laudabilium operum ab effectu, in cuius mente geritur sedare fluctuantes turbines, illosque in pacis amenitate componere, iusticie terminos colere, humiliare superbos, rebelles et inobedientes compescere ac errantes ad viam reducere veritatis, inducimur non indigne, ut humeris tuis pro statu honoreque nostro et ipsius ecclesie conservandis adiicientes sollicitudines et labores, eandem personam tuam condignis honoribus et specialibus graciis et favoribus apostolicis prosequamur. Hinc est, quod nos premissorum consideratione et ex nonnullis aliis racionabilibus

causis ad hec animum nostrum moventibus inducti, omnes et singulos ad officium Rectoratus provincie Romandiole, quacunque auctoritate eciam apostolica hactenus deputatos, auctoritate simili revocantes et amoventes realiter ab eodem, te exnunc Rectorem provincie Romandiole ad nos et Romanam ecclesiam immediate spectantis, ac omnium Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum eorumque Comitatuum, territoriorum et districtuum solitorum per Rectorem dicte provincie in temporalibus gubernari, usque ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum auctoritate predicta tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi nichilominus omnia et singula, que ad huiusmodi Rectoratus officium pertinere noscuntur de consuetudine, vel de iure aut secundum formam constitutionum dicte provincie, faciendi, ordinandi, statuendi, mandandi, precipiendi, exequendi, exercendi, dictamque provinciam ad honorem nostrum et eiusque ecclesie, ac pro tranquillitate et statu prospero et tranquillo Civitatum, Terrarum, Castrorum, locorum, Comitatuum, territoriorum et districtuum predictorum, eorumque provincialium, civium, incolarum et habitatorum regendi et gubernandi, alienatione tamen Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum eorumdem et alicuius eorum nobilitati tue penitus interdicta, Contradictores quoque per districtionem temporalem, quociens fuerit oportunum, auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendi, et alia in premissis et circa ea agendi et disponendi, que pro honore statuque nro et eiusdem ecclesie tibi necessaria videbuntur, vel quomodolibet oportuna, plenam et liberam potestatem, dicto durante beneplacito, eadem auctoritate harum serie concedentes. Quocirca eidem nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus officium Rectoratus huiusmodi per nos tibi commissum, prout in tuis virtutibus et laudabilibus studiis in agendis ample confidimus et speramus, sic studeas fideliter exercere, quod pro tuis virtuosis operibus, deo tibi propitio, dicte provincie, Communitatibus, Universitatibus, populis, eorumque civibus, habitatoribus et incolis optata pax, sperata tranquillitas et commode desiderata (proveniant), quibus etiam auctoritate presentium iniungimus et mandamus, ut tibi in omnibus, que ad ipsum Rectoratus officium spectare noscuntur, parere debeant et etiam obedire, Alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles et inobedientes, ratas at gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, Non obstantibus quibuscunque privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quoruncunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus presentis constitutionis et deputationis impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda foret in nostris litteris mentio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod antequam huiusmodi Rectoratus officium incipias exercere, per te vel procuratorem tuum ad hoc sufficiens mandatum habentem in manibus nostris, seu Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Camerariatus officium de mandato nro Regentis, vel alterius, cui id duxerimus committendum, de dicto Rectoratus officio huiusmodi durante beneplacito fideliter exercendo, et de dicta provincia nomine nostro et ipsius ecclesie custodienda, regenda et gubernanda, et prefato beneplacito finito de ipsis officio Rectoratus aut provincia nobis vel successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus, vel deputandis a nobis seu prefatis successoribus libere dimittendis prestare tenearis et debeas in forma debita solitum iuramentum. Tu igitur ex concessis tibi dono celesti virtutibus provinciam ipsam, eiusque Civitates, Terras, loca, provinciales, cives et habitatores prefatos sic sollicite et prudenter regas, custodias et gubernes, quod prefata provincia Rectori fructuoso et provido merito gaudeat se commissam, tuque proinde ultra sempiterne vite premia, que bene agentibus sunt promissa, a nobis et sede apostolica ampliorem graciam consequi merearis. Datum Florencie Id. Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXVIII.

Constitutio, qua sancitur, ut omnes vicarii temporales Romandiolae rectori eiusdem provinciae parere debeant.
Reg. Tom. I. fol. 116.

Martinus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Romani pontificis providenciam circumspectam sic sedis apostolice privilegia et indulta moderari pertinere dinoscitur, quod ex eis omnibus tollatur materia malignandi. Sane quorumdam fidedignorum relatione percepimus, quod tam aliqui, qui in nonnullis Civitatibus, Castris, Terris, Villis et locis aliis in provincia nostra Romandiole consistentibus pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicarii, quam etiam Communia Civitatum et Universitates Castrorum, Terrarum, Villarum et aliorum locorum huiusmodi, necnon Nobiles alieque particulares persone provincie antedicte, cuius dilectus filius nobilis vir Carolus de Malatestis domicellus Ariminensis pro nobis et eadem ecclesia Rector existit, se ex sedis apostolice privilegio speciali ab omnimoda iurisdictione Rectoris pro tempore existentis asserentes fore exemptos, et alias diversas causas pretendentes ab huiusmodi iurisdictione subtrahere presumpserunt hactenus, ac presumunt in ecclesie, Rectoris iurisdictionisque predictorum vilipendium et non modicum detrimentum. Nos igitur attendentes, quod

nostra interest super hoc de salubri remedio providere, anctoritate apostolica tenore presentium declaramus Vicarios, Communia, Universitates, Nobiles aliasque personas huiusmodi, Non obstantibus quibuslibet privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcunque tenorum existant, super exemptionibus huiusmodi, vel alias ipsis a nobis vel Romanis pontificibus forsan concessis, Rectori diete provincie pro tempore existenti in omnibus et per omnia, que alias legitime ad officium Rectorie huiusmodi quomodolibet pertinent, parere et obedire efficaciter eiusque iurisdictioni penitus subiacere debere. Nulli ergo etc. nostre declarationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Florencie Id. Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXIX.

Treugas biennales inter Rodulphum de Varano eiusque complices Camerinenses et communitatem Nursiae pontifex indicit. *Reg. Tom. V. fol. 264.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Ad perpetuam rei moriam. Debitum pastoralis officii ex alto nobis iniuncti exigit, ut inter cunctos Christifideles, et presertim filios peculiares nostros et ecclesie Romane, qui ab invicem dissidentes guerrarum scandalis mutuo urgerentur, omnem concordiam omnemque pacis tranquillitatem solicitis studiis et vigilanti opera exponamus. Cum itaque, sicut accepimus, inter dilectos filios nobiles viros Rodulphum de Varano eiusque filios domicellos Camerinenses, Communitatesque ac Universitates et homines eis subditos, ac eorum fautores, adherentes et complices ex una, necnon Communitatem, Universitatem et homines terre nostre Nursie Spoletane diocesis eiusque districtus, et eorum subditos, fautores, complices et adherentes ex alia partibus, hoste humani generis suggerente, guerrarum scandala exorta sint, ubi hostiles incursus, depopulationes agrorum, incendia villarum, personarum captivitates, depredationes animalium, occupationes castrorum, et alia plurima damna utrinque facta, commissa et illata sunt: Nos ne maiora aut longiora scandala producantur exinde, neve iacta malorum semina in ampliorem pestiferum cumulum excrescant, salubri remedio paternis affectibus et desideriis intensis occurrere cupientes, prefatorum partium habitis Nunciis, ac dilectis filiis nostris Gabriele tituli sancti Clementis et Branda eiusdem (?) tituli presbiteris Cardinalibus ad ipsos Nuncios audiendum, prefata scandala sedandum, concordiam et pacis tranquillitatem inter dictas partes procurandum per nos deputatis, et iterum atque iterum per eosdem Cardinales Nunciis predictis auditis, examinata re et superinde facta nobis relatione, matura quoque consultatione prehabita, ne mala malis succedant, sed iam inchoata et per discordiam acta tollantur, supremis affectibus aspirantes, inter dictas partes auctoritate apostolica tenore presentium indicimus Treugas hinc ad biennium duraturas, ita quod interim per congrua et accommoda media inter ipsas partes perpetua pacis tranquillitas componatur; decernentes, quod durante dicto biennio neutra partium prefatarum possit vel debeat aliquo modo, directe vel indirecte, publice vel occulte, ratione, causa vel pretextu seu occasione guerrarum, hostilium incursuum, depopulationum, incendiorum, captivitatum, depredationum, occupationum, detentionum, ceterorumque dampnorum prefatorum utrinque factorum, commissorum et invicem illatorum ac secuturorum abinde, seu alia quacunque et qualicunque causa contra alteram in iudicio vel extra per se vel alium seu alios convenire, agere, innovare, petere, turbare, inquietare seu aliquatenus molestare, altera parte nolente, sed utraqua ipsarum partium habeat, teneat et possideat prefato biennali tempore, prout nunc habet, tenet et possidet, per hoc tamen ius alicuius dictarum partium nullatenus tollatur, aut ei aliquatenus derogetur, sed unicuique conservetur illesum; volentes et mandantes, quod infra unum mensem cum dimidio a die date presentium computandum captivi omnes et singuli per dictas partes, vel earum seu alterius ipsarum stipendiarios, subditos, adherentes vel complices quoquomodo detenti, absque redemptione aut tallie seu alterius cuiuscunque oneris vel expensarum solutione, vel exactione aliqua a prefatis partibus relaxentur et reddantur proprie libertati, debita tamen singularium personarum dictarum partium, quacunque causa fuerint, dicto durante biennio, libere secundum iuris formam peti et exigi possint. Et insuper declaramus, quod per offensas, quas per particulares personas particularibus partium prefatarum inferri contingeret, contraveniri presentibus treugis nullatenus intelligantur. Quodque si altera partium predictarum, dicto durante biennio, contra prefatas treugas quomodocunque aut qualitercunque venerit, in penamque infrascriptam inciderit, pars altera lesa contra ipsam nullatenus ad vindictam seu offensam possit insurgere vel insurgat, sed ad nos et sedem apostolicam ob illatas recurrat iniurias, prestolatura, quod circa id per nos et sedem eandem ordinatum fuerit vel decretum. Et demum dictis partibus et utrique earum dicta auctoritate expresse mandamus, quatenus ab omni mutua offensione, iniuria vel molestia alterutrum se abstineant, ac huiusmodi treugas, et omnia et singula (in) presentibus nris litteris contenta, dicto durante biennio, inviolabiliter adimpleant et observent sub pena vigintiquinque milium florenorum auri de Camera, quorum medietas apostolice Camere applicetur, et altera parti lese. Nulli ergo etc. nostre indictionis, constitutionis, volun-

tatis, declarationis et mandati infringere etc. Datum Florencie IIII. Nonas Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXX.

Comiti Montisferetri, ut a treugis cum Braccio de Fortebrachiis initis resiliat, eique bellum inferat, sub poena privationis vicariatuum etc. pontifex mandat. *Ex cod. comitum Urbini. fol. 90.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Nobili viro Guidoniantonio Comiti Montisferetri, in nonnullis Civitatibus, Terris et locis pro nobis et s. Romana ecclesia in temporalibus generali Vicario ac ducatus nostri Spoletani Duci, salutem etc. Non sine magna admiratione percepimus te, in cuius fidelitate fiduciam maximam habebamus, cum Braccio de Fortebracciis, nostro et ecclesie sancte dei rebelli et hoste notorio, nonnullas treugas iniisse etiam post et contra fulminationem nostrorum processuum contra ipsum suosque fautores, complices et sequaces iusto iudicio decretorum. Cum igitur dispositi simus contra ipsum Braccium guerram facere, iusticia sic nos requirente ac sua insolentia impellente, licet propter treugas predictas in penas et censuras in dictis processibus contentas contra Vicarios nostros et ecclesie, qui non paruerint ipsis processibus, incurrisse noscaris, tamen attenta devotione permaxima, qua te semper erga nos et sanctam Romanam ecclesiam fervere cognovimus, te etiam sic monuisse voluimus, exhortantes ac requirentes te, et in virtute sancte obedientie stricte precipiendo mandantes, quatenus sub pena privationis omnium gratiarum et Vicariatuum, quas et quos a nobis et sancta Romana ecclesia tenes, et sub omnibus penis in processibus illis contra inobedientes contentis et specificatis, contra ipsum Braccium suosque fautores, complices et sequaces guerram visis presentibus moveas toto posse, absque eo quod tu huiusmodi nostram requisitionem, aut tuam ab ipsis illicitis et invalidis treugis secessionem sibi prius aliqualiter manifestes: satis enim per ipsos nostros processus monitus est, quod omnes a quacumque promissione, pacto et ceteris cum eo contractis, etiam iuramento vel quacunque firmitate alia roboratis, per nostrum decretum et mandatum soluti sunt, sciant etiam omnes, et ipse si se nescire non fingat, quod vigore ipsorum processuum omnes Christicole sibi promissa non servare tenentur; et nichilominus ex superabundanti ad declarationem certiorem mentis tue presentium tenore auctoritate apostolica decernimus et mandamus, prefatas treugas et quascumque stipulationes et conventiones per te cum eo factas nullius fuisse et esse roboris vel momenti, nec te potuisse illas maxime sine nostra licentia contraxisse: sique prefata mandata nostra, quod non credimus, facere forte neglexeris, te in prefatas penas et censuras, quas nunc pro extunc contra te eo casu ferimus in hiis scriptis, per omnia penitus incurrisse, te insuper nostrum et ecclesie matris tue casu ipso esse inobedientem atque rebellem, et contra iuramenta tua nobis et ipsi ecclesie prestita per omnia expresse venisse. Datum Florencie VIIII. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXXI.

Francisco, Carolo et Ursino de Ursinis vicariatus castri Braciani sub annuo censu ancipitris ad triennium conceditur. *Reg. Tom. I. fol. 146.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Dilectis filiis nobilibus viris Francisco, Carolo et Ursino de Ursinis domicellis Romanis, in Castro Bracciani eiusque pertinenciis, territorio et districtu Sutrine diecesis, ad nos et Romanam ecclesiam spectantibus, pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicariis generalibus, salutem etc. Inter curas multiplices, quibus assidue premimur, illa precipue solicitat mentem nostram, ut ad regimina terrarum et castrorum Romane ecclesie subiectorum viros deputemus ydoneos, fide preclaros, prudencia circumspectos, experiencia doctos et sollicitudine vigilantes, qui honorem et statum eiusdem ecclesie diligant, pacem ament, concordiam nutriant et sine personarum acceptione iusticiam administrent, sicque prudenter et iuste populos regant atque gubernent, quod ipsi populi se recipisse Rectores laudabiles merito gratulentur. Vestram igitur devocionem eximiam et preclaram fidem, quas tam vos quam vestri progenitores erga prefatam ecclesiam habuistis et habere noscimini, grataque et accepta servicia, que nobis et prefate ecclesie retroactis temporibus impendistis, et adhuc impendere non tepescitis, debita gratitudine recensentes ad ea nimirum vobis concedenda, que vestrum honorem et commodum sapiunt, statusque vestri et vestrorum securitatem concernant, promptis affectibus excitamur. Hiis siquidem consideracionibus et aliis ad hoc nostrum inducentibus animum moti, ut eo ferventeius et devocius ad nostra et Romane ecclesie obsequia et fidelitatem servandam animemini per augmentum fidei, quo per nos et sedem apostolicam vos noveritis amplioris dono gracie preveniri, Vicariatum, regimen, gubernacionem et administracionem Castri Bracciani Sutrine diocesis, eiusque territorii et districtus, iuriumque et pertinenciarum ad nos et eandem ecclesiam spectantium vobis, et cuilibet vrum usque ad tres annos proxime futuros apostolica auctoritate concedimus per presentes, vosque et quemlibet vestrum Castri, territorii, districtus iuriumque et pertinenciarum predictorum, ac ipsorum incolarum et habitatorum Vicarios, Rectores, gubernatores et administratores in temporalibus usque ad dictum triennium, vobis tamen in fidelitate et obediencia nostra, et successorum nostrorum Romano-

rum pontificum canonice intrantium, ac predicte ecclesie persistentibus, auctoritate predicta facimus, constituimus, deputamus et etiam ordinamus, vobis et cuilibet vestrum Vicariatum, regimen et administracionem huiusmodi per vos, vel alium seu alios ad hoc a vobis vel illis deputandum seu deputandos, cum illis mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam seu alios pro ea exercitari diucius consueverunt, ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie, statumque pacificum, prosperum et tranquillum Castri, territorii et districtus, iuriumque et pertinenciarum predictorum, necnon incolarum et habitatorum eorumdem iuste et fideliter exercendi potestatem plenariam committentes, vobis et cuilibet vestrum, Vicariatu durante huiusmodi, per vos vel alium seu alios inibi quoscunque Potestates, Iudices et officiales ydoneos, qui sciunt, possint et debeant questiones quaslibet tam civiles quam criminales, et alias cuiuscunque speciei vel generis motas vel movendas ad forum Castri, territorii et districtus, iuriumque et pertinenciarum predictorum, vel alicuius ex eis racione contractus, delicti vel rei, de qua agetur, aut quovis modo de iure vel approbata et prescripta consuetudine pertinentes audire, et de ipsis previe racione cognoscere, criminibus heresis ac lese maiestatis et falsitatis litterarum apostolicarum exceptis, easque fine debito terminare et execucioni debito demandare, constituendi, ordinandi ac etiam deputandi, necnon colligendi, habendi et percipiendi, ac vestris usibus applicandi omnia et singula consueta et debita theolonia, pedagia et emolumenta, fructus, redditus et proventus ac introitus, quocunque nomine censeantur, ad nos et dictam ecclesiam in predictis Castro, territorio et districtu et quolibet eorum quovis modo, titulo, iure, causa, vin, occasione vel forma pertinentia, et de ipsis omnibus et singulis durante Vicariatu predicto, prout vobis videbitur et volueritis, disponendi, alienacione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium ac iurium ipsius ecclesie in dictis Castro, territorio et districtu, iuribus et pertinenciis huiusmodi vobis penitus interdicta, ac per vos vel aliam seu alios, quibus id committendum duxeritis, merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem predictam exercendi, Contradictores quoque quoslibet et rebelles, quociens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia alia et singula, que bonori nostro et eiusdem ecclesie, ac statui pacifico, prospero et tranquillo Castri, territorii et districtus, necnon incolarum et habitatorum predictorum expedire cognoveritis, faciendi, statuendi, ordinandi, corrigendi, puniendi, diffiniendi et exequendi concedentes auctoritate predicta plenariam facultatem: ita tamen quod huiusmodi consuetis theoloniis, pedagiis, emolumentis, fructibus, redditibus, proventibus et introitibus aliis quibuscunque teneamini Castrum, territorium et districtum prefata, ipsorum arces et fortilicie vestris sumptibus et expensis fideliter et diligenter custodire, et cetera alia ipsorum onera supportare, absque eo quod dicta ecclesia vobis pro huiusmodi Vicariatu, rectoria, gubernacione, custodia et fortificacione, reparacione vel aliis oneribus supportandis subvenire in aliquo teneatur. Et nichilominus singulis annis dicto Vicariatu durante de huiusmodi emolumentis et proventibus pro censu et nomine census Castri, territorii et districtus predictorum unum ancipitrem nobis et successoribus nostris canonice intrantibus, et ecclesie Romane seu Camere apostolice in Romana Curia, ubicumque fuerit, vestris sumptibus, periculis et fortuna in festo apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii singulis annis tradere et assignare teneamini, necnon militare servicium, talias, affictus et alia servicia in concessionibus dudum per felicis recordacionis Innocencium papam VI. et alios Romanos pontifices predecessores nostros, seu de ipsius et eorum mandato per sedis apostolice Legatus factis contenta facere, attendere et adimplere fideliter sitis astricti, volentes et expresse declarantes, ut si vos dicto durante Vicariatu in termino superius annotato censum predictum non solveritis realiter cum effectu, ipso facto e iure huiusmodi Vicariatus cadatis, et huiusmodi Castrum cum eis territorio et districtu ac iuribus et pertinenciis suis ad nos et successores nostros Romanos pontifices canonice intrantes, ac prefatam ecclesiam libere revertantur. Causas tamen omnium et singularum appellacionum et nullitatum quarumlibet, et tam criminalium quam civilium, et alia quelibet superioritatis iura nobis et successoribus nostris, et Legatis ac Rectoribus in illis partibus residentibus, qui sunt et erunt pro te tempore, expresse et specialiter retinemus ac eciam servamus, salvis tamen et reservatis in hoc casu quibuscumque privilegiis et indultis Castri, territorii et districtus predictorum in hac parte competentibus, si qua forent, quibus non intendimus propterea derogare. Volumus insuper et huiusmodi Vicariatus constitucioni adiicimus per presentes, quod vos, necnon incole et habitatores predicti ad parlamenta generalia, et ad generales exercitus seu cavalcatas accedere, et censum seu affictum, tallias et regalia beati Petri et quecunque iura Camere apostolice, sicut olim solitum est, solvere teneamini: quodque per vos et vestrum quemlibet ac officiales vestros, quos ad hoc duxeritis deputandos, Castrum, territurium, districtum predictum huiusmodi durante Vicariatu regatis et gubernetis secundum iura, constituciones nostrarum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum specialis Commissionis, inter quas et que Castrum predictum fore dinoscitur, ac statuta Castri, territorii et districtus predictorum, et alia per predictam ec-

clesiam vel alium ad boe ab ea potestatem habeutem tam edita et approbata, quam imposterum edeuda et approbanda: quod omnia statuta, si qua essent in eisdem Castro, territorio et districtu coutra Romanam ecclesiam et libertatem ecclesiasticam, ecclesiasticasque personas et earum boua cassetis et faciatis totaliter aboleri, et quod eis uon ntamini nee utentur, aut ea reservetis imposterum: neque receptetis rebelles et exbannitos eiusdem ecclesie, uec directe vel indirecte faciatis per alios receptari, nec eis vel eorum alicui euxilium, consilium vel favorem dari seu prestari ullo modo permittatis, quin qocius quoscunque ex eis veuieutes iu potestates vestras, quociens super hoe a Legatis sedis apestolice vel Rectoribus Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum specialis Commissionie predictorum, aut aliis dicte ecclesie officialibus, ad quos racione officiorum snorum id pertinet, requisiti fueritis, bona fide capi et ad biusmodi requirentes sub fide custodia destinari facietis: et quod solitis pedagiis et vectigalibus et gabellis sitis contenti, uec in dictis Castro, territorio et districtu, iuribus et pertiueuciis novas imposicioues, exactioucs, prestancias, gabellas seu vectigalia facere, imponere, exigere vel recipere inconsulto Romano pontifice vobis vel vestrum alicui, aut aliis per vos liceat ullo modo: volentes et eciam ordinantes, qnod omues geutes armigeras tam eqnestres quam pedestres per Legatum seu Rectores prefatos, vel alium a dicta sede vel ipsius Legato seu Rectoribus ad hoc depntandum, quocienscunque transmissas iu Castro, territorio et districtu predictis recipere et receptare, ac inibi benigne tractare, eisque de victualibus et aliis necessitatibus provederi pro competenti precio sive foro iuxta posse facere teneamini: quodque incole et habitatores Castri, territorii et districtus predictorum et cuiuslibet corum in manibus vestris seu alicuius vel aliquorum ad id per vos depntandi seu deputandorum iuramentum debite fidelitatis servande uobis et successoribus nr̄is Romanis poutificibus canonice intrantibus, ac vobis tanquam Vicariis nostris et dicte ecclesie infra cougruum per vos ad boc moderandum terminum prestare corporaliter teneantur. Volumus quoque et huic Vicariatui adiicimus, quod singulis sex futuris mensibus ipso Vicariatu durante quosque officiales, stipendiarios, provisionatos, salariatos, cousanguineos et alios quoslibet, quos successivis temporibus ad regimen, gubernacionem seu custodiam Castri, territorii et districtus predictorum deputare aut alias habere vel tenere contigerit, in manibus Legati vel Vicarii generalis predicte ecclesie in partibus illis, si ipsi vel eorum alter iu eisdem partibus fueriut, alioquiu in manibus Rectoris predictorum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum ibidem persistentis, sive alterius ab aliquo ipsorum Legati vel Vicarii seu Rectoris deputandi corporaliter prestari faciatis iuramentum, quod ipsi nullo modo, ingenio, via vel forma consentient vel permictent posse suo, quod Castrum, territorium et districtus predicta vel aliquod eorum, durante Vicariatu predicto, a vestris regimine, gubernacioue ac fidelitate et obedieucia dicte ecclesie quomodolibet substrahant, et cuiusvis alterius persoue singularis vel Universitatis potestati, dicioni vel dominio, ad hoc nr̄o seu dictorum successorum non interveniente consensu, quomodolibet supponantur; quiu pocius, ne id fiat, obsistent et totis viribus se epponent, ac toto posse fideliter repugnabunt ac facient, quod Castrum, territorium et districtus ac incole et habitatores predicti in vera fidelitate, ebediencia et devocioue prefate ecclesie suorumque officialium permaneant illibati, quodque Castrum, territorium et districtus prefata, fiuito tempore Vicariatus huiusmodi, ad potestatem, dominium ac manus dumtaxat nostras et successorum nostrorum canonice intrantium libere revertantur, ac Castrum, territorium et districtus, iura et pertiueucias predicta procurabunt toto posse et sine fraude reddere et assignare nobis et successoribus uostris, seu Legato de latere vel Vicario geuerali, tune iu illis partibus existeuti, aut Rectoribus Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum, iuter quas Castrum predictum consistere dinoscitur, aut alteri ad id per uos seu successores nostros, vel Legatum de latere vel Vicarium generalem, aut dictorum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum Rectorem, et apostolica sede vacante nullo existente Legato vel generali Vicario seu Rectore, per Collegium sancte Romaue ecclesie Cardinalium deputando, ac vos, ut idem sequatur et fiat, procurabitis oportunis provisionibus et remediis bona fide. Postreme emnes ambignitates sen dubia, que pretextu seu occasione coucessionis, constitucionis, voluutatis, reservacienis, reteucionis et condicionis superius adiectarum vel aliquarum aliarum presentibus expressarum qeovis modo et quocienscumque imposterum orientur, ac ipsorum omnium interpretacionem et declaracionem ad nos et predictos successores nr̄os, et ad eullum alium volumus pertiuere iuxta nr̄am et dictorum successorum nostrorum voluntatem et arbitrium faciendas. Quod si forsan voluntates, reservacieues, retenciones et alia superius expressata, ac iuramentum per vos sen procuratores vr̄os iuxta formam iuferius auuotatam prestandum, et contenta in eis uon servaveritis aut adimpleveritis, seu contra ipsum vel ipsorum aliquod per vos vel alium sse alios feceritis vel veueritis, et culpam vestram super boc legitime moniti infra unius mensis spacium, a monicionis huiusmodi tempore computandum, congrua satisfactioue non correxeritis, eo ipso excomounicacionis senteuciam, quam iu vos et in vestrum quemlibet eo casu ferimus iu hiis scriptis, incurratis, et a nemiue preterquam a nobis vel dictis suc-

cessoribus nostris, nisi dumtaxat in mortis articulo, veniatis absolvendi. Mandamus quoque districtius dilectis filiis incolis et habitatoribus prefatis, quatonus vos et quemlibet vestrum tamquam Vicarios et Rectores suos, dicto Vicariatu durante, benigne recipientes et honorifice pertractantes, vobis et cuilibet vestrum tanquam suis Rectoribus et aliis vris officialibus, quos ad Castri, territorii et districtus predictorum regimen duxeritis deputandos, in omnibus, que ad Vicariatus huiusmodi officium pertinent atque spectant, iuxta presentis nostre constitucionis tenorem parere et intendere studeant et efficaciter obedire: Alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleritis in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Vos igitur ex traditis vobis dono celesti virtutibus Castrum, territorium et districtus predicta, ac incolas et habitatores predictos sic in tranquillitate et pacis dulcedine, ac iusticie suavitate fideliter, sollicite et prudenter gubernare et regere studeatis et procuretis, quod incole et habitatores predicti utilibus Rectoribus et gubernatoribus providis gaudeant se commissos, vosque apud deum et homines valeatis exinde merito commendari, ac nostram et ecclesie predicte benedictionem et graciam uberius promereri. Formam antem iuramenti, quod vos et vestrum quilibet racione Vicariatus huiusmodi in manibus nostris, seu Venerabilis fratris nostri Ludovici Episcopi Magalonensis, locumtenentis Venerabilis fratris Francisci Archiepiscopis Narbonensis, Camerarii nostri, per vos et quemlibet vestrum seu procuratorem vestrum ad hoc legitime constitutum, antequam Vicariatum ipsum incipiatis exercere, prestare volumus et teneamini, ut per eam plenius informemini, presentibus inseri fecimus, que sequitur et est talis, videlicet: Nos Franciscus, Carolus et Ursinus de Ursinis domicelli Romani, Castri Bracciani Sutrine diocesis eiusque pertinenciarum, territorii et districtus pro sanctissimo in Christo patre dominoque nostro, domino Martino divina providencia papa V. et eius successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, et Romana ecclesia, ad prefatum dominum nrum, dnum Martinum papam V. et sanctam Romanam ecclesiam spectencium, [pro eisdem] in temporalibus Vicarii generales, promictimus et iuramus, quod ab hac hora inantea fideles et obedientes erimus beato Petro apostolorum Principi ac sacrosancte Romane ecclesie, et eidem domino nostro suisque successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus. Non erimus in consilio, opere vel facto aut consensu, quod dictus dominus noster seu successores sui vitam perdant etc. ut supra pag. 227. usque, Sic nos deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Datum Florencie Kalendis Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXXII.

Capitula et pacta, quibus Tartallia de Lavello cum CCC. lanceis ad stipendia pontificis per annum venire se obligat. *Diversor. Cameral. Tom. XIV. fol. 8.*

In nomine domini, amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo decimo nono, Indictione xii., die xi. mensis Septembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et dni nostri, domini Martini divina providencia pape Quinti, anno secundo.

Infrascripta sunt pacta habita et firmata inter Revmum in Christo patrem dnum Ludovicum dei gratia Episcopum Magalonensem, domini nri pape Vicecamerarium, agentem, stipulantem et recipientem vice et nomine domini nostri pape, sancte Romane ecclesie et Camere apostolice ex parte una, ac egregios et prudentes viros Ser Marcum domini Guidonis de Faventia, et Ser Iacobum quondam Antonii de Urbeveteri, Cancellarios ac procuratores magnifici et strenui viri Tartallie de Lavello, Capitanei trecentarum lancearum, prout de huiusmodi procura constat per publicum instrumentum, rogatum et scriptum per Lazarum Iohannis Ser Mathei civem Tuscanelle, publicum auctoritate alme Urbis Prefecti notarium, die septima mensis presentis, agentes et stipulantes procuratorio nomine, ut supra, tam pro prefato Capitaneo suo proprio nomine, quam nomine et vice et pro parte omnium et singulorum Caporalium et sociorum sub eo conducendorum, pro quibus et quolibet eorum de rato et ratihabicione ipsi procuratores procuratorio nomine ipsius Tartallie Capitanei promiserunt ex parte altera.

In primis dicti Ser Marcus et Ser Iacobus, procuratores dicti Tartallie Capitanei, ut supra, nomine suo proprio, ac omnium et singulorum Caporalium et stipendiariorum usque ad dictum numerum sub eo conducendorum, pro quibus et quolibet eorum de rato et ratihabicione procuratorio nomine ipsius Tartallie Capitanei, ut infra, promiserunt prefato Revmo domino Vicecamerario presenti, recipienti et stipulanti vice et nomine prefatorum domini nostri pape, ecclesie Romane et Camere apostolice, quod ipse Tartallia Capitaneus cum omnibus suis sociis et stipendiariis predictis erit per modos infrascriptos ad servicia, et stipendia prefatorum domini nostri pape, ecclesie Romane et Camere apostolice, et quod durante infrascripta firma tam ipse Tartallia Capitaneus, quam supradicti omnes eius socii atque stipendiarii erunt fideles, reverentes, obedientes et devoti prefatorum domini nostri pape, ecclesie Romane et officialium eorumdem, tamquam veri et fideles stipendiarii esse debent, Et quod, quocienscumque eis fuerit iniunctum per prefatum dominum nostrum papam, aut eius officiales vel eorum alterum, qui sunt vel pro tempore deputabuntur, equitabunt et

guerram facient et pugnabunt cum tota eorum brigbata, supradictis Caporalibus, sociis et stipendiariis simul eciam et divisim, et quocumque casu contra omnem personam, dominum, Universitatem, Communitatem, congeriem gencium, et specialiter contra omnes inimicos, hostes, rebelles, occupatores et detentores bonorum, rerum et iurium dicti domini nostri pape et prefate ecclesie, colligatos, sequaces, complices, fautores et receptatores eorumdem, ac cavalcatas, insidias, curreriae et scortas, necnon custodias diurnas et nocturnas facient cum dictis suis sociis et stipendiariis simul et separatim, tam in campis, quam in terris et ubicumqne eis mandatum fuerit, qnocienscumqne et quandocumqne de dicti domini nostri pape et cuiuslibet eius officialis deputati vel deputandi volnntate et mandato processerit.

Item qnod dictus Tartallie Capitaneus et socii ac stipendiarii, qui sub eo scribentur, erunt bene armuti a capite nsqne ad pedes et cum bonis et snfficientibus equis: piliardi vero erunt armnti cum panzeria, iaccbo pecto et lancea, capello vel bacineto, arco vel balista, cum quibus melins se exercitare scinnt, ct cum bonis et sufficientilms pagbiis et ronzinis: et scribuntur omnes cum nominibus et cognouinibns et locis, nbi oriundi sunt, preter paghios, quos tamen semper secum habere debeant et tenere.

Item in casu qno dictus Tartallia Capitanens cum dictis suis sociis et stipendiariis vel parte eorumdem, vel dicti stipendinrii et socii vel ipsu pars sine dicto Capitaneo darent prelinm alieni Civitatis, Castro, Ville, vel alteri loco, qui caperentur vi armorum, vel inimicis darent conflictum, vel etiam intrarent aliqna Civitatem, Castrum, Rocham, Villam vel locum per tractatum, furtum vel aliqnem alium casum, qnod nec predictus Tartallia Capitanens, neque eius socii et stipendiarii debeant, neqne possint petere neque peti facere pagham duplam, neqne mensem completnm, neqne aliquam aliam provisionem a domino nostro papa, Romana ecclesia et Camera npostolica predictis, vel officialibus eorumdem aliqua racione vel causa, et qnod in nullo casu debeant, neque possint petere neqne habere aliquam emendam equorum vel ronzinorum mortuorum vel perditorum, ant morbo vel vulnere debilitatorum quoquo modo vel casn.

Item in casu quo dominus noster papa, vel eius officiales vellent execucionem facere contra aliquem de terris suis vel amicorum, qnod idem Capitaneus et stipendiarii cum eorum gentibus teneantur ipsam facere, seu fieri facere, et si in ipsa execucione per eosdem doli (?) caperentur homines vel animalia cuiuscumqne generis, vel res seu bona dictorum, contra qnos fit ipsa execucio, teneantur et debeant sine aliquam solucione eis, vel eorum alteri fienda libere predictos homines et animalia, res et bona officialibus domini nostri consignare, et consignari facere ad omnem ipsorum officialium requisicionem et voluntatem, nisi discrecioni ipsorum officialium videretur talibus facientibus execuciones predictas de aliqnibus pecuniis facere provideri expensis eorum, contra quos execuciones fierent.

Item quod predictus Tartallia Capitaneus et alii stipendiarii sui, donec erunt ad servicia dñi nostri pape, ecclesie Romane et Camere apostolice predictorum, non facient, neque tractabunt facere ligham, neqne conventiculum, confederacionem vel societatem aliquam cum aliqua alia gente, cuiuscumqne condicionis fuerit, nec facient aliquas convenciones vel pacta, neqne aliqnid aliud cum aliquo domino seu Communitate vel Universitate, Collegio vel societate aut congerie gencium, eorum dicta firma durante, sine licencia vel volnntate prefati domini nostri pape, vel eius officialium, vel Rectoris provincie, nbi pro tempore eos esse contigerit. Et si quam facient vel fecissent, aut habituri essent vel haberent, habeantur pro non factis et sint nullius valoris: et si factis uterentur vel de novo facerent vel tractarent, incidant ipso facto in penam periurii et fidefragii ac perdicionis armorum, eqnorum et stipendii, qnod iam habuissent, et quod pro se ipso et dicta brighata recipere deberent a Camera apostolica: et exnunc dicti procuratores dicto nomine renunciaverunt omnibus sacramentis et promissionibns per dictum Capitaneum, et dictos eius socios et stipendiarios vel eorum aliqnem factis cum qnibuscumque dominis, Communitatibus, Universitatibus et singularibus personis ante presentem contractum, que contra presencie pacta aliqualiter essent vel venirent, seu aliquo modo venire possent.

Item qnod dictus Tartallia Capitanens et eius stipendiarii, seu eorum aliqui non eqnitabunt, seu equitari facient ad aliquas partes et guerras, cavalcatas seu insidias non facient eciam contra inimicos domini nostri pape et ecclesie prefate, aut eorum terras de die vel de nocte sine speciali licencia et mandato domini nostri pape aut eius officialium, sub pena perdicionis stipendii, equorum et armorum ipsorum et ultra ad arbitrium prefatorum dñorum, vel eorum alterius, et in casu quo in boc, nbi ipsum Tartallium Capitaneum cum dicta brighata vel parte eiusdem esse contigerit, non essent officiales prefatorum dominorum, sit eis licitum equitare contra illos, cum quibus iam guerra esset incepta, donec eis fuisset prohibitum aut aliud datum in mandatis per dictos dominos.

Item qnod dictus Capitaneus cum dicta eius brighata simul et divisim equitabunt ad omnia armorum exercicia, prout eis erit iniunctum, necnon monstram facient armatam vel sine armis, secundum qnod fuerint requisiti, et eis datum in mandatis per officiales prefatorum dominorum, aut alterius

eorum deputatos vel deputandum, dum tamen requirantur per decem dies ante habendo in Camera unam pagham et non ultra, aliter non teneantur. Et in casu quo defectus per dictos officiales reperirentur, valeant pro ipsis defectibus et punctaturis puniri et punctari modis infrascriptis, videlicet si Caporalis vel principalis equus lancee moriretur, et non remissus esset, quod perdat stipendium pro equo quatuor florenos, et pro plato tres et pro ronzino duos florenos, et pro quolibet quovis genere armorum singulariter unum florenum, et sic punctature debeant retineri per officiales dicte Camere apostolice, et de stipendiis eorum defalcari in bulletis, que fient per ipsos officiales: et si monstram facere recusaverint, quandocumque eis fuerit iniunctum, ut prefertur, nullam possent petere pagam seu solucionem eorum gagiorum, et ultra possint puniri arbitrio prefatorum dominorum seu officialium suorum.

Item in casu quo aliqua Civitas, Castrum, Rocha, Villa vel locus vellet per tractatum, vel alio modo venire ad obedienciam dictorum dominorum, quod per dictum Capitaneum vel gentes ipsas nullum damnum inferatur eidem vel habitatoribus eorumdem, neque eis iniuriam inferant vel iacturam.

Item in casu quo dictus Tartallia Capitaneus cum dicta brighata vel eius parte, et dicta brighata siue dicto Capitaneo daret, vel eius pars daret conflictum campestrem inimicis domini nostri et ecclesie predictorum, aut darent bellum alicui Castro, Terre, loco seu Ville, quod vel quas per eorum vim obtinerent, aut facerent cavalcatas, aut alio quoquo modo caperent de gentibus vel animalibus inimicorum eorum, bona mobilia in ipsis forteliciis occupatis per eos existencia dumtaxat sint sua. Si vero aliqua Civitas, Terra vel locus seu Castrum obtineretur vi armorum, quod captivi, spolia et bona mobilia esse debeant dictarum gencium, que personaliter intercessent, personis ecclesiasticis, viduis, pupillis, orphanis et aliis miserabilibus personis et eorum bonis dumtaxat exceptis, que intacta officialibus prefatorum dominorum presentari teneantur per supradictos detentores: locus vero talis debeat libere resignari officialibus et commissariis deputatis vel deputandis ad predicta sine ruina, combustione vel diruptione aliqua fienda, muris, turribus et aliis publicis integre remanentibus. Et in casu quo prefatus dominus noster vel eius officiales deputati vel deputandi vellent dictis gentibus dare pagham duplam, et mensem completum, quod talis locus cum personis, rebus atque bonis mobilibus libere relaxetur sanctitati domini nostri, vel officialibus per eum deputatis vel deputandis custodiendus nomine dicti domini nostri et Romane ecclesie, prout et quemadmodum in similibus consuetum est promitti et servari per alios Romane ecclesie Capitaneos, et quod teneantur quocumque casu ad requisicionem domini nři, aut deputatorum vel deputandorum per eum stare et exire de dicto loco sine illacione alicuius damni, prout prefato domino nostro et deputatis vel deputandis ab eodem videbitur expedire, ita tamen quod possint secum portare spolia, prout supra in primo casu promittitur.

Item in casu quo prefatus dñus Vicecamerarius nomine quo supra dictum Tartalliam Capitaneum cum dicta brigata sua noluerit ad stipendia Sanctissimi dñi nři, et Camere apostolice predicte retinere post dictam firmam, per unum mensem cum dimidio ante finem dicte firme possit, et ei liceat unum vel duos Caporales cum decem vel quindecim equitibus mittere ad procurandum eius fortunam, et pro illo tempore non perdant stipendium, et quod nullo modo vel tempore post dictam firmam possit nec debeat tam in actu stipendii et societatis, quam alio quovis modo esse contra dictum dñum nostrum papam et sanctam Romanam ecclesiam, neque eorum terras vel colligatos. Si vero voluerit ipsum Tartalliam ad predicta servicia retinere, teneatur ei notificare per unum mensem cum dimidio ante finem dicte firme presentis.

Item quod firma predicta Tartallie Capitanei duret et durare debeat per unum annum a die hodierna in antea proxime futurum, et eius stipendium die hodierna incipere debeat, et dominus noster possit mittere eius officiales ad scribendum et bullandum predictas trecentas lanceas, et ad faciendum sibi monstram quandocumque sibi placuerit, dummodo previsus fiat idem Tartallia per decem dies ante, secundum bonam consuetudinem aliis Capitaneis Romane ecclesie alias usitatam.

Item promisit prefatus Tartallia Capitaneus hinc ad quintam decimam diem mensis Octobris proxime futuri libere restituere prefato dño nostro, et in eius manibus et forcia, vel cui mandaverit, terram et Rocham Corneti, et de facto municionis arcis Corneti et Sutri totum libere remittere arbitrio et declaracioni Magnificorum et Nobilium virorum Ranucii de Farnesio et Orlando de Genezano, secundum quorum declaracionem debeat eidem Tartallie satisfieri de municione predicta.

Et econverso Reverendissimus dñus Vicecamerarius nomine et vice, quibus supra, promisit dictis procuratoribus dicto nomine dare, seu dari facere eidem Tartallie seu procuratoribus suis predictis, vel cui mandaverit legitimum mandatum habenti, pro provisione et stipendio unius anni predicti trigintanovem milia florenorum auri de Camera solvendo sibi mensualiter pro rata: ita tamen quod ex nunc habeat pro prestancia duo milia similium florenorum, quos promittit statim dictis procuratoribus dicto nomine facere numerari compensandos et defalcandos sibi in eius provisione et stipendio mensualiter pro rata.

Item promisit idem dominus Viceecamerarius dictis procuratoribus dicto nomine eciam de presenti deponi facere super Banchis, penes aliquos mercatores Florentinos aut Senenses concorditer eligendos, sex milia florenorum auri de Camera cum hoc pacto, quod ipsi depositarii dictos florenos debeant ad omnem requisicionem ipsius Tartallie exbursare eidem, vel cui legitime manduverit, quandocumque citra dictam diem quintam decimam mensis Octobris proxime futuri fecerit liberam restitucionem de prefatis terra et Rocha Corneti in manibus et forcia prefati dñi nostri pape, vel deputandorum ab eo: quos quidem florenos idem Tartallia recipere et habere debeat pro prestanciis compensandos et defalcandos in eius provisione et stipendio mensualiter ut supra.

Item promisit idem dñus Viceecamerarius dictis procuratoribus dicto nomine per litteras apostolicas facere confirmari eidem Tartallio bullam Vicariatus Tuscanelle, Canini, Sipizani et Cincelli, prout iacet in eadem bulla per olim Iohannem XXIII. sic in eius obediencia nominatum sibi concessa. Item promisit eisdem procuratoribus dicto nomine concedere ipsi Tartallie per litteras apostolicas in oportuna forma Vicariatum Castrorum, Terrarum et locorum Montisalti, Abbacie a ponte, Marte, Castelliaraldi, Mussignani, Pianzani, Castelli de Grona et Castelli Cardinalis ad terminum triennii: et in casu quo prefatus dominus noster papa aliquibus aliis Romane ecclesie Vicariis similes Vicariatus ad longiorem terminum prorogavit, similiter sibi facere terminum prorogari.

Item promisit dictis procuratoribus dicto nomine de uberioris dono gracie concedere dicto Tartallie unam bullam ad partem concessionis Vicariatus proxime dicti, a fine trium annorum usque ad beneplacitum Sanctissimi dñi nostri prelibati, de terris supra nominatis: et dicti procuratores dicto nomine promiserunt, quod dictus Tartallia, quecumque alia Castra, Terras et loca tenet seu teneri facit, Romane ecclesie pertinencia prefato dño nostro, vel deputandis ab eo libere restituet et relaxabit, ac eorumdem possessionem vacuam et expeditam dimittet, prout idem dñus noster papa mandoverit, hinc ad quindecim dies proximo futuros.

Item promisit prefatus dñus Viceecamerarius dicto nomine, quod prefatus dominus noster papa fieri faciet eidem Tartallie litteras oportunas super generali remissione omnium processuum, excommunicacionis, penarum et culparum ac delictorum, et omnium pecunie quantitatum per eum usque in presentem diem quomodocumque et qualitercumque exactarum et receptarum a quibuscumque Civitatibus, Terris et locis ac singularibus personis, cuiuscumque status, gradus et condicionis existant, ita quod exinde nullo unquam tempore valeat vexari, turbari, impediri vel aliqualiter molestari, et quod dicta remissio similiter intelligatur pro omnibus personis de familia et comitiva sua.

Item promisit prefatus dñus Viceecamerarius dicto nomine, quod si idem Tartallia licite et iuste habere debuerit aliquas pecunie quantitates ab aliquibus personis, cuiuscumque status, gradus et condicionis existant, prefatus dñus noster in huiusmodi debiti consecucione erit sibi favorabilis et propicius, sibique faciet summariam et expeditam iusticiam ministrari.

Item promisit idem dñus Viceecamerarius dicto nomine, quod prefatus dñus noster faciet generalem remissionem Corneto, ac omnibus Civitatibus, Castris, Terris et locis, que prefato Tartallie adheserunt et per eum tente sunt, de omnibus processibus, excommunicacionibus, penis, censuris et delictis, in quibus exinde quomodolibet incurrissent, ac eciam de omnibus censibus temporis preteriti usque in diem presentem.

Item promisit dictus dominus Viceecamerarius dicto nomine, quod prefatus dñus noster papa per oportunas litteras confirmabit omnia acta et facta per ipsum Tartalliam, aut eius officiales in Civitatibus, Terris et locis, quas et quos usque nunc gubernavit, in quantum alias iuste et rite facta sint.

Item promisit dictus dñus Viceecamerarius dicto nomine, quod prefatus Tartallia omnes bullas et scripturas, quas super premissis omnibus et singulis fieri contigerit a sanctitate dñi nostri, gratis habere debeat.

Item promisit dictus dñus Viceecamerarius dicto nomine, quod idem dñus noster papa contentatur, quod idem Tartallia non subiiciatur alicui alteri Capitaneo vel persone, nisi dñis germanis suis aut alteri eorum, vel nisi legato suo, Cardinali tamen vel prelato, aut vicelegato vel commissario similiter prelato.

Item dicti procuratores predicto nomine promiserunt, quod prefatus Tartallia in terris, quas gubernabit, et ubicumque eum vel dictam eius brighatam residere continget, retinebit stratas securas toto suo posse et bona fide, et quod non derobabit, et non derobari faciet nec permittet: et si quis de dicta sua brighata faceret, puniatur arbitrio domini nostri pape vel officialium suorum de facto, et de stipendio talis derobantis emendentur derobata ad arbitrium dñi nostri pape vel suorum officialium.

Item in casu quo per Cameram apostolicam non fieret dictis Tartallie et brighate solucio provisionis et stipendii predictorum in terminis antedictis, quod ipsi Tartallia et eius socii non possint tamen nec debeant intrare, capere vel occupare aliquam Civitatem, Castrum, Rocham, Villam seu locum prefati domini nostri, ecclesie Romane aut eorum colligatorum, adherencium et sequacium, vel capere seu arrestare aliquem Capitaneum, officia-

lem, hominem, vassallum, fidelem et devotum, animalia, res et bona mobilia et immobilia eorumdem pretextu dictarum pagbarum eis forte alias debitarum, vel aliquo quovis quesito colore nec ipsis, nec alicui predictorum aliqnid damnum inferre sub penis periurii, fidefragii ac perdicionis stipendiorum, que a dicta Camera recipere deberent.

Item in casu quo gentes armorum inimicorum sancte Romane ecclesie, et dicti domini nostri pape caperentur per dictum Capitaneum vel socios eius, quod dictas gentes captivas tractabunt, ut inimici tractant gentes armigeras ecclesie: et si aliquo quovis loco vel casu caperent aliquem dñum Civitatis vel Terre, aut Capitaneum geucium armorum inimicorum domini nostri pape et Romane ecclesie prefatorum, vel eorum alterius, quod teneantur et debeant dictum dñum vel Capitaneum assignare dicto domino nostro, vel officialibus deputatis vel deputandis sine contradictione verborum vel facti, dummodo tamen per dictum dñum nrum papam vel eius officiales solvatur tallia, que iuxta statum dicti domini vel Capitanei et possibilitatem eius imponeretur, vel arbitrio duorum eligendorum per utramque partem dictarum partium debeat imponi et declarari, et in eo casu, quo dicti duo electi non concordarent, eligatur tercius communiter ad dictam talliam imponendam, et quod non debeat ullo modo mori.

Item si aliquis proditor vel rebellis dicti dñi nostri pape vel Romane ecclesie cuiuscumque status, ordinis vel condicionis, tam si sit clericus, quam laicus aut bannitus de terris ecclesie, esset captus ab aliquo dicte brighate, teneantur detentores eorumdem dictos captivos consignare et consignari facere dicto dño nostro, vel eius officiolibus deputatis vel deputandis ad omnem eorum requisicionem, peticionem et mandatum libere et sine contradictione, dummodo tamen solvatur tallia modo quo supra assignota, solvendo redemptionem modo et arbitrio quo supra.

Item liceat eidem Tartallie Capitaneo portare bastonum et stendardum in campo more aliorum Capitaneorum sancte Romane ecclesie, et sociis suis, ubicumque eum esse contigerit, iusticiam ministrare et facere ministrari, sicut eidem videbitur et placuerit.

Item liceat eidem Tartallie Capitaneo in provincia vel territorio, ubicumque presidere contigerit, facere salvum conductum quibuscumque personis, et ad terminum, prout sibi videbitur et placebit, dummodo tamen tales persones non sint rebelles prefati dñi nostri et Romane ecclesie prelibate.

Item cum idem Tartallia Capitaneus pretenderet a Romana ecclesia pro eius stipendiis preteriti temporis restare habere quamplures denariorum quantitates, huius rei deliberacionem sponte et libere dicti procuratores dicto nomine remiserunt in arbitrio et discrecione prefati dñi nostri pape aut deputandorum ab eo.

Item promiserunt dicti procuratores dicto nomine, quod idem Tartallia ad omnem requisicionem domini nostri pape toto posse procurabit, ut Braccius et Fortebracciis ad debitam eiusdem dñi nostri obedienciam se reducat: quo casu promittit prefatus dñus Vicecamerarius dicto nomine, quod idem dños noster ipsum ad eius graciam receptabit, et contentabitur, quod unus eligatur suo et sancte Romane ecclesie nomine, et alius per Braccium, qui habeant declarare de pactis, modis et formis licitis et bonestis, quibus huiusmodi ad graciam reductio effectum debitum sorciatur.

Et eodem instanti predicti Ser Marcus et Ser Iacobus procuratores procuratorio dicti Tartallie Capitanei nomine iuraverunt in animam, et super animam eiusdem in manibus prefati Reverendissimi dñi Vicecamerarii corporaliter ad sancta dei evangelia, manibus per eos tactis sacrosanctis scripturis, quod idem Tartallia Capitaneus predicta omnia et singula attendet et observabit, ac attendi et observari faciet, et non contrafaciet vel veniet aliqua racione vel causa de iure vel de facto sub penis predictis. De quibus omnibus et singulis prefati dñus Vicecamerarius et procuratores voluerunt, quod per me notarium infrascriptum fieret unum vel plura consimilia publica instrumenta, et ad maius robur presencia capitula impressione sigillorum Camerariatus officii et dicti Capitanei sigillata et roborata.

Acta sunt hec in Civitate Florencie in domo fratrum Predicatorum ecclesie S. Marie Novelle, residencie prefati dñi nostri pape, sub Anno, Pontificatu, mense, die et Indictione predictis, presentibus ibidem egregiis et venerabilibus viris Orlando de Genezano, dño Paolo de Crapanica, dñi nostri pape secretario, dño Bartholomeo de Crapanica secretario Illustrissimi dñi Ducis Venusii, et Iacobo Ceri de Alatro provincie Campanie, testibus vocatis et rogatis.

CLXXIII.

Petro et Raynucio de Farneto privilegia et infeudationes confirmantur. *Reg. Tom. I. fol. 172.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis nobilibus viris Petro Petribertoldi et Raynucio de Farneto domicellis Tuscanensis et Castrensis diocesum, sal. etc. Vestre fidelitatis integritas, necnon sincere devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promereotur, ut hiis, que vobis per sedem apostolicam sunt concessa et alias racionabiliter processerunt, adiiciamus apostolici roboris firmitatem. Hinc est, quod nos ex premissis et nonnullis aliis racionabilibus causis ad id animum nostrum moventibus, vestrisque in hac parte supplicacionibus inclinati omnia et singula privilegia, immunitates, exemptiones, infeudaciones et conces-

siooes de quibuscumque Civitatibus, Terris, Castris, Villis, fortiliciis, tenimeotis et locis aliis qoibuscunque vel eorum aliquo, ad nos et eamdem ecclesiam spectantibus et pertinentibus quovismodo, per quoscumque Romanos Pontifices seu pro Romanis Pontificibus io eorum obedienciis habitos et reputatos, eorumque Legatos aut Rectores Provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia, in qua Civitates, Terre et Castra et loca huiusmodi situata fore noscuntur, vobis aut vestrum ulteri indulta aut concessa, sub quacunque expressione vel conceptione verborum appareant, eciam si de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum in presentibus specialis et expressa mencio sit habenda, quatenus rite et provide facta sunt, rata habentes et grata, ea auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus et presentes scripti patrocinio communimus, Constitucionibus et revocacionibus apostolicis de huiusmodi Civitatibus, Castris, Villis, Terris et locis per sedem predictam hactenus forsan factis, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis et communicionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Florencie II. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXXIV.

Iisdem indultum de recuperandis terris ipsis in feudum etc. concessis et ab aliis iniuste invasis conceditur.
Reg. Tom. I. fol. 173.

Martinus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Eximie devocionis affectus, quem dilecti filii nobiles viri Petrus Petribertoldi et Rayooeius de Farneto, domicelli Tuscanensis et Castrensis diocesum, ad nos et Romanum gerunt ecclesiam, non indigne meretur, ut votis eorum, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane peticio pro parte dictorum domicellorum nobis nuper exhibita continebat, quod dudum nonnulli Romani Pontifices, seu pro Romanis Pontificibus in eorum obedienciis reputati, ac apostolice sedis Legati et Rectores Provincie nostre Patrimonii beati Petri io Tuscia quedam Civitatis, Terras, Castra, Villas et loca ad prefatam ecclesiam et ad nos pertineoeia quidam in Vicariatum perpetuum, quidam vero in feudum aot emphiteosim sub certo annuo canone sive censu eisdem domicellis, ut asseritur, concesserunt, quorum quedam per nonnullos illarum parcium dominos et potentes tenentur indebite occupata in grave ipsorum domicellorum preiudicium et gravamen: Quare pro parte dictorum domicellorum oobis fuit humiliter supplicatum, ut eorum statui super biis oportune consulere paterna diligencia curaremus. Nos igitur ex premissis et nonnullis aliis racionabilibus causis ad id animum nostrum moventibus inducti, ac huiusmodi supplicacionibus inclinati auctoritate apostolica decernimus constituentes, quod si qua Civitates, Terre, Castra, Ville, arces seu loca in eadem Provincia, que natureliter aut ex concessionibus seu Vicariatibus per sedem predictam eisdem domicellis, aut ipsorum alteri factis aut concessis ad eos pertinere censeantur, per dilectos filios gentes nostras et eiusdem ecclesie recuperari et acquiri contingat quomodolibet in futurum, absque aliqua contradictione eisdem domicellis restitui debeant et eciam assignari, dummodo restitucio et assignacio huiusmodi in preiudicium Rom. ecclesie non redundent, Mandantes ex nunc omnibus et singulis, qui aliquam vel aliquod ex Civitatibus, Terris, Castris, Villis, arcibus et locis huiusmodi ad dictos domicellos, ut prefertur, legitime pertinentes indebite detinent occupatam vel occupatum, sub censuris et penis ecclesiasticis et contra occupantes res, iura et bona Romane ecclesie a iure vel ab homine, et per processus apostolicos io talia perpetrantes inflictis aut promulgatis, predictis domicellis aut eorum procuratoribus tradant effectualiter et assignent, Non obstantibus constituciooibus et litteris apostolicis, necnon concessionibus et assignacionibus de huiusmodi Civitatibus, Terris, Castris, Villis et locis quibusvis personis per dictam sedem hactenus forsan minus iorisdice factis, eciam si de illis eorumqoe totis tenoribus de verbo ad verbum specialis et expressa mencio habenda foret, ceterisque contrariis quibuscumque, iure tamen cuiuscumque tercii in premissis omnibus semper salvo. Nulli ergo omnino etc. nostre constitucionis et mandati infringere etc. Siquis autem etc. Datum Florencie II. Id. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXXV.

Iacobus Britii constituitur thesaurarius in provinciis Campaniae et Maritimae. *Reg. Tom. I. fol. 163.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Iacobo Britii de Cavis, presbitero Penestrine diocesis, in Provinciis oostris Campanie et Maritime pro nobis et Romana ecclesia Thesaurario, sal. etc. Gerentes in tue fidelitatis et discrecionis industria fiduciam in domioo specialem, ac sperantes, quod ea, que tibi committenda duxerimus, prudenter et fideliter exequeris, te in Provinciis Campanie et Maritime ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus nrum, et pro eadem ecclesiam Thesaurarium cum honoribus, oneribus, emolumentis et salario consuetis, quemcumque alium Thesaurarium apostolica vel alia quavis auctoritate quomodolibet deputatum penitus revocantes et amoventes, tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus: tibi petendi, exigendi et recipiendi oostro et Camere apostolice nomine omnes et singulos fructus, redditus et proventus, censos, obvenciones, penas, coodempnaciones, mulctas, emolumenta et iura ad nos et prefatam Cameram in dictis Pro-

vinciis quomodocumque et qualitercumque spectancia et debita ac debenda vel proveniencie imposterum, necnon qnietandi, liberandi et plenarie absolvendi omnes et singulos incolas et habitatores Provinciarum ipsarum ac alios quoscumque, cuiuscumque condicionis vel status existant, quorum interest vel in futurum intererit, de omnibus et singulis, que receperis ab eisdem vel alio eorumdem, et generaliter omnia et singula, que ad huiusmodi Thesaurarie officium spectant, faciendi, exigendi et plenarie exequendi plenam et liberam concedimus auctoritate presencium facultatem. Volumus autem, quod tibi de huiusmodi consueto salario tibi debendo de pecuniis eiusdem Camere in eisdem Provinciis dumtaxat provenientibus satisfiat, quodque antequam huiusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo in manibus Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nostri, prestes in forma solita iuramentum. Datum Florencie XVII. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXXVI.

Ioanni de Astallis officium thesaurariatus de Urbe confirmatur. *Reg. Tom. I. fol. 162.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Iohanni de Astallis civi Romano, salutem etc. Meretur tue devocionis integritas, quam ad nos et Romanam gessisti et geris ecclesiam, ut invenias nos in tuis commoditatibus liberales, quodque de tuis fide et virtute multiplici, quibus te novimus decorari, summemus in nostris et ipsius ecclesie procurandis negociis fiduciam in domino singularem. Cum itaque, sicut tua nobis nuper exhibita peticio continebat, tu iam per aliquod tempus exercueris officium Thesaurariatus Alme Urbis ex commissionibus atque mandatis dilecti filii magistri Pauli de Iovinacio, apostolice sedis notarii, in Urbe tempore huiusmodi sue commissionis, concessionis et mandati in spiritualibus generalis Vicarii primo, et expost Venerabilis fratris nostri Sancti Episcopi Tiburtini, eciam tempore sue commissionis, concessionis et mandati in eadem Urbe in spiritualibus generalis Vicarii, asserencium se ad hoc facultatem habere, dubitas tamen ipsos ad hoc eamdem facultatem saltim pleoam, ut requiritur, non habuisse, et sic posse racione dicti officii imposterum molestari: Quare nobis humiliter supplicabas, ut superinde providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur premissorum intuitu prefatas commissiones, concessiones et mandata velidas et valido quo ad singulas eorum partes fuisse et esse volumus, decernimus et declaramus, ac si a nobis ipsis emanassent, et ita te potuisse et debuisse ipsum officium et omnia, que ad illud pertinent, valide et rite fecisse et exercuisse ac si nosmet illa tibi commisissemus. Ceterum te in dicta Urbe nostrum et dicte sedis Thesaurarium usque ad nostrum beneplacitum cum salariis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate apostolica tenore presencium constituimus et eciam deputamus, quamcunque alium huiusmodi Thesaurarie officium in dicta Urbe auctoritate qualibet exercentem auctoritate apostolica amoventes. Tibi quoque petendi, exigendi et recipiendi nro et apostolice Camere nomine omnia et singula fructus, redditus, proventus, census, obvenciones, penas, condemnaciones, mulctas, emolumenta et iura, ad nos et prefatam Cameram in dicta Urbe, quomodocumque et qualitercumque spectancia et debita ac debenda, necnon quietandi, liberandi et plenarie absolvendi omnes et singulos cives, incolas et habitatores dicte Urbis et alios quoscumque, cuiusvis condicionis vel status existant, quorum interest vel interit in futurum, de omnibus et singulis, que receperis ab eisdem vel aliquo eorumdem, et generaliter omnia et singula, que ad huiusmodi Thesaurarie officium spectant, faciendi, exercendi et plenarie exequendi, necnon solvendi quascumque pecunias ad manus tuas occasione ipsius officii provenientes vigore mandatorum faciendorum tibi per Sanctum Episcopum, Vicarium supradictum, plenam et liberam concedimus tenore presencium facultatem. Volumus autem, quod antequam ipsum officium incipias exercere, de illo fideliter exercendo in manibus eiusdem Episcopi prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur in huiusmodi officio sic te gerere studeas fideliter et prudenter, quod exinde sperati fructus provenient, tuque peramplius apud nos et sedem predictam valeas propterea non immerito commendari. Datum Florencie VIIII. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXXVII.

Episcopus Aptensis rector provinciae Patrimonii B. Petri in Tuscia et in omnibus eius civitatibus constituitur. *Reg. Tom. I. fol. 174.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Venerabili fratri Constantino Episcopo Aptensi, in nostra Provincia Patrimonii beati Petri in Tuscia et quibuscunque Civitatibus, Terris, Castris, Opidis ac locis eiusdem Provincie, et Comitatibus, territoriis et districtibus eorumdem ad nos et Roman. ecclesiam spectantibus et pertinentibus pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus ac spiritualibus Rectori, salutem etc. Licet de singulis Provinciis, Terris et Civitatibus pleno iure nobis et dicte ecclesie subditis, quantum nobis ex alto permittitur, curam vigilem habeamus: circa statum tamen Provincie nostre Patrimonii b. Petri in Tuscia et quarumcunque Civitatum, Terrarum, Castrorum, Opidorum, locorum, Comitatuum, territoriorum et districtuum ipsius ad nos et prefatam ecclesiam pertinencium reddimur eo atteotiori cura soliciti, quo ipsam maiori affectione prosequimur, velut infra nostra et apostolice sedis brachia constitutam. Cum dudum dilectum filium Franciscum

de Pizolpassis Archipresbiterum Bononiensem in dicta Provincia Vicerectorem constituerimus, idemque Franciscus, ut accepimus, adeo sit infirmitate confractus, quod dictum officium ad presens exercere non possit, ipsaque Provincia presertim attentis casibus occurrentibus celerrime Rectore plurimum indigere noscatur, et cordi geramus, quod in eadem Provincia servetur cultus iusticie, fidei pietas, devocionis integritas ac pacis opulencia vigeant, personam ad horum promocionem utilem illuc decrevimus destinandam, cuius industria sit salubris ad singula propagatrix virtutum et expugnatrix viciorum. De tuis igitur prudencia, industria et fidelitate in magnis atque arduis rebus comprobatis sumentes in domino fiduciam, atque sperantes, quod ea, que tibi duxerimus committenda, divina tibi assistente gracia, secundum desiderium nostrum laudabiliter exequeris, te dicte Provincie Patrimonii ac ipsius Civitatum, Terrarum, Castrorum, Opidorum, locorum ac Comitatuum, territoriorum et districtuum eorumdem, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure pertinencium, pro nobis et prefata ecclesia in spiritualibus et temporalibus Rectorem usque ad nrum et dicte sedis beneplacitum auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, ita tamen quod spiritualem iurisdictionem et fulcimentum dumtaxat temporalis iurisdictionis et non alias valeas exercere, Circumspectioni tue prefatas Provinciam, Civitates, Terras, Castra et loca, necnon Comitatus, territoria et districtus eorumdem, et cives, habitatores et incolas eorum nostro et ecclesie prefate nomine dicto durante beneplacito regendi et gubernandi, ac in eis iurisdictionem plenam et omnimodam exercendi, civiles et criminales causas quascunque per te vel alium seu alios eciam summarie et de plano sine strepito et figura iudicii audiendi, cognoscendi, examinandi, discutiendi, decidendi, ac earum cogniciones, iurisdictiones, examinaciones, discussiones et decisiones alii vel aliis coniunctim vel divisim, generaliter vel specialiter, tam infra terminos tui Rectoratus quam extra illos, et prout tibi videbitur huiusmodi durante officio committendi, et ad te cum placuerit revocandi, ac quascunque sentencias super ipsis latas vel ferendas, execucioni debite demandandi, homagia, hominia, ligia et iuramentum fidelitatis quelibet recipiendi, omnesque et singulos, cuiuscunque excellencie, auctoritatis, nobilitatis, preeminencie, condicionis aut status existant, quos iusticia suadente privandos videris, eos Capitaneatibus, Rectoriis, preeminenciis, statibus, dignitatibus, honoribus, Terris, feudis, retrofeudis, Vicariatibus, officiis, iurisdictionibus, iuribus, rebus et bonis mobilibus et immobilibus quibuscunque privandi, eaque dicte ecclesie apostoliceque Camere confiscandi, applicandi et eciam incorporandi; Universitates vero ac personas singulares dictorum Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum, necnon Comitatuum, territoriorum et districtuum eorumdem delinquentes aut rebelles et indevotos seu aliquos excessus committentes quovismodo, cuiuscunque status, dignitatis aut condicionis fuerint, puniendi, condemnandi ac mulctandi, et super quibuscunque delictis, excessibus, condemnacionibus et mulctis ac penis, preterquam super homicidiis, componendi, et ea ipsis delinquentibus in totum vel in partem remittendi, et ab ipsis penitus liberandi et absolvendi; ac inter quascunque personas, Civitates, Terras, Castra, Opida, loca, Comitatus, territoria et districtus predicta inter se discordantes vel discordancia pacem et concordiam faciendi, et inducias ad tempus, de quo tibi videbitur, indicendi et ad earum observacionem quibuscunque penis et districtionibus compellendi, et quecunque bona mobilia et immobilia ac iura ad Cameram apostolicam pertinencia per quoscunque occupata petendi, exigendi, recuperandi et ad ius et proprietatem ecclesie ac Camere predictarum reducendi, generales eciam et particulares convocaciones dictorum Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum, Comitatuum, territoriorum et districtuum predictorum, ac contra rebelles et hostes eiusdem ecclesie et status dicte Provincie turbatores quoscunque, ex causis quibuscunque et quandocunque tibi videbitur indicendi, faciendi, congregandi et tenendi, ac monstram quarumcunque gencium armigerarum ad nostra et dicte ecclesie stipendia in Rectoratu tibi commisso militancium fieri faciendi et recipiendi, et de deffectibus, prout est fieri consuetum, puniendi, cassandi et remittendi, ac salvum conductum quibuscunque personis, de quibus tibi videbitur, faciendi, Potestates, Capitaneos, Castellanos, stipendiarios, Conestabulos et conductores gencium armatarum tam equitum quam peditum, et alios quoscunque officiales in Provincia, Civitatibus, Terris, Castris, Opidis, locis, Comitatibus, territoriis et districtibus predictis deputandi et removendi, ac quascunque personas Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Opidorum, locorum, Comitatuum, territoriorum et districtuum prefatorum, cuiuscunque status, dignitatis, preheminencie aut condicionis fuerint, nobis et eidem ecclesie indevotas et rebelles, ad graciam et concordiam nostram et dicte ecclesie humiliato spiritu redire volentes, ad huiusmodi graciam et obedienciam admittendi, easque ad famam, honores, status, bona et privilegia et alias ad statum pristinum et integrum restituendi et reducendi, omnesque penas et sentencias, quas propterea quovis modo incurrerunt, eis remittendi et ab eis penitus liberandi, et quecunque alia, que nostrum et dicte ecclesie commodum et honorem, utilitatem atque statum pacificum Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Opidorum, locorum, Comitatuum, territoriorum et districtuum predictorum, ac incola-

rum et civium eorumdem concernere noveris, disponendi, ordinandi, statuendi, precipiendi, corrigendi, puniendi, diffiniendi, faciendi et exequendi, ac alia quecunque que ad huiusmodi Rectorie de consuetudine vel de iure spectant officium, alienacione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium alias per formam commissionis huiusmodi non permissorum tibi penitus interdicta, plenarie in omnibus exercendi, Contradictoresque quoslibet et rebelles, quociens expedierit, spirituali et temporali districtione, appellacione postposita, compescendi, eadem auctoritate plenam et liberam potestatem concedentes. Quocirca dicte Circumspectioni per apostolica scripta mandamus, quatenus huiusmodi Rectorie ac Regiminis onus devote suscipiens, sic illa iuxta datam tibi providenciam studio diligentis solicitudinis prosequaris, quod exinde prefate Romane ecclesie ac Provincie, Civitatibus, Terris, Castris, Opidis, locis, Comitatibus, territoriis districtibus, civibus et incolis supradictis sperata proveniant commoda, tuque preter divine retribucionis mercedem nram et eiusdem sedis graciam uberius consequi merearis. Nos enim processus et sentencias sive penas spirituales et temporales, quos et quas rite feceris, tuleris et statueris in rebelles, ratas habebimus et gratas, easque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam, appellacione remota, inviolabiliter observari, Non obstantibus quibuscunque privilegiis, indulgenciis et litteris apostolicis quibuscunque, cuiuscunque condicionis, ordinis, status vel dignitatis existant, Universitatibus, civibus et incolis Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Opidorum, locorum, Comitatuum, territoriorum et districtuum predictorum ab eadem sede concessis, per que huiusmodi iurisdictionis tue execucio possit quomodolibet impediri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mencio specialis. Ut igitur omnia et singula premissa melius, plenius et utilius valeas exercere, universis et singulis prefatarum Provincie, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Opidorum, locorum, Comitatuum, territoriorum et districtuum eorumdem Rectoribus, Vicerectoribus, Potestatibus, Capitaneis, Officialibus, Thesaurariis, Castellanis, stipendiariis, provisionatis, Universitatibus et singularibus personis, ceterisque nostris et ecclesie prelibate subditis, cuiuscunque status et dignitatis ecclesiastice vel mundane, ordinis vel condicionis existant, in virtute sancte obediencie districte per apostolica scripta mandamus, quatenus te ad huiusmodi officium et eius exercicium recipiant et admittant, ut est moris, ac in omnibus premissis et ceteris ad huiusmodi officium pertinentibus tibi efficaciter pareant et intendant: Alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod eciam antequam huiusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo in manibus Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nři, prestes fidelitatis in forma solita iuramentum. Datum Florencie VII. Idus Octobris, Pont. nři anno secundo.

CLXXVIII.

Carolo et Pandulpho de Malatestis omnes pecuniarum summas, quas de eorum vicariatibus Ariminensi, Cesenate, Faventina etc. camerae apostolicae debebant, pontifex remittit. *Reg. Tom. I. fol. 186.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis Nobilibus viris Carolo domicello et Pandulpho militi quondam Galeocti de Malatestis, in Ariminensi, Cesenate, Faventina et nonnullis aliis Civitatibus, Terris, Castris et locis ad nos et Romanam ecclesiam pertinentibus pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicariis generalibus, salutem etc. Eximie devocionis integritas et vestre fidei plenitudo sincereque devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promerentur, ut illa vobis ex dono munificencie sedis apostolice liberaliter concedamus, que vestris commoditatibus fore conspicimus oportuna. Hinc est, quod nos volentes personas vestras et earum merita et virtutes paterna dilectione complecti, easque prosequi specialibus graciis et favoribus, premissorum consideracione et nonnullis aliis racionabilibus causis ad hoc animum nostrum moventibus, ac vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, vobis et vestrum cuilibet omnes et singulas florenorum et pecuniarum summas, in quibus nobis, prefate ecclesie apostoliceque Camere pro preteritis temporibus, usque in presentem diem tam pro censibus racione Ariminensis, Faventine, Cesenatis et nonnullarum aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum, in quibus per sedem predictam in temporalibus Vicarii generales deputati fuistis, prout per nos estis eciam de presenti, debitis quovismodo, quam eciam pro aliis quibuscunque subsidiis per predecessores nostros Romanos Pontifices, seu pro Romanis Pontificibus in eorum obedienciis habitos et reputatos, ac eciam Legatos sedis eiusdem impositis hactenus obligati essetis quomodolibet vel astricti, ad quamcunque summam seu quantitatem ascendant, quam hic haberi volumus pro expressa et specifice declarata, de dicte sedis dono et munificencia speciali auctoritate apostolica tenore presencium plenarie remittimus, concedimus et donamus, vosque et vřum quemlibet ab huiusmodi censuum et subsidiorum solucione seu prestacione nobis, ecclesie Camereque prefatis propterea faciendis auctoritate prefata quitamus, absolvimus et perpetuo liberamus, ac liberos esse decrevimus et immunes: ita quod de cetero premissorum omnium aut dependencium ab eisdem

communiter vel divisim vos, aut vestrum alter ad aliquid dandum, solvendum seu subeundum nobis, ecclesie et Camere prefatis in genere vel specie per aliquos officiales seu magistratus nostros, ipsius ecclesie vel gentes eiusdem Camere, aut quoscunque alios, quocunque officio vel arbitrio perfruantur, directe vel indirecte aut quovis colore quesito compelli non possitis seu eciam molestari, Volentes eciam, quod ad vestram et cuiuslibet pro vobis petentis instanciam de quibuscunque libris atque regestris, in quibus et tam in prefata Camera quam aliis locis pro debitoribus nostris et ipsius ecclesie inscripti essetis, huiusmodi census et pecuniarum summe per illos, ad quos id racione sui officii quomodolibet pertinebit, cassari et annullari debeant ac protinus aboleri, quos eciam nos pro cassis, abolitis et annullatis ab omnibus perinde haberi volumus et censeri, ac si in eisdem libris et regestris descripti seu annotati nullatenus apparerent, irritum et inane decernentes exnunc quicquid in contrarium attemptatum fuerit in premissis aut aliquo premissorum, Constitucionibus apostolicis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre remissionis, concessionis, donacionis, quictacionis, absolucionis, liberacionis, decreti, voluntatis et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Florencie XIIII. Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CLXXIX.

Bartholus Salvi de Plumbino generalis officialis et gabellarius omnium gabellarum Viterbiensium constituitur. *Reg. Tom. I. fol. 203.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Bartolo Salvi de Plumbino layco Massane diocesis, salutem etc. Sincere devocionis integritas, qua nos et ecclesiam Romanam revereris, necnon alia multiplicia virtutum dona, quibus personam tuam novimus insignitam, nos inducunt et excitant, ut te condignis prosequamur honoribus, et negociis publicis statum prefate ecclesie atque nostrum concernentibus deputemus. Sperantes itaque, ut ea, que tibi committenda duxerimus, fideliter et solicite exequeris, te generalem officialem et gabellarium omnium gabellarum et generalis gabellariatus Civitatis nostre Viterbiensis, ad nos et Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, pro semestri incipiendo III. Kalendas mensis Marcii proxime futuri et ut sequitur finiendo, cum officialibus, familia, salario, emolumentis, auctoritatibus, preheminenciis, bailliis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate apostolica presencium tenore ordinamus, constituimus et eciam deputamus, tibi mandandi, corrigendi, faciendi et exercendi omnia et singula, que ad huiusmodi generalis gabellariatus officium spectant tam de consuetudine quam de iure, concedentes plenam et liberam potestatem, ac mandantes dilectis filiis Rectori ac Prioribus populi Civitatis predicte, et aliis quorum interest, quatenus te ad huiusmodi gabellariatus officium eiusque liberum exercicium recipiant et admittant, ac recipi et admitti et de salariis, provisionibus et gagiis debitis et consuetis satisfieri faciant, ut est moris. Volumus autem, quod antequam officium ipsum incipias exercere, in manibus Venerabilis fratris Ludovici Epi Magolonensis, Vicecamerarii nostri, de ipso officio fideliter exercendo et alias debite fidelitatis prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur dictum officium sic fideliter et solicite studeas exercere, quod ex virtuosis tuis operibus sperati fructus, divina gracia tibi suffragante, proveniant, nostramque et apostolice sedis benedictionem et graciam consequi uberius merearis. Datum Florencie III. Kalendas Februarii, Pont. nostri anno tercio.

CLXXX.

Nicolao de Mundis de Genezano castellanus arcis Narniensis constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 8.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Cole Antonii de Mundis de Genezano domicello Penestrine diocesis, in arce civitatis nostre Narniensis pro nobis et Romana ecclesia Castellano, salutem etc. De tue nobilitatis, fidelitatis et devocionis integritate et sinceritate in arduis nostris, et Romane ecclesie diucius comprobatis sumentes in altissimo fiduciam specialem, quod ea, que eidem tue nobilitati committenda duximus, exequeris fideliter et prudenter. Hinc est, quod nos premissorum intuitu te Castellanum arcis nre Narniensis cum officio, honoribus et oneribus consuetis, necnon provisione et salario declarandis per dilectos filios gentes Camere apostolice usque ad nostrum beneplacitum facimus, constituimus ac etiam deputamus tibi nichilominus dicto nostro durante beneplacito omnia et singula gerendi, exercendi et exequendi, que ad dictum Castellanie officium spectare noscuntur de approbata consuetudine vel de iure, ac percipiendi pro provisione et salario tuis et famulorum tuorum illam quantitatem florenorum seu pecunie ex introitibus prefate Civitatis, et aliis quibuscumque ad Romanam ecclesiam spectantibus, prout et quemadmodum per predictas gentes extiterit declaratum, plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, Mandantes ex nunc dilectis filiis, ad quos solucio provisionis salariique huiusmodi spectabit seu pertinebit, quatenus iuxta formam declaracionis huiusmodi tibi, vel procuratori tuo ad hoc a te speciale mandatum habenti, de provisione et salario prefatis pro te ac sociis et familiaribus tuis absque alio mandato de quibuscunque pecuniis ad nos, et ipsam ecclesiam spectantibus solvere et satisfacere dicto durante beneplacito non postponant. Volumus autem, quod antequam huiusmodi Castel-

lanie officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo et alias fidelitatis debito in manibus nostris, seu Vicecamerarii nostri prestes in forma solita iuramentum, quodque de munitionibus, que tibi fuerint consignate, vel alias receperis pro defensione et manutentione dicte arcis, confici facias inventarium in forma publici documenti, quod ad Cameram prefatam quantocius destinare procures. Datum Florencie vi. Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno tercio.

CLXXXI.

Francisco de Pizolpassis, ut a Braccio de Fortebrachiis possessionem certarum civitatum in provincia Patrimonii nomine ecclesiae recipiat. *Reg. Tom. II. fol. 4.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Magistro Francisco de Pizolpassis Archipresbitero Bononiensi, decretorum doctori, apostolice Camere Clerico, ac in nonnullis nostris et ecclesie Romane Civitatibus, Terris et locis pro nobis et eadem ecclesia Vicerectori, salutem etc. Ex certis rationabilibus causis animum nostrum moventibus commissioni per nos de recipiendis Civitatibus Urbevetana, Narniensi et Interamnensi, ac certis aliis Terris, Castris et locis nostris tunc expressis, et eorum possessione restituendis nobis et Romane ecclesie per dilectum filium nobilem virum Brachium de Fortebrachiis, Comitem Montoni, nuper tibi facte adiungimus et adiicimus per presentes, quod a dicto Brachio vel alio pro eo consignante possessionem vacuam, liberam et expeditam Civitatis nře Ortane, in provincia nostra Patrimonii beati Petri in Tuscie situate, cum eius Comitatu, forteliciis, territorio, districtu, Castris, pontibus et aliis locis pro nobis et eadem ecclesia recipere possis et debeas cum munitionibus etiam, de quibus tibi videbitur, illis modis, formis et conditionibus, prout et sicut tibi competit de dictis Civitatibus necnon Castris, forteliciis et locis, in nostris aliis desuper confectis litteris potes et debes, super quibus et dependentibus ac connexis tibi plenam et liberam concedimus tenore presentium facultatem, ratum et gratum habituri, quicquid egeris in premissis, idque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Florencie v. Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno tercio.

CLXXXII.

Ugolinus comes de Planano castellanus castri S. Angeli de Urbe constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 5.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Ugolino Comiti de Planano nři Castri Crescencii alias S. Angeli de Urbe Castellano et familiari nostro, salutem etc. Inter varia Terrarum ecclesie Romane officia, que pro meritis et sufficiencia personarum Romanus pontifex conferre consuevit, officium Castellanatus dicti Castri precipuum et singulare membrum esse dinoscitur: et quo plura ipsi onera ac solicitudines incumbunt, eo propensiori studio vigilamus, ut ex multis aliquis vite integritate ac virtutis constancia prestans ad ipsum officium admittatur. Nos itaque devotionem tuam erga nos et Romanam ecclesiam longa rerum experiencia comprobatam paterno caritatis affectu recensentes, nec pretereuntes fidei tue puritatem ac vite mundiciam precipuamque animi fortitudinem, et magnarum rerum experienciam clarum tui testimonii perhibentes, ac volentes dicto Castro de Castellano et Custode secundum cor nostrum ydoneum salubriter providere, te in Castellanum et Custodem ipsius Castri cum familia, salario, honoribus et oneribus ac emolumentis per Venerabilem fratrem nostrum Ludovicum Episcopum Magalonensem, Vicecamerarium nostrum, deputandis vel declarandis usque ad nostrum et apostolice beneplacitum tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi omnia faciendi, gerendi et exercendi, que ad bonam dicti Castri custodiam profuturam cognoveris, et que ad huiusmodi officium pertinent, huiusmodi nostro et dicte sedis beneplacito durante facultatem plenam et liberam concedentes. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, in manibus nřis aut prefati Vicecamerarii nostri prestes in forma debita iuramentum. Tu igitur officium hoc prompta devotione suscipiens, sic illud prudenter ac fideliter et solerter studeas exercere, quod nos Castrum ipsum Castellano provido commissum esse gaudeamus, tuque apud nos et prefatam sedem venias non immerito commendandus. Datum Florencie iii. Kalendas Marcii, Pont. nři anno tercio.

CLXXXIII.

Braccio de Fortebrachiis vicariatus nonnullarum civitatum et terrarum in ducatu Spoletano, in Marchia Anconitana, in comitatu Perusino etc. sub annuo censu vii. flor. conceditur. *Reg. Tom. II. fol. 82—106.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Braccio de Fortebracciis Comiti Montoni, salutem etc. Dum nobilitatem generis ac fidelia opera et servicia gesta tua, que hactenus, dum essemus in minoribus constituti, pro statu et honore Romane ecclesie laudabiliter gessisti, et pro nobis et eadem ecclesia similia et maiora te, prout nobis fide prestita obtulisti, futuris temporibus gesturum confidimus, attenta meditatione pensamus, ad ea agenda merito inducimur, que tibi et statui tuo oportuna et accommoda fore noscuntur. Cum itaque hodie tibi ob huiusmodi tuorum exigenciam meritorum Vicariatum, regimen et administrationem Terrarum Gualdi, Cannarie et Spelli Nocerine, Assisinatis et Spoletane diocesum, eorumque pertinenciarum et districtuum in temporalibus usque ad triennium proximum futurum cum annuorum

censuum solutionibus, ac sub certis modis et conditionibus concedere intendamus: Nos volentes te graciosis et oportunis favoribus prosequi, tuis supplicationibus inclinati omnem et quamcunque concessionem seu concessiones imperpetuum, vel ad certum tempus cuicunque seu quibuscunque persone vel cuiuscunque conditionis, status vel preeminencie, aut Universitati seu Universitatibus quocunque titulo, ac sub quacunque forma vel conceptione verborum per predecessores nřos Romanos pontifices, aut pro Romanis pontificibus in eorum obedienciis habitos, de dictis Terris eorumque pertinenciis et districtibus quomodolibet hactenus factas, quas de verbo ad verbum haberi volumus presentibus pro expressis et declaratis, tenore presentium auctoritate apostolica revocamus, ac viribus evacuamus nulliusque volumus existere firmitatis, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre revocationis, evacuationis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Siquis etc. Datum Florencie III. Kalendas Marcii, Pont. nři anno tercio.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Braccio de Fortebracciis Comiti Montoni, in Civitate Perusina eiusque Comitatu, Territorio, districtu, iuribus et pertinenciis ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Gubernatori generali, salutem etc. Inter curas etc. Datum ut supra.

Martinus episcopus etc. Eidem, in Civitate Tudertina eiusque Comitatu, Territorio, districtu, iuribus et pertinenciis, exceptis Castris Baschi, Montechii, Masse Carvani, Tbevaglie, Civitelle, Masse Podii, Vardere, Melezellis, Toscolani, Sancte Restitute, Camorate, Mazzanellis Montis, et Fortaliciis Ugolini et Henrici Angeli et Montisvolparii, nisi aliter duxerimus providendum, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus, pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Inter curas etc. Datum ut supra.

Martinus episcopus etc. Eidem, in Civitate Esina, Terra Roccbecontrate ac Castris Montisbodii et Staffili Senogaliensis et Esine diocesum, eorumque Comitatu, territoriis, districtibus, iuribus et pertinenciis ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus, pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Gubernatori, salutem etc. Inter curas multiplices etc. Datum ut supra.

Martinus episcopus etc. Eidem, in Terris Gualdi, Cannarie et Spelli, ac Castris Cese, Porcarie, Macerini et Aquepalombe Nucerine, Assisinatis et Spoletane diocesum, eorumque territoriis etc. in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Inter curas etc. Datum ut supra.

Martinus episcopus etc. Eidem, in Castro S. Gemini Narniensis diocesis, ipsiusque Castri territorio etc. Vicario generali, salutem etc. Inter curas etc. Datum ut supra.

Martinus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Cum hodie dilectum filium Nobilem virum Braccium de Fortebracciis Comitem Montoni, in Perusina et Exina Civitatibus, ac Terra Rocche Contrate, Castrisque Montisbodii et Staffili Senogaliensis et Exina diocesum Gubernatorem, necnon in Civitate Tudertina, exceptis nonnullis Castris et fortelliciis Comitatus eius, et in Terris Gualdi, Cannaria et Spelli, ac Castris Sanctigemini, Cese, Porcarie, Macerini et Aquepalombe Nucerine, Assisinatis, Narniensis et Spoletane diocesum, eorumque Civitatibus, Territoriis, districtibus, iuribus et pertinenciis, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectantibus et pertinentibus, in temporalibus Vicarium generalem auctoritate apostolica usque ad triennium fecerimus, constituerimus et eciam deputaverimus, sibiqua Civitatum, Terrarum, Castrorum, Comitatuum, Territoriorum, districtuum, iuriumque et pertinenciarum predictorum, civiumque, incolarum et habitatorum eorum gubernationem, Vicariatum, regimen et administrationem in eisdem temporalibus dicto triennio durante, et ipso Braccio in obediencia et fidelitate nostra, et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium et dicte ecclesie persistente, concesserimus, ut aliis nostris superinde confectis litteris plenarie continetur, ex certis rationabilibus causis moti censum in eisdem litteris per eundem Braccium singulis annis solvendum declarari non fecimus: Nos igitur ad declarationem census huiusmodi procedentes, volumus et presentium tenore auctoritate predicta declaramus ac decernimus, quod idem Braccius pro censu et nomine census omnium Civitatum, Terrarum et Castrorum supranominatorum, Comitatuum, Territoriorum, districtuum, iurium et pertinenciarum eorumdem annuis singulis, gubernationibus et Vicariatibus huiusmodi durantibus, quinque milia florenorum auri de Camera nobis vel successoribus, et ecclesie predictis seu Camere apostolice in Romana Curia, ubicumque fuerit, eiusdem Braccii sumptibus, periculis et casibus in festo Apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii cum modis et conditionibus in predictis nostris litteris comprehensis dare, solvere et assignare teneatur, irritum et inane censentes, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, declarationis et constitutionis infringere etc. Si quis etc. Datum Florencie etc. ut supra.

CLXXXIV.

Pontifex confirmat statuta, quae Braccius de Fortebrachiis in nonnullis civitatibus et terris ecclesiae ediderat.
Reg. Tom. II. fol. 106.

Martinus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Apostolice sedis circumspecta benignitas

ad ea libenter intendit, per que inter et presertim ecclesie Romane subditos pacis conservetur amenitas, et occasiones litium amputentur. Cum dudom, procurante humani generis inimico, in provinciis nřis Marchie Anconitane, Spoletani Ducatus, Patrimonii beati Petri in Tuscia, Terris specialis commissionis ac Arnulphorum, ac aliis nonnullis partibus guerre, novitates maxime ac rebelliones exorte fuissent, dilectus filius Nobilis vir Braccius de Fortebracciis, Comes Montoni, Civitates nřas Perusinam, Assisinatem, Tudertinam, Urbevetanam, Ortanam, Exinum, Narniensem et Interamnensem, nec non Terras Gualdi, Cannarie et Spelli, ac Castra Cese, Porcarie, Macerini, Aquepalombe, Sanctigemini, Calvi, Utriculi, Collissciplonis et Magliani, Terranique Rocche Contrate, et Castra Montisbodii et Staffili Nucerine, Assisinatis, Spoletane, Narniensis, Sabinensis, Senigaliensis et Exine diocesum, ac quedam Castra et loca Comitatus Civitatis Spoletane, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectancia et pertinencia, occupaverit et ad manus suos receperit, illasque et illa aliquandiu detinuerit, ac in Civitatibus, Terris et Castris huiusmodi ipsorumque Comitatibus, pertinenciis et districtibus nonnullos officiales deputaverit et posuerit, ac nonnulla per eum decreta, statuta, ordinata et facta fuerint, et per diffinitivas senteneias execucioni demandata, prefatusque Braccius Civitates, Terras et Castra, huiusmodi eorumque Comitatus, pertinencias et districtus nobis et eidem ecclesie in nostra presencia personaliter constitutus libere restituerit ac resignaverit, dubiteturque super depotacionibus et posicionibus, decretis, statutis et sentenciis huiusmodi, ac ipsorum occasione inter cives, incolas et habitatores Civitatum, Terrarum et Castrorum, Comitatuum, pertinenciarum et districtuum predictorum lites, controversias et scandala posse in futurum verisimiliter exoriri: Nos qui, sicut pastorali officio nobis iniuncto ex debito apostolice servitutis incumbit, libenter scandalis obiviamus, et occasiones, labores et sumptus litium, quantum cum deo possumus, amputamus ac removemus, omnia et singula, que per dictum Braccium in supradictis Civitatibus, Terris et Castris eorumque Comitatibus, pertinenciis et districtibus et quolibet eorum decreta, statuta, ac per dictos officiales ordinata, diffinita et execucioni demandata, acta et gesta sunt, omniaque et singula inde secuta in iudicio vel extra, ita quod ex defectu potestatis infringi non possint, tenore presencium auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis et communicionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei etc. se noverit incursurum. Datum Florencie IIII. Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno tercio.

CLXXXV.

Episcopo Montisflasconis, ut castrum S. Angeli de Urbe et inventario confecto eius munitiones bellicas Ugolino castellano tradat. *Reg. Tom. II. fol. 5.*

Martinus episcopus etc. Venerabili fratri Episcopo Montisflasconis, salutem etc. Cum dilectum filium Nobilem virum Ugolinum Comitem de Planano, familiarem nřum, Castellanum Castri Crescencii alias sancti Angeli de Urbe fecerimus, constituerimus et deputaverimus, quemadmodum in litteris inde confectis plenius continetur: volumus, ut eidem Ugolino Castrum prefatum atque omnem municionem et eciam instrumenta bellica ad defensionem ipsius Castri pertinencia, rebus prius per inventarium annotatis, secundum formam Castrorum assignandorum consuetam assignes, ipsumque inventarium subito ad nos transmittere procures. Datum Florencie III. Kal. Marcii, Pont. nostri anno tercio.

CLXXXVI.

Capitula, quae camerarius pontificis cum castellano castri Suriani, ne terras ecclesiae etc. offendat, inivit. *Diversor. Cameral. Tom. XIV. fol. 26.*

In nomine domini, amen. Anno a Nativitate eiusdem MCCCCXX. Indictione terciadecima, die penultima mensis Februarii, Pontificatus vero Sȯȯi in Christo patris et domini nostri, dñi Martini divina providencia pape Quinti anno tercio.

Infrascripta sunt capitula pactorum, actorum, factorum, firmatorum et conclusorum per et inter Reverendum in Christo patrem, dñum Ludovicum dei gracia Episcopum Magalonensem, domini nři pape Vicecamerarium, agentem, recipientem et promittentem nomine eiusdem dñi nostri, ecclesie Romane et Camere apostolice ex una parte, et nobilem virum Barascum de Ruppe domicellum Sancti Flori diocesis, nuncium et procuratorem Magnifici viri Iohannis dñi de Magnomonte Castri Suriani Ortane diocesis Castellani, agentem et promittentem nomine eiusdem Castellani, pro quo eciam de ratihabicione promisit ex altera parte.

In primis promisit idem Barascus dicto et suo proprio nominibus, quod durante tempore infrascripto dictus Castellanus de contentis in presentibus capitulis omnino tacitus et contentus existens non faciet guerram, iniuriam, molestiam vel offensam aliquam per se vel alium seu alios prefatis domino nostro, ecclesie Romane et Camere apostolice, aut eorum terris et subditis, amicis et benivolis aut aliis quibusvis personis ad Urbem vel alias eorumdem terras et dominia accedentibus quoquomodo vel quesito colore, nisi alias essent sui inimici aut prefatis domino nostro et ecclesie rebelles et indevoti.

Item quod idem Castellanus et sui habebunt et reputabunt omnes inimicos prefatorum domini nostri et ecclesie pro inimicis, et sic eos tractabunt et tractari facient in omnibus.

Item qnod huiusmodi firma et tempore durante idem Castellanus a prefato domino nostro, seu eius Camera predicta pecunias quasvis sibi quacumque causa, occasione vel racione per Cameram ipsam usqne in presentem diem debitas non petet, nec peti faciet aut exigi directe vel indirecte quovis qnesito colore: et quod omnes et singulos predictos tam subditos, amicos et benivolos prefatorum domini nostri et Romane ecclesie, quam ad Romanam curiam seu terras ecclesie accedentes graciose et amicabiliter tractabit, eisqne favebit et assistet auxiliis, consiliis et favoribus oportunis. Et predicta omnia et singula prefatus Barascus tam nomine dicti Castellani, quam suo proprio, quia eius mandatum sufficiens non est, facere et attendere convenit et promisit, ac ad sancta dei evangelia per ipsum gratis tacta iuravit, sub dicti Castellani suorumque bonorum quorumcumqne mobilium et immobilium presencium et futurorum ypotheca et obligacione, ac sub omni iuris et facti renunciacione, et promisit ad Cameram apostolicam mittere mandatum sufficiens prefati Castellani ratihabicionis infra dies quadraginta proxime futuros.

Et econverso prefatus dñus Vicecamerarius promisit dicto Castellano dari facere et assignari per infrascriptos provisionem, ad computum florenorum auri de Camera, Milleoctingentorum in anno, incepturam die primo mensis Marcii presentis et usqne ad beneplacitum prefati dñi nostri pape duraturam, et per eosdem infrascriptos de tribus in tribus mensibus, videlicet in Maii proxime venturi quartam, in Augusti quartam, in Novembris aliam quartam, et in Februarii mensibus inde secuturis restantem quartam partes summe predicte, iuxta ratam seu quotam quemlibet ipsorum tangentem et post nomina cuiuslibet ipsorum denotatam, eidem Castellano vel suis in dicto Castro persolvendam et integraliter assignandam.

Nomina vero et cognomina illorum, qni solvere debent, sunt hec, videlicet: Nobilis Comes Nicolaus Ildebrandiscus pro terris et subditis suis florenos nonaginta, Carolus de Ursinis flor. nonaginta, Iacobus de Colampna flor. triginta, Baptista de Sabellis flor. centum, Poncelus de Ursinis flor. viginti, Gentilis de Ursinis flor. triginta, Filii Iacobi de Ursinis flor. quadraginta, Comes Eversus et frater eius de Anguillaria flor. nunaginta, Comes Iohannes et nepote de Crapalica flor. centum, Prefectus Urbis flor. centum triginta, Buxius de Cervetre flor. triginta, Dñus de Monterano flor. quindecim, Massaricius de Soma fl. triginta, Hugolinus de Alvano flor. viginti, Ulixes de Ursinis flor. sexaginta, Iohannes Laurencius de Montecalvello flor. decem, Petrus Maricus et Nerius Baglionenses flor. triginta, Lucas (de) Monaldeschis flor. quinquaginta, Monaldus de Ripabella flor. viginti, Ursus de Ursinis floren. centum, Abbacia Farfensis pro terris et subditis Monasterii flor. centum viginti, Dñus Raynaldus de Riatis flor. centum, Dñus Iohannes et Bertoldus de Ursinis flor. triginta, Baptista de de Romagna flor. viginti, Filius Cecchi de ..... flor. viginti, Franciscus de Sabellis flor. vigintiquinque, Filius Pauli de Ursinis flor. triginta, Maglianum flor. sexaginta, Barbaranum flor. quadraginta, Viturquianum flor. viginti.

Rector Patrimonii imponet terris dicti Patrimonii summam ducentorum quinquaginta florenorum, quam solvi faciet dicto Castellano in quatuor solucionibus sicut alii.

Et ad maius robur firmitatis presentia capitula fuerunt sigillorum Camerariatus officii, quo prefatus dominus Vicecamerarius utitur, et predicti Baraschi impressione munita.

Die XV. Aprilis MCCCCXX. prefatus Castellanus Suriani misit instrumentum sufficiens ratihabicionis, rogatum et scriptum per Augustinum Blasii de Castro Corclani Civitatis Castellane diocesis, publicum apostolica et Imperiali auctoritatibus notarium, die XVIII. Marcii proxime preteriti, scilicet anni presentis MCCCCXX.

CLXXXVII.

Bartholus Geri mercator Florentinus commissarius et officialis super salaria et tracta grani terrae Corneti constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 15.*

MARTINUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Barth olo civi et mercatori Florentino, super salaria et tracta grani terre nostre Corneti Tuscanensis diocesis Romane ecclesie immediate subiecte pro nobis et apostolica Camera Commissario et officiali, salutem etc. Dum intuitum nostre consideracionis attendimus et attenta meditacione pensamus, quot post exortum scisma apostolica Camera propter nonnullas distractiones et alienaciones factas de regalibus S. Petri per illos, qui in eorum obedienciis pro Romanis Pontificibus se gesserunt, iacturas et detrimenta subiverit, dignum censemus et debitum, ut illius occurramus dispendiis et indemnitatibus consulamus. Hodie siquidem ad reductionem et salubèrrimam reformacionem salarie et tracte grani terre nostre Corneti Tuscanensis diocesis, eidem ecclesie immediate subiecte, paterna dilectione vigilantes, et attendentes, quod ipsa salaria et tracta grani tempore prefati scismatis per nonnullas personas sub variis titulis et coloribus indebite detenta extiterant, et districte omnia et singula concessiones, assignaciones, alienaciones, distractiones pariter et indulta quibusvis personis, seu eciam Universitatibus, Collegiis aut dominiis temporalibus, cuiuscumque preeminencie, status vel condicionis existerent, in genere vel specie super salaria et tracta predictis ad nos Cameramque prefatam spectantibus et pertinentibus per reputatos pro Romanis Pontificibus, aut nos seu auctoritate nostra imperpetuum

vel ad tempus certum a tempore felicis recordacionis Gregorii pape XI., predecessoris nři, usque in presentem diem facta seu concessa, nec non litteras, privilegia, instrumenta desuper confecta auctoritate apostolica ex certa sciencia revocavimus, annullavimus et irritavimus, nulliusque fore decrevimus firmitatis, et nichilominus salariam et tractam grani predicte terre Corneti ad nos Cameramque prefatam eadem auctoritate reduximus, illasque disposicioni nostre specialiter reservavimus. Nos igitur cupientes de administratore ipsarum salarie et tracte grani secundum cor nostrum utili et ydoneo, qui eas in suis proventibus salubriter dirigat et reformet, easque in statu debito pro nřa et eiusdem Camera publica commoditate manuteneat et conservet, prout expedire cognoscimus, providere, ac de tue circumspectionis industria, experiencia in agendis, fidelitatis integritate aliisque persone tue probitatis ac virtutis meritis, quibus eam fidedignorum testimoniis fore percipimus insignitam, sumentes in altissimo fiduciam specialem, quod ea, que tibi committenda duxerimus, exacta diligencia exequeris, te super salaria et tracta grani predictis pro nobis Cameraque prefata Commissarium et officialem generalem cum potestate, arbitrio et facultate aliis Commissariis et officialibus, qui ibidem hactenus deputati fuerunt, concessis pariter et indultis, usque ad biennium inchoandum die quarta decima mensis Marcii presentis et ut sequitur finiendum, et a fine ipsius bienni usque ad beneplacitum nostrum auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, Tibi nichilominus omnia et singula, que alii Commissarii et officiales dictarum salarie et tracte grani ibidem pro tempore deputati facere consueverunt, seu potuerunt de consuetudine vel de iure, ipsasque salariam et tractam grani, prout tue discrecioni videbitur, reformandi et in statum prosperum reducendi, salque prefate salarie ad quascumque Civitates, Terras, Castra et loca Provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia adducendi et conduci faciendi, et exinde, quando tibi videbitur, extrahendi et ad alia loca mittendi, ponendi et vendendi, absque eo quod pro daciis vel gabellis aliquid solvere tenearis, mandandi quoque ac eciam inhibendi dilectis filiis Universitatibus, Communitatibus et singularibus quibuscumque personis provincie predicte et aliis circumstantibus, que a dicta terra nostra Corneti sal accipere consueverunt, ac eciam que non consueverunt, si tamen ab Urbe nostra sal ipsum non accipiunt, quatenus a nullis aliis officialibus seu personis vel magistratibus preterquam a te Commissario et officiale nostro et prefate Camere, vel ab illis, quos ad huiusmodi exercicium duxeris deputandos, pro nsn suo recipere vel emere quavis occasione presumant; et quod nullam quantitatem alicuius grani sine tua licencia, et nisi solutis daciis ordinatis de dicta terra Corneti extrahere possint vel quoquomodo presumant, quam tamen licenciam nolumus per te cuiquam exhiberi sine expresso consensu nostro vel Camerarii nostri aut eius Vicesgerentis; puniri quoque et corrigi faciendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, per Rectorem seu Thesaurarium dicte provincie pro tempore existentem, vel eius officiales ad hoc deputatos vel deputandos quascumque personas circa salariam et tractam huiusmodi salis et grani dolum, fraudem vel maliciam committentes, quas in crimine manifeste fraudis deprehenderis aut a te deputandi deprehenderunt, et generaliter omnia alia et singula per te vel alium ydoneum faciendi, disponendi, ordinandi et exequendi, que circa officium et exercicium liberum huiusmodi nře commissionis utilia vel necessaria fore cognoveris seu quomodolibet oportuna, et que pro ipsis salarie et tracte grani reformacione ac reductione et utilitate Camere predicte videris expedire, auctoritate predicta facultatem plenariam concedentes, Mandantes eciam nobilibus viris universis Vicariis et Potestatibus in eisdem Civitatibus, Terris, Castris et locis in temporalibus pro tempore existentibus, ac eisdem Universitatibus Communitatibus singularibusque personis provincie predicte, ceterisque ad quos spectat, quatenus sal ipsum et tractam grani a te vel deputandis ipsis et non ab alio quocumque recipere teneantur et debeant, sub penis et sentenciis temporalibus ac censuris ecclesiasticis secundum tenores et formas tam apostolicarum, quam prefate provincie constitucionum contra non parentes mandatis apostolicis inflictis seu eciam promulgatis, Eis nichilominus iniungendo per dictum Rectorem seu Thesaurarium vel deputandos ab eis sub similibus censuris et penis, quod cum sal huiusmodi ad eorum Civitates, Terras, Castra et loca pro Universitatum et populorum commoditate distribuendum et vendendum defferri et deportari feceris aut procuraveris, quociens a te fuerit requisiti, pro nři et eiusdem sedis reverencia loca ydonea ad deponendum seu custodiendum huiusmodi sal, cameras videlicet aut magazinos, in eorum Civitatibus, Terris et locis tibi aut deputandis a te absque solucione alicuius dacii, pedagii, pensionis, gabelle aut alicuius exactionis aut oneris realis vel personalis effectualiter pro quocumque tempore exhibeant et consignent, atque exinde quociens volueris extrahere aut vendere, vel ad alia loca provincie prefate deferre seu traduci et deferri facere, pro tuo libito voluntatis libere permittant, omni contradictione cessante. Et mandamus insuper in eadem provincia pro nobis et eadem ecclesia Rectori et Thesaurario, ac eorum in huiusmodi officiis successoribus, aliisque nostris et ipsius ecclesie officialibus Vicariisque prefatis, quatenus tibi et deputandis predictis in hiis, que per nos tibi com-

missum earumdem salarie et tracte grani officium respiciant, et in quibus circa premissa exequenda favor eorum fuerit oportunus, pro nostra contemplacione, quociens eos aut eorum aliquos duxeris requirendos, tibi faveant efficaciter et assistant, et impendere velint auxilium, consilium et favorem, et nichilominus quociens te aut deputandos ipsos per eorum et nostra Civitates, Terras, Castra, Territoria, portus, passus et loco quelibet pro ipsarum salarie et tracte grani exequendis negociis, et tam per aquam quam per terram transire, vel ibidem stare, ire et redire contigerit, tibi, sociis et familiaribus tuis aut ipsorum deputandorum, quandocumque eos vel eorum aliquem requisiveris seu requisiverint, de securo transitu, scorta atque recepta sic studeant effectualiter providere, quod eorum devocio apud nos et sedem ipsam possit merito commendari. Volumus autem, quod huiusmodi tempore et beneplacito durantibus singulis annis, et alias ad omnem requisicionem gencium Camere apostolice de per te aut deputandos ipsos circa officium tracte, usus et introitus dictorum salis, eiusdem salarie ac grani gestis et administratis nobis et eidem Camere apostolice racionem et computum reddere, quodque antequam huiusmodi commissionis officium per te vel alios incipias exercere, in manibus Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nostri, prestare debeas fidelitatis debite in forma solita iuramentum. Tu igitur ex traditis tibi dono celesti virtutibus tractam, usum et introitum salis, ipsius salarie et grani predicti officium huiusmodi per nos tibi commissum ad honorem nostrum et commodum publicum ecclesie et Camere predictarum sic gerere et exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod sperati exinde fructus proveniant, nosque te ad maiora imposterum promovendi fortius animemur, tuque nostras et dicte sedis benedictionem et graciam uberius consequi merearis. Datum Florencie III. Nonas Marcii, Pont. nostri anno tercio.

CLXXXVIII.

Capitula, quae inter cameram apostolicam et Bartholum Geri sunt inita super salaria et tracta grani terrae Corneti.
Diversor. Cameral. Tom. XIV. fol. 25.

In nomine domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem MCCCCXX. die vero quinta mensis Marcii, Indictione decimatercia, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini divina providencia pape V. anno tercio. Infrascripta sunt capitula, pacta et convenciones practicata, facta et conclusa inter Reverendissimum in Christo patrem dominum Ludovicum dei gracia Episcopum Magalonensem, domini nfi pape Vicecamerarium, agentem nomine et vice Sanctissimi in Christo patris domini Martini divina providencia pape V. et Camere eius apostolice ex parte una, et providum ac discretum virum Bartolum Geri civem et mercatorem Florentinum, commissarium et officialem salarie et tracte grani terre Corneti provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia, Romane ecclesie immediate subiecte, agentem, promittentem et stipulantem pro suo proprio nomine ex parte altera.

In primis promisit et solemni stipulacione convenit dictus Bartolus Geri commissarius et officialis ut supra, quod semper et omni tempore durante huiusmodi officio habebit et tenebit salariam Corneti fulcitam sale necessario ad sufficienciam, ita quod perinde terre provincie Patrimonii et alie consuete ibidem se fulcire sale, seu eciam non consuete se fulcire volentes nullum defectum salis, nec Camera apostolica detrimentum paciatur, cum pena reficiendi de suo proprio omnia damna et interresse, que ex huiusmodi defectu prefate Camere provenirent, et hec de suis propriis pecuniis, absque eo quod Camera ipsa pro expensis ad ullam prestanciam sibi fiendam pro ipso sale emendo et ad loca oportuna et consueta conducendo aliqualiter teneatur: quas tamen pecunias de precio salis, secundum quod vendetur de tempore in tempus, debeat ante omnia rehabere.

Item quod sal ipsum vendet aut vendi faciet hominibus Corneti et omnibus Civitatibus, terris et locis Patrimonii et aliis terris, que ibidem sal emere consueverunt, seu eciam non consueverunt, si sal ab Urbe non accipiunt, pro preciis consuetis, exercendo huiusmodi officium per se vel alium seu alios, pro quo et quibus ex nunc teneri et obligatus esse voluit.

Item quod de sale ipso conduci faciet ad loca consueta Patrimonii, et in ipsis continue teneri faciet de ipso sale ad vendendum ad sufficienciam, si alias consuetum ita fieri extitit.

Item quod omnem quantitatem salis emendi et vendendi semper scribi faciet per cancellarium seu officialem pro Camera deputatum vel deputandum, quando discaricabitur et reponetur, et similiter quando extrahetur de magazinis, ita quod raciones et computa ipsius salis clare valeant demonstrari et assignari. Qui quidem cancellarius vel officialis unam clavem dictorum magazinorum, in quibus sal reponetur, continuo tenere debeat et habere.

Item quod de aliqua quantitate grani non concedet tractam alicui persone, Communi vel Universitati, cuiuscumque gradus et condicionis existat, absque consensu et speciali licencia prefati domini nostri pape, aut ipsius domini Vicecamerarii, sub pena ipsius dñi Vicecamerarii arbitrio imponenda prefate Camere in solidum applicanda.

Item quod de qualibet tracta grani cum dicta licencia concedenda percipere et habere debeat et ad introitum et utilitatem prefate Camere ponere, secundum quod per exacta tempora est solvi consuetum, nisi prefatus dñus noster aut idem dñus Vicecamerarius mandaret aliquam tractam libere,

et sine solucione concedi, et quod omnes tracte taliter concedende et pecunie recipiende per dictum cancellarium seu officialem pro Camera deputatum similiter annotentur.

Item quod idem Bartolus singulis annis, et alias ad omnem requisicionem prefati domini Vicecamerarii de omnibus per eum receptis et habitis, tam pro introitu salis venditi, quam tractarum grani concessarum, gestisque et administratis in officio predicto racionem et computa prefate Camere reddere teneatur et reddet cum effectu.

Item quod ipse Bartolus bona fide et sine fraude ac exacta diligencia toto posse procurabit et sollicitabit facere, exequi et adimplere omnia, que ad dictum eius officium sunt utilia et necessaria, et quod Camera prelibata non fraudetur in huiusmodi salaria et tracta grani, fraudentesque perquiret et perquiri faciat, ac puniri secundum constituciones tam apostolicas quam dicte provincie Patrimonii et terre Corneti.

Et prefatus Reverendissimus dominus Vicecamerarius attendens labores et onera, pericula et alia quamplurima, quibus predictus Bartolus subire oportebit in exequendo predicta, promisit eidem Bartolo commissario et officiali ut supra tradere et assignare, seu tradi et assignari facere de proventibus, qui ex lucro salis predicti exiguntur, prius solutis toto precio salis predicti, et omnibus expensis factis, ut prefertur, illam partem, que taxabitur et declarabitur per Reverendissimos in Christo patres dños Antonium dei gracia Episcopum Senensem, Thesaurarium, et Paulum eadem gracia Electum Ebroicensem, secretarium domini nři pape. Cui quidem declaracioni idem Bartolus promisit aquiescere et assentire, et de tali porcione stare et remanere tacitus et contentus. Qua taxcione facta liceat eidem Bartolo absque alia aliqua facultate vel licencia illam partem capere, et in proprios usus convertere. Et si, quod absit, dicti domini Thesaurarius et Paulus seu alter eorum ab hac luce migrarent seu migraret, loco eorum seu alterius eorum deputentur seu deputetur illi vel ille, quos vel quem prefatus dñus Vicecamerarius duxerit eligendos seu eligendum.

Item promisit eidem Bartolo, quod in fine dicti officii pro omni quantitate salis, que reperietur in municione salarie, sibi solvi faciet illud precium, quod sal ipsum constiterit, cum omnibus expensis conducture eiusdem usque ad dictam salariam, et hoc infra terminum duorum mensium a die designacionis facte de ipso sale computandorum, et de hoc facere ipsum sufficienter et bene securum.

Item promisit eidem Bartolo, quod adveniente casu, quod absit, quod terra Corneti contra ecclesiam rebellaret, et sal, quod ibidem esse contingeret, sibi acciperetur sine sua culpa vel defectu, quod de huiusmodi sale Camera ipsa ipsum preservabit indempnem, preterquam pro tota parte, pro quota haberet lucrum, pro qua ipse teneatur contribuere et stare ad periculum. Et predicta omnia et singula predictus Bartolus promisit et iuravit attendere et fideliter in omnibus observare.

Acta sunt hec in Civitate Florencie in domo prefati domini Vicecamerarii, presentibus ibidem Venerabilibus viris dominis Paulo de Sulmona et Bartolomeo Dellante, apostolice Camere clericis, et me Astolfino de Marinonibus, eiusdem Camere notario.

CLXXXIX.

Marcellus de Strozzis Spoletanae et Interamnensis civitatum gubernator constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 21.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Marcello de Strozzis domicello Florentino, in Civitatibus nostris Spoletana et Interamnensi earumque Comitatibus et districtibus, ac Terris Arnulphorum, exceptis illis, que dilecto filio Nobili viro Braccio de Fortebrachiis Comiti Montoni per nos in Vicariatum concesse sunt, necnon Castris et locis Abbacie Florentilli Spoletane diocesis pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Gubernatori, salutem etc. Curam precipuam et vigilem gerimus, ut Civitates et loca nobis et Romane ecclesie subiecta, eorumque cives et incole per viros virtutibus claros et in gerendis rebus expertos prospere dirigantur, ac in suavitate iusticie et pacis salubriter gubernentur. De tuis itaque fidelitate, prudencia et diligencia aliisque virtutibus, quibus te celesti gracia novimus per experienciam insignitum, plene confisi, quod ea, que tibi committenda duxerimus, solicite, prudenter et fideliter exequeris, te Civitatum nostrarum Spoletane et Interamnensis earumque Comitatuum et districtuum, ac Terrarum Arnulforum, exceptis illis, que dilecto filio Nobili viro Braccio de Fortebrachiis Comiti Montoni per nos in Vicariatum concesse sunt, necnon Castrorum et locorum Abbacie Florentilli Spoletane diocesis, civiumque et incolarum eorumdem pro nobis et dicta ecclesia in temporalibus Gubernatorem, usque ad nostrum beneplacitum, tenore presencium auctoritate apostolica facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi huiusmodi durante beneplacito gubernacionem et liberam custodiam Civitatum, Comitatuum, Terrarum, Castrorum, locorum, civium et incolarum predictorum per te, vel alium seu alios a te deputandum seu deputandos, cum illis mero et mixto imperio ac commoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam seu alios pro ea diucius exercita fuerunt, tam de consuetudine quam de iure, ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie, statumque pacificum et tranquillum Civitatum, Comitatuum, Terrarum, Castrorum, locorum, civium et incolarum predictorum iuste et fideliter exercenda plenarie committentes, tibi quoscunque Potestates,

Iudices et officiales ydoneos, qui possint et debeant questiones quaslibet tam civiles quam eciam criminales, et alias cuiuscunque speciei vel generis motas vel movendas ad forum Civitatum, Comitatuum, Terrarum, Castrorum, districtuum et locorum predictorum, vel alicuius ex eis racione contractus, delicti vel rei, de qua ageretur, aut quovismodo de iure vel approbata seu prescripta consuetudine pertinentes audire, et de illis previa racione cognoscere easque fine debito terminare et execucioni debite demandare, constituendi, faciendi et deputandi, nec non colligendi, habendi, exigendi et percipiendi omnia et singula tempore felicis record. Gregorii pape XI. predecessoris nostri consueta et debita theolonia, pedagia, emolumenta, fructus, redditus et introitus, quocunque nomine censeantur, ad dictam Romanam ecclesiam in Civitatibus, Comitatibus, Terris, Castris et locis predictis quomodolibet pertinencia, et de ipsis durante beneplacito nostro huiusmodi, prout tibi videbitur, disponendi, alienatione tamen bonorum et iurium eiusdem ecclesie in Civitatibus, Comitatibus, Terris, Castris et locis predictis tibi penitus interdicta, salvisque et integre reservatis in Castris et locis Abbacie predicte Florentilli iuribus Lateranensis ecclesie, ac per te vel alium seu alios, quibus id committendi duxeris, merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem predicta exercendi, contradictores quoque quoslibet et rebelles temporali districtione, qua convenit, compescendi, ac omnia alia et singula, que honori eiusdem ecclesie et nostro, ac pro statu pacifico et tranquillo Civitatum, Comitatuum, Terrarum, Castrorum et locorum, civiumque et incolarum predictorum expedire cognoveris, faciendi, statuendi, ordinandi, corrigendi, puniendi, diffiniendi et exequendi auctoritate predicta concedentes plenariam facultatem. Volumus tamen, quod de huiusmodi theoloniis, padagiis, emolumentis, fructibus et introitibus tenearis Civitates, Comitatus, Terras, Castra et loca predicta, eorumque arces et fortelicia diligenter et fideliter custodire et custodiri facere, et cetera alia ipsarum et ipsorum onera supportare, absque eo quod dicta ecclesia pro huiusmodi gubernacione, custodia et oneribus supportandis subvenire in aliquo teneatur: quodque tu omnia alia et singula, que ad huiusmodi gubernacionis officium quomodolibet spectant et pertinent de consuetudine vel de iure, facere, exequi, deferre et adimplere penitus tenearis. Et ut plenius sine ullo obstaculo dictum gubernacionis per nos tibi commissum officium exequi valeas, omnes et singulas deputaciones et constituciones de quibuscunque Rectoribus, gubernatoribus seu officialibus, quocunque nomine appellantur, per nos vel alios nostra aut alterius auctoritate hactenus in dictis Civitatibus, Comitatibus, Terris, Castris et locis, aut earum seu eorum aliqua vel aliquo quomodolibet factos, quas haberi volumus presentibus pro expressis et declaratis, auctoritate predicta harum serie revocamus. Quocirca Nobilitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus officium gubernacionis huiusmodi, sicut virtutes tue nobis spem indubiam pollicentur, sic fideliter ac laudabiliter, divina favente gracia, studeas exercere, quod civibus et incolis predictis commoda sperata succedant, tibique laudis preconium et digna proveniat retribucio meritorum, Mandantes Universitatibus, civibusque, incolis ac singularibus quibuscunque personis Civitatum, Comitatuum, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum, quatenus in hiis, que ad dictum gubernacionis officium pertinere noscuntur, tibi tanquam eorum gubernatori huiusmodi nostro beneplacito durante pareant efficaciter et intendant: Alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas habebimus easque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, in manibus Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nostri, fidelitatis et alias de officio huiusmodi fideliter exercendo prestes in forma solita solitum iuramentum. Datum Florencie Nonis Marcii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXC.

Comiti Montisferetri indulgetur, ut monetas aureas, argenteas et aereas Urbini et in aliis civitatibus sui vicariatus cudi facere possit. *Ex cod. comitum Urbini fol. 93.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Guidantonio Comiti Montisferetri, provincie nostre Spoletani ducatus Duci, salutem etc. Romanus pontifex suos et Romane ecclesie fideles atque devotos eo potioribus privilegiis et honoribus libenter prosequitur, quo eorum virtutem excellentem ac fidei integritatem eximiam multiplici experimento et animi magnitudine comprobatas clarius intuetur. Cum autem fidei constantiam ac tuarum virtutum claritatem et exactissimam diligentiam, quas erga nos et eandem ecclesiam opportunis temporibus laudabili opere ostendisti, diligentissime intra nostre mentis archana pensamus, excitamur non immerito illa tue Nobilitati concedere, per que tibi honor accedat, et tui nominis gloria ac fame suscipiat incrementum. Tuis itaque in hac parte supplicationibus inclinati, tibi usque ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum quascunque monetas aureas, argenteas et ereas cum cuneis et impressione clavium beati Petri ab una, et tue Nobilitatis armorum ab altera partibus in Urbinate vel alibi in aliis Civitatibus, Terris et locis nostris et eiusdem ecclesie regimini tuo commissis, ad instar pondus et bonitatem florenorum aureorum et monetarum aliarum, que in Bononiensi et Anconitana Civitatibus nostris cuduntur

et fiunt, cudi et fieri faciendi libere et licite valeas, Constitutionibus at ordinationibus apostolicis ac sinodalibus et provincialibus ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque, auctoritate apostolica tenore presentium de specialis dono gratie indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nře concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem etc. Datum Florencie XIII. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno tercio.

CXCI.

Macharius Stephani de Aretio generalis gabellarius civitatis Narniensis constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 20.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Machario Stephani de Aretio, salutem etc. Sincere devocionis integritas, qua nos et Romanam ecclesiam revereris, necnon alia multiplicia virtutum dona, quibus personam tuam novimus insignitam, nos inducunt et excitant, ut te condignis prosequamur honoribus, et negociis publicis statum prefate ecclesie atque nostrum concernentibus deputamus. Sperantes itaque, ut ea, que tibi committenda duxerimus, solicite et fideliter exequeris, te generalem officialem et gabellarium omnium gabellarum et generalis gabellariatus Civitatis nře Narniensis, ad nos et Romanam ecclesiam nullo medio pertinentis, pro semestri inchoando a die, qua huiusmodi officium inceperis exercere, et ut sequitur finiendo, cum salario, emolumentis, utilitatibus et commoditatibus per dilectum filium magistrum Franciscum de Pizolpassis, pro nobis et eadem ecclesia in dicta Civitate Narniensi Rectorem, ordinandis auctoritate apostolica presencium tenore ordinamus, constituimus et eciam deputamus, Tibi mandandi, corrigendi, faciendi et exercendi omnia et singula, que ad huiusmodi generalis gabellariatus officium spectant tam de consuetudine quam de iure, concedentes plenam et liberam potestatem, ac mandantes dilectis filii Rectori ac Prioribus populi Civitatis predicte, ac aliis quorum interest, quatenus te ad huiusmodi gabellariatus officium aiusque exercicium recipiant et admittant, ac recipi at admitti, et de salario, emolumentis, utilitatibus et commoditatibus antedictis satisfieri faciant et debitis temporibus responderi. Volumus autem, quod antequam officium ipsum incipias exercere, in manibus Venerabilis fratris nostri Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nostri, de ipso officio fideliter exercendo et alias fidelitatis debite prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur dictum officium sic fideliter et solicite exercere studeas, quod ex virtuosis tuis operibus sperati fructus, divina gracia tibi suffragante, proveniant, nostrasque et apostolice sedis benedictionem et graciam exinde uberius consequi merearis. Datum Florencia VII. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno tercio.

CXCII.

Andreas de Pileo custos sacri palatii apostolici constituitur. *Reg. Tom. II. fol. 27.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Andree Cole de Pileo Anagnine diocesis dicto de Campania, sacri palacii apostolici Custodi, salutem etc. Exigit tue fidelitatis integritas et sincere devocionis, quam ad nos et sedem apostolicam habere dinosceris, promeretur affectus, ut personam tuam, quam ob eius merita et virtutes paterna in domino caritate complectimur, specialibus graciis et favoribus apostolicis attollamus. Hinc est, quod nos de tue streuuitate persone, experiencia in agendis et fidei constancia plurimum confidentes, ac sperantes, quod que tibi committenda duxerimus, laudabili diligencia exequeris, te exnunc Custodem sacri palacii apostolici cum sociis, familiaribus, provisionatis, stipendiis et provisionibus per nos, cum te ad nostram presenciam profecturum evocandum duxerimus, declarandis at tunc inantea incipiendis, ac honoribus et oneribus consuetis usque ad nostrum beneplacitum tenore presencium facimus at constituimus et etiam deputamus, tibi nichilominus et per te deputandis omnia et singula, que ad ipsius custodie officium eiusque liberum exercicium de consuetudine pertinent, et que ceteri Custodes dicti palacii facere, exequi et disponere consneverunt, agendi, mandandi, disponendi et exequendi dicto durante beneplacito potestatem liberam concedentes. Volumus autem, quod antequam officium ipsum incipias exercere, in manibus Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nři, de ipso fideliter et laudabiliter exercendo prestes fidelitatis debite in forma solita iuramentum. Tu igitur ex concessa tibi desuper fidei claritate et ingenuitate virtutum officium huiusmodi ad honorem nostrum, et tui nominis augmentum sic prudenter et constanter exercere studeas et oportune, quod sperati exinde fructus proveniant, tuque peramplius nomen acquiras, nosque ad maiora te promovere, tibique uberiores honorem et graciam impendere arcius invitemur. Datum Florencia III. Kalend. Maii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXCIII.

Ferantum locum Viterbiensis dioec. erigitur in comitatum, et Christophorus Andreae de Senis eiusque filii comites Ferantini nominantur. *Reg. Tom. II. fol. 109.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Cristoforo Andee de Senis Comiti Ferantino Viterbiensis diocesis, sal. etc. Multiplicium grandiumque virtutum congeries, quibus personam tuam novimus insignitam, necnon sincere et magna devocionis affectus, quem erga nos et Romanam ecclesiam gerere comprobaris, merito nos inducunt, ut eandem personam tuam et per eam eciam natos et posteros tuos specialibus graciis et favoribus prosequamur. Hine

est, quod nos tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, locum de Feranto Viterbiensis diocesis, ad nos et Romanam ecclesiam iusto titulo pertinentem, auctoritate apostolica tenore presencium in Comitatum erigimus, ipsumque exnunc Comitatus titulo decoramus, Volentes et eadem auctoritate statuentes, quod locus ipse Comitatus Ferantinus perpetuis futuris temporibus nuncupatur: Et nichilominus te tuosque filios descendentes per lineam masculinam exnunc Comites dicti Comitatus auctoritate predicta facimus, constituimus et eciam deputamus, Volentes quoque et prefata auctoritate decernentes, quod tu predictique filii et descendentes decetero Comites Ferantini perpetuis temporibus nuncupemini et nuncupari debeatis, quodque ad omnes dignitates et officia secularia per alios Comites regi et exerceri consueta elegi, prefici et assumi, illaque gerere, regere et exercere libere et licite possitis et perpetuo valeatis, Constitucionibus apostoliciis ac legibus Imperialibus ac statutis municipalibus ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque. Per hoc autem nullum in dicto loco seu eius territorio cuiquam volumus dampnum aliquod seu preiudicium quomodolibet generari. Volumus insuper, quod tu dictique filii et descendentes prefatum Castrum, si illius possessionem presencium vigore vos assequi contigerit, secundum loci condecenciam tuamque et descendencium huiusmodi possibilitatem restaurare et reedificare, illudque rebus necessariis fulcire teneamini, et quod subditis et incolis ibidem pro tempore existentibus talleas, decimas vel gabellas, seu alia onera quecunque extraordinaria sine nostra et apostolice sedis licencia speciali imponere, seu ab eis exigere vel extorquere nullatenus presumatis, quodque infra duos menses, postquam presentes litteras receperis, tu tam tuo quam dictorum natorum nomine in manibus Venerabilis fratris Antonii Epi Senensis, Thesaurarii nostri, fidelitatis debite prestes in forma solita iuramentum. Nulli ergo etc. nostre erectionis, decoracionis, constitucionis, deputacionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Florencie Nonis Iunii, Pontificatus nostri anno tercio.

CXCIV.

Capitula concordiae incundae inter pontificem et castri Suriani castellanum, qui dictum castrum ecclesiae restitueret.
Diversor. Cameral. Tom. XIV. fol. 47.

In nomine domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem domini nostri Millesimo quadringentesimo vigesimo, Indictione terciadecima, Pontificatus Smi in Christo patris et dñi nostri, dñi Martini divina providencia pp. V. anno tercio, die vigesima mensis Iulii. Pateat Universis et singulis presens publicum instrumentum inspecturis, quod Reverendus in Christo pater dñus A. Abbas Monasterii sancti Antonii Viennensis, Commissarius prefati Sanctissimi dñi nostri pape ad infrascripta specialiter deputatus, habens ad hoc a prefato Sanctissimo dño nostro speciale mandatum per bullam, cuius tenor sequitur ut infra —

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Artaldo Abbati Monasterii sancti Antonii Viennensis, salutem etc. Cum dilectus filius Nobilis vir Iohannes de Magnomonte, arcis nostre Suriani Castellanus, ut asseritur, nobis arcem ipsam restituere et libere relaxare proposuerit, et asserit a nobis et Romana ecclesia nonnullas pecuniarum summas habere debere tam pro custodia arcis eiusdem, quam pro pluribus expensis in eius reparacionibus factis: Nos igitur de prudencia, fidelitate et discrecione tuis in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinentes, tibi nostro et ipsius ecclesie nomine cum ipso Castellano, aut eius procuratore de et super omnibus et singulis, que tam racione custodie et reparacionibus predictarum, quam alia quavis occasione aliquid a nobis et ecclesia predicta habere debere pretendat, et super municionibus ipsius arcis tractandi, firmandi, componendi et concordandi, ipsamque arcem nostro et dicte ecclesie nomine per te vel alium recipiendi, de eiusque receptione et consignacione ipsum Castellanum et omnes alios et singulos, quorum interest seu quoquomodo interesse possit, quitandi, absolvendi et perpetuo liberandi, dictoque Castellano unum et plures salvos conductus pro eo tempore et pro illis personis, de quibus tibi visum extiterit, in plena et valida forma concedendi per omnia et singula nostre et ecclesie prelibate loca et territoria, et super premissis et quolibet premissorum quelibet instrumenta et contractus necessaria vel quomodolibet oportuna faciendi, et fieri faciendi cum illis pactis, modis, condicionibus, formis et cautelis, de quibus tibi visum fuerit expedire, omniaque alia et singula gerendi, exercendi, complendi, que in premissis et circa premissa et quodlibet premissorum necessaria et utilia fuerint aut quomodolibet oportuna, eciam si talia forent, que mandatum exigerent speciale, plenam et liberam tenore presencium auctoritate apostolica concedimus potestatem, ratum habituri atque gratum quidquid per te presencium vigore in premissis omnibus et singulis tractatum, firmitatum, compositum et concordatum, ac alias gestum fuerit et completum, idque faciemus, auctore dño, inviolabiliter observari. Volumus autem, quod de omnibus et singulis, que presencium vigore feceris, duo eiusdem tenoris confici facias publica documenta, quorum uno penes te retento, reliquum ad nos et apostolicam Cameram transmittas. Datum Florencie IIII. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno tercio.

— nomine prefati Sanctissimi domini nostri et sancte Romane ecclesie ex parte una, et Magnificus vir Iohannetus dñus de Magnomonte, Castellanus Roche et Castri Suriani, suo proprio nomine

ex parte altera devenerunt ad promissionem, obligaciones, convenciones et capitula infrascripta.

Primo quidem promisit prefatus dominus Magnificus vir Iohanuetus dominus de Magnomonte Castellanus prefatus eidem Reverendo in Christo patre et dño, dño A. Abbati predicto, recipienti nomine et vice prefati Sanctissimi domini nostri et ecclesie Romane, dare, restituere et assignare prefato domino Abbati aut alii cuicumque, cui prefatus dominus noster duxerit ordinandum, dictam Rocham dictumque Castrum Suriani liberum et expeditum cum municionibus et fulcimentis tam armorum, quam aliis quibuscumque, quas idem Castellanus habet in dicta Rocha, exceptis armis ipsius et suorum sociorum et rebus suis: que quidem restitutio et assignatio Roche et Castri Suriani fieri debeat per Castellanum prefatum infra unum mensem inde proxime subsequentem, postquam sibi constiterit solutionem novem mille florenorum, de qua inferius continetur, factam esse illis civibus et mercatoribus Florentinis, de quibus in dicto infrascripto capitulo fit mentio.

Et ex altera parte prefatus Reverendus dñus nomine quo supra promisit eidem Iohanueto, Castellano prefato, sibi dari et solvi facere in Civitate Florencie novem milia florenorum auri de Camera: qui quidem novem milia floreni ponantur pro dicto Castellano apud infrascriptos cives Florentinos, videlicet Iohannem de Medicis, Petrum Bardellam, Thomasum Borghini et Patricium Iohannis, expediti: et ipsos florenos auri novem millia, facta per ipsum restitutione et assignatione Roche et Castri Suriani predictorum, habere possit sine ulla retentione, remota contradictione quacumque, et de ipsa florenorum quantitate, sicut de re sua, factis, ut premittitur, restitutione et assignatione predictis, facere sue libitum voluntatis. Que quidem pecunie quantitas eidem Castellano datur et solvitur occasione custodie dicte Roche, et ipsius reparatione ac provisione sua, et serviciis per ipsum iamdiu hactenus impensis sancte matri ecclesie. Que quidem quantitas florenorum novem mille nullo modo per ullum dominum, Collegium, Commune aut Universitatem, seu singularem personam, quicumque sint, stagiri vel arrestari possit seu quomodolibet impediri quacumque occasione vel causa, que dici vel excogitari possit, sed sibi liceat et possit de ipsa florenorum quantitate facere velle suum.

Item promisit prefatus dñus Abbas nomine quo supra prefato Iohanneto facere libere relaxari omnes et singulos captos, quando Magnificus Tartallia de Lavello Capitaneus venit contra Surianum, videlicet Baraschium de Rocha, et omnes alios tam de dicta Rocha, quam terrigenas et habitatores Castri Suriani, sine aliqua solutione. Et econverso idem Iohanuetus promisit facere libere relaxari sine aliqua solutione illos, qui capti fuerunt et capti retinentur in Castro Suriani de terris Patrimonii a die adventus Capitanei predicti contra Surianum.

Item promisit prefatus dominus Abbas eidem Iohanneto pro eius securitate et familie sue, rerum bonorumque suorum in exitu diete Roche et Castri, et eundo Florenciam facere infrascripta, videlicet:

Primo quod prefatus sanctissimus dñus noster papa faciet sibi pro se eiusque consorte et familia ipsius salvus conductus oportunos.

Item quod Magnificus Capitaneus Tartallia de Lavello faciet sibi salvoscondnctos plenissimos, in quibus nominentur ex suis sociis usque ad numerum decem illos, quos ipse Castellanus duxerit nominandos ad observandum dictos salvoscoodoctus, et erunt obligati per eorum fidem, sicut ipse Capitaneus.

Item quod dictus Magnificus Capitaneus dabit in obsidem pro securitate predicta unum ex natis suis, qui quidem natus remanebit, et erit in Castro Soriani cum prefato domino Abbate, quousque et donec prefatus Iobannetus Castellanus cum familia et rebus suis, pro quibus a dicto Capitaneo salvumconductum habuerat, erit in Civitate Florencie.

Item quod Reverendus in Christo pater et dominus, dominus Constantinus Episcopus Aptensis, Rector Patrimonii, ipsum Castellanum associabit usque ad et in territorium Florentinum vel Senense.

Item quod prefatus Iohannetus Castellanus habebit pro accessu suo huiusmodi a Communi Florencie plenos salvoscondoctus pro persona sua et eius familia, ac rebus bonisque suis, et similiter salvoscondoctus Communis et Capitanei populi Civitatis Senensis. Item a Magnifico et potenti dño Braccio de Fortebracciis Comite Montoni, et ab Angela de la Pergula Capitanei etc. Et dicti salviconductus erunt duo a quolibet supradictorum, videlicet alter pro persona sua et eius comitiva, ac familiaribus ipsius et rebus suis quibuscumque; et alter pro domina eius consorte, suaque comitiva et eius familiaribus, rebus et bonis quibuscumque.

Item quod prefatus sanctissimus dñus noster papa promittet securitatem accessus sui pro omnibus, qui posset sibi in dicto eius accessu impedimentum inferre.

Item quod fient due scorte, una videlicet pro ipso Iobanneto et altera pro domina eius consorte, per gentes domini nostri pape pro securitate prefatorum Iobanneti et domine eius consortis, usque ad territorium Florentium sumptibus et expensis prefati domini nostri pape.

Et ulterius quod prefatus dominus Abbas, quia ipse Iobannetus confidenciam sumit de ipso, teneatur et debeat, et sic ipse dominus Abbas promisit et iuravit dicto Iohanneto permanere in di-

eta Rocha tamquam suum locumtenens, dictamque Rocham nomine dicti Iohanneti tenere, donec et quousque idem Castellanus cum domina eius consorte, eiusque familia ac bonis et rebus suis applicuerint Florenciam, quod teneatur ac debeat ipse Castellanus per suas litteras notificare prefato domino Abbati statim, cum applicuerint ad Civitatem Florencie ipse cum domina consorte sua, et interim non possit nec debeat idem dñus Abbas relaxare dictum natum Tartallie obsidem, nec dictam Rocham alteri consignare. Et si dictus Castellanus impedimentum haberet, quominus [non] possit ire Florenciam, et hoc non procederet ex sui defectu, dictus dñus Abbas continue teneatur stare in dicta Rocha, ipsamque nomine dicti Castellani tenere, quousque Florenciam applicuerint.

Item quod ipse dñus Abbas teneatur facere et operari cum effectu, quod idem Castellanus pro dicta securitate sui habebit unum civem Florentinum et unum Macerium Magnificorum et excelsorum dominorum Florencie, qui cum ipso Castellano eiusque consorte erunt a Castro Suriani usque ad Civitatem Florencie: et in introitu territorii Senensis habebit unum pro parte dominorum Senensium, qui ipsum et dñam eius consortem conducat usque ad finem territorii Senensis versus Florenciam.

Item promisit predictus Abbas prefato Iohanneto Castellano etc. facere et operari, quod idem Castellanus infra unum mensem cum dimidio, postquam applicuerit Florenciam, habebit salvosconductus infrascriptorum dominorum pro se et dña sua usque ad numerum centum, tam equitum, quam peditum, rebus ac bonis suis, ac omnimodo cariagio, videlicet domini Ducis Mediolani, Ducis Sabaudie, Ducis Iannensis, Marchionis Ferrarie, dñi Mantuani, Marchionis Montisferetri, Bononiensium, et domini Plumbini et domini Lucani, et hec fieri debeant sumptibus et expensis dñi nostri pape.

Item promisit prefatus dominus Abbas eidem Iohanneto facere et curare, quod Magnificum et excelsum Commune Florencie promittet pro dño nostro papa, quod omnia suprascripta et infrascripta eidem Castellano inviolabiliter observabuntur.

Item convenerunt dicte partes de facto fulcimenti et munitionis dicte Roche, de quibus supra fit mentio in primo capitulo, quod factum dictorum fulcimenti et munitionis stet in arbitrio, indicio et voluntate prefati domini Abbatis, et ad id idem Castellanus libere et totaliter se remittit, videlicet quod de dicta munitione seu fulcimento habeat vel non habeat solutionem, sicut prefato domino Abbati videbitur et placebit.

Item convenerunt dicte partes, quod fiat generalis remissio de omnibus et singulis maleficiis, delictis, offensionibus et excessibus, et aliis quibuscumque commissis, de quibus esset processum vel non, et condempnatum vel non, usque in presentem diem tam hiis, qui serviverunt et serviunt Castellano in Rocha, quam aliis quibuscumque tam terrigenis Castri Suriani, quam habitatoribus ipsius, fiatque plena remissio et absolutio tam in foro penitentiali quam seculari, et fiat bulla gratis. Et econverso prefatus Iohannetus promisit dicto dño Abbati nullo unquam tempore ab aliqua Universitate, Collegio, domino tam ecclesiastico quam [seculari] temporali, vel ab aliqua persona, cuiuscumque gradus, status, preeminencie et conditionis existant, petere vel peti facere aliquid per se vel alium publice vel occulte occasione alicuius dampni, iniurie vel offense usque in presentem diem sibi vel suis ac hominibus Suriani predicti illatis, et potissime presentis cavalcate et obsidionis.

Item convenerunt dicte partes, quod omnia gesta tempore Iohanneti Castellani, et postquam ipse fuit Castellanus, tam venditiones et locationes, quam omnia alia facta per ipsum seu suos factores et officiales sint rata, grata et firma, ac plenum robur obtineant, nec aliqualiter infringantur, nec de ipsis teneatur reddere rationem, nec suorum negociorum gestores: et sic homines, qui ab ipso seu suis factoribus emerint, vel in feudum acceperint bona aliqua, serventur indempnes, nec pro eis seu ipsorum occasione aliqualiter molestentur, et sint et esse intelligantur in et de predictis liberi et absoluti.

Item convenerunt dicte partes, quod omnes homines tam terrigene quam habitatores dicti Castri, cuiuscumque gradus et conditionis existant, remaneant et remanere intelligantur in illo statu illisque conditionibus et terminis, in quibus erant tempore sanctissimi domini pape Gregorii XI., quo tempore venit ad manus Britonum Castrum Suriani predictum.

Que quidem omnia et singula suprascripta et quodlibet predictorum intelligantur bona fide et ad sanum et purum intellectum, omni dolo, fraude et maligna interpretatione cessante, et promiserunt solemni stipulatione una pars alteri attendere et observare, et in nullo contrafacere vel venire de iure vel de facto per se vel alium directe vel indirecte, sub pena decem mille ducatorum auri: pro quibus attendendis et firmiter observandis obligaverunt dicte partes, videlicet prefatus dñus Abbas bona ecclesie existentia in partibus Regni Francie et in partibus Provincie, et idem Iohannetus omnia sua bona presentia et futura: que pena tociens committatur et exigi possit, quotiens per ipsas partes vel ipsarum alteram fuerit in aliquo contrafactum, qua soluta vel non, rata remaneant omnia suprascripta. Cuius quidem pene media pars applicetur Camere Serenissimi Regis Franchorum pro bonis contrafacientis partis, que reperirentur in Regno suo, et Illustrissimi Regis Ludovici pro bonis, que reperirentur in partibus Provincie: alia

vero medietas perveniet in partem observantem. Et voluerunt dicte partes et petierunt fieri publicum et publica instrumentum et instrumenta unum et plura, que etiam in iudicio et alibi producta seu non producta refici, corrigi et emendari valeat ad dictamen et ordinationem cuiuslibet sapientis vel sapientum, facti tamen substancia in aliquo non mutata.

Actum in Rocha Suriani in Camera Cubiculari prefati Iobanneti Castellani, presentibus Venerabili viro fratre Guidone de Vaccia Preceptore sancti Antoni de Cerveria, Venerabili viro domino Raymondo de Rupe, et nobilibus viris Marono de Mota, Maghetto de Pallazolo, Guillelmo de Brusiardo, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Ego Bertonus Paulucì Manziui de Motta diocesis Lunensis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, et Cancellarius Reverendi in Christo patris et dñi nostri, dñi E. Episcopi Aptensis, Patrimonii Rectoris, omnibus et singulis suprascriptis, dum sic agerentur, interfui, eaque rogatus scribere una cum Iohanne Pizardi et Ser Augustino Notariis et Cancellariis inferius me subscripsi et signum meum apposui consuetum.

Ego Iohannes Pichardi clericus Lemovicensis diocesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, prefatique Rev. in Christo patris et domini, dñi A. Abbatis et Commissarii scriba, omnibus et singulis suprascriptis, dum sic agerentur et fierent, una cum prenominato Bertono Paulucii et infrascripto Augustino Notariis presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, et in notam sumpsi, hicque (me) subscripsi et signum meum apposui consuetum in testimonium premissorum.

Et ego Augustinus Blasii de Corchiano Civitatis Castellane diocesis, publicus apostolica et Imperiali auctoritate Notarius et Iudex ordinarius, et nunc Cancellarius supradicti Iohannis Castellani, supradictis omnibus et singuli, dum sic agerentur, interfui, eaque rogatus scribere una cum Bertono Paulucii Manziui et Iohanne Picardi, Notariis et Cancellariis suprascriptis, scripsi, publicavi signumque meum apposui consuetum.

CXCV.

Iacobo comiti Palazoli fit recognitio pecuniarum summae per eum camerae mutuo datae pro redimenda arce Spoletana. *Reg. Tom. VI. fol. 17.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iacobo quondam Marci Ciocti militis nato, domicello Senensi, Comiti Palazoli, salutem etc. Cum tu pro redimenda arce nostra Spoletana undecim milia florenorum auri de Camera de propriis pecuniis liberaliter apostolice Camere mutuaveris: Nos volentes indemnitati tue, prout iuri convenit, providere, Cameram eandem in undecim milium florenorum auri de Camera huiusmodi summa tibi debitricem existere, secundum eciam capitula tecum inita et firmata de mandato nostro per Venerabilem fratrem Ludovicum Epum Magalonensem, Vicecamerarium nostrum, que hic haberi volumus pro sufficienter expressis, ex certa sciencia tenore presencium recognoscimus et fatemur, prefatam Spoletanam arcem tibi nostro et dicte ecclesie nomine, necnon omnes fructus, redditus et proventus et bona quecumque mobilia et immobilia ad nos et eamdem ecclesiam quomodolibet spectancia et pertinencia tibi perinde efficaciter obligantes. Volumus autem, quod post sex menses proxime futuros, pro satisfactione fienda de predicta summa undecim milium florenorum, tibi debeat ex quibuscumque introitibus Civitatis nostre Bononiensis de florenis mille auri de Camera per dilectum filium Thesaurarium eiusdem nre Civitatis mense singulo responderi, inhibentes Venerabili fratri nro Iohanni Episcopo Grossetano, dicte nostre Spoletane arcis Castellano, ne arcem ipsam cuiquam ullo unquam tempore restituere debeat vel quomodolibet relaxare, nisi prius de premissis undecim milibus flor. ac omnibus damnis, dispendiis et interesse, que tibi ex huiusmodi mutuo facto et restitucione debito tempore omissa quovismodo incurrissent, facta restitucione integraliter cum effectu. Datum Florencie VII. Idus Septembris, Pont. nostri anno tercio.

CXCVI.

Hominibus et communi civitatis Balneoregiensis absolutio ab inobedientia, excessibus etc. conceditur. *Reg. Tom. VII. fol. 177.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis hominibus et Communi utriusque sexus Civitatis nostre Balneoregii, salutem etc. Pia mater ecclesia in cunctis suis actibus clemenciam comitem semper habens, delinquentibus filiis ad eius gremium, quod nulli clauditur, cum humilitate reversis post excessum veniam maternalem libenter indulget, laqueos, quos excedendo inciderint, nunc dissolvendo. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat, dudum impellente satore zizanie, et temporum perversorum causante malicia, crassantibus eciam guerris, et discordiis diversimodis suscitatis, pestifero dudum causante scismate in nonnullis Civitatibus et Terris nobis et Romane ecclesie spectantibus ac circumadiacentibus partibus, vos communiter et divisim hactenus et in diversis partibus contra Romanam ecclesiam, et nonnullos pro Romanis pontificibus in suis obedienciis reputatos, eorumque officiales, gentes, suditos, Civitates, terra et loca, Universitates, singularesque personas, iura, res et bona tam mobilia quam immobilia eorumdem nonnulla excessus, crimina et delicta eciam rebellionis et fautorie, guerrasque et offensiones reales et personales damnabiliter com-

misisfis, in quibus et propter que homicidia, incendia, adulteria, stupra, incestus, ecclesiarum et monasteriorum ac bonorum ecclesiasticorum dispendia et rapine, ac plurima alia scelera per vos ac vr̄um quemlibet patrata fuerunt in animarum vestrarum periculum ac prefatorum inextimabile preindicium et iacturam: et quia dubitatis super premissis et quolibet premissorum posse imposterum molestari, de premissis dolentes ab intimis et ad cor reversi nobis humiliter supplicastis, ut super de planarie absolucionis et remissionis beneficio nec non restitucionis in integrum, et alias statui vestro et cuilibet vestrum communiter vel divisim de oportuno providere remedio nunc dignaremur. Nos igitur, qui illius vices gerimus in terris, cuius proprium est misereri semper et parcere, ac neminem vult perire, volentes super premissis omnibus et singulis vobis et statui vestro ac singularibus personis providere, sperantes, sicut asseritis, talia vel similia vos de cetero minime commissuros, huiusmodi sopplicacionibus inclinati, vos omnes et singulos singularesque personas de quibuscumque contumaciis, inobedienciis, excessibus, criminibus et delictis, eciam si robarie, homicidia seu fautorie esse noscantur, per vos aut vestrum quemlibet vel singulares personas usque in diem date presencium commissis vel perpetratis, necnon pariter a quibuscumque sentenciis tam civilibus quam criminalibus, aut penis alias ab homine vel a iure (contra vos) aut vr̄um singulos in genere vel in specie premissorum omnium occasione latis seu promulgatis, quantum nos, Cameram apostolicam aut publicum interesse concernunt, eciam si ipsa vel ipsorum alterum crimen lese maiestatis contingant, absolvimus, remittimus, eximimus et perpetuo liberamus, vosque omnes et singulos singularesque personas ad famam, dignitates, honores, gracias et bona pristina, ut prefertur, plenarie restituimus per presentes, districtius inhibentes omnibus et singulis officialibus nr̄is et eiusdem ecclesie presentibus et futuris, ne contra vos aut vr̄um aliquem occasione premissorum inquirere seu procedere, aut penam seu mulctam vobis vel alicui vr̄um (imponere), seu eciam vos vel vestrorum aliquem inquietare seu molestare presumant. Nos enim ex nunc quoscumque processus seu sentencias contra vos et vestrum aliquem occasione premissorum forsan factos et latas, aut imposterum faciendos seu ferendas cassamus et irritamus ac nullius esse volumus roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolucionis, remissionis, exemptionis, liberacionis, restitucionis, inhibicionis, cassacionis, irritacionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Viterbii VIII. Kal. Octobris, Pont. nr̄i anno tercio.

CXCVII.

Cardinali legato in Romandiola, ut capitula militaria inter Bononienses et Braccium de Fortebrachiis inita confirmare possit. *Reg. Tom. VI. fol. 1.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Alfonso s. Eustachii diacono s. Romane ecclesie Cardinali, ac in nostris Civitate Bononiensi, Exarchatu Ravennate Provinciaque Romandiola, eorumque Civitatibus, Terris, Castris, fortiliciis, locis, Comitatibus, territoriis, districtibus, iuribus et pertinenciis, ad nos et Romanam ecclesiam spectantibus et pertinentibus, pro nobis et prefata ecclesia cum plenaria potestate Legati de latere Vicario in temporalibus generali, salutem etc. Cum nonnulla capitula, composiciones et pacta inter dilectum filium nostrum Gabrielem tituli sancti Clementi presbiterum prefate ecclesie Cardinalem, ac in provincia nostra Marchie Anconitane et nonnullis aliis partibus pro nobis et eadem ecclesia Vicarium in temporalibus generalem, ac dilectum filium Nobilem virum Braccium de Fortebracciis Comitem Montoni, et nonnullarum gentium nostrarum armigerarum Capitaneum, pro nobis ecclesiaque prefata et subditis nostris ex una, et Ancianos, Vexilliferum iusticie populi, Communis prefate Civitatis et ipsorum Commissarios pro Communi, populo, Civitate, Comitatu, territorio, districtu Bononiensibus predictis, et eorum civibus, Comitatensibus ac districtualibus ex altera partibus facta et premissa, ac eorum sigillis sigillata dicantur, Nosque de promissis omnibus et eorum continencia ac circumstanciis universis certam noticiam non habentes, et volentes, ut illa salubriter disponantur, ac de tue circumspectionis industria in maximis nostris et prefate ecclesie sepissime comprobata negociis sumpserimus, et sumamus in altissimo fiduciam specialem, quod illa, que prefate circumspectioni, cuius humeris onus gubernacionis, regiminis et administracionis, Civitatis, Comitatus, territorii, districtus, civium et Comitatensium Bononiensium huiusmodi duximus committendum, circumspectissima diligencia exequetur, attento eciam, quod cum tua circumspectio deo auxiliante in Civitate illa Bonon. ac partibus aliis Vicariatui tuo commissis fuerit, super premissis omnibus ac dependentibus perfectius atque veracius et facilius poterit informari, circumspectis qualitatibus negociorum, temporum, locorum ac personarum et circumstanciis universis, ea omnia et singula videndi, examinandi, corrigendi et reformandi, minuendi et addendi, ac in totum tollendi, nec non suspendendi temporaliter aut imperpetuum, ac eciam mandandi exequi omnia, que per eamdem circumspectionem in premissis vel aliquo eorum facta seu mandata fuerunt vel provisa, posse ac debere servari et exequi per omnes et ab omnibus, quorum interesset quomodolibet, plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, ratum et gra-

tum habitari quicquid per ipsam circumspectionem tuam factum, provisum seu mandatum fuerit in premissis, idque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Florencie XIIII. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno tercio.

CXCVIII.

Capitula inter camerarium pontificis et Angelum de Trisacho inita, qui capitaneus LXX ad custodiendum palatium apostolicum constituitur. *Divers. Camer. Tom. XIV. fol. 60.*

In nomine domini, Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo vigesimo, Indictione terciadecima, die undecima mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Martini divina providencia pape Quinti anno tercio.

Infrascripta sunt pacta habita et firmata inter Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dñum Ludovicum dei gracia Episcopum Magalonensem, dñi pape Vicecamerarium, agentem, stipulantem et recipientem nomine, vice et pro parte dicti dñi nostri pape, sancte Romane ecclesie et Camere apostolice ex parte una, et Nobilem virum Angelum de Trisacho Capitaneum ad custodiam Pallacii apostolici deputatum, agentem et stipulantem tam pro se et proprio nomine, quam vice et pro parte omnium sociorum suorum subconductorum, qui esse debeant inter balistarios et pavesarios numero septuaginta, computata persona ipsius Capitanei, ex parte altera.

In primis promittit dictus Angelus Capitaneus pro se et dicta brigbata sua usque ad dictum numerum, pro quibus de rato et ratihabicione promisit, servire bene et fideliter ac legaliter durante infrascripta eius firma dicto domino nostro pape, sancte Romane ecclesie et Camere apostolice cum dicta brighata coniunctim et divisim in dicto pallacio et alibi ubicumque, et facere excubias diurnas et nocturnas, quandocumque ei fuerit iniunctum, et obedire quibuscumque officialibus dicti dñi nostri pape ad infrascripta deputatis vel deputandis.

Item promittit dictus Angelus Capitaneus facere monstram armatam et sine armis, quandocumque fuerit requisitus, et acceptare punctaturas, que modo consueto fient secundum capitula Camere consueta. Et si monstram facere recusaverit, quandocumque ei iniunctum fuerit, ut prefertur, non possit petere pagham seu solutionem sui stipendii et stipendiariorum sociorum suorum pro illo mense, et ulterius possint punctari et puniri arbitrio prefati dñi nostri pape at officialium ad hoc deputatorum seu deputandorum.

Item pro debitis, delictis, represaleis, culpis, excessibus, diffidationibus, condemnationibus et bannis, contra dictum Capitaneum et socios, vel aliquem scriptum in dicta sua brighata factis, illatis et per(im)petratis in aliqua Curia ecclesiastica vel seculari, aliquis ex eis scriptus ad dictam firmam non possit capi, arestari vel alio modo molestari, salvo quam pro homicidiis, et si delictum esset pro proditione vel falsitate, et debitum contraheretur post dictam firmam inceptam.

Item promittit ut supra, quod durante eius firma infrascripta nullus dictorum sociorum recedet a serviciis predictis, et si aliquis licentiatus recederet vel illicentiatus aufugeret, promisit infra tres dies continuos alium loco illius remittere, de quo similiter faciet monstram sufficientem, et in caso, quo infra tres dies predictos non remiserit alium, perdat stipendium illius, quousque alium remittatur.

Item quod firma ipsius Angeli sit ad beneplacitum domini nostri pape, incipiendo eius stipendium quintadecima mensis Septembris proxime preteriti, et quod infra octo dies continuos debeat scribere et complevisse totum dictum numerum, alias non scripti in dicto termino ad scribendum nullatenus admittantur, nisi de expressa licencia prefati dñi nostri pape et officialium suorum ad hoc deputatorum processerit et voluntate.

Item quod de rixis, que inter dictos eius socios fierent, nullus habeat cognoscere nec se impedire, nisi prefatus dominus Vicecamerarius, vel deputatus per prefatum dñum nostrum aut ipsum dñum Vicecamerarium.

Et econverso prefatus Reverendissimus dominus Vicecamerarius quo supra nomine promisit dicto Angelo Capitaneo, quo supra nomine recipienti, dare seu dari facere de pecuniis Camere Urbis, dicta firma durante, mense qnolibet florenos tres auri de Camera boni auri et iusti ponderis pro unaquaque pagha, semper in fine mensis et facta monstra, et pro provisione persone dicti Capitanei similes florenos duodecim, et a Kalendis mensis Decembris anni Millesimi quadringentesimi vigesimi in antea promisit sibi dari facere pro provisione, ultra ipsos duodecim florenos, alios octo similes florenos, ita quod deinde inantea habeat de provisione singulo mense viginti florenos: et circa retentiones, que de more fiont, observabitur illud, quod prefatus dñus noster declarabit.

Item quod dicta firma sit in arbitrio et dispositione dicti domini nostri pape: ita tamen quod quandocumque placuerit prefato dño nostro ipsum Angelum amplius ad sius servicia non habere, notificetur sibi per unum mensem ante cessationem suam.

Item quod dictus Capitaneus et socii sui supradicti teneantur observare omnia alia capitula Camere apostolice consueta, que per stipendiarios domini nostri pape teneri consoeverunt et tenentur.

Item qood sit licitum ipsi Capitaneo cassare et remittere socios ad suum velle, dum tamen sint in tempore debito, et quod socii remittendi sint sufficientes et fideles ac experti in talibus, et quod possit scribi facere in dicta brighata octo pagios et non ultra.

Et incontinenti prefatus Angelus Capitaneus iuravit ad sancta dei evangelia, corporaliter per eum tactis scripturis, in manibus dicti dñi [nostri] Viceeamerarii, predicta omnia et singula capitula attendere et observare sine omni dolo et fraude, ad penam omnium bonorum suorum. Et ad maius robur fuerunt presentie capitula sigilli Camerariatus officii et ipsius Capitanei sigillata.

Acta fuerunt beo in Urbe in pallacio epostolieo in Camera prefati dñi Vicecamerarii, presentibus Reverendo in Christo patre domino Antonio dei graciu Episcopo Senensi, dñi nostri pape Thesaurario, ac Venerabilibus viris magistris Cino de Lombardis et Ludulpho Robring, epostoliee Camere Notariis.

CXCIX.

Braccio da Fortebrachiis, capitaneo armigerorum ecclesiae, census ex vicariatibus Pensauriensi, Camerinensi, Firmano et Esculano ad satisfaciendam stipendiariis etc. conceduntur.
Reg. Tom. VI. fol. 66.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Braccio de Fortebracciis Comiti Montoni, in Civitate nostra Perusina pro nobis et Romena ecclesia in temporalibus gubernatore, ac nonnullarum armigerarum gentium ad nostra et eiusdem ecclesie stipendia militantium Capitaneo, salutem etc. Cum pro stipendiis et provisione tuis, et gentium ad nostra et Romane ecclesie stipendia sob te militantium nonnulle peconiarum summe tibi per apostolicam Cameram debeantur, tam pro preterito quam presenti et futuro temporibus, sicut in capitulis super conductis tuis consuetis plenius continetur: Nos volentes super satisfactione stipendiorum et provisionis buiusmodi, sicot convenit, de oportuno remedio providere, tibi in dedoctiooem eorumdem stipendiorum et provisionis per te, vel procuratores tuos ad id specieliter constitutos petendi, et recipiendi nomine ecclesie et Camere predictarum e dilectis filiis Nobilibus viris Vicariis hic inferius adnotatis infrascriptas quantitates florenorum, per eos debitas pro censibus in anno Millesimo quadragentesimo vigesimo primo proxime futuro solvendis prefate Camere in festo apostolorum Petri et Pauli de mense Iunii proxime futuro, seu in aliis terminis in Vicariatuum eorumdem concessionibus denotatis, prout ad quemlibet eorum pertinet, ac eos et eorum quemlibet de receptis per te vel procuratorem buiusmodi dicto nomine quictandi, liberandi et absolvendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, Mandantes nichilominus harum serie per epostolica scriptā huiusmodi Vicariis et eorum singulis, quatenus tibi aut procuratori predicto infrascriptas florenorum quantitates per ipsos, ut prefertur, debitas in dictis statutis terminis ad omnem tuam seu procuratoris tui requisicionem pro nobis, ecclesia et Camera predictis dare et solvere, omni exceptione postposita, studeant cum effectu. Volumus autem, quod de omnibus pecuniarum quantitatibus, quas presentium vigore receperis, prefatam Cameram quantocius certificare procures. Nomina vero Vicariorum predictorum, ac summe florenorum auri de Camera, quas racione huiusmodi Vicariatuum nobis, ecclesie et Camere predictis pro huiusmodi censibus dare et solvere tenentur, sunt hec, videlicet: Malatesta quondam Pandulphi militis de Malatestis pro censu Civitatis Pensauriensis, et nonnullorum aliorum locorum florenos mille ducentos, et pro censu Civitatis Forosinfroniensis et Castri Gayrardi florenos quadringentos, videlicet medietatem in Nativitatis dñi nři et aliam medietatem in sanctorum Petri et Pauli de mense Iunii festivitatibus proxima futuris, qui sunt in totum floreni mille sexingenti, Rodulphus de Varano et filii pro censo Civitatis Camerinensis, et certarum aliarum Terrarum et locorum florenos mille quadraginta quinqoe, Ludovicus de Melioratis pro censu Civitatis Firmane florenos mille, et Comes de Carraria pro censu Civitatis Esculane florenos mille auri de Camera. Datum Rome apud Sanctum Petrum sexto Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

CC.

Paulus Cecche defensor roncinariorum, clavarolorum et scaricatorum artis fluminis in Urbe constituitur.
Reg. Tom. VI. fol. 125.

Martinus etc. Dilecto filio Paulo Cecche Civi Romano, Roncinariorum, Clavarolorum nec non Scaricatorum artis flominis in alme Urbe defensori, salutem etc. De fidelitate, prudencie et sollicitudine aliisque virtutibus tuis sumentes in dño fiduciam specialem, ac sperantes, quod ea, que tibi committende duxerimus, prompte et fideliter exequeris, te Roncinariorum, Clavarolorum et Scaricatorum artis fluminis defensorem cum gagiis, obvencionibus, honoribus et oneribus consuetis usque ad nostrum beneplacitum tenore presencium auctoritate apostolica constituimus et etiam deputamus, tibi notarium oportunum ac cetera, qoe ad huiusmodi officium spectant de consuetudine vel de iure, ordinandi, faciendi et exequendi facultatem omnimodam concedentes, ac mandantes omnibus et singulis quorum interest, ut tibi dicto beneplacito durante in omnibus, que ad officium ipsum quomodolibet pertinent, pareant effectualiter et intendant, et illis ad quos id pertinet, ut tibi de huiusmodi gagiis et obvencionibus respondeant, ut est fieri consuetum. Volumus autem, quod de officio ipso fideliter

exercendo et alias debite fidelitatis in manibus Venerabilis fratris Ludovici Epi Magalonensis, Viecamerarii nostri, prestare debeas in forma solita iuramentum. Tu igitur officium ipsum sic fideliter, sollicite et prudenter studeas exercere, quod exinde apud nos et apostolicam sedem de fidelitate, prudencia et solicitudine valeas merito commendari. Datum Rome apud S. Petrum Nonis Marcii, Pontificatus nostri anno quarto.

CCI.

Antonio de Alexandris potestati Bononiensi facultas duos legum doctores contra dictae civitatis statuta secum habendi conceditur *Reg. Tom. VI. fol. 136.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Antonio de Alexandris de Florencia Comiti Castri Firmani diocesis, in Civitate nostra Bononiensi eiusque territorio et districtu pro nobis et Romana ecclesia Potestati, salutem etc. Sincere devocionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobaris, nos inducit, ut votis tuis favorabiliter annuamus. Cum itaque, sicut nuper nobis exhibita tua peticio continebat, tu in officio potestarie predicte tecum pro collateralibus dilectos filios Bonacursum de Montemagno et Thomasium de Perusio legum doctores habere desideres, qui licet ab eorum facto conventu citra decennium non effluxerit, sicut requiritur ex statutis diete Civitatis Bononiensis, tamen sunt, sicut asseris, litterarum sciencia, agendorum experiencia aliisque virtutibus multipliciter insigniti, et in hoc obstent statuta predicta, et ideo pro parte tua nobis fuerit humiliter supplicatum, ut tibi superinde dignaremur de oportuno remedio providere: Nos propterea huiusmodi supplicacionibus inclinati tibi, ut prefatos Bonacursum et Thomasium ad prefatum officium pro colleteralibus tuis ducere, tecumque in huiusmodi officio durante tempore eiusdem libere et licite retinere valeas, tenore presencium auctoritate apostolica liberam licenciam ac plenam concedimus potestatem, constitucionibus et statutis ec ordinacionibus prefate Civitatis, quibus alias non inteadimus derogare, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nre concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

CCII.

Bernardus Pistacchi gabellarius Urbis ad sex menses constituitur. *Reg. Tom. VI. fol. 173.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Bernardo Pistacchi de Interamne gabelle maioris alme Urbis officiali et gabelario, salutem etc. De fidelitate, prudencia et sollicitudine aliisque virtutibus tuis eumentes in domino fiduciam specialem, te gabelle maioris alme Urbis pro nobis et Romana ecclesia officialem et gabellarium cum familia, auctoritate, baylia, honoribus et oneribus consuetis, ac salario per Venerabilem fratrem Ludovicum Episcopum Magalonensem, Vicecamerarium nrum, prout eidem conveniens et racionabile visum extiterit, tibi limitando, a die date presencium usque ad sex menses proxime secutores tenore presencium auctoritate apostolica facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi omnia et singula, que ad huiusmodi officium spectant et pertinent de consuetudine vel de iure, mandandi, ordinandi, faciendi et exequendi facultatem plenam et omnimodam concedentes, et mandantes universis et singulis, quorum interest, ut tibi dicto semestri durante in omnibus, que ad huiusmodi gabellarietus officium pertinent quomodolibet, pareant effectualiter et intendant, ac faciant de dicto salario debitis temporibus integraliter respondere. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo et alias debite fidelitatis in manibus prefati Vicecamerarii nostri prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur officium predictum sic fideliter, solicite et prudenter studeas exercere, quod exinde apud nos et apostolicam sedem de fidelitate, prudencia et solicitudine valeas merita commendari. Datum Rome apud Sanctum Petrum XVII. Kalend. Maii, Pontificatus nostri anno quarto.

CCIII.

Communi castri Anticuli Anagninae dioec. confirmantur quaedam privilegia a Gregorio XI. ipsis concessa. *Reg. Tom. VI. fol. 192.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis Universitati, Consilio et Communi Castri nostri Anticuli Anagnine diocesis, salutem etc. Probata in nostris et ecclesie Romane negociis vestre fidelitatis integritas, ac sincere devocionis affectus, quem ad nos et eandem geritis ecclesiam, promeretur, ut statui et oportunitatibus vestris favorabiliter consulamus. Dudum siquidem pro parte vestra felicis recordacionis Gregorio pape XI. predecessori nostro exposito, quod olim in Castro vestro Anticuli Anagnine diocesis tres conterragenarum partes existere noscebantur, quarum una Cavalerii, qui inter ceteras, quibus gaudebant, prerogativas forenses in eorum domibus vel hospiciis receptantes debita plateatica, alias in eodem Castro solvi solita, non solvebant, altera familia pape, cui erat concessa licencia arma ferendi tam per ipsum Castrum, quam provinciam nostram Campanie, quam per Romanam Curiam, ubicumque illam contingeret residere, et qui de ipsa familia existebant, anno quolibet Romano Pontifici vel eius Thesaurario in dicta provincia pro tempore residenti Sexagintaquinque spatulas porcinas, et totidem placentulas consignare et tradere tenebantur, reliqua vero (pars) populares communitar vocabantur; ex quibus quidem parcia-

litatibus plurima inter homines dicti Castri dissensiones, discordie et scandala oriebantur qnotidie, et nisi obviaretur eisdem, de gravioribus imposterum timebatur, et propterea pro parte Massariorum dicti Castri eidem predecessori tunc Anagnie cum sius Curie residenti humiliter supplicato, ut tranquillitati et paci dictorum hominum paterna caritate ac premissis discordiis et scandalis obviare dignaretur: Idem predecessor premissa provide considerans ac eorumdem Massariorum precibus inclinatus prefatas partes, earumque predicta vocabula in dicto Castro extinxit atque delevit, omnesque Cavalerios, familiam pape et populares prefatos unum corpus, devotos subditos et fideles eiusdem ecclesie esse statuit et decrevit, et nichilominus prefatos homines ab assignacione et prestacione spatularum et placentularum huiusmodi protinus absolvit et liberavit, prout in litteris predecessoris dicebatur plenius contineri. Cum antem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat, vos de gracia et litteris predecessoris eiusdem pro eo, quod in generali combustione dicti Castri una cum aliis rebus vestris ignis incendio perierunt, si casus fortasse aliquis vel prodocendi illas in indicio necessitas eveniret, docere aut fidem facere neqoeatis, pro parte vestra nobis fuit humiliter suplicatum, ut vobis et statui vestro in premissis de oportuno remedio providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur cupientes, ut devocio vestra erga nos et sedem apostolicam eo ferveneius augeatur, quo vos noveritis ampliori gracia communitos, huiosmodi supplicacionibus inclinati quecumque inter vos parcialitatum vocabula tenore presencium penitus abolemus, vosque et Universitatem vestram unum corpus existere, atque omnes filios et devotos eiusdem ecclesie ab omnibus nuncupari debere volumus et iubemus, et nichilominus prenominatos et Communitatem vestram ab assignacione et prestacione spatularum et placentularum huiusmodi Pontifici vel Thesaurario predictis, aut cuicumque alteri pro eis imposterum facienda eadem auctoritate absolvimus et protinus liberamus, ac de libris et registris eiusdem provincie, in quibus ad illas prestandas inscripti essetis, per illos, qui huiusmodi libros et registra tenent, et alios, ad quos spectat, ad cuiuscumqoe vestrum peticionis instanciam deleri precipimus et cassari, vobis eciam de ampliori gracia concedentes, quod pro preteritis temporibus ad solvendum aut prestandum aliquid premissorum occasione cuiquam eiusdem ecclesie officiali, aut nobis aut successoribus nostris molestari, compelli aut quoquomodo gravari vos, nec aliquis vrum seu prefatorum minime valeatis, Non obstantibus apostolicis et dicte provincie constitucionibus et aliis contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre abolicionis, iussionis, absolucionis, liberacionis, mandati, concessionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIII. Idus Iunii, Pontificatus nri anno quarto.

CCIV.

Baldassar Trentaquattro gubernator camerae communis Bononiensis constituitur. *Reg. Tom. VI. fol. 212.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Baldassari Trentaquattro civi Civitatis nre Bononiensis, Superstiti et Gubernatori Camere actorum Communis Civitatis eiusdem, salutem etc. Sincere devocionis integritas, qua nos et Romanam ecclesiam revereris, necnon alia multiplicia virtutum dona, quibus personam tuam novimus insignitam, nos inducunt et excitant, ut te condignis prosequamur honoribus, et negociis publicis statum prefate ecclesie atque nostrum concernentibus deputemus. Sperantes itaque, quod ea, que tibi commictenda duxerimus, solicite et fideliter exequeris, te Superstitem et Gubernatorem Camere actorum Communis Civitatis nostre Bononiensis usque ad nostrum beneplacitum cum salario, emolumentis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate apostolica presencium tenore ordinamus, constituimus et eciam deputamus, tibi ordinandi, faciendi et exercendi omnia et singula, que ad huiusmodi officium spectant tam de consuetudine quam de iure, concedentes plenam et liberam potestatem, ac mandantes dilecto filio nostro Alfonso sancti Eustachii diacono Cardinali, in eadem Civitate pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, quatenus te ad huiusmodi officium eiusque liberum exercicium recipiat et admictat, ac recepi et admicti et de salario et emolumentis debitis et consuetis satisfieri faciat, ut est moris. Volumus autem, quod de dicto officio fideliter exercendo, et alias debite fidelitatis in manibus prefati Cardinalis prestes in forma solita iuramentum. Datum Tibure Idus Iulii, Pont. nostri anno quarto.

CCV.

Paulo de Valle pontifex cancellariatum Urbis confirmat. *Reg. Tom. VI. fol. 252.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Paulo de Valle civi Romano, in artibus et medicina Magistro, alme Urbis Cancellario, salutem etc. Tue fidelitatis integritas in nostris et ecclesie Romane arduis negociis longa rerum experiencia, et modernis presertim temporalibus comprobata, necnon sincere devocionis affectus, quem ad nos et sedem apostolicam habere dinesceris, promeretur, ut que a nobis digne postulas, favore tibi benivolo concedamus. Sane peticio pro parte tua nobis nuper exhibita continebat, quod olim tu officium Cancellariatus alme Urbis, per duos Romanos cives solitum gubernari, tunc per obitum quondam Iohannis de Cinciis olim ipsius Urbis

Cancellarii vacans, per quasdam litteras dilecti filii nostri Iacobi sancti Eustachii diaconi Cardinalis, in ipsa Urbe eiusque territorio et districtu, ac nonnullis aliis Provinciis, Civitatibus, Terris et locis Italie Romane ecclesie immediate subiectis apostolice sedis Legati, ac in spiritualibus et temporalibus Vicarii generalis, per te quoad viveres regendum, exercendum ac etiam gubernandum, cum omnibus emolumentis, proventibus, prerogativis, honoribus et oneribus consuetis, apostolica sede tunc vacante, tibi conferri obtinuisti et de illo etiam provideri, prout in ipsis litteris plenius continetur: quod quidem officium et eius exercicium ex tunc tenuisti, rexisti et gubernasti, prout tenes, exerces et gubernas de presenti pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem peticio subiungebat, timeas te super predicto officio cum emolumentis, proventibus, prerogativis, honoribus et oneribus huiusmodi posse forsitan ex certis causis imposterum molestari, presertim quod ab aliquibus asseritur prefatum officium non ad vitam, sed annum dumtaxat dari consuetum fuit: pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro maiori tui securitate eisdem litteris ad omnibus inde secutis robur apostolice confirmacionis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur sperantes, quod huiusmodi tua devocio ad nos et Romanam ecclesiam eo fervencius augeatur, quo maioribus per nos fueris favoribus et graciis communitus, huiusmodi supplicacionibus inclinati litteras et omnia inde secuta rata habentes et grata, ea auctoritate apost. ex certa sciencia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nichilominus officium ipsum cum emolumentis, proventibus, prerogativis, honoribus et oneribus huiusmodi, sive ut premittitur, sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumque persona vacet, tibi pro tua potiore tutela et securitate, et quoad vixeris, per te vel alium regendum, exercendum et etiam gubernandum denoo ex prefata certa sciencia, prout expedit, conferimus, et de illo etiam tibi eadem auctoritate providemus, non obstantibus constitucionibus, ordinacionibus, statutis et consuetudinibus diete Urbis, quod officium huiusmodi forsan, ut premittitur, ad annum tantum dari consuetum sit, iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Tenor vero dictarum litterarum sequitur, et est talis.

Iacobus miseracione divina sancti Eustachii sancte Romane ecclesie Diaconus Cardinalis, in alma Urbe eiusque territorio et districtu, ac nonnullis aliis Provinciis, Civitatibus, Terris et locis Italie dicte ecclesie immediate subiectis apostolice sedis Legatus, ac in spiritualibus et temporalibus Vicarius generalis, Dilecto nobis egregio Artium et Medicine Doctori Magistro Paulo de Valle civi Romano, Salutem in domino. Dum ad personam tuam claro genere nobilem, cuius merita et virtutes nobis existunt ex multa experiencia non ignota, paterne consideracionis vertimus aciem, et sincere tue devocionis affectum constantemque fidelitatem, quos ad sedem apostolicam et Romanam gessisti, prout geris, ecclesiam, diligenter actendimus, nec non obsequium gratitudinum per te Romane ecclesie ac sedi apostolice predictis, ac etiam nobis iugiter impensarum debita meditatione pensamus, nto te dignum honore conspicimus et specialis nostre gracie munere attollendum. Cum itaque officium Cancellariatus Urbis per duos Romanos cives consueverit hactenus gubernari, et per sedem apostolicam de dicto officio alicui civi Romano quandoque pluribus vicibus, sicut accepimus, ad vitam eius, et quandoque ad certum tempus consueverit provideri: Nos volentes te predictorum meritorum tuorum intuitu favoribus prosequi graciosis, tibi de officio Cancellariatus, vacante ad presens per mortem Iohannis de Ciuciis de Urbe, cum emolumentis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate predicti Vicariatus nostri et apostolica, qua fungimur, tenore presentium providemus vita tua durante, mandantes Magnificis viris dñis Senatori et Conservatoribus presentibus et futuris Urbis, et aliis quorum interest et intererit in futurum, quatenus te ad huiusmodi officium et eius exercicium unacum alio Cancellario recipiant et admictant, et recipi et admicti faciant et procurent, tibique de huiusmodi salario et emolumentis efficaciter satisfaciant et satisfieri faciant, ut est moris, cum de predicto officio fideliter exercendo prestiteris in nostris manibus corporaliter iuramentum, omnesque et quascumque promissiones, provisiones, ordinaciones et disposiciones de dicto Cancellariatus officio quibuscumque personis sub quacumque forma, vel expressione verborum per nos factas, quas hic haberi volumus pro sufficienter expressis, harum serie ex certa nostra sciencia pro quiete patrie revocando, quas eciam haberi volumus pro infectis. Tu igitur in exercendo huiusmodi officium sic te geras legaliter et prudenter, prout de te plene confidimus, quod proinde a sede apostolica valeas merito commendari. In quorum testimonium presentes nostras licteras fieri fecimus et nostri Cardinalatus sigilli iussimus appensione muniri. Datum Rome apud Sanctam Laurencium in Damaso sub anno dñi Millesimo quadringentesimo sextodecimo, Indictione decima, die duodecimo mensis Decembris, apostolica sede pastore carente.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nře confirmacionis, communicionis, supplecionis, collacionis et provisionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem II. Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

CCVI.

Tartallia de Lavello eiusque nati comites civitatis Tuscanellae creantur. *Reg. Tom. II. fol. 152.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Tartallie de Lavellu Comiti Civitatis nostre Tuscanelle, salutem etc. Dum intra nostri pectoris archana revulvimus et provide meditacione pensamus, quot et quanta post assumptionem nostram ad summi apostolatus apicem pro statu et honore nr̄o ac Romane ecclesie feliciter conservando tam strenue quam fideliter gesseris, laudabilium operum ab effectu, dum eciam tue fidelitatis integritatem et sincere devocionis affectum, aliaque tuarum virtutum merita, quibus in nr̄o et apostolice sedis conspectu splenderi, dinosceris, memori studio recensemus, dignum, quin potius debitum arbitramur, ut personam tuam et ex te descendentes et posteros condignis preveniamus honoribus, illamque ad tuorum gestorum memoriam sempiternam apostolicis graciis et favoribus attollamus. Hodie siquidem ex certis racionabilibus causis animum nr̄um moventibus Civitatem Tuscanensem, ad nos et eandem ecclesiam pertinentem, auctoritate apostolica in Comitatum ereximus et Comitatus titulo decoravimus, et statuentes et eciam decernentes, quod Civitas ipsa cum eius Comitatu, Territorio, districtu, iuribus et pertinenciis universis necnon Canini, Spizani, Cincelli, Montisalti, Castriaraldi ac Marte, Abbatie ad pontem, Pienzani, Musignani, Castricardinalis et Castrigrondis, eorumque Territoriis, districtibus, iuribus et pertinenciis quibuscunque Viterbiensis, Castrensis, Sutrinensis et Montisflasconensis diocesum, quibus forsan subiecta erant, ex tunc penitus eximimus et eciam liberavimus, ac libera et exempta fore decrevimus, deinceps Comitatus Tuscanelle perpetuo et Civitatem ipsam Tuscanensem a prefata ecclesia pro tempore obtinentes, et in illius ac nr̄a vel successorum nr̄orum Romanorum pontificum canonice intrancium devocione et obediencia persistentes Comites Tuscanelle existerent, et deberent imposterum ab omnibus nuncupari, prout in aliis nr̄is desuper confectis litteris plenius continetur. Nos igitur volentes te, qui pro exaltacione status eiusdem ecclesie contra illius hostes atque rebelles cum tuis strenuis gentibus armigeris tam fideliter et magnanimiter militasti, prout militas de presenti, nullis parcendo laboribus vel periculis, premissorum intuitu prerogative prosequi gracie specialis, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate te tuosque filios natos et nascituros legitimos et naturales ex tuo corpore descendentes, et qui nascuntur ab illis Comites dicti Comitatus auctoritate prefata tenore presencium facimus, constituimus et eciam ordinamus, ac Comites dicti Comitatus Civitatis Tuscanelle existere volumus, et sic deinceps debere ab omnibus censeri, reputari et eciam appellari, iuribus tamen et proprietatibus nostris et sancte Romane ecclesie in omnibus semper salvis et reservatis, Tibi nichilominus ac filiis, descendentibus et posteris supradictis de ampliori gracia concedentes, quod omnibus et singulis immunitatibus, libertatibus, exemptionibus, privilegiis, graciis et indultis, quibus ceteri Comites Lateranensis palacii de consuetudine vel de iure gaudeant et utuntur, uti et gaudere, ac eciam in Civitate, Terris et Castris predictis merum et mixtum imperium ac gladii potestatem, omnemque iurisdictionem temporalem per officiales Romane ecclesie olim solitam exerceri inibi, cetera omnia exequi facere et mandare, que dicti officiales facere possent, si ad regendum et gubernandum illa forent per dictam ecclesiam specialiter deputati, gerere et exercere, fructusque, obvenciones, pascua et emolumenta quelibet ex illis pro tempore proventiva percipere et habere, eaque, debitis tamen pro illorum necessitate deductis oneribus, in usus vestros convertere, et de illis pro vestre voluntatis arbitrio libere disponere valeatis, Quibuscunque aliis concessionibus super dictis Terris et Territoriis quavis forma verborum tibi vel alii cuiquam hactenus apostolica vel alia auctoritate factis, quarum tenores ex certa sciencia habere volumus pro expressis, nequaquam obstantibus. Volumus autem, quod racione Comitatus huiusmodi tuo ac ipsorum filiorum ac descendencium nomine in manibus nostris, seu Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nostri, per te vel procuratorem tuum legitimum fidelitatis debite prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur, dilecte fili, vir strenue et insignis, quem semper in rebus ecclesie fideliter militantem cognovimus, per effectum ex traditis tibi celesti dono virtutibus sic te erga nostrum et eiusdem ecclesie statum pariter, et honorem conservandum et augendum, prout in te plene confidimus, vigilem exhibeas et solertem, quod ex laudabilibus gestis et fructuosis operibus tuis sperati fructus proveniant, ut speramus, nosque proinde ad promovendum ultius personam tuam, impendendumque tibi ampliores honores et gracias arcius invitemur. Nulli ergo etc. nostre constitucionis, ordinacionis, concessionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem vi. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno quarto.

CCVII.

Ceperanensibus, ut quosdam proventus camerae apost. debitos reparationi murorum sui castri applicare possint. *Reg. Tom. VI. fol. 267.*

Mratinus episcopus etc. Dilectis filiis Universitati Castri nostri Ciparani Verulane diocesis, salutem etc. Devocionis et fidei vestre sinceritas,

quas erga nos et Romanam ecclesiam hactenus inconcusse servastis, merito promerentur, ut vos specialibus graciis et favoribus prosequamur. Sane sicut accepimus muri seu menia Castri nři Ciparani Verulane dioc. in parte diruti et in parte ruinam minantur, ad quorum reparacionem et refectionem vře non suppetunt facultates: Nos igitur volentes vobis de alienius subvencionis auxilio, per quod reparacionem et refectionem huiusmodi facere possitis, providere, vobis medietatem omnium fructuum (et) proventum ex omnibus pascuis et herbaticis dicti Castri ad nos et Cameram nostram spectancium usque ad quadriennium, ut huiusmodi quadriennio completo usque ad beneplacitum nostrum per vos et deputandos a vobis percipiendum in reparacionem et refectionem predictas fideliter convertendam, Constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ac nostrarum Campanie et Maritime provinciarum ceterisque forsan contrariis nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica tenore presencium concedimus et donamus. Nulli ergo etc. nostre concessionis, et donacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem VIII. Kal. Novembris, Pontificatus nři anno quarto.

CCVIII.

Thesaurario Marchiae Anconitanae facultas reformandi salariam ipsius Marchiae etc. conceditur.
Reg. Tom. VI. fol. 316.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Geminiano de Prato Preposito ecclesie Pistoriensis, in provinciis nostris Marchie Anconitane et Massetrabarie, Presidiatuque Farfensi nobis et Romane ecclesie immediate subiecto pro nobis et eadem ecclesia Thesaurario, salutem etc. Dudum siquidem dilectum filium Nobilem virum Iacobum Anichini Ricardi, civem et mercatorem Florentinum, super tracta, usu et introitu salis Salarie provinciarum nostrarum Marchie Anconitane et Massetrabarie, Presidiatusque Farfensis nobis et Romane ecclesie immediate subiecti Commissarium nřum, et Administratorem generalem usque ad apostolice sedis beneplacitum per alias nostras litteras constituimus et etiam deputamus, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cupientes igitur, ut idem Iacobus in huiusmodi commissionis officio eo facilius pro utilitate apostolice Camere se cum suis factoribus et sociis exercere possit, quo ampliori favore eiusdem sedis se noverit communitum, Discrecioni tue, de qua in hiis et aliis specialem in dño fiduciam obtinemus, Salariam ipsam ad statum prosperum reducendi et reformandi, ac auctoritate nostra precipiendi et mandandi dilectis filiis Communitatibus et Universitatibus, ac singularibus quibuscumque personis, Gubernatoribus Civitatis Castelli et Spoletane Civitatum, ac Nursie et Cassia Terrarum Spoletane dioc., aliorumque locorum Spoletani Ducatus Rom. eccl. subiectorum, ne sal pro eorum usu aliunda quam ab eodem commissario nřo, vel deputandis ab eo quoquomodo recipiant seu recipi permittant, sub penis et censuris eccl. per te in eos, qui contrafecerint, infligendis, et nichilominus Communitates, Universitates et personas predictas tuis litteris vel mandatis parere recusantes, aut per se vel alios id agentes, quominus dictus commissarius nomine prefate Camere sal ipsum in eisdem Civitatibus, Terris et locis vendere possit, et illud ibi mittere pro utilitate Camere supradicte, auctoritate prefata monendi, requirendi, et si quos forsan in premissis contemptores seu mandatorum nřorum transgressores inveneris, cuiuscumque status, gradus, dignitatis vel condicionis extiterint, prout prudencie tue videbitur, puniendi, corrigendi, ac contra eos processus formandi, et alios quoscumque super tracta, usu et introitu dicti salis in Civitatibus, Terris et locis predictis dolum vel fraudem committentes, qui in manifesta fraude deprehensi fuerint, per te vel alios muletandi et condemnandi, contra eos quoque ad execucionem effectivam in personis, rebus et bonis eorum procedendi, ac de eorum transgressionibus, excessibus, dolis et fraudibus cognoscendi et exequendi per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia oportuna, eciam cum invocacione auxilii brachii secularis, Contradictores quoque quoslibet et rebelles, cuiuscumque preeminencie, status vel condicionis fuerint, etiam si pontificali prefulgeant dignitate, auctoritate nostra censura simili compescendi, ipsasque Communitates, Universitates et personas in hiis, que prefato commissario raciona dicte salarie a quibusvis sunt debita, vel durante commissione huiusmodi debebuntur, ut ea sibi integraliter observentur, ad arbitrium tuum et quociens opus esse prospexeris pro reformacione salarie et utilitate Camere prefatarum compellendi, aliaque omnia et singula in premissis ordinandi, mandandi et exequendi, que pro reductione et reintegracione dicte salarie ac iurium eiusdem conservacione utilia esse cognoveris, plenam et liberam auctoritate presencium concedimus facultatem, ratum et gratum habituri quidquid per te vel a te deputandos factum, gestum vel executum fuerit in premissis, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, Non obstante si Communitatibus, Universitatibus et personis predictis, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari, seu Civitates, Castra, Terre et loca eorum commissa regimini interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem. Dat. Rome apud Sanctum Petrum v. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCIX.

Treugas inter Romanos et Barones eorumque sequaces indictas pontifex ad annum prorogat.
Reg. Tom. VII. fol. 24.

Martinus episcopus etc. Universis et singulis, ad quos presentes nostre littere pervenerint, salutem etc. Dudum inter nonnullos Barones, Nobiles, Universitates ac singulares personas Urbis eiusque districtus et partium dicte Urbi finitimarum, ac etiam Patrimonii b. Petri in Tuscia annuales inducias indiximus, prout in litteris inde confectis plenius continetur. Nunc vero huiusmodi induciarum finem adventare ac appropinqnare sentientes, cum a dño sollicitudo nobis commissa sit, ut caritatem, pacem ac concordiam inter omnes Christifideles omni studio et diligencia procuremus, ex certa sciencia auctoritate apostolica tenore presencium inter omnes Barones, Nobiles, Universitates ac singulares personas, ac eorum adherentes, complices et sequaces parcium predictarum, qui treugarum vinculo astricti sunt, quorum omnium qualitates, condiciones ac species hic haberi volumus pro sufficienter expressis, de et super omnibus offensionibus et guerris tam preteritis temporibus motis quam movendis, que inter prefatos quomodocumque viguerunt et quomodolibet decetero emergere possent, alias treugas, sufferencias, inducias sub spe pacis a fine predictarum treugarum immediate inchoandas usque ad annum duraturas indicimus per presentes, mandantes auctoritate prefata dictis Nobilibus, Baronibus, Universitatibus et adherentibus huiusmodi, quatenus nullo modo inferant invicem aut inferre presumant per se vel alios quovis modo huiusmodi nostro treugarum mandato durante, quomodocumque vel qualitercumque, directe vel indirecte, aut quovis quesito colore publice vel occulte aliquas offensiones reales, personales vel mixtas, eciam coniuraciones, conspiraciones aut invasiones seu occupaciones Civitatum, Terrarum, Castrorum vel locorum alicuius in dicto treugarum nostrarum mandato existentis seu adherencium quorumcumque, necnon represaleas facere seu fieri facere quomodocumque presumant, sed ipsas treugas et sufferencias inviolabiliter observare et observari facere, sub penis excommunicacionis in personas et interdicti in Civitates, Terras et Universitates ipsas, necnon privacionis dignitatum, honorum et graduum quorumcumque, tam spiritualium quam temporalium, ac eciam bonorum ac iurium eciam feudalium, que a Romana vel aliis ecclesiis, Romano Imperio, Regibus, Principibus, seu alias quocumque titulo quomodolibet Universitatibus aut quibusvis aliis personis obtinerent, et inhabilitacionis ad illa et quecumque alia imposterum obtinenda, necnon octo millium florenorum auri de Camera, quorum medietas parti offense, altera vero medietas Camere apostolice applicetur, teneantur et debeant cum effectu, in quas quidem penas et earum quamlibet contrafacientes quoslibet cuiuscumque status, gradus, habitus seu condicionis spiritualis seu temporalis, eciam si regali, pontificali, reginali aut quavis alias fulgeant dignitate, ac eciam aliis gravioribus penis nr̃o infligendis arbitrio incurrere volumus ipso facto. Intendentes omnibus et singulis huiusmodi treugarum vinculo astrictis contra quascumque personas, Universitates, que eodem treugarum nexu astringantur, sive in nostro palacio apostolico, sive in Curia Capitolii iusticiam effectualiter administrare, ac si forsan, quod absit, aliquis induciarum, treugarum, sufferenciarum huiusmodi nostrum mandatum violare presumpserit, volumus, ut pars lesa quavis iniuria affecta sit sub penis supradictis, et aliis nr̃o arbitrio inflgendis nullo modo vindicare se audeat, sed ad nos et ad sedem apostolicam recursum faciat, cui iusticia intermedia satisfaciemus. Volumus autem huiusmodi nostrum treugarum et induciarum mandatum locum et vim sibi vendicare infra viginti dies proxime futuros a die publicacionis eiusdem in valvis Capitolii dicte Urbis fiendo, Constitucionibus necnon privilegiis apostolicis et Imperialibus, statutis et consuetudinibus partium predictarum et aliis contrariis, eciam si de ipsis in nostris litteris de verbo ad verbum facienda esset mencio specialis, seu quod excommunicari, suspendi aut interdici non possint, non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud S. Petrum III. Idus Marcii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCX.

Processus apostolicus sive Bulla in coena Domini.
Reg. Tom. VII. fol. 44.

Martinus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Excommunicamus et anathematizamus ex parte dei omnipotentis patris et filiis et spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Petri et Pauli apostolorum ac nostra omnes hereticos, Gazaros, Patarenos, pauperes de Lugduno, Arnaldistas, Speronistas, Passaginos, Wickleffistas, Hussistas, fraticellos et quoslibet alios hereticos, quocumque nomine censeantur, ac omnes fautores, receptatores et defensores eorumdem.

Item excommunicamus et anathematisamus omnes Piratas, Cursarios, latrunculos marinos et omnes fautores, receptatores et defensores ipsorum.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes, qui in terris suis nova pedagia imponunt.

Item excommunicamus et anathematisamus omnes falsarios Bulle seu litterarum apostolicarum et supplicacionum graciam vel iusticiam continencium per summum Pontificem, vel Vicecancellarium seu gerentes vices aut officium Vicecancellarii sancte Romane ecclesie de mandato eiusdem summi Pontificis signatarum, aut sub nomine summi

Pontificis seu Vicecancellarii aut gerentis officium predictorum signantes supplicaciones easdem.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina et alia prohibita deferunt Sarracenis, quibus Christianos impugnant.

Item excommunicamus et anathematizamus impedientes seu invadentes victualia seu alia ad usum Romane Curie necessaria adducentes, vel ne ad Curiam ipsam adducantur vel deferantur, impedientes seu perturbatores, et qui talia faciunt vel defendunt, cuiuscumque fuerint ordinis, preeminencie, condicionis et status, eciam si Pontificali, Regali, Reginali aut alia quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui ad sedem apostolicam venientes et recedentes ab eadem, necnon qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes in eadem Curia morantes temeritate propria capiunt, spoliant et detinent, aut ex proprosito deliberato verberare, mutilare vel interficere presumunt, et qui talia fieri faciunt seu mandant.

Item excommunicamus et anathematizamus iniquitatis Alumnum Petrum de Luna, Benedictum XIII. se nominare ausu sacrilego presumentem, iusto dei iudicio ac per processus sacri generalis Concilii Constancie et nostros eius demeritis exigentibus hereticum atque scismaticum, et ab ecclesia recisum sentencialiter condempnatum, ac omnes adherentes, complices et sequaces ipsius, et dantes ei auxilium, consilium vel favorem, cuiuscumque preeminencie, dignitatis vel ordinis (fuerint), eciam si Pontificali, Regali, Reginali vel quavis alia, ut premictitur, ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas, vel seculares ad Romam Curiam super earum causis et negociis recurrentes, illaque in eadem Curia prosequentes, aut procuratores, gestores, advocatos vel promotores ipsorum, vel eciam Auditores seu Iudices super dictis causis seu negociis deputatos occasione causarum vel negociorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt, aut bonis spoliant, cuiuscumque preeminencie, dignitatis, ordinis, condicionis aut status fuerint, eciam si Pontificali, Regali, Reginali vel quavis alia prefulgeant dignitate.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes et interficientes, seu capientes et detinentes sive depredantes Romipetas, et peregrinos ad Urbem causa devocionis et peregrinacionis accedentes, et in ea morantes et recedentes ab ipsa, et in hiis dantes auxilium, consilium vel favorem.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte sub quocumque titulo vel colore occupant, detinent, vel hostiliter discurrunt seu invadunt, aut occupare, detinere vel discurrere hostiliter presumunt in totum seu in partem almam Urbem, Regna Sicilie, Trinacrie, Insulas Sardinie, Corsice, Terram citra farum, Patrimonium beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venayssini, Sabine, Marchie Anconitane, Massetrabarie, Romandiole, Campanie atque Maritime Provincias, ac Terras specialis commissionis et Arnulphorum, Civitates quoque nras Bononiensem, Ferrariensem, Beneventanam, Perusinam, Avinionensem Civitatiscastelli, Tudertinam, et alia Civitates, Terras et loca, vel iura ad ipsam ecclesiam spectancia et pertinencia, et adherentes ac fautores et defensores eorum, seu in hiis dantes eisdem auxilium, consilium vel favorem, Non obstantibus quibuscumque privilegiis et indulgenciis, ac litteris apostolicis generalibus vel specialibus eis, vel eorum alicui vel aliquibus, cuiuscumque ordinis, condicionis, dignitatis et preeminencie fuerint, eciam si, ut premictitur, Pontificali, Regali, Reginali, seu quavis alia ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, a predicta sede sub quavis forma vel tenore concessis, quod excommunicari aut anathematizari non possint per litteras apostolicas, que plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi, ac ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus ac dignitatibus eorumdem non fecerint mencionem, necnon consuetudinibus et observanciis scriptis et aliis contrariis quibuscumque, per que contra huiusmodi nostros processus ac sentencias, quominus includantur in eis, se iuvare valeant aut tueri, et que quo ad hoc prorsus tollimus et omnino revocamus: a quibus quidem sentenciis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi dumtaxat in mortis articulo constitutus, absolvi possit, nec eciam tunc nisi de stando sancte matris ecclesie mandatis satisfactione vel sufficienti caucione prestitis. Illos autem, cuiuscumque fuerint preeminencie, dignitatis, ordinis, condicionis aut status, eciam Pontificali vel alia qualibet ecclesiastica dignitate preditos, qui contra tenorem presencium talibus vel eorum alicui, seu aliquibus absolucionis beneficium impendere de facto presumpserint, excommunicacionis et anathematis sentencia innodamus, eisque predicacionis, lectionis, administracionis sacramentorum et audiendi confessiones officia interdicimus, predicentes aperte transgressoribus et contemptoribus supradictis nos gravius contra eos spiritualiter et temporaliter, prout expedire cognoveris, processuros. Ut autem huiusmodi nostri processus ad communem omnium noticiam deducantur, cartas sive membranas processus continentes eosdem Basilice beati Petri Principis apostolorum de Urbe, necnon sacri palacii apostolici, in quo impresenciarum moram trahimus, valvis seu ostiis ac

liminaribus faciemus affligi seu appendi, que processus ipsos suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut hii quos processus huiusmodi contingunt, quod ad ipsos non pervenerint, nullam possint excusacionem pretendere val ignoranciam allegare, cum non sit verisimile quo ad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo etc. nostre excommunicacionis, anathematizacionis, interdicti et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum v. Idus Aprilis, Pont. nostri anno quinto.

CCXI.

Ioannem de Vico Praefectum Urbis eiusque sequaces et complices ab omnibus excessibus, rebellione etc. pontifex absolvit et in pristinum statum reducit et reponit.
Reg. Tom. VII. fol. 62.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iohanni de Vico alme Urbis Prefecto, salutem etc. Sedis apostolice gratiosa benignitas redeuntibus ad eam cum humilitate filiis post excessum suos errores sponte fatendo libenter, cum humiliter postulant, se propiciam et benignam exhibet et eciam graciosam. Cum itaque tu, humani generis emulo suggerente, et temporum malicia procurante, a nr̃a et Romane ecclesie obediencia et devocione aliquandiu te subtraxeris, ac nobis et ipsi ecclesie rebellis fueris, propter que damna et alia diversa mala sunt secuta, tuque de premissis dolens cupias ad nostram et dicte ecclesie obedienciam redire: Nos volentes te ob sincere devocionis affectum, quem ad nos et ecclesiam ipsam nonnullis retroactis temporibus gessisse comprobaris, et ut in nostra et eiusdem ecclesie devocione decetero fortius persistas, favoribus prosequi graciosis, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, si qua forsan a tempore scismatis et citra crimina, eciam lese maiestatis et scismatis predicti, excessus et delicta contra quoscumque pro Romanis pontificibus se gerentes, et ecclesiam memoratam, necnon dilectos filios populum Romanum, ac nr̃am et Urbis Cameras, ac quascumque singulares personas, nec non loca, Communia et Universitates quomodocumque seu qualitercumque pretextu rebellionis huiusmodi per te vel alium seu alios commiseris, eciam si eis homicidia, membrorum mutilaciones, bonorum confiscaciones, personarum captiones, spolia et rapine, violencie, damnum, iniurie et alia cuiuscumque generis mala in quoscumque et qualitercumque sint secuta, illa omnia et singula per te vel familiares, complices, fautores, vasallos, adherentes et subditos tuos tam clericos quam laicos, et alios quoscumque tibi in premissis auxiliantes usque in presentem diem perpetrata seu commissa tibi, ac terris tuis, familiaribus, complicibus, fautoribus, vasallis, subditis et adherentibus huiusmodi, cuiuscumque status et preeminencie existant vel fuerint, laicis sive clericis, quorum et cuiuslibet eorum nomina et cognomina, statum et dignitates haberi volumus pro sufficienter expressis ac specifice declaratis, auctoritate apostolica, nec non racione pleni dominii dicte Urbis, quo fungimur, de speciali gracia remittimus, teque ac terras, Castra, loca et bona, ac familiares, complices, fautores, vasallos, subditos et adherentes clericos et laicos huiusmodi ab omnibus processibus, senteciis, bannis et penis, que propterea incurristis, vel contra te et illos ab homine vel a iure promulgata fuerint, in quantum publicum interesse, Cameras predictas, aut earum alteram, seu provincie nr̃e Patrimonii beati Petri in Tuscia concernunt seu concernere possint, Et ab omnibus bannis, diffidacionibus, condemnacionibus, senteciis spiritualibus et temporalibus absolvimus, et totaliter liberamus et reafidamus, Teque et alios predictos ad quecumque dignitates, honores, gracias, privilegia, bona, iura et actus legitimos, nec non beneficia ecclesiastica quecumque, quotcumque et qualiacumque fuerint, non obstantibus concessionibus, alienacionibus, donacionibus et confiscacionibus de eis medio tempore forsan factis, quas haberi volumus pro non factis, restituimus et reintegramus, et in statum pristinum, in quo eras et alii predicti erant ante motas guerras et excessus predictos, in quantum interesse publicum et Cameras concernunt predictas, reducimus et reponimus per presentes, districtius inhibentes quibuscumque officialibus nr̃is et ecclesie necnon populi et Urbis predictorum, qui nunc sunt et erunt per tempora, ne contra te, terras aut familiares, complices, fautores, vasallos, subditos et adherentes et alios in premissis culpabiles quovis quesito colore premissorum pretextu decetero procedere, aut te vel illos molestare quoquomodo presumant, ac tollentes seu irritantes confiscaciones seu banna quecumque, necnon quoscumque processus, diffidaciones et sentencias propterea in te et illos prenominatos hactenus forsan qualitercumque habitos seu promulgatas, illos et illas habentes eciam pro non factis, quantum ad interesse publicum et Cameras predictas noscitur pertinere, Constitucionibus apostolicis necnon statutis et consuetudinibus memorate Urbis et provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia, que omnia presentibus de verbo ad verbum haberi volumus pro sufficienter insertis, et quibus quantum ad premissa dumtaxat ex certa sciencia derogamus, ac aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino etc. nostre remissionis, absolucionis, liberacionis, reaffidacionis, restitucionis, reintegracionis, reductionis, reposicionis, inhibicionis, irritacionis, voluntatis et derogacionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum xiiii. Kal. Maii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCXII.

Pandulphus de Malatestis capitaneus generalis gentium armigerarum Romanae ecclesiae constituitur.
Reg. Tom. II. fol. 198.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Pandulpho de Malatestis Milili Ariminensi, omnium gentium armorum Romane ecclesie ubilibet militancium Capitaneo generali, salutem etc. Dum preclara integerrime fidelitatis, streuuitatis et alia tue persone gloriosa merita, grataque nobis et Romane ecclesie per te hactenus fideliter impensa servicia memoria recensemus, dum eciam in bene gerendis rebus experienciam, sapienciam, vite integritatem, aliaque dona virtutum, quibus te novimus insignitum, paterna diligencia contemplamur, dignum ducimus, ut personam tuam peramplius attollamus honoris et tituli gracia singulari. Hinc est, quod nos de tua industria, probitate et fide in domino plurimum confidentes, ac volentes te, qui eciam in Ariminensi, Fanensi et nonnullis aliis Civitatibus, terris et locis pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicarius deputatus existis, ntum tamquam benemeritum honorare, et premissis et certis aliis racionabilibus causis ad hoc animum nrum moventibus, te generalem Capitaneum omnium gentium armorum equitum et peditum ad nostra et ipsius ecclesie stipendia mediate vel immediate ubique militancium, et que imposterum militabunt, cum arbitrio, officio, potestate, iurisdictione omnimoda, plena et libera gladii potestate, necnon prerogativis, honoribus et pertinenciis generalibus Capitaneis gencium prefate ecclesie dari solitis et consuetis, usque ad nostrum beneplacitum auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi nichilominus dicto durante beneplacito per te et alios strenuitate et fide conspicuos, quos duxeris deputandos, gerendi, mandandi, ordinandi et exequendi omnia et singula, que ad huiusmodi generalis Capitaneatus officium de consuetudine vel de iure spectare noscuntur, et que alii Capitanei generales dicte ecclesie, qui fuerunt pro tempore, gerere, mandare et exequi consueverunt, tibique pro statu honoreque nostro et prefate ecclesie necessaria et utilia videbuntur, potestatem plenam et liberam concedentes, et mandantes dilectis filiis universis et singulis Comestabulis, Caporalibus et aliis conductoribus dictarum gencium equitum et peditum, ac ipsis gentibus communiter vel divisim in quibusvis Provinciis, Civitatibus, Terris, Castris et locis ad nostra et ipsius ecclesie servicium militantibus presentibus et futuris, necnon Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Cassarorum, forteliciorum, Roccharum et aliorum quorumlibet locorum ad nos et predictam ecclesiam ubique terrarum spectancium Rectoribus, Magistratibus, Communitatibus, Universitatibus, Castellanis, Potestatibus, officialibus et singularibus quibuscunque personis, cuiuscumque status, dignitatis, preheminencie vel condicionis existant, quatenus tibi dicto durante beneplacito et a te deputandis in omnibus, que ipsis mandaveris, et ad huiusmodi Capitaneatus officium eiusque liberum exercicium spectare noscuntur, plene pareant et intendant, teque cum quacumque equitum et peditum comitiva intra Civitates, Terras, Castra, fortelicia et loca quecumque benigne receptent, introducant et debita gratitudine prosequantur, ac tibi et gentibus tuis de victualibus et aliis necessariis alimentis pro competenti precio, quociens eos duxeris requirendos, studeant efficaciter providere, ac litteris et commissariis tuis obedire plenarie teneantur: Alioquin sentencias sive penas, quas per te vel alios rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter, streuue et laudabiliter ad honorem nostrum et ipsius ecclesie exercendo in manibus nostris prestes fidelitatis debite in forma solita iuramentum. Tu igitur, dilecte fili, ex concessis tibi dono celesti virtutibus officium ipsum sic studeas, prout speramus et in te plene confidimus, fideliter ac strenue gerere subditos nostros et ipsius ecclesie iuvando et ab hostibus deffendendo, ac rebelles et indevotos ecclesie compescendo, quod prefati subditi optimo ac prestantissimo Capitaneo gaudeant merito se commissos, tuque deinde ex laudabilibus tuis gestis ultra nostram et apostolice sedis benedictionem et graciam beate vite gloriam feliciter consequi merearis. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kalendis Maii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCXIII.

Blasius Papa custos portae s. Pauli de Urbe constituitur.
Reg. Tom. II. fol. 207.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Blasio Pape Civi Romano, porte sancti Pauli de Urbe pro nobis et Romana ecclesia Custodi, salutem etc. Eximie devocionis integritas in magnis et arduis nris et Romane ecclesie negociis comprobata, nec non sincere fidelitatis affectus, que ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut te specialibus graciis et favoribus prosequamur. Hinc est, quod nos de tua fidelitate prudencia et constancia quamplurimum in domino confidentes, ac sperantes, quod ea, que tibi committenda duxerimus, solicite et fideliter exequeris, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, te Custodem porte sancti Pauli de Urbe pro uno anno, a die quinto mensis Novembris proxime futuri incipiendo et ut sequitur finiendo, cum omnibus emolumentis, prerogativis, gagiis, honoribus et oneribus consuetis, ac eciam cum omnibus et singulis fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et

obvencionibus suis, seu ad dictam portam tam de iure quam de consuetudine quomodolibet pertinentibus, auctoritate apostolica et de sedis apostolice munificencia liberaliter facimus, constituimus et eciam deputamus, Tibi nichilominus omnia et singula, que ad huiusmodi custodiam spectant et pertinent, gerendi, mandandi et exequendi facultatem liberam concedentes, ac mandantes Venerabili fratri Sancto Episcopo Tiburtino in dicta Urbe in spiritualibus Vicarie nro, ac dilectis filiis Nobilibus viris Senatori, Conservatoribus (et) Thesaurarie prefate Urbis, quatenus te immediate post quintum diem predictum ad huiusmodi Custodiam, eiusque liberum exercicium benigne recipiant et admictant ac recipi et admicti effectualiter faciant, ut est moris. Volumus autem, quod antequam memoratam Custodiam incipias exercere, in manibus Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nostri, de ipsa Custodia fideliter exercenda debite fidelitatis prestes in forma solita iuramentum. Tu igitur Custodiam huiusmodi tibi commissam sic fideliter, solicite et prudenter exercere studeas, quod nos ad ampliandos tuos honores pronos et benivolos merito magis reddas. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem xv. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCXIV.

Ioanni dicto Bructo et duobus aliis speciariis Romanis absolutio in causa cerae falsificatae in exsequiis cardinalis s. Angeli conceditur *Reg. Tom. VII. fol. 109.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis Iohanni dicto Bructo et Cole dicto Soczo quondam Andreocii Scappucii natis, ac Antonio Laurencii Delloconto, Civibus Romanis, speciariis, salutem etc. Humilibus supplicum votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Exhibita siquidem nobis pro parte vestra peticio continebat, quod licet nuper vos certam quantitatem cere pro exequiis bone memorie Petri sancti Angeli diaconi Cardinalis fideliter laboraveritis, tamen dilecto filio Antonio Bartholomei Reucii Cambii, procuratore fiscali Curie Camere Urbis, dilectis filiis Nobilibus viris Bartholomeo de Gonzaga dicte Urbis Senatori, et Antonio de Sancto Petro in fine, legum doctori, Iudici maleficiorum eiusdem Curie, referente, quod vos dictam quantitatem cere cum trementina et aliis rebus non permissis falsificaveratis et laboraveratis, prefati Senator et Iudex ad huiusmodi delacionem contra vos procedentes, vos fuisse et esse falsarios et falsificatores dicte cere, ipsamque ceram per vos fuisse falsificatam et falso modo laboratam, necnon propter premissa vos in trecentis ducatis auri et in valore dicte cere prefate Camere persolvendis sentencialiter condempnarunt, et nichilominus prefatam quantitatem cere coram eis presentatam apud scalas Capitolii dicte Urbis in populi presencia copiosi igne comburi fecerunt, prout hec et alia in actis dicte Curie dicitur plenius contineri. Quare pro parte vestra, qui, ut asseritis, ab omnibus premissis estis prorsus seu penitus innocentes, fuit nobis humiliter supplicatum, ut vobis et vro statui in premissis providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes vos, qui alias de fidei sinceritate, quam ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobamini, necnon ex certis racionabilibus causis animum nostrum moventibus prosequi favoribus graciosis, ac tenores delacionis et omnium actorum, ac sentencie et condempnacionis huiusmodi habentes presentibus pro sufficienter expressis, huiusmodi supplicacionibus inclinati omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per vos, aut aliquem vestrum forsan premissorum occasione contractam auctoritate apostolica penitus abstergimus et etiam abolemus, necnon ad famam, honores et status, in quibus ante delacionem, condempnacionem et sentenciam huiusmodi eratis, et adversus eandem sentenciam plenarie restituimus et etiam reponimus, mandantes expresse dilectis filiis Iudicibus maleficiorum Curie Camere predicte, et aliis quibuscumque officialibus, quorum interest, ut delacionem seu accusacionem, necnon sentenciam et condempnacionem huiusmodi et omnia inde secuta de libris et Archivio dictorum Curie et Camere seu maleficiorum, in quibus scripta sunt, cancellent et aboleant, ac cancellari, cassari et aboleri mandent et faciant cum effectu, districtius inhibentes eisdem officialibus, ne contra vos aut aliquem vrum premissorum occasione procedere, seu vos quomodolibet molestare presumant, ac decernentes exnunc irritum et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre abstercionis, abolicionis, restitucionis, reposicionis, mandati, inhibicionis et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem Kalendis Octobris, Pontificatus nostri anno quinto.

CCXV.

Braccio de Fortebrachiis talliae et census nonnullorum vicariatuum ad ei satisfaciendum de stipendiis etc. conceduntur. *Reg. Tom. VII. fol. 150.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Braccio Comiti Montoni, in Perusina et nonnullis aliis Civitatibus, Terris, Castris et locis ad nos et Romanam ecclesiam pertinentibus pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicario, salutem etc. Sincere devocionis affectus, quem ad nos et sedem apostolicam habere dinosceris, promeretur, ut indemnitatibus tuis favorabiliter consulamus. Cum itaque in capitulis de mense Iunii proxime preterito inter Nobilitatem tuam et Cameram apostolicam nostro nomine firmatis atque

conclusis, a die vicesima sexta mensis Februarii proxime secuturi inantea, pro eo tempore in aliis nostris litteris plenius denotato, provisionem annuam viginti septem milium florenorum auri de Camera a nobis, Romana ecclesia et dicta Camera annis singulis recipere tenearis, de qua quidem provisione tibi vel procuratori tuo legitimo anno quolibet persolvenda iuxta tenorem et firmam dictorum capitulorum assignaciones, et solnciones super talliis et censibus infrascriptis Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum nostrarum Marchie Anconitane et Spoletani ducatus provinciarum, et illarum, quas a nobis et dicta ecclesie in Vicariatum nosceris obtinere, fieri sunt sollicite in consuetis terminis persolvende: Nos indemnitati tue oportune precavere volentes, et intendentes, et provisionem tibi constitutam debito tempore consequaris, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, Nobilitati tue summam viginti septem milium florenorum predictorum iuxte formam dictorum capitulorum tibi debitam, ut prefertur, super talliis et censibus nobis et dicte ecclesie ab infrascriptis personis racione Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum dicte ecclesie, que in Vicariatum aut alias quomodolibet obtinent et gubernaet, debitis et debendis, per dilectos filios Geminianum de Prato Prepositum Pistoriensem, in Marchia Anconitana ac in Spoletani ducatus provinciis predictis pro tempore existentem (et alios) Thesaurarios nros, vel eorum successores petendis, exigendis et recipiendis, et tibi vel procuratori predicto per eos in satisfactionem provisionis eiusdem efficaciter persolvendis auctoritate presencium assignamus, constituimus et eciam deputamus, Volentes et eidem Nobilitati harum serie concedentes, quod si forsan persone predicte tallias et census huiusmodi per mensem post terminum consuetum dictis Thesaurariis solvere distulerint aut neglexerint, liceat tibi ex tunc post noticiam per ipsos Thesaurarios tibi factam per te ipsum, vel illos, quos super hoc duxeris deputandos, census et tallias predictos ab eisdem personis exigere et levare, et nichilominus iidem Thesaurarii de per te receptis et exactis personas solventes nro et dicte Camere nomine absolvere et quictare teneantur, super quibus eo casu plenam concedimus tenore presenciem facultatem, mandantes eisdem personis, ut tam dictis Thesaurariis quam tibi, quociens casus non solucionis occurrerit, tallias et censes predictos debitis temporibus quacumque dilacione ac contradicione cessantibus efficaciter exhibeant et persolvant, prout est fieri consuetum. Volumus autem, quod de hiis, que vigore presencium ab eisdem personis tibi vel dictis Thesaurariis fuerint persoluta, duo conficiantur consimilia publica documenta, quorum uno penes solventes pro eorum cautela retento, alterum ad dictam Cameram quantocius transmittatur: quodque si forsan de dicta provisione ex censibus et talliis supradictis tibi non esset plenarie satisfactum, in residuo provisionis eiusdem dicta Camera tibi remaneat efficaciter obligata. Verum quia tallias supradictas septimo Kalendas Iulii proxime preteriti in deductionem tui stipendii tibi assignamus ab eisdem personis levandas et exigendas, volumus, quod de talliis per nos, ut prefertur, impositis eisdem personis vigore presencium litterarum usque ad sex menses, dicta die vicesima sexta Februarii incohandos et ut sequitur faciendos, de talliis dictorum sex mensium, que ad quantitatem septem milium sexcentorum et sex florenorum auri ascendunt, ab eisdem personis in dicta provincie Marchie Anconitane dumtaxat constitutis nichil possit exigere, sed pro illis prefata Camera tibi similiter remaneat obligata. Nomina vero personarum predictarum, que tallias et census predictos in consuetis terminis solvere tenentur, sunt hec, videlicet: Nobilis viri Rodulphus de Camerino pro talliis florenos tria milia et quingentos, pro censibus mille et quadringenta quinque; Comes de Urbino pro censibus mille et trecentos; Civitasnova pro talliis trecentos et viginti quinque; Opiso et Ardizon pro parte talliarum tria milia ducentos et triginta sex, pro censibus mille; Ludovicus et Gentilis de Melioratis pro talliis duo milia ducentos, et quinquaginta; Thomas de Clavellis de Fabriano pro talliis mille octingentos et quinquaginta, pro censibus quadringentos; Fridericus de Matelica pro talliis sexcentos, pro censibus centum; Antonius de Sanctoseverino pro talliis mille, pro censibus quadringentos; Cingulum pro talliis quadringentos, pro censibus centum; Exium pro talliis septingentos quinquaginta; Conradus de Fulgineo pro parte talliarum mille trecentos, pro censibus mille; Communitas Nursie pro talliis octingentos et quinquaginta; Terra Cassie pro talliis sexcentos, demum tue Nobilitas pro censibus quinque milia florenorum, solvere debent pro talliis et censibus huiusmodi debitis nobis, ecclesie et Camere supradictis, quem quidem quantitatem pro solucione et satisfactione provisionis eiusdem tibi premissis modis solvi volumus et mandamus. Datum Rome apud Sanctum Petrum v. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno sexto.

CCXVI.

Bartholomaeo de Gonzaga senatori Urbis dictum senatoris officium ad alios duos menses prorogatur.
Reg. Tom. II. fol. 241.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Bartholomeo de Gonzaga militi Mantuano, alme Urbis Senatori, salutem etc. Dum intuitus nostre consideracionis extenditur ad fidei plenitudinem et sincere devocionis affectum, quibus erga statum honoremque nostrum et Romane ecclesie

hactenus claruisti, et quam laudabiliter sub mensura insticie circa regimen officii Senatus alme Urbis te gesseris et exbibeas de preseuti, dignum esse censemus, ut in eodem officio te peramplius honoremus. Cum itaque officinm Senatus dicte Urbis per uos tibi commissum die duodecima mensis Februarii proxime futuri debeat expirare, nos volentes tuam honorare personam, ex premiasis et certis aliis racionabilibus causis animum nostrum moventibus officium ipsam cum officialibus, familia, arbitrio, potestate, salario pro rata temporis tibi solvi solito, honoribus et oneribus consuetis usque ad dnos alios menses, diem ipsam immediate sequentes, auctoritate presencium axtendimus et eciam prorogamus, tibi nichilominus omnia et singula per te, indiees et officiales tuos circa buiusmodi officinm, et eius liberum exercicium ex facultatibus et arbitrio per nos tibi concessis geri et exequi consueta, et que alii Senatores facere consneverunt de consuetudine vel de iure, agendi, mandaudi, ordinandi et exequendi facultatem plenariam concedentes, ac mandantes exnunc dilectis filiis Conservatoribus Camere dicte Urbis et aliis, ad quos spectat, quatenus te ad buiusmodi prorogatum officium pro tempore dictorum mensium recipiant et admittant, ae de salario pro rata temporis tibi satisfaciant iuxta morem, non obstantibns Constitucionibus apostolicis, ac Statutis et consuetudiuibus dicte Urbis et aliis contrariis quibuscunqne. Volumus autem, qnod anteqnam buiusmodi prorogatum officium incipias exercere, de ipso fideliter et laudabiliter exercendo, pront hactenus effecisti, servando iusticiam, nutriendo pacem, bonos invando et reprobos compescendo in manibns nostris prestes fidelitatis debite in forma solita iuramentum. Datum Rome apud Sanctum Petrum xiiii. Kalendas Februarii, Pont. nostri anno sexto.

CCXVII.

Pontifex omnes exemptiones et potestates concessas per Romanos pontifices in provincia Maritima suspendit, et omnes rectori eiusdem provinciae subiicit. *Reg. Tom. VII. fol. 166.*

Martinus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Apostolice sedis providencia circa statum cunctorum Christifidelium, presertim Romane ecclesie subditorum, prosperum et tranquillum feliciter gubernandum solerter intendens, nonuulla plerumque statuit, statuta quoque retractat, quandoque vero melins mutat, et quandoque suspendit, prout rerum, temporum, personarum et locorum qualitate pensata id salubriter in domino couspicit expedire. Dudum siquidem nonnulli Romani pontifices predecessores nri, quibusdam provincie nostre Maritime, ad nos et eandem ecclesiam nullo medio pertiuentis, Civitatibus, Terris at locis, quorum reformacio, correctio, punicio, omnimodaque iurisdicio et gladii potestas ad nos et dictam ecclesiam noseuntur pertinere, certas immunitates, exemptiones ac iurisdictiones et potestates tam in civilibus quam criminalibus seu mixtis, vel alias, sicut accepimus, concesserunt, quarum occasione multe insolencie diminucioqne iusticie, qua Civitates et Regna subsistunt, sunt prohdolor subsecute. Nos, qui subditos ipsos in tranquillitate pacis et iusticie tramite gubernari intensis desideriis affectamus, providere super hiis salubriter cupientes, exemptionum, immunitatum, iurisdictionum et potestatum buiusmodi formas et tenores habentes presentibus pro sufficienter expressis, ex premissis et aliis racionabilibus causis ad id nostrum inducentibus animum, omnes et singulas exemptiones, immunitates, inrisdictiones et potestates buiusmodi dicte provincie, seu qnibuscumque Civitatibus, Terris et locis ipsius per dictos predecessores nros super nos, aut eorum auctoritate vel alias quomodocumque et qualitercumque ex quibusvis causis concessas, usque ad nostrum beneplacitum auctoritate apostolica presencium tenore suspendimus, earum vim a dictis provincia, Civitatibus, Terris et locis prorsus abdicantes, et in Rectorem sive Gubernatorem eiusdem provincia pro nobis et dicta ecclesia pro tempore existentem buiusmodi beneplacito durante transferentes, ac volentes, quod Rector sive Guberuator dicte provincie, qui nunc est et pro tempore erit, contra qnoscumque in ipsa provincia et in quibnscumque tam civiliter quam criminaliter seu mixtim, vel alias dicto durante beneplacito omnimode procedere, ac decreta et sentenciata axequi, ac omnia alia et singula facere, et gerere et exercere libere et licite valeat, que veri Rectores dicte provincie, qui fuerant pro tempore ante concessiones buiusmodi, facere poterant et debeant de consuetudine vel de iure, predictis et aliis contrariis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre suspensionis, abdicacionis, translacionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kalendis Februarii, Pontificatus nostri anno sexto.

CCXVIII.

Matthaeus de Patraciniis constituitur generalis officialium Urbis sindicus. *Reg. Tom. II. fol. 243.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Matheo de Patraciniis de Interamne Senatoris, Vicesenatoris, Indicis appellacionis et Capitanei Romani populi Locumtenentis, ac omnium aliorum officialium tam Romanorum civium, quam forensium alme Urbis pro tempore existencium Sindico generali, salutem etc. Eterne iusticie in terris licet immeriti vices gerentes insticiam supremis affectibus coli et observari cupimus, et presertim in alma Urbe, quam divina providencia tam spirituali quam seculari potestati constituit caput orbis, at a qua leges

emanarunt, quibus equum ab iniquo discernitur, et ius suum unicuique tribuitur, ac res publica legibus armata quiescens pacem et tranquilitatem et felicia incrementa consequitur. Sed cum iusticie execucio ab officialibus derivetur, qui cum ab eadem declinant, opere ac exemplo plurimum nocent, ne Senator, Vicesenator, Index appellacionum et Capitaneum Romani populi, locumtenentes, assessores et alii officiales in dicta Urbe, tam Romani, quam forenses, qui sunt et pro tempore erunt, ad ipsam ministrandam iusticiam vel alterius officii exercitacionem deputati in illius execucione negligencia torpentes, eut prece vel precio, seu ira vel gracia, eut aliis passionibus impulsi iudicium e rectitudine ipsa deflectant, sive negocia plus equo suspendant, curam vigilem et solertem cupimus adhiberi, itaque ut presencium Senatoris, locumtenentis suorumque assessorum, Indicum, Tabellionum, Marescallorum et aliorum officialium, eciam famulorum, Indicis appellacionum et Capitanei Romani populi ac omnium Senatorum, Vicesenatorum, Iudicum appellacionum, locumtenentium, necnon Conservatorum, Capita (sic) Regionum ceterorumque officialium ipsius Urbis, qui sunt et pro tempore erunt, negocia diligencius perquirantur, ut si debitum eorum impleverint, commendacionem et meritum consequantur, si vero deliqueriut, congrua fiat satisfactio parti lese, Te virum utique integre et probate virtutis, de cuius fidelitate, sciencia, diligencia et rerum experiencia aliisque singularibus virtutibus fiduciam gerimus in domino specialem, Senatoris, locumtenentis, assessorum, Iudicum, Tabellionum, Marescallorum et officialium ac famulorum, necnon Indicis appellacionum predictorum ac eciam Conservatorum, Capita Regionum, Marescallorum, Notariorum aliorumque officialium, quorum nomina hic haberi volumus pro expressis, tam presencium quam futurorum Sindicum generalem, unacum aliis Sindicis per nos deputandis, usque ad beneplacitum nrum auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus ac eciam deputamus, tibi eosdem Senatores, Vicesenatores, Iudices appellacionum et Capitaneos Romani populi, locumtenentes, assessores, Indices, Tabelliones, Marescallos, officiales et famulos, necnon Conservatores, Capita Regionum ac ceteros officiales dicte Urbis, postquam ipsorum officium finitum fuerit, unacum eisdem aliis Sindicis per nos vel nostro nomine deputandis sindicandi, seu peticiones, libellos sive querelas per quasvis personas contra illos coram te et deputandis, ut premictitur, exhibendos tam civiles quam criminales sive mixtos recipiendi, illosque summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii et alias, prout est in talibus consuetum, audiendi, decidendi et fine debito terminandi, ac alia omnia circa id necessaria et consueta faciendi, mandandi, ordinandi, exequendi et complendi, Necnon computa, raciones et calcula ab officialibus ipsius Urbis una cum aliis per nos, vel nostro nomine super hiis deputandis videndi, summandi, concludendi, summamque et calcula predicta per te et deputandos prefatos concludenda corrigendi, reiiciendi, acceptandi potestatem plenam et liberam concedentes, intendentes tibique harum serie iniungentes, ut de computis et calculis predictis per te, ut premietitur, concludendis dilectos filios apostolice Camere officiales ac memoratos Conservatores pro tempore existentes advisare, et eisdem predictorum computorum noticiam facere procures, ac mandantes dilectis filiis populo ac aliis officialibus dicte Urbis, ut te ad huiusmodi Sindicatus officium eiusque exercicium dicto beneplacito durante admictant, ut est moris. Volumus autem, quod antequam ad execucionem premissorum procedas, de illis fideliter exercendis ac debite fidelitatis iu manibus Venerabilis fratris Ludovici Episcopi Magalonensis, Vicecamerarii nostri, prestes in forma solita debitum iuramentum. Tu igitur officium ipsum ita integre et constanter ac prudenter exercere studeas, ut nos ad tuos ampliandos honores proniores imposterum magis reddas. Datum Rome apud Sanctum Petrum VI. Idus Februarii, Pont. nri anno sexto.

CCXIX.

Nonnulla castra Albanensis, Tusculanae, Penestrinae et Tiburtinae diocesum a focatico et aliis impositionibus camerae Urbis debitis pontifex eximit.
Reg. Tom. VII. fol. 218.

Martinus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Prolata in nostris et ecclesie Romane negociis precipue fidelitatis integritas et sincere devocionis affectus, quos dilecti filii Universitates et homines Ardie, Mareni, Frascati, Cavarum, Geneczani, Rocche de Cavis, Crapanice, Sancti Viti, Pisciani, Cicigliani et Olibani Terrarum, Castrorum et locorum Albanensis, Tusculanensis, Penestrine (et) Tiburtine diocesum, que dilecti filii nobiles viri Iordanus Princeps Salernitanus et Laurencius Comes Albe germani nri de presenti possident, ad nos et eandem ecclesiam gerere comprobantur, non indigne merentur, ut eorum oportunitatibus, in hiis presertim, per que ipsi ab oneribus, gravaminibus et vexacionibus releventur, eorumque statui et quieti consulitur, favorabiliter intendamus. Hine est, quod nos grata et accepta servicia, que Universitates et homines prefati Romane ecclesie preteritis eciam guerrarum procellosis temporibus fideliter impenderunt, nullis parcendo laboribus, periculis vel impensis, et in nostre considerationis speculam adducentes, quanta propterea passi sunt discrimina, incommoda atque damna, ac volentes eosdem tanquam benemeritis de alicuius remuneracionis beneficio confovere, prefatos Universitates

et homines ab omnibus et singulis solucionis et exactionis salis et focatici et aliorum iurium et redditTuum quorumcumque oneribus et dependentium ab eisdem, in quibus Universitates et homines dictorum Castrorum tam pro preterito tempore, quam futuro Camere alme Urbis quomodolibet solvere et satisfacere tenerentur, vel obligati censerentur existere quovismodo, ad quamcumque pecuniarum, rerum aut bonorum summam huiusmodi onera ascendant, que haberi volumus presentibus pro expressis, quin eciam quia eosdem Universitates et homines prefatorum germanorum nr̄orum, ac ipsorum progenitorum consideracione quadam votiva ac speciali caritate et affectione complectimur, ab omnibus et singulis imposicionibus et gravaminibus tam realibus quam personalibus Terris et Castris dicte Urbi quomodolibet immediate vel mediate subiectis quacumque auctoritate, vel occasione a Magistratibus et Antepositis eiusdem Urbis imponendis imposterum motu proprio, non ad ipsorum Universitatum et hominum, aut aliorum pro eis nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de nr̄a mera liberalitate auctoritate apostolica ex certa nostra sciencia prorsus eximimus, et perpetuo liberamus, ipsosque ab huiusmodi salis et focatici aliisque oneribus et imposicionibus in futurum subeundis liberos esse decernimus et immunes, ita quod ad illorum solucionem seu prestacionem cuiquam faciendam nullis unquam temporibus compellantur, Mandantes exnunc alme Urbis Senatori pro tempore existenti, ac dilectis filiis Conservatoribus Camere, necnon Commissariis et Antepositis super execucione et exactione iurium et onerum ac imposicionum predictorum, aliisque officialibus dicte Urbis presentibus et futuris, ne Universitates et homines predictos occasione salis, focatici et aliorum iurium et imposicionum ac gravaminum predictorum directe vel indirecte, aut quovis quesito colore sub excommunicacionis pena, quam contrafacientes incurrere volumus eo ipso, et a qua, nisi in mortis articulo constituti, preterquam a Romano Pontifice absolucionis beneficium nequeant obtinere, vexare aut molestare presumant, Volentes et eciam iniungentes exnunc dilectis filiis Nicolao Nucii Petri Ianni et Nicolao Signorisi modernis Commissariis super exactione huiusmodi iurium specialiter deputatis, eorumque successoribus, quatenus dicta Castra eorumque Universitates et homines de quibuscumque libris imposicionum et exactionum ac iurium eorumdem, in quibus ipsa Castra et Universitates ad subeundum huiusmodi onera reperirentur inscripta vel eciam annotata, et in quibus de illis memoria haberetur, ad cuiuscumque petentis instanciam cassent, deleant et cancellent, ipsosque Universitates et homines in dictis aut aliis libris inscribere sub pena simili non presumant, quos eciam nos de libris eisdem auctoritate presencium delemus et cassamus, ac pro deletis et cassis in iudicio et extra haberi volumus et iubemus, in illis inscribi de cetero districtius inhibentes, Ea nichilominus omnia, que contra tenorem presencium per quoscumque nostros, ecclesie et Urbis predictorum officiales et commissarios facta, presumpta vel attemptata forsan fuerint, carere viribus decernentes, Non obstantibus apostolicis ac dicte Urbis constitucionibus eciam iuramento, confirmacione apostolica vel quacumque firmitate alia vallatis, eciam si de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum presentibus habenda foret mencio specialis, ceterisque contrariis quibuscumque, Nos insuper exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre exemptionis, liberacionis, constitucionis, mandati, abolicionis, cassacionis, inhibicionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Kalendis Marcii, Pontificatus nostri anno sexto.

CCXX.

Constitutio contra surripientes quaecumque bona mobilia, lapides, plumbum, calcem, ferramenta, tabulas etc. basilicarum et ecclesiarum Urbis. *Reg. Tom. VII. fol.* 235.

Martinus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Quia mundo posito in maligno nonnulli ceca cupiditate seducti non discernentes inter bonum et malum, tantum ad recipiendum aliena eciam in locis sacris irriverencius improbas manus extendunt, quanto rariores, qui ea eripiant, inveniunt obiectores: interest nostra, ut huiusmodi parvorum conatibus per nostre providencie ministerium resistamus. Noper siquidem ad audienciam nostram dilecto filio Magistro Bartholomeo de Vincio, scriptore et familiare ac super reparacione et fabrica Basilicarum et ecclesiarum Urbis commissario nr̄o, nobis referente pervenit, quod nonnulli iniquitatis filii, qui nomen dn̄i in vanum recipere non formidant, nonnulla tabulas ligneas, plumbum, clavos, lapides, ligna, calcem, ferramenta tam nova quam antiqua, nec non canapos, funes, cordas, scalas, seras, ascias, accettas, tribellos, marchios, martellinos, clavos, bullatas et alia quecumque bona mobilia tam in sancti Petri, quam in beate Marie Maioris palaciis, necnon in capella sancti Gregorii sita in ambitu Basilice principis apostolorum de Urbe, ac in dicte Basilice et monasterii s. Pauli extra muros Urbis ordinis sancti Benedicti ecclesiis, atque aliis locis ecclesiasticis pro reparacione et reformacione ecclesiarum et locorum dictorum consistencia furtim surripere, subtrahere et usibus suis applicare minime formidarunt in animarum suarum periculum, ecclesiastice libertatis vilipendium et scandalum plurimorum. Nos igitur malignancium nequiciis obviare volentes universas et singulas

personas ecclesiasticas et laicales, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel condicionis existant, et quavis alia ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, que tabulas, plumbum, clavos, lapides, scalas, lignamina, calcem, ferramenta et bona huiusmodi distraxerunt, rapuerunt et suis usibus applicuerunt, aut ad id prebuerunt auxilium, consilium vel favorem, et que alias in premissis culpabiles fuerint, tenore presencium auctoritate apostolica sub excommunicacionis sentencia requirimus et monemus, quatenus infra sex dies post publicacionem presencium in valvis tam dicte, quam aliarum ecclesiarum et Basilicarum eiusdem Urbis vel aliis locis publicis faciendam immediate sequentes tabulas, plumbum, clavos, lapides, scalas, ligna, calcem, ferramenta et alia bona huiusmodi, si illa vel aliquod seu aliqua ex illis ad valorem decem solidorum monete Romane excedencia, seu excedens per se vel alium seu alios surripuerint aut surripuerit vel subtraxerint, seu surreptores aut subtractores huiusmodi sciverint seu sciverit, in locis unde surripuerunt vel subtraxerunt, eadem prefato Bartholomeo Commissario restituant realiter cum effectu, aut si per se vel alium seu alios non fecerint, surreptores et subtractores atque scientes et consentientes ipsos cum nominibus, cognominibus et locis habitacionum eorum eidem Bartholomeo denuncient et revelent, alioquin lapsis dictis sex diebus declaramus ipsos surreptores et subtractores, ac illos scientes huiusmodi excommunicacionis sentenciam damnabiliter incurrisse. Absolucionem vero nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus specialiter reservamus. Nulli ergo etc. nře requisicionis, monicionis, declaracionis et reservacionis, infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem XVIII. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno sexto.

CCXXI.

Venditionem castri Sipizani ab Iordano de Columna facta comitibus Anguillariae pontifex confirmat. *Reg. Tom. IX. fol. 12.*

Martinus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Eximie devotionis affectus, quem dilecti filii nobiles viri Pandulphus, Iohannes et Iacobus Comites Anguillarie Sutrina diocesis ad nos et Romanam ecclesiam veris affectibus gerere comprobantur, nos inducit, ut eorum commoditati pariter ac statui favorabiliter intendamus. Sane pro parte eorumdem Comitum nobis nuper exhibita petitio continebat, quod dudum dilectus filius nobilis vir Iordanus de Columpna, princeps Salernitanus, castrum Sipizani Balneoregiensis diocesis ad se legitime pertinens, ac eius integrum tenimentum liberum ab omni censu cum omnibus iuribus et pertinenciis suis ipsis Comitibus, eorumque heredibus et successoribus pro certa summa pecunie tunc expressa vendidit, et venditionis titulo cessit et concessit, ac in prefatos Comites, heredes et successores omnes ius omninodamque iurisdictionem dicti castri irrevocabiliter et in perpetuum transtulit, et mandavit, prout in instrumento publico superinde confecto, cuius tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso, planius continetur: Quare pro parte ipsorum Comitum nobis fuit humiliter supplicatum, ut huiusmodi venditionem, cessionem, concessionem, translationem et mandatum, ac alia in eodem instrumento contenta et inde secuta rata habere et grata, illaque ex certa sciencia confirmare de speciali gracia dignaremur. Nos igitur attendentes singularia devotionis obsequia per eosdem Comites hactenus nobis et Romane ecclesie impensa, et que adhuc continue ardencius impendere non desistunt, et propterea volentes ipsos favoribus prosequi graciosis, suis in hac parte supplicationibus inclinati, venditionem, cessionem, concessionem, translationem et mandatum predicta, ac omnia alia in eodem instrumento contenta et inde secuta rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica ex certa sciencia confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes etiam omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, communitionis et suppletionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum VIII. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCXXII.

Ludovicus de Acursolis generalis gabellarius Urbis constituitur. *Reg. Tom. III. fol. 28.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Ludovico de Acursolis civi Calliensi, generali Gabellario et Officiali Gabellarum alme Urbis, sal. etc. Probata in nostris et Romane ecclesie negociis tue fidelitatis integritas ac sincere devocionis affectus, quam ad nos et eandem geris ecclesiam, nos inducunt, ut te condignis prosequamur honoribus et negociis publicis deputemus. Hinc est, quod nos de tue persone industria in bene gerendis rebus experiencia aliisque virtutum meritis, quibus te novimus insignitum, gerentes in domino fiduciam singularem, ac sperantes, quod ea, que tue diligencie commiserimus, prudenter et laudabiliter exequeris, te generalem Gabellarium et Officialem omnium Gabellarum et generalis Gabellariatus alme Urbis cum officialibus, familia, salario, emolumentis, arbitrio, auctoritate, honoribus et oneribus consuetis pro tempore sex mensium futurorum, incipiendorum III. Kal. Augusti proxime secuturi et ut sequitur finiendorum, auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi nichilominus omnia et singula, que ad huius-

modi Gabellarietus officium eiusque liberum exercicium de consuetudine vel de iure spectare noscuntur, et que alii officiales ad ipsum officium per nos hactenus deputati facere, ordinare, mandare et exequi consueverunt, faciendi, mandandi, ordinandi, gerendi, exercendi et exequendi plenam et liberam potestatem harum serie concedentes, ac mandantes exnunc dilectis filiis nobilibus viris Conservatoribus Camere dicte Urbis, et aliis ad quos spectat, quatenus te in dictis Kalendis ad huiusmodi officium et eius liberum exercicium benigne recipiant et admictant, ac recipi et admicti et de salario consueto successive pro tempore tibi debito cum effectu responderi faciant, ut est moris, et in omnibus dictum officium concernentibus tibi prestent et prestari faciant oportuna presidia et favores. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter exercendo in manibus Venerabilis fratris Ludovici Archiepi Arelatensis, Vicecamerarii nostri, prestes in forma solita fidelitatis debite iuramentum. Tu igitur officium ipsum sic exercere studeas solicite, fideliter et prudenter, quod ex laudabilibus operibus tuis sperati fructus proveniant, ut optamus, nosque deinde ad faciendum tibi ampliorem graciam et honorem promptius invitemur. Datum Rome apud S. Petrum IIII. Idus Maii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCXXIII.

Pontius Alterii super quadam conducta galea pontificis commissarius constituitur. *Reg. Tom III. fol. 111.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Pontio Alterii domicello Romano, super Galea dilecti filii nobilis viri Francisci Mormino militie Neapolitani ad servicia nostra conducta commissario nostro, salutem etc. Tue fidelitatis sinceritas promeretur, ut te in nostris et ecclesie Romane negociis commune bonum reipublice concernentibus deputemus. Hinc est, quod nos de tue persone industria, fide et diligencia nobis nota in domino plurimum confidentes, ac sperantes, quod ea, que tue prudencie commiserimus, ad honorem nostrum et ecclesie fideliter et laudabiliter exequeris, Te commissarium nostrum super Galea dilecti filii nobilis viri Francisci Mormino militis Neapolitani, quam nuper ad nostra et Romane ecclesie pro securitate partium vicinarum et victualibus ad almam Urbem, et Romanam curiam securius et abundandanter conducendis servitia conduci mandavimus, cum arbitrio et potestate inferius denotatis, ac salario per nos declarando usque ad beneplacitum nostrum auctoritate presentium facimus, constituimus ac etiam deputamus, Tibi nichilominus quibuscumque mercatoribus et personis, de quibus tibi videbitur, ad Urbem Curiamque prefatus victualia et grassiam conducere volentibus de partibus quibuscumque, ut cum navigiis, mercibus, rebus et bonis eorum per maria tute venire possint, salvum liberumque conductum spatio ad plus trium mensium duraturum, et plenam securitatis licenciam, dummodo non sint rebelles nri et Romane ecclesie, nostro nomine dandi et concedendi sub quacumque verborum forma, et cum clausulis, capitulis et substancialitatibus opportunis, de quibus cum honore nostro tue discrecioni videbitur, plenam et liberam potestatem harum serie concedentes, ac mandantes exnunc dilectis filiis patrono dicte Galee et aliis in ea ad nostra stipendia existentibus, ut in omnibus, que ipsis mandaveris, tibi plene pareant et intendant: Alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris in rebelles, ratas habebimus, illasque faciemus, auctore dño, inviolabiliter observari, ratum et gratum habituri quicquid per te dicto nomine factum, gestum, concessum atque promissum fuerit in premissis. Datum Rome apud Sanctos Apostolos VI. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno octavo.

CCXXIV.

Romano de Abiomonte locumtenenti senatoris Urbis amplam iurisdictionem in dicta Urbe pontifex concedit. *Reg. Tom. III. fol. 58.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Romano de Abiamonte domicello Urbevetano, legum doctori, Senatoris alme Urbis Locumtenenti, salutem etc. Cum te nuper pro nobis et Romana ecclesia Senatoris alme Urbis locumtenentem constituerimus et deputaverimus, Nos cupientes pacificum et quietum statum dicte Urbis augeri, ac ut facinorosi homines debitas penas luant, et maxime ne delicta impunita pretereant, que propter exquisitum ordinem statutorum eiusdem Urbis aliquando supprimuntur, et per consequens licencius proceditur ad delinquendum, de tuis legalitate et affectione, quam erga nos et eamdem ecclesiam gerere comprobaris, ac strennitate confisi tibi super criminibus seu maleficiis cuiuscumque generis per quosvis imposterum durante tuo officio committendis inquirendi, procedendi, terminandi, sentenciandi, puniendi, corrigendi et mulctandi de iure et de facto, ordine dictorum statutorum non servato, cum potestate abbreviandi et prorogandi terminos non secundum quod ius aut statuta requirunt, sed secundum quod tibi videbitur fore oportunum, contra quascumque personas, cuiuscumque status vel preeminencie existant, plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, tibi nichilominus concedentes, quod de criminibus seu maleficiis aut delictis, pro quibus civiliter vel criminaliter ageretur, sive pene pecuniaria sive personalis per te aut officiales tuos quibuscumque quomodolibet imponetur, si persone que condempnata fuerit, deliquisse reperietur in sindicatu tuo occasione ordinis statutorum dicte Urbis non servati, racionem

reddere minime tenearis, nec ad eam reddendam per sindicos ad te sindicandum deputandos, vel quosvis alios compelli vel coarctari valeas quoquomodo, a quibus omnibus te reddimus absolutum, Proviso tamen quod de furtis aut barattariis, si qua tibi obiicerentur, quod non credimus, volumus te teneri legibus, statutis et consuetudinibus ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Mareni Albanensis diocesis XVII. Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCXXV.

Comiti Montisferetri, ut castra etc. quae quondam Braccius de Fortebrachiis in ducatu Spoletano et Marchia Anconitana invaserat, ecclesiae recuperet. *Ex cod. comitum Urbini. fol. 105.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Guidantonio Comiti Montisferetri, in Urbinate et nonnullis aliis Civitatibus, Terris, Castris et locis pro nobis et Romane ecclesie in temporalibus Vicario, salutem etc. Probata in nostris et ecclesia Romana arduis negociis tue fidelitatis integritas, et in bene gerendis rebus nobis nota experiencia promeretur, ut nostra et eiusdem ecclesie negocia Nobilitati tue fiducialiter commictamus. Cum itaque quondam Braccius de Montone olim notorius hostis noster et prefate ecclesie, qui dum ageret in humanis, nonnullas Civitates, Terras, Castra et loca ad nos et eandem ecclesiam pleno iure spectantia et pertinentia vi armorum et potencia tirannica detinebat indebite occupata, nostros et ipsius ecclesie fideles subditos et peculiares filios variis vexactionibus et molestiis opprimendo, fuerit pridem apud Civitatem Aquile iusto dei iudicio vita functus: Nos cupientes, ut Civitates, Terras, Castra et loca, que ipse Braccius per violenciam armorum occupabat et detinebat, eorumque Universitates et populi, quos ad hoc voluntarios esse putamus, precipue pro recuperanda eorum pristina libertate ad nostram et eiusdem ecclesie fidelitatem et obedienciam, ac sedis apostolice gremium revertantur, et in illis continuo perseverent, Nobilitatem tuam, quam fide ferventem et in rebus bene gerendis pro statu honoreque nostro, et ipsius ecclesie circumspectam esse non dubitamus, paternis affectibus requirimus et hortamur in domino, eidem nichilominus per apostolica scripta mandantes, quatenus cum omni tua potencia armorum equestrium et pedestrium gentium tuarum viriliter et prudenter assurgas ad recuperanda Civitates, Terras, Castra et loca, que per ipsum Braccium, ut prefertur, detinebantur et etiam regebantur. Nos enim, ut premissa facilius exequi possis, eidem Nobilitati tue Civitates, Terras, Castra et loca predicta, tam in Spoletani Ducatus alias per nos tibi commissa, cuius te ducem per alias nostras litteras fecimus et constituimus, quam eciam in Marchie Anconitane aliisque provinciis et locis prefate ecclesie consistentia, eorumque Communitates, Universitates et singulares quascumque personas, cuiusvis status, gradus, preeminencie, dignitatis vel conditionis extiterint, ad nram et eiusdem ecclesie gremium redire volentes sub illis pactis, modis et conditionibus, de quibus tibi videbitur convenire, reducendi, easque ut ad nram et ipsius ecclesie fidelitatem et obedienciam redeant, monendi et requirendi, ac contra inobedientes quoslibet et rebelles tuam potenciam convertendi, eosque hostiliter invadendi, et nichilominus quecumque Civitates, Terras, Castra et loca, quorum Universitates et homines (tam) ad gremium, obedienciam et fidelitatem nram et sancte Romane ecclesie redire, quam in eorum pertinacia et obstinatione perseverare maluerint, eorumque corporalem possessionem nostro et prefate ecclesie nomine intrandi, capiendi, recipiendi et apprehendendi, illaque pro nobis et dicta ecclesia retinendi et conservandi, donec de illorum regimine et gubernatione aliud duxerimus ordinandum, et omnia alia et singula in premissis et circa ea, que pro statu honoreque nostro et eiusdem ecclesie, ac pro reductione quorumlibet oberrantium populorum ad gremium et obedienciam huiusmodi, ac pro recuperatione Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum predictorum necessaria vel profutura cognoveris, faciendi, disponendi, ordinandi et exequendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, Ratum et gratum habituri quicquid per te circa recuperationem huiusmodi Civitatum, Terrarum et locorum dicto nomine factum fuerit in premissis, idque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Gallicani Prenestino diocesis XV. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCXXVI.

Monaldum et Iacobum quondam Perimonaldi de Perusio et eorum haeredes conterrigenas terrae Corneti pontifex declarat. *Reg. Tom. VIII. fol. 45.*

Martinus episcopus etc Dilectis filiis Monaldo et Iacobo quondam Perimonaldi de Perusio natis, Conterrigenis Terre nre Corneti Tuscanensis dioc. sal. etc. Sincere devocionis affectus, quem ad nos et sedem apostolicam habere comprobamini, promeretur, ut vos apostolicis favoribus et graciis prosequentes illa vobis favorabiliter concedamus, que commoditatibus vestris fore conspicimus oportuna. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat, vos qui in provincia nra Patrimonii pro contingentibus cotidie negociis vestris habetis plurimum conversari, propterea ac ex certis aliis racionabilibus causis vestrum ad hoc animum inducentibus desideretis privilegio Conterrigenarum Terre nre Corneti Tuscanensis diocesis uti et inibi Conterrigene fieri: Nos vestris in hac

parte supplicacionibus inclinati vos et vros utriusque sexus liberos, heredes et successores Conterrigenas dicte Terre auctoritate presencium facimus, creamus et constituimus et aliorum eiusdem Terre Contigenarum numero et consorcio favorabiliter aggregamus, volentes et decernentes vos, filios, heredes et successores predictos cum omnibus vestris utriusque vestrum et eorum bonis presentibus et futuris exnunc inantea omnibus et singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, graciis, favoribus, honoribus et oneribus, quibus ceteri veri eiusdem Terre Conterrigene, et tam in ipsa Terra quam eius Territorio et districtu ac alibi ubicumque quomodolibet potiuntur, et gaudent de consuetudine vel de iure, perinde in omnibus et per omnia uti et gaudere debere, ac si ex eadem Terra antiquam, perpetuam et continuatam originem duxissetis, ac mandentes exnunc dilectis filiis tam Rectori dicte provincie quam Communitati, hominibus et incolis dicte Terre, necnon quibuslibet eius et dicte provincie Magistratibus, Officialibus et Notariis presentibus et futuris, et aliis omnibus ad quos spectat, quatenus vos in eiusdem Terre Conterrigenas benigne recipientes, et recipi vosque in libris, Catastis sive Registris dicte Communitatis describi facientes iuxta morem, vosque sic descriptos seu non descriptos necnon filios et heredes ac successores predictos pro Conterrigenis et tamquam Conterrigenas Terre predicte ubique tractent, habeant et reputent, ac ab aliis ut tales et pro talibus tractari, haberi et reputari faciant et procurent, Non obstantibus apostolicis ac dicte provincie constitucionibus, necnon statutis municipalibus et consuetudinibus provincie et Terre predictarum, eciam iuramento, confirmacione apostolica vel quacunque alia firmitate vallatis, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod vos vel vestrum alter infra decem et octo menses a data presencium computandos tot res et bona immobilia in Terra, territorio aut districtu prefatis emere et acquirere teneamini seu teneatur, quod bona predicta centum florenorum auri secundum communem extimacionem veri valoris existant: Alioquin presentes littere nullius sint roboris vel momenti. Datum Gallicani Prenestine diocesis Nonis Augusti, Pontificatus nri anno septimo.

CCXXVII.

Pontifex confirmat pacta, quae Iacobus Paselli cum communi Bononiensi super sale conducendo inierat. *Reg. Tom. VIII. fol. 62.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Iacobo Paselli Civi Bononiensi, salutem etc. Intelleximus dilecto filio Gaspare de Columna venerabilis fratris Ludovici Archiepi Arelatensi, Vicecamerarii nostri, in Civitate nostra Bononiensi et nonnullis aliis partibus pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus generalis Gubernatoris, Nuncio referente, te non dolo aliquo aut fraude ductum, sed sponte et ex certa sciencia, nullo iuris aut facti errore circumventum pro communi usu dilectorum filiorum populi Bononiensis convenisse, ac titulo vere et pura vendicionis conducere promisisse dilectis filiis magistro Alberto de Albertis doctori Florentino, Camere nostre Bononiensis Thesaurario generali, et Guillelmo Bartholomei de Faba, Nicolao Therii de Palteronibus civibus Bononiensibus et haveris iurinmque dicte Camere defensoribus, ac Stephano de Ghisilardis dicte nostre Civitatis Sindico et procuratori, nomineque dicte Camere ementibus et recipientibus Octuaginta milia corbium salis ad ipsam Civitatem successivis temporibus conducenda, undecunque prefatum sal habere posse et contingat, solemni stipulacione sub certis adiectis pactis, modis et condicionibus in instrumento convencionis huiusmodi lacius denotatis, Quibus omnibus et singulis prefato Gubernatore auctorizante eiusque accedente consensu, quorum omnium et singulorum seriem hic haberi volumus pro sufficienter expressa. Nos igitur grata et rata habentes ea omnia inter te et prefatos dilectos filios nomine dicte Camere conventa ratificamus et approbamus apostolica auctoritate confirmantes, omnem, si quis intervenerit, supplentes eadem auctoritate defectum. Datum Frascati Tusculanensis diocesis IIII. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno septimo.

CCXXVIII.

Hominibus castri Montis Compatrum pontifex ad medietatem illud, quod pro sale et focatico camerae Urbis debebant, reducit. *Reg. Tom. VIII. fol. 148.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Castri Montis Compatrum Tusculanensis diocesis, salutem etc. Probata in nostris et nostrorum negociis vestre fidelitatis integritas et sincere devocionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut illa vobis favorabiliter concedamus, per que valeatis ab oneribus relevari. Hinc est, quod nos considerantes, quod vos, qui noviter ad nostram et nostrorum fidelitatem et obedienciam redivistis, in illis intenditis decetero incommutabiliter permanere, volentesque propterea Universitatem vestram ab oneribus relevare, vestris eciam in hac parte supplicacionibus inclinati, omne et totum illud, quod pro sale et fochatico solvere consuevistis annis singulis Romano populo seu Camere alme Urbis, et eciam solvere debetis, tam ex prescripta consuetudine, quam eciam secundum statuta municipalia dicte Urbis, auctoritate apostolica et ex certa sciencia ad medietatem dumtaxat reducimus per presentes, ita quod vos de cetero pro huiusmodi sale et fochatico [solvere consuevistis] medietatem dumtaxat, quod solvere consuevistis, et non ultra, imposterum sol-

vere prefate Camere debeatis, et ad solvendum quicquam ultra medietatem predictam minime teneamini, nec ad id a quoquam compelli possitis inviti, districtius inhibentes Senatori et Conservatoribus Camere dicte Urbis pro tempore existentibus, eorumque officialibus presentibus et futuris et aliis, ad quos huiusmodi salis et fochatici exactio imposterum pertineret, ne quicquam ultra medietatem predictam a vobis petere aut exigere, seu Universitatem vestram premissorum occasione ad aliud solvendum compellere, molestare aut inquietare presumant per se vel alios quovismodo, Non obstantibus huiusmodi statutis et consuetudinibus, quibus quoad hoc hac vice dumtaxat specialiter derogamus eis, alias in suo robore duraturis, ac constitucionibus, privilegiis et litteris apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque, Nos exnunc decernentes irritum et inane, si secbus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre reductionis, inhibicionis, derogacionis et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos x. Kalendas Februarii, Pont. nostri anno octavo.

CCXXIX.

Constitutio pedagii in portu castri Nazani Nepesinae dioecesis. *Reg. Tom. VIII. fol. 152.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Baptiste de Sabellis domicello Romano, salutem etc. Licet Romani pontificis circa reipublice commodum precipua cura versetur, in hoc tamen debet attendi, ne cui iniuriam facere videatur, maxime illis, quos perfecta devocione integraque fide erga sacrosanctam Romanam ecclesiam, sponsam nostram, fervere cognoscit. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita peticio continebat, quod licet a multis iam retroactis temporibus consuetum fuerit solvi pedagium, sive passagium in portu Castri Nazani Nepesine diocesis iuxta aut supra flumen Tiberis decurentis ad Urbem, tamen quia nuper nos ad querelam multorum tam civium Romanorum quam aliorum ad nos reclamantium, quod nonnulli propria auctoritate supra Tiberim predictum a parvo tempore citra faciebant pedagia, seu passagia huiusmodi solvi et indebite extorqueri contra deum et omnimodam libertatem, mandari fecimus, ne quis passagium aliquod iuxta aut supra flumen prefatum petere et exigere presumeret quoquomodo, unde tu de facto et iniuste, ut asserebas, commodo isto privaris: Quare nobis humiliter supplicasti, ut providere tibi super hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur nemini iniuriam facere pro viribus evitantes, multorum fidedignorum assercione percepimus, quod tam tu et predecessores tui, quam alii etiam a tanto tempore citra, quod in contrarium hominum memoria non existit, passagium predictum supra aut iuxta dictum flumen exigi per prefatos predecessores tuos, sive per suos aut tuos officiales fecisti atque fecerunt, Tibi, filiis et successoribus tuis in obediencia et devocione nostra et Romane ecclesie, ac successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus passagium huiusmodi, videlicet duos bononenos Romanos pro qualibet salma cuiuscunque mercancie, bladi, vini, pannorum et cuiuslibet alterius rei venalis, preterquam pullorum aut aliarum avium tam vivorum quam mortuorum, a quibuscumque deferentibus res predictas tam sursum quam deorsum per flumen ipsum semel tantum pro salma una exigi, colligi et percipi facere in portu predicto et non alibi tenore presentium concedimus atque indulgemus. Volumus autem, quod de indumentis cuiuscunque generis aut mancriey nichil penitus persolvatur, etiam a tali onere omnes personas ecclesiasticas, licet ipso iure sint, esse volumus et decernimus liberas et immunes. Nulli ergo etc. nostre concessionis, voluntatis et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos v. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno octavo.

CCXXX.

Pontifex quasdam de diffidatis clausulas in statutis Urbis annullat, et alias substituit. *Reg. Tom. VIII. fol. 160.*

Martinus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Sedis apostolice sagax providencia nonnulla, que aliquando consulte et utiliter statuta sunt, temporum qualitate pensata consultius et utilius reformat, et adhibita debita moderatione retractat. Dudum siquidem latores statutorum alme Urbis, ut Cives Romani et in dicta Urbe habitatores ab excessibus magis abstinerent, quoddam statutum ediderunt, quo inter cetera per quandam clausulam cavetur, que sic incipit: Ut diffidatus pro crimine seu pro causa ex maleficio vel crimine descendente possit in persona et rebus impune offendi usque ad mortem, et si occisus fuerit, in viginti libris provisinorum dumtaxat puniatur occidens; adicitur etiam dicto statuto alia clausula: Ut diffidatus ex quacunque causa ab agendo, petendo et testificando repellatur; quarum clausularum tenorem et sentenciam mature in animo nostro revolventes, ac considerantes, quod nonnulli Cives Romani et in dicta Urbe habitatores impunitate delictorum confisi, adversus diffidatos ex crimine seu pro causa ex maleficio vel ex crimine, ut premittitur, descendente, violentas manus inicere non formidant, et proniores ad inferendas iniurias efficiuntur in Civium et habitatorum predictorum perturbacionem ac iacturam: Nos iuxta providenciam nobis ex alto concessam statui et tranquillitati Civium et habitatorum huiusmodi providere volentes, has prefati statuti clausulas, cuius tenorem hic haberi volumus pro sufficienter expresso, tanquam presentibus temporibus

iniustas ac perniciosas ex certa nostra sciencia auctoritate apostolica tenore presentium cassamus, annullamus penitus atque irritamus, nulliusque decernimus esse roboris vel momenti, decernentes insuper simili sciencia et auctoritate in locorum dictarum clausularum cassandarum retractacione et reformacione quadam adhibita alias clausulas subrogari et subici debere, quas presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, que tales sunt: Ut diffidatus non ex capitali crimine non possit etiam citra mortem impune offendi, sed proinde offendens huiusmodi diffidatum puniatur, ac si offensus diffidatus non fuisset, quodquo diffidati, qui ex quavis causa diffidati extiterint, ab agendo et petendo repellantur, a testificando vero in casibus a foro communi permissis et non alias repelli possint. In ceteris vero prefati statuti clausulis et particulis per presentes in aliquo derogare minime intendimus, sed eas in sui roboris firmiter permanere, mandantes dilectis filiis Nobilibus viris Senatori aut eius Locumtenenti, ac etiam Conservatoribus prefatis dicte Urbis, quotenus a codicibus statutorum prefate Urbis predicti statuti clausulas cassent, annulleot penitus atque irritent, aut cassari et annullari faciant cum effectu, Senatori out eius Locumtenenti se etiam Conservatoribus prefatis tenore presentium percipientes, ut in locom dictarum cassandarum clausularum huiusmodi nostram retractacionem ac reformacionem subrogent, subiciant atque appoount, et ipsam in occurrentibos casibus observent penitus atque oxequantur, necnon observari ot exequi faciant cum effectu, irritum et inane decernentes quicqnid contra huiusmodi nostram retractacionem atqoe reformacionem a quoquam quavis anctoritate scieoter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre cassacionis, aonullacionis, irritacionis, constitucionis et voluntatis infringere etc. Si qois autem etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos Kalendis Februarii, Pontificatus nostri aooo octavo.

CCXXXI.

Baptistam Petri Mathei et Bosium de Stinchis cives Romanos magistros viarum, pontium, aedificiorum, bancharum, canalium, salubritatis etc. Urbis more antiquo pontifex constituit. *Reg. Tom. III. fol. 112.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis Nobilibus viris Baptisti Petri Mathey et Bocio de Stinchis Civibus Romanis, sal. etc. Etsi in cuoctarom orbis provinciarum iuxta commissum nobis desuper officium decore atque florencia delectemur, dignum tamen non immorito reputamus et coogruum, ut Urbis nře Romane, quam princeps Apostolorum Patrus et in sortem similem vocatus Paulus fidei orthodoxe cardines, aliique innumeri victoriosi Martires sui sanguinis aspersione irrorarunt, amplior nos cura perstringat, ut Urbs ipsa, que divinis et humanis legibus peranthéa floruit, illiusque districtus nostris in temporibus, divina favente clemencia, bonis assurgant moribus et salutaribus inantea successibus commendentur. Cum itaque, sicuti rei avidencia palam edocet, Urbs districtusque prefati, quos paterno amplectimur affectu, ex defectu officii magistrorum, qaod antiquitus pró viarum, strotarum, plathearum et locorum aliorum tam publicorum quam privatorum, necnon bedificiorum, lapidiorum et lignecrum parietum, tignorum, bancharum, thectorum, tabularum, mignanorum, appendiciorum, appothecarum, pontium, portarum, passuum, aquarum decursuum, canalium et meatuum oliorum, nec non urbanorum et rusticorum prediorum, pratorum, ortorum atque vinearum finium restauraciona et reformaciona, servitutus(?) et libertatom debitarum administracione institutum et ordinatum extitit, in premissis et eorum singulis gravem nedum deformitatem, sed [ad] ruinam potius abhominabilem patiatur et iacturam, et sicut accepimus, nonuulli ex civibus, habitatoribus et incolis Urbis et districtibus predictorum, macellarii videlicet, piscarii, sutores et pelliparii aliique diversi artifices loca etiam vonustiora Urbis inhabitantes, suasque inhibi artes oxercentes viscera, intestina, capita, pedes et ossa, cruores, necnon pelles, carnes et pisces coruptos, fimos quoque feces et alia fetida atque corupta cadavera in viis, stratis, plateis, locis publicis et privatis huiusmodi proiicere atque occultare, nonnulli etiam ex civibus, habitatoribus et incolis eisdem, quos ceeha fatigat ambicio et reprimenda conducit temoritas, mala malis invertentes vias, stratas, plateas, loca publica et privata, ecclesiastica quoque et profana ausu temerario atque sacrilego occupare, alienare, usurpare, diripere et in usus proprios deducere, de illis quoque pro suo nuptu disponere non verentur, intelligere nolentes, quantum huiusmodi suus excessus humanorum corporum sanitatem, moris puritatem et animarum salatem impediat: Nos igitur premissos deformitates et excessus sub dissimulacione ulterius preterire non volentes, attendentes pretherea deformitates et excessus huiusmodi propter non exerciciom officii magistratus huiusmodi, quod in eadem Urbe multo temporis decursu neglectum fuit, in non usum plurimum palulasse, et premissis incommodis possetenus occurrere cupientes, officium magistratus huiusmodi ioxta illius antiquam institucionem auctoritate apostolica renovamus, suscitamus, reintegramus atque restituimus, vobis quoque, quos nostros et Urbis predicte zelatores existere non ambigimus, quosque fides, legalitas, prodencia, circumspectio aliaque multiplicia virtutum merita apud nos efficaciter recommendant, magistratus officium huiusmodi usque od nřum beneplacitum cum solitis ab antiquo iuribus, iurisdictionibus, potestatibus, honoribus, privilegiis, libertatibus atque omnibus universis, et

cum potestate ad opus vestrum, quociens et iuxta modum, qui vobis videbitur, submagistros faciendi et ordinandi eadem auctoritate conferimus, et de illo etiam vobis providemus, vos quoque in premissis et circa ea quomodolibet contingentibus, dependentibus et connexis magistros facimus, constituimus, ordinamus et etiam deputamus, ut vos exinde omnes et singulos deformitates, excessus in premissis vel circa ea nunc et pro tempore quomodolibet occurrentes absque cuiusvis vocacione seu citacione, sed per viam regiam iuxta datam vobis e domino prudenciam etiam per demolicionem quorumcunque hedificiorum aut rerum aliarum, seu modum alium quemcunque reparandi, corrigendi et emendandi, necnon oppressos premissa seu eorum occasione gravatos, ut premittitur, absque litis progressum, sed summarie, simpliciter et de pleno opponere seu contradicere, aut cuiuscunque temporis etiam centennalis prescriptione, nec non legibus, statutis et consuetudinibus generalibus vel specialibus quibuslibet ceterisque contrariis non obstantibus, relevandi, restituendi et etiam reponendi, Contradictores quoque quoslibet et rebelles privandi, banniendi, arrestandi, incarcerandi, aliaque omnia et singula faciendi et exercendi, que magistri predecessores vři, qui fuerunt pro tempore, facere, gerere et exercere potuerunt seu etiam debuerunt, vobis huiusmodi durante beneplacito mandatum damus et etiam potestatem. Preterea ut officii vři huiusmodi liberior et facilior sit execucio, Nardum de Bustanciis procuratorem, necnon ipsum et Nicolaum Nucii Nabule, dilectos filios nobiles viros cives Romanos, notarios vestri officii eadem auctoritate facimus et etiam ordinamus, mandantes ex nunc omnibus et singulis nřis Capitolii Marescallis, ceterisque illius officiariis, ut vobis et submagistris vestris atque vestrum cuilibet in singulis, que vři execucionem officii concernunt, obediant pariter et intendant. Et insuper quascunque excommunicacionis aut interdicti sentencias, penas aut multas alias per vos seu predecessores vřos ut magistros Urbis pro tempore existentes forsitan promulgatas, quarum formam et tenorem presentibus haberi volumus pro expressis, auctoritate predicta cassantes et irritantes, vobis ut racione quorumcunque per vos in vestro officio factorum, ordinatorum seu quomodolibet administratorum aut gerendorum, fiendorum seu administrandorum nullibi locorum in causam trahi, sindicari aut alias quovismodo per quemcunque etiam auctoritate apostolica molestari valeatis, auctoritate concedimus antedicta, constitucionibus et ordinacionibus apostolicis, necnon statutis et consuetudinibus Urbis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque, Decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis in quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre renovacionis, suscitacionis, reintegracionis, restitucionis, collacionis, provisionis, concessionis, ordinacionis, deputacionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos II. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno octavo.

CCXXXII.

Pontifex pacem inter Malatestas et comitem Montisferetri initam confirmat. *Ex cod. comitum Urbini fol. 109.*

Martinus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Incedentes, quantum nobis ex alto permittitur, per vestigia pacifici Regis, cuius vices licet immeriti in terris gerimus, pacem inter cunctos Christifideles supremis desideramus affectibus, et hiis, que ad concordiam et pacem ipsam deducta sunt, ut inconcussa et illibata persistant, libenter adiicimus apostolici muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Nobilium virorum Caroli, Malateste et Pandulphi militis fratrum de Malatestis in Arimini, Pensauri ex una, necnon Guidantonii Comitis Montisferetri in Urbini et nonnullis aliis nostris Civitatibus, Terris et locis pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicariorum generalium ex altera partibus nobis nuper exhibita peticio continebat, quod cum dudum, inimico humani generis instigante, inter eos dissensio et guerra exorta fuisset, ipsi tandem considerantes, quod huiusmodi guerra non sine gravi nřa displicencia, et terrarum dicte ecclesie eorum regiminibus per nos commendatarum notoria iactura atque damno fieri et continuari poterat, ac certis aliis racionabilibus respectibus et causis inducti, super violata pace et treugue fractura, si que ab altera partium contra alteram partem commissa fuerit, ac etiam super omnibus iniuriis, offensionibus et contumeliis inter partes ipsas commissis et perpetratis per contractum publici instrumenti coram nobis inter eos solemniter celebratum, divina inspirante gratia, transactionem, pacem et concordiam fecerunt.

Quare pro parte eorumdem Caroli, Malateste, Pandulphi et Guidantonii, pacem prefatam se inviolabiliter observaturos asserentium, nobis fuit humiliter supplicatum, ut pro huiusmodi pacis subsistentia firmiori, et pro eius corroboratione transactionem, pacem et concordiam predictas, ac omnia alia in dicto instrumento contenta rata habere et grata, illaque ex certa scientia confirmare et validare de gratia speciali auctoritate apostolica dignaremur.

Nos igitur cupientes, ut omnes Christifideles, et presertim nostri et ipsius ecclesie subditi pacis felicitate fruantur, necnon singularia devotionis et fidelitatis obsequia per Carolum, Malatestam, Pandulphum et Guidantonium antedictos nobis et eidem ecclesie impensa hactenus, et continuis eorum catholicis operibus comprobata nřa memoria repetentes, et propterea volentes ipsos favoribus

presequi gratiosis, huiusmodi supplicationibus inclinati transactionem, pacem atque concordiam predictas et omnia in dicto instrumento contenta rata habentes et grata, illa auctoritate prefata ex certa scientia confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, siqui forsan intervenerint in eodem. Tenor autem instrumenti, quem de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, sequitur et est talis.

In nomine individue trinitatis patris et filii et spiritus sancti, et gloriose Marie semper virginis matris domini nostri Yhesu Christi, et totius celestis curie triumphantis, amen. Ad honorem, exaltationem et statum prosperum et tranquillum sancte matris ecclesie, et sanctissimi domini nr̄i Martini divina providentia pape V. necnon partium infrascriptarum. Cum retroactis temporibus pax longeva viguerit inter Magnificos et excelsos dominos, dños de Malatestis ex una parte, et Magnificum et excelsum dñum recolende memorie dñum Comitem Antonium olim Comitem Urbini etc. et Magnificum et excelsum dñum, dñum Comitem Guidantonium eius natum ex altera, deinde procurante colluctatore humani generis errores et discordie quamplurime inter predictos dños extorte sint, que statui utriusque partis non parvum excidium minari videbantur, idem dñus noster, a quo pax, unio, tranquillitas et amor tanquam a virido fonte continuo fluunt, colluctatoris predicti insidias reprimens tanquam optimus pastor partes supradictas, que ex ovibus suis esse dinoscuntur, sua mansueta manu et ponderata ac librata iusticia ad infrascriptam pacem, transactionem et concordiam reduxit. Idcirco in presentia dicti sanctissimi dñi nostri, et Reverendissimorum in Christo patrum et dñum Rainaldi s. Viti in Macello, et Lucidi s. Marie in Cosmedin Diaconorum sancte Romane ecclesie Cardinalium, Reverendus in Christo pater et dominus, dominus Hieronimus dei et apostolice sedis gratia Episcopus Ariminensis, et egregius legum doctor dñus Astorgius de Bazolinis de Faventia, Potestas Arimini etc. et prudens et circumspectus vir Ser Blaxius Paterniani de Sorbolongo civis Faventinus, oratores et procuratores et persone legitime, ac procuratorio nomine predictorum dominum de Malatestis per eos ad hoc specialiter constituti, prout docuerunt per publica instrumenta procurationis superinde confecta scripta manibus Christofori filii quondam Guidonis de Arimino, ac Antonii Dominici de Sancto Georgio civis Fani, publicorum Imperiali auctoritate notariorum, que in publica forma michi notario infrascripto exhibuerunt et produxerunt, procuratorio nomine Magnifici et excelsi dñi, dñi Caroli nati olim recolende memoris dñi Galeotti de Malatestis, Civitatis Arimini pro prefato sanctissimo dño nostro papa et sancta Romana ecclesia Vicarii generalis, suo proprio nomine et vice et nomine Magnifici et excelsi dñi, dñi Malateste nati quondam recolende memoris domini Pandulphi de Malatestis, Civitatis Pensauri pro dicto dño nostro et sancta Romana ecclesia Vicarii generalis, pro quo de rato idem Carolus promittit et promittunt procuratores prefati et ratihabitione, et Magnifici et excelsis domini, dñi Pandulphi nati quondam recolende memorie dñi Galeotti de Malatestis, dicte Civitatis Arimini pro prelibato domino nostro et sancta Romana ecclesia Vicarii generalis, quos ipsi eorum procuratores principaliter obligarunt pro se ipsis et suis propriis nominibus ex una, et egregius legum doctor dominus Innocentius de Cornio de Urbino, Vicarius et procurator et persona legitima, procuratorio nomine Magnifici et excelsi domini, domini Guidantonii Comitis Montisferetri, Civitatis Urbini pro eodem sanctissimo domino nostro papa et sancta Romana ecclesia Vicarii generalis, per eum ad hoc specialiter deputatus, prout docuit per publicum instrumentum procurationis superinde confectum manu egregii viri Guillelmi de Callio, litterarum apostolicarum scriptoris, ac publici auctoritate apostolica et Imperiali notarii scriptum, quod in publica forma michi infrascripto notario exhibuit, eundem Comitem pro se ipso et suo proprio nomine principaliter obligando ex altera partibus, ex certa scientia, et non per errorem, omni modo, via, iure et forma, quibus magis et melius ac validius fieri potuerunt, fecerunt una pars alteri et altera alteri, solemnibus stipulationibus hincinde intervenientibus, pacem veram, bonam et indubitatam atque concordiam de omni fractione pacis et treugue atque ruptura, si que rupture vel fracture facte sunt per unam partium contra aliam, vel alteram contra alteram tam in bonis eorum tentis, possessis seu gubernatis, quam utriusque earum recommendatorum, adherentium, subditorum et colligatorum per ipsas partes vel alteram ipsarum, sive per quamcumque personam aliam earum partium mandatis quomodocumque et qualitercunque usque in presentem diem. Insuper ad maiorem corroborationem dicte pacis promiserunt dicti procuratores dictis nominibus, videlicet una pars alteri et altera alteri presenti et solemniter stipulanti, nullam penam petere vel exigere ab altera parte, nec altera ab altera occasione rupture pacis seu treugue, si que facte fuerunt, nisi fuerit de assensu et consensu prefati sanctissimi domini nostri, affirmantes dicte partes et procuratores ac approbantes pacem olim factam inter dictos Magnificos dominos, dominos de Malatestis et dictos Magnificos dños olim Comitem Antonium et Comitem Guidantonium, cum omnibus et singulis capitulis, partibus, clausulis et penis in ea insertis: et hoc ideo fecerunt dicti procuratores predictorum Magnificorum dominorum de Malatestis, quia dictus dominus Innocentius procuratorio nomine promisit, et convenit dictis procu-

ratribus dictorum dominorum de Malatestis presentibus, et dicto procuratorio nomine solenniter stipulantibus reddere et restituere omnes et singulas Terras, Castra et loca Commissario per eundem sanctissimum dominum nostrum deputando ad predicta, et exinde ipsis dominis de Malatestis vel eorum nuntiis per dictum Commissarium statim tradenda et assignanda, que Castra, Terra et loca tenebantur vel possidebantur, seu gubernabantur per prefatos Magnificos dominos de Malatestis, vel per alterum eorum a mense Iulii inclusive Millesimi quadringentesimi vigesimi quarti usque in presentem diem, que pervenerunt ad manus quocumque quesito colore dicti Magnifici domini Comitis Guidantonii, sive ipsius subditorum, adherentium vel recommendatorum a dicto tempore usque in presentem diem, exceptis Castro Durante cum suis pertinenciis, Castris Petrerubie, Castellacie, Pennabillorum et Billorum, que debeant poni et remitti in manibus prefati sanctissimi domini nostri, de quibus sanctitas sua iuxta sua mandata disponet et disponere valeat, et ita promiserunt dicte partes invicem solemnibus stipulationibus, et predicte restitutio et repositio facienda dictis dominis de Malatesta, seu dicto Commissario sanctissimi domini nostri fiant et fieri debeant cum effectu infra terminum quindecim dierum, connumerandorum a die qua prefatus Commissarius ad illas partes applicuerit. Et ulterius dicte partes expresse et specifice convenerunt et declaraverunt, quod in presenti pace atque concordia comprehendantur et comprehensi sint et intelligantur omnes et singuli recommenduti, adherentes et colligati utriusque partis, et quod per totum mensem Iulii proxime futuri debeant hincinde per utramque partem ipsorum dominorum dari, et assignari in scriptis ipsi recommendati, adherentes et colligati et eorum nomina, et infra dictum terminum debeat ratificatio fieri solemniter in publica forma per ipsos recommendatos, adherentes et colligatos, et tradi postea per totum mensem Augusti proxime futuri michi notario infrascripto, ut de ipsis faciam publicam mentionem: hoc acto quod illi recommendati et adherentes, qui non ratificaverunt infra dictum mensem Iulii, non comprehendantur in hac pace, nec gaudeant presentis pacis beneficio, nec propterea pro eis dicti domini incurrant in aliquam penam occasione presentis pacis: quam pacem et omnia et singula in presenti contractu contenta promiserunt dicti procuratores dicto procuratorio nomine, videlicet una pars alteri et altera alteri presenti et solemniter stipulanti firma, rata et grata habere et tenere, et non contrafacere vel venire aliqua ratione vel causa de iure vel de facto, et contra predicta nullam exceptionem vel defensionem iuris vel facti opponere, sub pena centum milium florenorum et perpetue infamia, cuius pene medietas applicetur parti observanti et alia Camere apostolice, solemnibus stipulationibus intervenientibus, que pena totiens committatur et exigi possit in singulis capitulis, partibus et clausulis huius contractus, quoticus contrafactum fuerit contra predicta vel aliquod predictorum per aliquam partem dictarum partium, et pena commissa soluta vel non, nichilominus omnia et singula predicta firma perdurent. Insuper iuraverunt dicti procuratores dictis nominibus in animas ipsorum principalium predicta omnia et singula firma, grata et rata habituros sub virtute dicti prestiti iuramenti et obligatione omnium bonorum utriusque partis.

Actum Rome in Palacio apostolico predicti sanctissimi domini nostri pape sito apud Basilicam XII. Apostolorum de Urbe, die vigesima octava mensis Iunii, Indictione tertia, anno a nativitate dñi nostri Yhesu Christi Millesimo quadringentesimo vigesimoquinto, Pontificatus eiusdem domini nostri anno octavo, presentibus, audientibus et intelligentibus hiis testibus, videlicet domino Benedicto de Guidalottis legum doctore, Reverendissimi in Christo patris Ludovici Archiepiscopi Arelatensis, prelibati domini nři Vicecamerarii, locumtenente, ac Sagaci Episcopo Cavensi at Dominico Electo Firmano ad predicta vocatis et specialiter rogatis. Ego Cincius civis Romanus publicus dei gratia apostolica auctoritate notarius, et dicti dñi nostri pape secretarius, quia predictis omnibus et singulis, dum loco et tempore predictis, ut premittitur, agerentur et fierent, una cum testibus suprascriptis interfui, eo iu aliis negotiis occupatus non valens propria manu scribere, per alium michi fidum scriptorem scribi feci et publicari, meque propria manu subscripsi et meum notariatus signum apposui consuetum ad fidem et testimonium premissorum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis, communitionis et supplectionis infringere vel si ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos II. Kalendas Iulii, Pont. nostri anno octavo.

CCXXXIII.

Mandatum pontificis contra exititios Perusinos rebelles.
Reg. Tom. VII. fol. 223.

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis Rectoribus, Commissariis, Locatenentibus, Vicariis, Potestatibus at aliis officialibus nostris in quibuscumque Provinciis, Civitatibus, Terris, Castris et locis ad nos et Romanam ecclesiam pertinentibus per nos deputatis tam presentibus quam futuris, ad quos presentes littere pervenerint, sal. etc. Cum pridem audiverimus nonnullos exiticios Perusinos in multitudine peditum et equitum congregata hostiliter discurrisse, et adhuc discurrere per territorium Perusinum ad perturbandum statum pacificum et quietum Civitatis Perusine nostre filie predilecte: Nos

intendentes ipsorum exiticiorum aodaciam et presumpcionem talia novitates et scandala contra peculiares filios nostros decetero committendi debita animadversione compescere, vobis et v̄rum cuilibet per apostolica scripta precipiendu mandamus, quatenus dietos exiticios, quos nostros et Rom. ecclesie hostes atque rebelles teoemus et repntamus, cuiuscumqoe status vel condicionis fuerint, in Civitatibus, terris et locis, in quibus estis per nos et ecclesiam Officiales et Vicarii depntati, pro tempore residentes, quociens pro parte dilectorum filiorum Communitatis Perusine fueritis requisiti, vel v̄rum aliquis requisitus extiterit, infra terminum decem dierum a requisiciunis huiusmodi tempore computandum de dictis Civitatibus, terris et lucis licenciare et recedere faciatis, ita quod dicti exiticii de cetero nun habiteut vel resideant in eisdem. Quod si prefati exiticii infra eundem terminum de dictis Civitatibus, terris et locis recedere non euraverint et vestris ubedire mandatis, vel post eorum recessum ad dicta loca redierint, exnunc contra quoslibet ex eisdem inobedientes et rebelles in v̄ram pervenientes potestatem realiter et personaliter procedatis, proot cootra alios n̄fos et prefate ecclesie rebelles de iure procedi et fieri consueverit, super quibus omnibus exequendis vobis plenam et liberam tenure presentium concedimus facultatem. Datum Rome apud Sanctos Apostolos viii. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno octavo.

CCXXXIV.

Valentino Foliante confertur officium defensoris rivi aquae Maranae. *Reg. Tom. VIII. fol. 40.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filiu Valentino Cecchi Feliante civi Romano, familiari nostro, salutem etc. Grata familiaritatis et devoeionis obsequia, que nubis et apostolice sedi hactenus impendisti, et adhuc solicitis studiis impendere nun desistis, couspicimus oportuna. Cum itaque officium defensoris Rivi aqoe Maraoe ab origine ipsius aque usque ad flumen Tiberis labentis, quod in perpetuum fendum quandoque per Romanum Pontificem, quandoqne veru per dilectos filios Capitulum ecclesie Lateranensis concedi consoevit, per neminem exerceatur seo teneatur ad preseus: Nos volentes tibi(te), qui etiam nester serviens armorum existis, ob eorumdem obsequiorum et meritorum (exigentia) favore presequi gracie specialis, tuis in bac parte supplicacionibus inclinati, officium ipsum, cuius fructus, redditus et proventus doodecim fluren. auri secundum communem extimationem valorem annuum, ut asseris, non excedunt, in perpetuum fendum cum emolumentis, bonoribus et oneribos ac utilitatibus consuetis tibi per te, quuad vixeris, tenendum, regendum et eciam gubernandum, ita tamen quod terciam partem fructuum, redditoum et proventuum ipsius officii dicte ecclesie Lateranensi, cui efficium predictum subesse dinoscitur, respondere annis singulis teoearis, ad id dilecti filii nostri Guillelmi tituli sancti Martini presbiteri Cardinalis ipsius ecclesie Archipresbiteri accedente conseusu, auctoritate apostolica tenore presentium damus, concedimus et assignamus, Decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Nun ubstantibus constitucionibus necnon statutis et consuetudinibus dicte ecclesie Lateranensia etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos iii. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri annu octavo.

CCXXXV.

Constitutio de homicidis in vicinis Urbi locis Senatori extradendis. *Reg. Tom. VIII. fol. 221.*

Martinus episcupus etc. Ad perpetuam rei memuriam. Improbis qnurumdam conatibus et ausibos temerariis, qui horrenda in humanitate mortem sitiunt aliorum, tanto est propensiori studio per apostolice sedis providenciam occurrendum, quanto ipsorum detestanda et inurdinata veluntas preberet aliis execrabilis exempli perniciem sine pene formidine similia perpetrandi. Cum itaque, sicut fide digna relacioue didicimus, nonoulli Barones, Potestates, Communitates, ac alii Civitates, Opida, Castra, fortalicia, terras et alia loca quecumque obtineutes, seu regentes aut custodientes homicidas eciam condemnatos receptare, et neglecta iusticis in suis libertatibus confovere presumnut in rei publice lesiunem, ac abbominabilis criminis defensionem et periculum plurimorum: Nos igitur, ne dictorum bomicidarum borrenda temeritas quoquo modo transeat impunita, et sine vindicta crescat audacia malignandi, nt saltem formidine pene ab huiosmodi temeritatia audacia refrenentur, tanto periculu paterne solicitudinis studiu occurrere cupientes, volumus et auctoritate apostolica tenore presencium statuimus, constituimus et eciam ordinamus, quud umnes et singuli Barones, Potestates, Communitates et alie quecumque persone ecclesiastice vel secularis, cuiuscumque dignitatis, gradus, status et condiciunis aut cuiuscumque preeminencie fuerint, umnes et singulus homicidas seo de homicidio convictos vel condempnatos, quacumque ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, in eorum Civitatibus, Opidis, Castris, furtaliciis, terris et aliis locis quibuscumqoe infra quinquaginta miliaris ab Urbe constitutis a doobus annis proxime preteritis citra receptatos et imposterum receptandos capi, detineri et carceribus mancipari, illosqoe manuforti detentos Senatori eiusdem Urbis pro tempore existenti ad omnem ipsius Senatoris, vel alterius eius nomine requisiciunem presentari procurent, qui Senator, si homicidam predictum Clericum esse contigerit, eum ad Iudicem competentem remittere pro-

curabit. Et ne statutum, constitucio et ordinacio predicta fiant ludibrio debitoque frustrentur effectu, et nedum verbis, sed eciam rebus et execucione lex ipsa imposita censeatur, Baronibus, Potestatibus, Communitatibus, Universitatibus, Officialibus et aliis quibuscumque personis ecclesiasticis vel secularibus predictis homicidas predictos receptantibus, et imposterum receptaturis sub pena perdicionis Civitatis, Terre, Castri seu loci, in quo dictum homicidam receptaverint, necnon mille flor. auri, quos Camere apostolice, dum secus actum fuerit, applicari volumus, per apostolica scripta precipimus et mandamus, ut homicidas huiusmodi iuxta tenorem et formam statuti, constitucionis et ordinacionis predictorum ad omnem Senatoris predicti, vel alterius ipsius nomine requisicionem absque more dispendio presentare festinent cum effectu. Ut autem predicta ad communem singulorum noticiam deducantur, ne de eis ignorancia pretendi valeat seu eciam allegari, presentes litteras valvis Capitolii alme Urbis mandavimus fecimusque affigi, ut quasi quodam sonoro preconio et patulo indicio ad omnium noticiam valeant pervenire, decernentes auctoritate predicta, ut huiusmodi littere, ut prefertur, affixe et publicate omnes, quos concernunt, proinde arceant ac si eis forent personaliter et presencialiter intimate, cum non sit verisimile apud eos remanere incognitum, quod tam patenter extitit omnibus intimatum. Nulli ergo etc. nostrorum statuti, constitucionis et ordinacionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos Kalendis Septembris, Pont. nostri anno octavo.

CCXXXVI.

Nicolaus marchio Estensis in civitate Ferrariensi vicarius atque incolae ab omnibus delictis, excessibus etc. absolvuntur. *Reg. Tom. IX. fol. 14.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Nicolao Marchioni Estensi, in Civitate nostra Ferrariensi pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario, salutem etc. Sedes apostolica pia mater recurrentibus ad eam cum humilitate filiis post excessum libenter se propicium exhibet et benignam. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita peticio continebat, quod licet tu temporum causante malicia a nra et Romane ecclesie fidelitate et obediencia te subtraxeris, ac forsan aliquando nostris et eiusdem ecclesie hostibus et rebellibus ministraveris auxilium, consilium et favorem, veniendo contra statum et honorem nostrum, ac tranquillitatem et pacem subditorum nostrorum peculiarium ecclesie filiorum, propter que dubitas in sentencias, censuras et penas tam spirituales quam temporales a iure vel ab homine contra talia perpetrantes inflictas et promulgatas verisimiliter incurrisse, et super illis molestari posse tempore procedente: tamen nunc eum de premissis commissis erroribus ab intimis doleas, et intendas decetero in nostra et eiusdem ecclesie fidelitate, devocione et obediencia incommutabiliter permanere, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi tuoque statui in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur illius vices gerentes in terris, qui cunctos querit salvos facere et neminem vult perire, et attendentes, quod sedis predicte clemencia non consuevit petentibus veniam denegare, ac sperantes, quod tu omni tempore illa facies, que ad statum nostrum et eiusdem ecclesie pertinere cognoveris, huiusmodi supplicacionibus inclinati te, necnon Universitatem, Cives, habitatores et incolas Civitatis nostre Ferrariensis, eiusque Comitatus, territorii et districtus utriusque sexus tam clericos quam laycos, cuiuscumque status, gradus vel condicionis fuerint, ab omnibus et singulis maleficiis, excessibus, criminibus et delictis, eciam si rebellionis aut fautorie vel heresis, aut lese maiestatis crimina saperent, quocumque tempore usque in presentem diem per te et illos commissis et perpetratis contra nos et ipsam ecclesiam, ac officiales et subditos nostros quoquo modo, necnon ab omnibus processibus, bannis, condempnacionibus, denunciacionibus, inquisicionibus, necnon excommunicacionis, suspensionis et interdicti aliisque sentenciis et censuris spiritualibus et temporalibus a iure vel ab homine factis, latis et promulgatis contra te, Universitatem, Cives, habitatores et incolas prelibatos vel eorum aliquem in quacumque curia, prout concernit publicum interesse et Cameram apostolicam, si quas premissorum occasione tu et illi quomodolibet incurristis, auctoritate apostolica tenore presentium absolvimus et plenarie liberamus, illasque et illos remittimus, tollimus et cassamus, ac de libris et registris, in quibus tu, Universitas, Cives, habitatores et incole predicti inscripti essetis, ad cuiuscumque petentis instanciam cassari volumus et iubemus, interdicta quoque ecclesiastica, quibus forsan Civitas, Comitatus, territorium et districtus huiusmodi essent supposita, relaxamus, omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam per te et ipsos Universitatem, Cives et homines premissorum occasione contractas penitus abolemus, teque et illos ad famam, honores et alias in statum pristinum, in quo eras et erant, antequam premissa contingerent, restituimus et reponimus per presentes, necnon eorum clericis et presbiteris et aliis personis ecclesiasticis Civitatis, Comitatus, territorii et districtus predictorum super irregularitate, si quam premissorum occasione celebrando divina vel immiscendo se illis, non tamen in contemptum clavium, contraxerunt, quodque in susceptis ordinibus ministrare, et ad superiores ordines rite se possint facere promoveri, eadem auctoritate dispensamus, eosque habilitamus et ad beneficia obtenta et imposterum canonice obtinenda, districtius in-

hibentes omnibus et singulis Vicariis apostolice sedis, Rectoribus et officialibus nostris in illis partibus existentibus, ne contra te, Universitatem, Cives, habitatores et incolas supradictos premissorum occasione procedere, cognoscere aut inquirere, seu tibi vel illis aliquam molestiam realem aut personalem inferre presumant, Non obstantibus tam felicis recordacionis Iohannis XXII. et Clementis V. Romanorum pontificum, predecessorum nostrorum, illis presertim, quibus cavetur, ne quis de rebellionibus aut fautorie criminibus absolvi possit, nisi de illis in litteris apostolicis plena et expressa mencio habeatur, ac aliis constitucionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore tu aut Universitas, Cives, habitatores et incole predicti ab obediencia et fidelitate nostra, et eiusdem ecclesie te subtraxeris vel se subtraxerint, aut rebellis fueris seu fuerint, presentes littere nullius existant roboris vel momenti, sed tam tu quam Universitas, Cives, habitatores et incole predicti in easdem sentencias, censuras et penas reincidas et reincidant ipso facto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre absolucionis, liberacionis, remissionis, sublacionis, cassacionis, iussionis, relaxacionis, abolicionis, restitucionis, reposicionis, dispensacionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Genezani Penestrine diocesis Kalendis Septembris, Pontificatus nostri anno nono.

CCXXXVII.

Nicolao de Cancellariis pontifex officium soldani curiae camerae apostolicae denuo confert, eique Reginaldum de Scaltanico in eodem officio socium dat.
Reg. Tom. IX. fol. 16.

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Cole Tebaldi de Cancellariis, domicello Romano, Soldane Curie Camere apostolice, salutem etc. Exigit tue fidelitatis integritas in nostris negociis comprobata, ut personam tuam apostolicis graciis et favoribus prosequamur. Nuper siquidem cum de alma Urbe ad Castrum nostrum Genezani Penestrine diocesis profecturi essemus, in dicta Urbe nostra Curia remanente, te in absencia nostra ad officium soldani Curie Camere apostolice constituimus et etiam ordinavimus, cum arbitrio, potestate, emolumentis, honoribus et oneribus consuetis, prout in aliis nostris litteris desuper confectis plenius continetur. Nos igitur attendentes, sicut fidedignorum testimonia nos informant, quod tu deinde huiusmodi nostre deputationis et constitutionis vigore officium ipsum ad honorem nrum et prefate Curie exercuisti, prout exerces laudabiliter et prudenter, et considerantes, quod prefatum officium, quod honorabile in prefata Curie et magne reputationis existit, et circa eius exercicium requirit solicitudinem et diligenciam singularem, longe melius et solercius per duos quam per unum prefate Curie soldanos poterit regi et exerceri, ac de tue persone industria, fide et diligencia hactenus nobis nota plurimum confidentes, sperantesque, quod de bono in melius ad honorem nostrum et Romane ecclesie officium ipsum eo diligentius exercebis, quo maiori te noveris gracia preveniri, te soldanum dicte Curie usque ad beneplacitum sedis apostolice, una cum dilecto filio Reginaldo de Scaltanico, moderno soldano Curie prelibate, cum arbitrio, potestate, auctoritate, familia ac provisione per nos declaranda, necnon emolumentis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, volentes, quod in Kal. Decembris proxime secuturi tam tu quam ipse Reginaldus modernus soldanus personaliter, et non per substitutum, per quem nolumus exerceri, officium predictum exercere tenearis, et etiam teneatur, et interim emolumenta officii inter vos censeantur et sint communia, postea vero ab ipsius Kal. inantea huiusmodi emolumenta dicti officii ambobus, si ambo presentes in Romana Curia ipsum officium exercebitis, alioquin soli illi, qui, altero vestrum absente a Curia supradicta, personaliter predictum officium exercebit, cedant et etiam debeantur, tibi nichilominus omnia et singula, que ad ipsum officium soldani de consuetudine vel de iure, ac secundum ordinationes apostolice sedis pertinere noscuntur, et que soldanus predicte Curie, qui fuit pro tempore, exercere, facere, mandare et exequi consuevit, dicto durante beneplacito faciendi, mandandi, ordinandi et exequendi plenam et liberam facultatem harum serie concedentes, ac mandantes exnunc dilecto filio Magistro Benedicto de Guidalottis, clerico apostolice Camere, in Camerariatus officio locumtenenti Camerarii nostri, et aliis ad quos spectat, ut omni contradictione et difficultate remotis, te etiam vigore presentium ad huiusmodi soldani officium eiusque liberum exercitium, emolumenta, honores et onera consueta recipiant et admittant, et de provisione pro tempore tibi debita responderi faciant iuxta morem, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac deputationibus et substitutionibus de personis aliis ad ipsum officium quovismodo factis et concessis, ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod antequam vigore presentium officium ipsum incipias exercere, de illo ad honorem nostrum et ipsius ecclesie fideliter et laudabiliter exercendo in manibus prefati Benedicti prestes fidelitatis debite in forma solita iuramentum. Tu igitur officium sic exercere studeas solicite et prudenter, quod nos deinde ad impendendum tibi maiorem graciam et honorem promptius invitemur. Datum Genezani Penestrine diocesis Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno nono.

CCXXXVIII.

Castrum Griptarum regimini sanctae sedis immediato subiicitur. *Reg. Tom. VIII. fol. 258.*

Martinus episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Castri nostri Griptarum Montisflasconensis diocesis, salutem etc. Sincere devotionis affectum, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, vestre quoque fidelitatis integritas promeretur, ut vos speciali gracia prosequamur. Considerantes igitur vestre fidelitatis constanciam in nostris et ecclesie Romane negociis diutius comprobatam, et ut in ea eo magis perseveretis, nullis parcendo laboribus vel periculis, quo vos noveritis ampliori apostolice sedis gracia communiri, vris etiam in hac parte supplicationibus inclinati, significamus vestre devotioni, quod vos tamquam fideles et peculiares filios nros habere intendimus in omnibus vestris oportunitatibus paternaliter et favorabiliter recommissos, vosque et Castrum Griptarum nobis et Romane ecclesie volumus immediate tenere, illudque et Universitatem vestram per nostros et eiusdem ecclesie officiales, qui in dicta provincia existunt vel pro tempore erunt, in bono regimine ad honorem nostrum et ecclesie, statumque nostrum pacificum et tranquillum salubriter regi et gubernari, auctore domino, facimus. Datum Aquependentis Urbevetane diocesis VI. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno nono.

CCXXXIX.

Rectori Campaniae, ut causas inter commune terrae Vici et communitatem civitatis Alatrinae super quibusdam territoriis vertentes summarie audiat et decidat. *Reg. Tom. VIII. fol. 239.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Matheo Abbati monasterii Sublacensis Romane ecclesie immediate subiecti, Rectori provincie nostre Campanie, salutem etc. Exhibita nobis pro parte dilectorum filiorum Universitatis et hominum terre nre Vici Alatrine diocesis petitio continebat, quod dudum inter eos et dilectos filios Communitatem et homines Civitatis Alatrine super quibusdam territoriis, et pertinenciis diete diocesis varie fuerint cause et materie questionis exorte, in quibus etiam diverse sentencie late esse dicuntur. Et quia, sicut eadem petitio subiungebat, cause huiusmodi nondum fuerunt terminate et decise, Universitates et homines predicti variis agitantur laboribus et expensis, pro parte Universitatis et hominum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur indempnitatibus et commodis Universitatis et hominum predictorum super hiis provideri, ac causas huiusmodi per viam summarie iusticie terminari volentes, necnon statum causarum huiusmodi et qualitates, quantitates, vocabula, terminos atque continia territoriorum et pertinenciarum predictarum habentes pro sufficienter expressis, discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vocatis Universitate, Communitate et hominibus predictis, ac aliis qui fuerit evocandi, omnes et singulas causas inter Universitatem ac Communitatem et homines prefatos occasione premissorum quomodolibet motas seu movendas, etiam per appellationem forsan pendentes indecisas, summarie, simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii cum omnibus suis emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis audias, decidas et fine debito termines, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellatione remota, inviolabiliter observari. Testes autem, qui fuerunt nominati et se gracia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere, Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii pape VIII. predecessori nostri, quibus cavetur etc. mentionem. Datum Rome apud Sanctos Apostolos XV. Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno nono.

CCXL.

Archiepiscopo Beneventano vicario in civitate Spoletana gubernium terrae Trevii pontifex concedit. *Reg. Tom. IV. fol. 9.*

Martinus episcopus etc. Venerabili fratri Paulo Archiepiscopo Beneventano, in Civitate nra Spoletana pro nobis et Romana ecclesia Locumtenenti, salutem etc. Ad statum prosperum et felicem terrarum et locorum ad nos et Romanam ecclesiam pertinentium paterna semper diligencia vigilamus, et ut in pacis et tranquillitatis dulcedine sub mensura iusticie gubernentur, quociens expedire cognoscimus, adhibemus pastoralis diligencie nostre curas. Cupientes itaque terram nostram Trevii Spoletane diocesis, ac dilectos filios Universitatem et homines eiusdem ad statum nostrum pacifice gubernari, ac de tue fraternitatis industria, diligencia atque fide in domino confidentes, ac sperantes, quod ea, que tibi commisimus, ad honorem nrum et ecclesie laudabiliter exequeris, tibi curam, gubernationem et regimen terre eiusque territorii et districtus, necnon Universitatis et hominum predictorum cum arbitrio et auctoritate ibibi per ecclesiam exercere consuetis usque ad nrum beneplacitum committimus per presentes, Tibi nichilominus omnia et singula, que ad huiusmodi gubernationis officium pertinere noscuntur de consuetudine vel de iure, per te vel alios faciendi, mandandi, disponendi et exequendi potestatem plenariam harum serie concedentes, ac mandantes exnunc prefatis Universitate et hominibus, ut tibi tanquam eorum Gubernatori in omnibus, que ipsis mandaveris, plene pareant et intendant: Alioquin sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles,

ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam huiusmodi gubernationis officium incipias exercere, de illo prudenter et laudabiliter exercendo in manibus nostris, vel Venerabilis fratris Benedicti Episcopi Valvensis, in Camerariatus officio locumtenentis Camerarii nostri, per te vel procuratorem tuum legitimum prestes fidelitatis debito in forma solita iuramentum. Datum Rome apud Sanctos Apostolos XIIII. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno decimo.

CCXLI.

Baldassar de Baroncellis capitaneus Montaneae Bononiensis constituitur. *Reg. Tom. IV. fol. 16.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Baldassari domini Vannis de Baroncellis de Offidu domicello, Capitaneo Montanee nostre Bononiensis, salutem etc. Exigit tue fidelitatis integritas et sincere devocionis affectus, quem ad nos et sedem apostolicam habere dinosceris, ut te speciali gracia prosequimur. Hinc est, quod nos de tue persone industria in bene gerendis rebus experiencia, fide et diligencia plurimum in domino confidentes, ac sperantes, quod ea, que tibi committenda duxerimus, fideliter et laudabiliter exequeris, Te Capitaneum Montanee nostre Bononiensis in ea parte et locis, in quibus Capitanei forenses poni fieri et deputari consueverunt, pro tempore unius anni, inchoandi immediate post finitum officium unius anni dumtaxat dilecti filii ad presens officium huiusmodi Capitaneatus exercentis, et ut sequitur finiendi, cum familia, officialibus, equis, salario, emolumentis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi nichilominus omnia et singula ad huiusmodi Capitaneatus officium eiusque liberum exercicium quomodolibet pertinentia de consuetudine vel de iure, et que Capitanei dicte Montanee, qui fuerunt pro tempore, facere, disponere, mandare et exequi hactenus consueverunt, faciendi, mandandi, disponendi et exequendi facultatem et potestatem plenam et liberam harum serie concedentes, ac mandantes exnunc dilecto filio Ludovico tituli sancte Cecilie presbitero Cardinali apostolice sedis Legato, ac omnibus et singulis officialibus nris et dicte ecclesie et aliis, ad quos spectat, quatenus te ad huiusmodi Capitaneatus officium eiusque liberum exercicium in dicto tempore benigne recipiant et admittant, ac recipi et admitti, necnon de salario pro tempore tibi debito successivis temporibus integre respondeant et responderi faciant, ut est moris, Non obstantibus quibuscunque concessionibus seu deputacionibus de officio dicti Capitaneatus quibuscunque personis per nos, seu auctoritate nra forsan factis, quibus hac vice dumtaxat per presentes volumus derogari, et aliis contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod antequam ipsum Capitaneatus officium incipias exercere, de ipso ad statum honoremque nostrum et Romane ecclesie fideliter exercendo in manibus Venerabilis fratris nri Benedicti Episcopi Aprutini, in Camerariatus officio locumtenentis Camerarii nri, prestes fidelitatis debito in forma solita iuramentum. Tu igitur Capitaneatus huiusmodi officium sic exercere studeas fideliter et prudenter servando iusticiam, bonos iuvando et reprobos compescendo, quod ex landabilibus actionibus tuis apud nos et sedem apostolicam merito valeas commendari. Datum Rome apud Sanctos Apostolos XVI. Kalendas Decembris, Pont. nri anno decimo.

CCXLII.

Ioannes Leopardi de Pisis index appellationum in curia generali provinciae Marchiae Anconitanae constituitur. *Reg. Tom. IV. fol. 45.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Iohanni Leopardi de Pisis utriusque iuris doctori, pro nobis et Romana ecclesia Iudici appellationum et criminalium causarum Curie generalis provincie nostre Marchie Anconitane, salutem etc. Sincera et constans fidelitas, quam erga nos et Romanam ecclesiam te ex fidedignorum relatione habere percepimus, necnon litterarum scienciam et alia dona virtutum, quibus personam tuam earum largitor dominus insignivit, spem nobis indubiam pollicentur, quod ea, que tibi duxerimus committenda, prudenter et fideliter exequeris. Volentes igitur officio appellationum et criminalium causarum Iudicatus generalis Curie provincie nre Marchie Anconitane salubriter providere, ac super hiis tuam conscienciam onerare, te Iudicem appellationum et causarum huiusmodi pro sex mensibus (Kalendis Febr.) proxime futuris inchoandis, et ut sequitur finiendis, ac successive usque ad beneplacitum nostrum cum emolumentis, gagiis, honoribus et oneribus consuetis, necnon salario tuo immediato precessori deputato auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi officio durante predicto causas tam appellacionum quam criminales quascunque in eadem provincia motas et movendas, ac interpositas et interponendas audiendi, cognoscendi et super illis previa insticia pronunciandi, declarandi, easque terminandi, diffiniendi et sentenciandi, nec non omnia et singula, que ad ipsum officium de consuetudine vel de iure pertinent, iuxta formam constitucionum dicte provincie gerendi, mandandi, exequendi ac eciam exercendi, alienatione tamen bonorum immobilium et preciosorum mobilium ipsius provincie tibi penitus interdicta, facultatem plenariam concedentes, ac mandantes Venerabilibus fratribus Astorgio Anconitano Locumtenenti et Iohanni Alatrino Epis Thesaurario dicte provincie, necnon dilectis filiis

Communitatibus et Universitatibus aliisque universis et singulis personis, ad quas spectat, quatenus te ad huiusmodi officium et eius liberum execicium benigne recipiant, inducant pariter et admittant ac admitti faciant, ut est moris, tibique de salarie et emolumentis, prout ad eos pertinet, provideant et respondeant, seu provideri et responderi faciant, ut est fieri consuetum. Nos enim sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas habebimus et faciemus, auctore domine, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam officium huiusmodi incipias exercere, de ipso fideliter exercende in manibus Venerabilis fratris Benedicti Epi Aprutini, officium Camerariatus de mandato nostro presencialiter regentis, prestes per te vel procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum in forma solita iuramentum. Tu itaque officium ipsum prompta devotione suscipiens sic illud studeas prudenter, iuste et fideliter exercere, quod exinde fructus sperati proveniant, bonis et quietis tranquillitas, ac reprebis cobercio et animadversio debita, tuque apud nos et apostolicam sedem valeas amplius tuis meritis commendari. Datum Rome apud Sanctos Apostolos VIII. Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno undecimo.

CCXLIII.

Ludovicus del Domo iudex appellationum in provincia Patrimonii constituitur. *Reg. Tom. IV. fol. 56.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Ludovico del Domo de Aricio legum doctori, pro nobis et Romana ecclesia Iudici appellatienum et criminalium causarum Curie generalis provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia, salutem etc. Sincera et constans fidelitas, quam erga nos et Romanam ecclesiam et ex fidedignorum relatione et experiencia te habera percepimus, necnen litterarum sciencia et alia dona virtutum, quibus personam tuam eorum largitor dominus insignivit, spem nebis indubiam pollicentur, quod ea, que tibi duxerimus committenda, prudenter et fideliter exequeris. Velentes igitur officie eppellationum at criminalium causarum Iudicatus generalis Curie provincie nre Patrimonii beati Petri in Tuscia salubriter providere, ac premissorum intuitu tuam enerare conscienciam, te Iudicem appellationum et criminalium causarum dicte provincia usque ad sex menses, III. Kalendas Iulii proxime futuri inchoandos, et ut sequitur finiendos, cum prerogativis, honoribus, oneribus et emolumentis consuetis ac salario tuo immediato precessori deputato auctoritate apostolica tenere presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi huiusmodi sex mensibus durantibus causas tam appellatienum quam criminalium causarum quascumque motas et movendas, interpositas et interponendas audiendi et super illis previa iusticia cognoscendi, pronunciandi, declarandi, diffiniandi et senteneiandi, necnon gerendi, administrandi, faciendi, mandandi et exequendi ac exercendi omnia et singula, que ad ipsum tuum officium de consuetudine vel de iure, ac per formam constitucionum dicte provincie pertinere noscuntur, alienatione tamen immobilium et preciesorum mobilium diete provincie penitus interdicta, facultatem plenariam concedentes, Mandantes dilectis filiis universis et singulis Universitatibus et singularibus personis ac Thesaurario ipsius provincie, et aliis ad quos spectat, ut te ad huiusmodi efficium et eius exerciciam benigne recipiant et admittant et admitti faciant, ut est moris, et de salarie ac emolumentis consuetis, prout ad eos pertinet, provideant seu provideri faciant. Nos enim senteneias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas habebimus et feciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam officium huiusmodi incipias exercere, de ipso fideliter gerende in manibus Venerabilis fratris Benedicti Epi Aprutini, efficium Camerariatus de mandatro nostro presencialiter regentis, prestes per te vel per procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum in forma solita debitum iuramentum. Tu igitur officium ipsum prompta devotione suscipiens sic illud studeas prudenter, iuste et fideliter exercere, quod fructus sperati exinde proveniant, bonis et quietis tranquillitas, inquietis et reprobis animadversio debita, tuque apud nos et sedem apostolicam valeas non immerito commendari. Datum Rome apud Sanctos Apostolos X. Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno undecimo.

CCXLIV.

Fatius Bochabiancha procurator camerae in provincia Marchiae constituitur. *Reg. Tom. IV. fol. 57.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filie Fatio Bochebianche de Ripatransonis pro nobis et Romana ecclesia procuratori Camere provincie nostre Marchie Anconitane, salutem etc. Sincera et constans fidelitas, quam erga nos et Romanam ecclesiam te ex fidedignorum relatione et experiencia habere percepimus, necnon alia dona virtutum, quibus personam tuam earum largitor dñus insignivit, spem nobis indubiam pollicentur, qued ea, que tibi duxerimus committenda, prudenter at fideliter exequeris. Harum igitur consideratiene inducti te procuratorem Camere provincie nre Marchie Anconitane usque ad sex menses, die quartadecima mensis Augusti proxime futuri inchoandos, et ut sequitur finiendos, cum prerogativis, honoribus, oneribus, gagiis et emolumentis consuetis, ac salarie dilecto filio Iohanni de Nursia tuo immediato precessori deputato auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, Mandan-

tes Venerabilibus fratribus Astorgio Anconitano gubernatori et Iohanni Alatino Epis dicte provincie Thesaurario, ac dilectis filiis universis et singulis Universitatibus et singularibus personis ipsius provincie, ut te ad officium et eius exercicium benigne recipiant et admittant et admitti faciant, ut est moris, ac tibi durantibus dictis sex mensibus in hiis, que ad officium ipsum de consuetudine vel de iure pertinent, plene pareant et intendant, et illis, ad quos spectat, ut tibi de salario et emolumentis prefatis respondeant et responderi faciant cum effectu, ut exinde eorum possit devotio apud nos et sedem apostolicam merito commendari. Volumus autem, quod antequam officium predictum incipias etc. Tu igitur officium ipsum prompta devotione suscipiens sic illud studiose, prudenter et fideliter exercearis, quod exinde sperata commoda proveniunt, tuque apud nos et sedem apostolicam dignis extolli laudibus merearis. Datum Rome apud Sanctos Apostolos Kalendis Iunii, Pont. nri anno undecimo.

CCXLV.

Carolus de Brusciatis iudex curiae generalis in provincia Marchiae constituitur. *Reg. Tom. IV. fol. 59.*

Martinus episcopus etc. Dilecto filio Carolo de Brusciatis de Novaria pro nobis et Romana ecclesia Iudici civilium et maleficiorum Curie generalis provincie nre Marchie Anconitane, salutem etc. Sincera et constans fidelitas, quam ergo nos et Romanam ecclesiam te ex fidedignorum relatione et experiencia habere percepimus, necnon alia dona virtutum, quibus personam tuam earum largitor dominus insignivit, spem nobis indubiam pollicentur, quod ea, que tibi duxerimus committenda, prudenter et fideliter exequeris. Volentes igitur officio civilium et maleficiorum Iudicatus generalis Curie provincie nre Marchie Anconitane salubriter providere, ac premissorum intuitu tuam onerare conscienciam, te Iudicem civilium et maleficiorum dicte provincie usque ad sex menses, III. Kalendas Augusti proxime futuri inchoandos et ut sequitur finiendos, cum prerogativis, honoribus, oneribus et emolumentis consuetis, ac salario tuo immediato precessori deputato auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, tibi huiusmodi sex mensibus durantibus civilium et maleficiorum predictorum causas quascunque motas et movendas, interpositas et interponendas audiendi, et super illis previa iusticia cognoscendi, pronunciandi, declarandi, diffiniendi et sentenciandi, necnon gerendi, administrandi, faciendi, mandandi et exequendi ac exercendi omnia et singula, que ad ipsum tuum officium de consuetudine vel de iure, ac per formam constitucionum dicte provincie pertinere noscuntur, alienatione tamen immobilium et preciosorum mobilium dicte provincie tibi penitus interdicta, facultatem plenariam concedentes, Mandantes dilectis filiis universis et singulis Universitatibus et singularibus personis, ac Thesaurario ipsius provincie et aliis, ad quos spectat, ut (te) ad huiusmodi officium et eius exercicium benigne recipiant et admittant et admitti faciant, ut est moris, et (tibi) de salario ac emolumentis consuetis, prout ad eos pertinet, provideant seu provideri faciant. Nos enim etc. Volumus etc. in manibus Venerabilis fratris nri Benedicti etc. Tu igitur etc. Datum Rome apud Sanctos Apostolos v. Kalendas Iulii, Pontificatus nri anno undecimo.

CCXLVI.

Episcopus Montisflasconis vicarius pontificis in civitate Tudertina constituitur. *Reg. Tom. IV. fol. 69.*

Martinus episcopus etc. Venerabili fratri Antonio Episcopo Montisflasconensi, in Civitate nra Tudertina eiusque Comitatu, territorio et districtu pro nobis et Romana ecclesia locumtenenti, salutem etc. Ad statum prosperum et tranquillum Civitatum, Terrarum et locorum Romane ecclesie feliciter conservandum paterna diligencia semper intendimus: et ut illorum Universitates et homines sub mensura iusticie gubernentur, libenter adhibemus pastoralis officii nri curas. Cupientes itaque Civitatem nostram Tudertinam eiusque Comitatum, territorium et districtum feliciter regi et prospere gubernari, ac de tue persone industria, sciencia, claritate et in bene gerendis rebus experiencia nobis nota in domino plurimum confidentes, ac sperantes, quod ea, que tue prudencie commiserimus, non minori fide quam diligencia exequeris, omnes et singulos gubernatores et locumtenentes in dictis Civitate, Comitatu, territorio et districtu per nos ad tempus vel usque ad nrum seu sedis apostolice beneplacitum hactenus quomodolibet deputatos auctoritate presentium revocantes, te in Civitate, Comitatu, territorio et districtu predictis pro nobis et Romana ecclesia locumtenentem cum arbitrio et auctoritate, provisione seu salario per nos declarando usque ad beneplacitum nostrum auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et etiam ordinamus, Tibi nichilominus Territorium et districtum huiusmodi, eiusque Universitatem, cives, habitatores et incolas sub mensura iusticie ad honorem nostrum et ecclesie, ac illorum statum pacificum et tranquillum regendi et gubernandi, ac omnia et singula faciendi, disponendi, ordinandi, mandandi et exequendi, que alii locumtenentes in dicta Civitate per ecclesiam pro tempore deputati facere, ordinare, disponere, mandare et exequi consueverunt de consuetudine vel de iure, et que tibi pro statu nro et ecclesia, ac tranquillitate et pace ac felici regimine Universitatis, civium, habitatorum et incolarum predictorum utilia vel necessaria videbuntur, planam et liberam potestatem harum serie concedentes, ac

mandantes exnunc dilectis filiis Prioribus dicte Civitatis Tudertine, necnon Universitati, habitatoribus et incolis supradictis, ut visis presentibus te in eorum generalem locumtenentem pro nobis et ecclesia Rom. deputatum benigne recipiant et admittant, tibique in omnibus execucionibus officii tui concernentibus impendant oportuna presidia et favores, quociens per te pro parte nostra fuerint requisiti. Alioquin senteneias et penas, quas rite tuleris sive statueris in rebelles, ratas et gratas habebimus, illasque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Volumus autem, quod antequam huiusmodi locumtenentis officium incipias exercere, de illo ad honorem nostrum statumque prosperum et felicem Universitatis, civium, habitatorum et incolarum predictorum diligenter et fideliter exercendo, in manibus nřis vel Venerabilis fratris Benedicti Episcopi Aprutini, in Camerariatus officio Camerarii nostri locumtenentis, prestes fidelitatis debite in forma solita iuramentum. Tu igitur, Venerabilis frater, ex traditis tibi dono celeste virtutibus huiusmodi locumtenentis officium sic exercere studeas pro tua singulari diligencia semper ad quietem et pacem populi, bonos iuvando et reprobos compescendo, quod ex tuis laudabilibus actionibus sperati fructus proveniant, ut optamus, tuque deinde nostram et dicte sedis benedictionem et graciam uberius consequi merearis. Datum Rome apud Sanctos Apostolos Nonis Octobris, Pontificatus nostri anno undecimo.

CCXLVII.

Eugenius PP. IV. episcopum Racanatensem in ecclesiae exercitu in provincia Campaniae commissarium constituit. *Reg. Tom. XII. fol. 33.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Iohanni Electo Rachanatensi, in nostro et Romane ecclesie exercitu commissario et locumtenenti nostro, salutem etc. Cum pro necessaria defensione status nři et Rom. ecclesie, et iusta oppugnacione nostrorum et ipsius ecclesie inimicorum atque rebellium, qui nuviter almam Urbem occupata porta per insidias hostiliter ingressi, ipsam Urbem in confusione et misera servitute ponere frustra conati sunt, populo Romano peculiaribus filiis nřis eorum nequicie fortiter et fideliter resistentibus, in provinciam nřam Campanie et alia loca finitima dilectus nobiis vir Iacobus Caldera miles, Capitaneus generalis et nonnulli alii Capitanei et Conductores armigerarum gencium ad nostra servicia de proximo sunt venturi, et ibidem nostro felici exercitu congregato iustissimum bellum, vel pocius iustissimam ulcionem contra rebelles et hostes nostros et prefata ecclesie, iuvante dominio, prosecuturi: Nos esse condignum et utile extimantes in dicto exercitu ecclesie ecclesiasticam hinc personam, et prelatum maxime nobis fidum, prudentem et in agendis expertum, qui voluntatem et conceptus nostros intelligens et aliorum consilia, qui nobis consulunt et assistunt, illa communicet, cum quibus communicanda cognoverit, ita ut speramus in deo et in nřa iusticia intentum nřum celeriter consequamur. Sumentes igitur in dño de tua virtute et prudencia in magnis et arduis comprobata fiduciam specialem, nec dubitantes, quod ea, que tibi committamus, solerter, mature, prudenter et fideliter exequeris, te in predicto exercitu commissarium nostrum et locumtenentem de Venerabilium fratrum nostrorum prefate ecclesie Cardinalium consilio facimus, constituimus et eciam deputamus, Volentes atque mandantes prefato Capitaneo generali et aliis Capitaneis, Conductoribus, Caporalibus et armigeris quibuscumque tam equestribus quam pedestribus, ut in omnibus, que ipsis dixeris(e) parte nostra, fidem adhibeant dictis tuis, et que ipsis similiter iniunxeris, exequi studeant toto posse, et in omnibus et per omnia tibi intendant et pareant tamquam nobis. Nos vero tibi cum predictis Capitaneis et Conductoribus pro rerum exigeneia consulendi, deliberandi et concludendi et conclusa exequendi, et exequi faciendi iuxta deliberacionem eorum vel partis ipsorum, prout discrecioni tue videbitur melius esse, necnon predictos Capitaneos et Conductores nřo nomine requirendi, convocandi et ipsis ac omnibus et singulis in dicto exercitu militantibus precipiendi atque mandandi, et omnia et singula faciendi, que pro statu nostro et prefate ecclesie videris expedire, corrigendi quoque et puniendi quoscumque inobedientes et culpabiles, transgressores, dummodo prius contra ipsos non inceperit prefatus Capitaneus generalis, cuius potestati et iuri non intendimus derogare, plenam et liberam tibi auctoritate nostra tenore presencium concedimus facultatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno dominice Incarnationis Millesimo quadringentesimo tricesimo primo, viii. Idus Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCXLVIII.

Quaedam pacta inter Perusinos et Romanam ecclesiam inita confirmantur. *Reg. Tom. XII. fol. 59.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et debitum, ut ea, que de voluntate et mandato nostro ordinata, promissa et conclusa sunt, ut firma et illibata permaneant, adiicimus apostolici muniminis firmitatem. Nuper siquidem inter Venerabilem fratrem Iordanum Episcopum Sabinensem, et dilectum filium nostrum Antonium tituli sancti Marcelli presbiterum Cardinalem, vice et nomine nostro et Romane ecclesie apostoliceque Camere ad hoc per nos specialiter deputatos, ac dilectos filios nobiles viros Iacobum de Rayneriis legum doctorem, Balionem de Balionibus, Oddonem Iacobi Oddonis et Giulincium Thome cives Perusinos, oratores, sindicos, procu-

ratores et nuncios speciales dilectorum filiorum Priorum et Camerariorum Artium Civitatis nostre Perusine, quedam peticiones, capitula, ordinaciones, concessiones et pacta pro utilitate ac bono et salubri regimine dicte Civitatis ac Comitatus, Territorii et districtus eiusdem, que presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, de eo mandato facta, inita, concessa, ordinata et in publicam formam per dilectum filium Pogginm Secretarium nostrum, auctoritate apostolica notarium, de mandato nostro redacta fuerint, prout in ipsis capitulis lacius continetur. Nos igitur convenciones, capitula et pacta huiusmodi pro eorum subsistencia firmiori ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis et communicionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominica MCCCCXXXI. VII. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

CCXLIX.

Pontifex omnia approbat, quae Ioannes de Boscolis pro reformando regimine civitatis Bononiensis egerat. *Reg. Tom. XII. fol. 60.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Magistro Iohanni de Boscolis decretorum doctori, apostolice Camere Clerico, salutem etc. Cum de fidelitatis et prudencia tue sinceritate, quam erga nos et Romanam ecclesiam hactenus impendisti atque impendere non desistis, specialem in domino fiduciam obtinentes, te nuper ad Civitatem nostram Bononiensem eiusque Comitatum, Territorium et districtum pro nonnullis nris et eiusdem ecclesie negociis pertractandis duximus destinandum, tuque ibidem nonnulla negocia de mandato nostro gesseris et administraveris litterarum nostrarum patrocinio roboratus, ex quo tibi quandoque verearis contraversiam seu questionem inferri: Nos eiusdem fidelitatis et devocionis tue sinceritatem attendentes, quam alias in arduis tibi nostris et eiusdem ecclesie commissis negociis ostendisti, sperantes eciam, omnia quecumque in dicta Civitate nostra Bononiensi gesseris, legitime ac ad statum nostrum et eiusdem ecclesie et salutem dicte Civitatis Bononiensis pertinencia te gessisse et administrasse, tuis in hac parte supplicacionibus inclinati, indempnitati tue provideri volentes, omnia et singula in predicta nostra Civitate Bononiensi eiusque Comitatu, Territorio et districtu per te nro et eiusdem ecclesie nomine sic gesta, et acta et administrata rata et grata habentes, illaque auctoritate apostolica et ex certa sciencia confirmantes, presentium litterarum nostrarum patrocinio communimus, volentes eciam, ut quemadmodum honeste ac diligenter fecisti et administrasti, sic deinceps omnia et singula, que pro nro et eiusdem ecclesie statu et augmentatione, ac eiusdem Civitatis nre Bononiensis salute expedire videris, solicite exequaris, donec, quem mittere intendimus, apostolice sedis Legatum ad dictam Civitatem nostram Bononiensem duxerimus destinandum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo primo, X. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

CCL.

Universitati Civitatisnovae in Marchia Anconitana omnia privilegia et statuta confirmantur, et quaedam petita conceduntur. *Reg. Tom. XII. fol. 108.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Civitatisnove Firmane diocesis Marchie Anconitane, salutem etc. Sincere devocionis affectus probataque fidelitatis constancia, quos ad nos et Romanam ecclesiam gessisse ac gerere comprobamini, non indigne merentur, ut vos Universitatemque vestram clemencia nostre paterne benivolencie prosequamur, et ea, que Romani pontificis auctoritatem exigunt, per vos petita in hoc valida et firmata statuamus, que ad bonum ipsius ecclesie statum vestraque merita pertinere videantur. Sane cum per dilectos filios oratores vestros fuerit nobis humiliter supplicatum inter cetera secundum continenciam capitulorum, quorum tenor sequitur—

Primo supplicant, ut prefata sanctissima dominacio dignetur pro pacifico statu sancte matris ecclesie prelibate sue sanctitatis dicte provincie, et terre predicte, quod omnia privilegia, suppignoraciones, obligaciones et concessiones facte et concesse per pastores et Gubernatores sancte matris ecclesie, et eorum officiales et commissarios usque in presentem diem dominis de Camerino sive de Varano, dñis de Malatestis, vel cuicumque alteri domino nobili baroni et persone, cuiuscumque dignitatis existant, sint casse, vane, irrite et annullate et nullius valoris, efficacie vel momenti, et quod (dignetur) in futuro tempore ipsam terram et personas eiusdem manutenere et conservare sub gubernacione et fidelitate sancte matris ecclesie immediate. Item quod prefata sanctissima dominacio dignetur confirmare et validare omnia ipsorum statuta et ordinaciones, que sunt in volumine ipsorum statutorum a iamdiu consueta et conservata, et omnia privilegia habita et contenta a pastoribus sancte matris ecclesie et suorum officialium, et maxime que fuerint admissa per dominacionem sua sanctitatis, dum fuit Legatus in Marchia. Item quod in causis civilibus, videlicet in primis causis, Potestas et Curia eius dicte Terra de gracia sanctitatis vre audeant cognoscere, terminare et sentenciare, et quod nemo de dicta terra valeat nec possit invitus vocari nec trahi ad aliam Curiam nec conveniri. Que omnia et singula supradicta supplicant,

ut dignetur prefata sanctissima et benignissima vra sanctitas dictis supplicacionibus consentire et attribuere dono gracie et misericordie eiusdem sanctitatis. Nos itaque cupientes, ut devocio vestra erga nos et prefatam Romanam ecclesiam ferveneius vigeat et propensius augeatur, eisdem supplicacionibus inclinati vobis presentis scripti patrocinio apostolica auctoritate concedimus, quod cuneta privilegia, suppignoraciones, obligaciones et concessiones usque ad hunc diem facte per pie memorie predecessores nros, seu officiales ac commissarios Romane ecclesie dominis de Camerino sive de Varano, de Malatestis vel alteri cuicumque, sint vane, annullate, nullius roboris vel momenti: disponimus in futurum ipsam terram Civitatisnove, personas ac iurisdictionem eiusdem sub gubernacione nostra Romaneque ecclesie immediate manutenere et conservare: statuta quidem et ordinaciones, que sunt in volumine suorum statutorum inscripta diuque servata valida esse apostolica auctoritate decernimus, et tenore presentium confirmamus cum privilegiis predecessorum nostrorum, de quorum admissione per nos facta expresse constiterit, ut supra narratur: in causis autem civilibus, videlicet in primis causis Potestas diete terre eiusque Curia possit cognoscere, sentenciare et terminare, nec possit aliquis terre eiusdem pro ipsis primis causis ad aliam Curiam trahi vel conveniri. Nulli ergo etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice MCCCCXXXI. V. Idus Octobris, Pontificatus nri anno primo.

CCLI.

Universitati Montisflasconis omnia privilegia et statuta confirmantur, et quaedam petita conceduntur. *Reg. Tom. XIII. fol. 146.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Civitatis nostre Montisflasconis provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia, salutem etc. Sincere devocionis affectus probataque fidelitatis constancia, quas ad nos et Romanam ecclesiam gessisse et gerere comprobamini, condigne merentur, ut vos Universitatemque vestram plena gracia paternaque benivolencia prosequamur, et ea que Romani pontificis auctoritatem exigunt, per vos petita in hiis valida et firma esse statuamus, que ad bonum ipsius ecclesie statum vestrumque merita pertinere videantur. Sane cum per dilectos filios oratores vestros fuerit nobis humiliter supplicatum inter cetera secundum continenciam capitulorum, cuius tenor sequitur —

Supplicatur Sanctitati domini nostri pro parte Universitatis et hominum Civitatis Montisflasconis, quatenus dignetur confirmare omnia indulta et privilegia hactenus concessa Universitati et hominibus prefatis per olim summos pontifices, ac eciam statuta Civitatis eiusdem confirmare et de novo apostolica auctoritate roborare.

Secundo quatenus dignetur licenciam, auctoritatem et facultatem tribuere eligendi Cancellarium ipsius Communis civem prefate Civitatis.

Tercio quatenus dignetur statuere et ordinare, quod omnes Rectores provincie Patrimonii eorumque Iudices in futurum sub colore visitacionis nullo modo dictam Universitatem debeant molestare in bonis vel ab ipsa pecunias exigere, nisi dumtaxat secundum formam Constitucionum provincialium.

Quarto quod mandare dignetur Rectori Patrimonii, qui nunc regit in provincia, quod causam vertentem inter Commune predictum et Commune Marthe per sentenciam terminare debeat summarie et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta. Nos itaque cupientes, ut devocio vestra erga nos et prefatam Romanam ecclesiam ferveneius vigeat et propensius augeatur, eisdem supplicacionibus inclinati vobis presentis scripti apostolica auctoritate concedimus, quod omnia et singula statuta Civitatis Montisflasconis prefate, ea maxime, que robur antiquate consuetudinis habuerunt, et habent de presenti, sint firma et valida, servarique debeant tamquam pleno munimine roborata: Cancellarium vero dicte Communitatis eligere possitis oriundum concivem ipsius Civitatis, quem ad honorem nostrum Romaneque ecclesie, ac utilitatem vestram aptiorem duxeritis eligendum: Rectoribus quidem Patrimonii eorumque Iudicibus presentibus et futuris auctoritate presentium districtius mandantes esse volumus, quod sub colore visitacionis in futurum a dicta Universitate nichil exigant, vel in bonis ullo modo molestent, nisi pro illis modis et quantitatibus, que per formam Constitucionum provincialium continentur: causam vero, que inter Universitatem vestram et Commune Marthe vertitur, dilecto filio Magistro Iohanni de Reate, apostolice Camere Clerico, Rectori eiusdem provincie Patrimonii volumus esse commissam, qui ipsam cognoscere et terminare debeat summarie et de plano, sine strepitu figuraque iudicii, sola facti veritate inspecta, sicut per speciales litteras eidem scribi fecimus oportune. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo primo, XIII. Kaleudas Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCLII.

Ioannes de Suessa soldanus curiae camerae apostolicae constituitur. *Reg. Tom. XXII. fol. 70.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio nobili viro Iohanni de Suessa, domicello Neapolitano, Curie Camere apostolice Soldano, familiari nostro,

salutem etc. Sincera constansque fidelitas, quam erga nos et Romanam ecclesiam familiari eciam experiencia gerere te cognovimus, necnon multiplicia virtutum dona, quibus illarum largitor dominus personam tuam insignivit, spem nobis indubiam pollicentur, quod ea, que tibi duxerimus committenda, prudenter et fideliter exequeris. Cum itaque officium soldanatus sive soldani Curie Camere apostolice ex eo vacaverit et vacet ad presens, quod nos Raynaldum (Regin.) de Scaltenicho de Pedna, olim dicte curie soldanum, prefato officio, quod tunc exercebat, eius culpis et demeritis exigentibus, auctoritate apostolica privavimus, et de illo duximus amovendum, nos de tuis circumspectione et legalitate fiduciam sumentes in domino plenariam, teque congruis honoris et favoris emiuiculis prosequi volentes, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te nobis super hoc oblata peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate huiusmodi officium sic vacans cum quindecim florenorum auri de camera salario pro te singulis mensibus ab ipsa camera vel eius gentibus recipiendo, necnon aliis suis iuribus, pertinenciis et honoribus eadem tibi auctoritate conferimus, et de illo eciam providemus, ac te quoad vixeris, soldanum Curie predicte tenore presentium facimus, constituimus et eciam deputamus, mandantes omnibus et singulis, quorum interesse poterit, ut in hiis omnibus, que ad ipsum officium pertinent, efficaciter tibi pareant et intendant. Volumus autem, quod quamprimum presentes litteras habueris expeditas, in manibus dilecti filii nostri Francisci tituli sancti Clementis presbiteri Cardinali fidelitatis debite prestes iuramentum. Tu igitur officium predictum sic exercere studeas diligenter, prudenter et fideliter, ut exinde peramplius apud nos et apostolicam sedem merito valeas commendari. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadrigentesimo tricesimo primo, Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCLIII.

Episcopum Racanatensem pontifex suum commissarium in provincia Patrimonii B. Petri in Tuscia cum potestate bellum movendi, gerendi etc. constituit.
Reg. Tom. XII. fol. 135.

Eugenius episcopus etc. Venerabili fratri Iohanni Episcopo Racanetensi, Commissario nostro, salutem etc. Singularis fidei et devocionis integritas, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, necnon rerum agendarum experiencia, ut plurimis nostris et ipsius ecclesie arduis negociis laudabiliter comprobata, quibus personam tuam illarum largitor dominus insignivit, spem nobis indubiam pollicentur, quod ea, que tue prudencie pro statu nr̄o et dicte ecclesie duxerimus committenda, diligenter et laudabiliter exequeris. Hinc est, quod nos de tua probitate et virtute gerentes in dn̄o fiduciam specialem, te in provincia nostra Patrimonii beati Petri in Tuscia eiusque Civitatibus, Terris, Castris et locis quibuscumque pro nobis et ipsa ecclesia Commissarium auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et eciam depetamus, tibi bellum cum eis, de quibus secundum eorum demerita expedire videbitur, movendi, gerendi et administrandi, ac Civitates, Terras, Castra, fortalicia et loca quelibet in dicto Patrimonio consistencia cum gentibus nostris et ecclesie oppugnandi et obsidendi, ac omnes et singulas personas Civitatum, Castrorum, Terrarum et locorum quorumlibet dicti Patrimonii, ut ad obsidionem et oppugnacionem huiusmodi, et ad alie belli exercicie in eo numero et pro eo tempore, prout tibi videbitur, mittant, veniant et accedant, tibique in omnibus, que obsidionem et expugnacionem ipsam et alias res quascumque ad bellum gerendum necessarias concernitur, pareant, faveant et assistant, necnon municiones et victualia pro condecenti precio ad campum, et ubi eis preceperis, deferant et faciant deferri, eadem auctoritate requirendi, ac eis iniungendi, precipiendi et mandandi; cavalcatas quoque ad ea loca et eo modo, de quibus expediens fuerit, ordinandi et indicendi, insuper Capitaneis et Conductoribus gencium nostrarum armorum tam equestrium quam pedestrium, ac singularibus quibuscumque personis, ut in hiis, que tibi agenda videbuntur, pro honore et statu nostro et Romane ecclesie ac pro expugnacione nullius inobedientium, de quibus tue prudencie visum fuerit, pareant et intendant, auctoritate prefata precipiendi et mandandi; necnon quecumque Civitates, Terras, Castra, fortalicia et loca ipsius Patrimonii ad nr̄am et ecclesie prefate obedienciam et devocionem venire volentia recipiendi et admittendi, necnon cum ipsis et earum singularibus personis pacta, convenciones, composiciones, capitula, confederaciones et ligas, prout rerum qualitas exegerit, et cum eis condicionibus et formis, que necessarie videbuntur, iniendi, tractandi, formandi et concludendi; Treugas quoque ad tempus et cum eis condicionibus, de quibus tibi videbitur, faciendi, Salvos eciam conductus quibuscumque personis eciam hostilibus et rebellibus nostris, prout negociorum equalitas postulaverit, dandi et concedendi, inobedientes quoque mandatis tuis seu contradictores quoslibet et rebelles, prout eorum contumaciam exegerit, compellendi, multandi et puniendi, ac omnia alie et singule, que tibi pro utilitate, honore et statu nostro et prefate ecclesie ac nobis inobedientium expugnacione seu recessione necessaria videbuntur seu eciam oportuna, et que alii commissarii in similibus debent seu possunt facere et eciam exercere, mandandi, faciendi, gerendi et exequendi plenam et liberam auctoritate predicta harum serie facultatem concedentes et eciam potestatem. Nos enim

sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas habebimus, easque faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo trigesimo primo, XVIII. Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

CCLIV.

Lucius Ciaffi in officio custodiae publicorum aedificiorum Urbis confirmatur. *Reg. Tom. XII. fol. 147.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Nucio Ciaffi civi Romano, murorum ac ceterorum edificiorum publicorum alme Urbis Custodi, sal. etc. Cum tu tempore nonnullorum Romanorum pontificum predecessorum nostrorum officium Custodie murorum, ceterorumque publicorum edificiorum alme Urbis fideliter et diligenter exerceueris, prout exerces etiam de presenti, et tam pacis quam belli et suspicionis tempore circa conservanda menia et alia publica edificia ipsius Urbis ita indefessam diligenciam contuleris, ut ardore quodam sinceritatis et fidei publicam utilitatem privato commodo preposuisse videaris: Nos, ut fidelitati tue paterna benignitate respondeamus, officium predictum cum omnibus prerogativis, graciis, preheminenciis, honoribus et oneribus consuetis tibi ex certa nostra sciencia auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, ac ad maiorem tui cautelam ex eadem sciencia cum predictis prerogativis, graciis et preheminenciis ad dictum officium de consuetudine vel de iure pertinentibus, ac cum salario Quatuor florenorum auri de Camera tibi singulis mensibus, necnon duorum similium florenorum, unius videlicet in festo Assumptionis beate Marie Virginis, et alterius in Carniprivio annis singulis persolvendo, tibi, quoad vixeris, de novo concedimus per presentes, Mandantes dilectis filiis nobilibus viris Senatoribus, Conservatoribus et Thesaurariis dicte Urbis, qui sunt et erunt pro tempore, ac illis, ad quos pertinere quomodolibet posset, quatenus te ad dictum officium et eius liberum exercicium benigne recipiant et admittant, tibique in hiis, que ad officium ipsum de consuetudine vel de iure pertinerent, pareri et intendi, ac de salario prefato singulis mensibus et annis satisfieri faciant cum effectu. Volumus autem, quod in manibus dilecti filii nostri Francisci tituli sancti Clementis presbiteri Cardinalis, Cameram apostolicam regentis, prestes debita fidelitatis iuramentum. Tu vero officium ipsum pro solita tua diligencia sic fideliter et moderate exercere velis, ut ad ampliandam nostram erga te graciam et extollendos honores tuos nos iustis ex causis incitemur. Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo trigesimo primo, x. Kalend. Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

CCLV.

Pacta inter pontificem et comitem Montisferetri super camerae apostolicae restituenda Civitate Castelli etc. inita. *Ex cod. comitum Urbini fol. 125.*

Hec sunt conventiones et capitula per Reverendissimum in Christo patrem et dñum Franciscum dñum (sic) Venetiarum, Sanctissimi dñi nostri pape Camerarium, ex commissione et mandato prefati domini nostri oraculo vive vocis, ut asseruit, sibi facto, nomine ipsius dñi nostri et Romane ecclesie et Camere apostolice firmata et conclusa cum Egregio viro Ser Luca della Serra, procuratore, cancellario et negociorum gestore Illustris Principis Guidantonii Comitis Montisferetri, et in Civitate Urbinate etc. in temporalibus Vicarii generalis, nomine dicti Comitis, prout patet manu Bartholomei quondam Brugaldini domini Martini de Antaldis de Urbino publici Imperiali auctoritate notarii.

In primis conventum et conclusum est inter partes predictas, quod Civitas Castelli cum toto eius Comitatu sit libera in manibus domini nostri pape, excepto Castro Cellis, quod remanet ut infra dicetur: et quod idem dominus noster per suas duplicatas bullas ordinet, quod Civitatem predictam sive aliquod Castrum et terram Civitatis eiusdem non concedet ullo tempore alicui persone quovis modo.

Item conventum et conclusum est, quod per sanctissimum dñum nostrum mittatur unus Commissarius valens et fidus sanctissimo dño nostro, et dicto Comiti amicus cum plena commissione et potestate, qui primo vadat ad dictum Comitem ad ordinandum, tractandum et providendum quomodo possunt induci cives, ut contententur et velint venire et esse sub ecclesia, et eos etiam assecurare, si et prout opus fuerit, et quod ponatur pro Gubernatore dicte Civitatis Castelli homo prudens, et etiam Comiti gratus: et quod dictus Comes infra duodecim dies, a die qua dictus Commissarius ad Civitatem Urbini applicuerit computandos, teneatur assignare dictam Civitatem Castelli et Terras et Castra, quas et que tenet Comitatus dicte Civitatis, prefato Commissario vel alteri deputato ad id speciale mandatum habenti: et quod si interim, scilicet a die dicte presentium intelligendo, dicta Civitas Castelli et Castra et Terre prefate quomodocumque venirent ad manus ecclesie, habeatur ac si dictus Comes eam Civitatem et Terras et Castra huiusmodi assignasset, et omnia conventa adimplevisset.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimus dominus noster concedit, quod dicto Comiti et Civibus Civitatis Castelli, ac omnibus recommendatis, adherentibus, sequacibus, subditis et officialibus suis remittantur pene et sentencie cum obligationibus civilibus et criminalibus, siquas incidissent ratione excessuum et non solutionis cen-

suum, vel ex quacumque alia causa, etsi cecidisset a Vicariatibus ex causis predictis vel aliqua predictarum, et repouit, restituit et redintegrat eum oem predictis adhereetihus etc. in eum statum et ad ea iura, que habebat tempore obitus fel. recordationis Martini pape V. et alias in forma.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimus dominus noster ex bonis et rationabilibus causis ipsum moventibus tollerat et permittat, quod prefatus Comes teneat per decennium a data litterarum computandum Terras, Castra et loca, que in Vicariatu ipsius Comitis non includuntur, quomodocumque tenebat tempore dicti Martini, sine tamen preiudicio Camere respectu solum solutionis alicuius tallee vel sebsidii, vel census non imponendo de novo, si qua soletio proximis retroactis temporibus fieri consuevisset: et quod non possit molestari in ais in iudicio vel extra de iure vel de facto per aliquam Communitatem, vel personam, etiam si iam lis mota foret, quam ad dictum tempus suspendit.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimus dominus noster per seam Bullam dictum Comitem cum omnibus suis Terris, Castris et locis, quas et que gubernat, sub sua ac sedis apostolice protectione recipiet, ac etiam adherentes, subditos recommendatos et sequaces, et defendet eos tanquam fidos ecclesie servitores, dummodo persistant in fidelitate ecclesie et ipsius domini nostri.

Item conventem et conclusum est, quod sanctissimus domiens noster contentus est, quod da expensis factis at damnis per ipsum Comitem et suos receptis pro hiis, que occurrerunt, postquam strenuus vir Nicoleus dalla Stella veeit contra dictam Civitatem Castelli, stetur declarationi Reverendissimorem in Christo patrum dominorum Cardinalium, videlicet s. Marcelli, s. Petri ad Vincula et de Comite, et Magnificorum virorum dñi Hieronimi Contareni de Venetiis, oratoris Illustrissimi dominii Venetiarum, et domini Marcelli de Strozzis de Florentia, oratoris Excelsi Communis Florentie, et similiter de pecuniis, quas ipse Comes teneretur Camere apostolice dare, vel recipere quacumque retione vel causa a dicta Camera a tempore dicti Martini et citra, excludendo expresse quicqeid ipse Comes deberet habere ab ecclesia ante assumptionem dicti Martini et citra, id sibi et heredihus suis reservans, ea videlicet conditione convenerunt, ut stetur declarationi et sententie dictorum quinque Commissariorum, vel quatuor ex predictis, quihus huiusmodi differentia commissa est.

Item conventum et conclusem est seper facto Castri Montonis, quod saectissimus domines noster contentus est, ut fiat Breve, quod intentionis sua Sanctitatis defendere dictum Comitem contra qnoseumque receptum in dicto Castro sive eius Territorio habentes, dictum Comitem offendentes sive offendere volentes suis sumptibus et expensis, et insuper dicto Comiti, seu quihuscumque eius gentibus, at in quibuscumque Terris ecclesie dabit at dari faciet victualia et receptam ad offensionem predictorum vel alicuiee eorum dictum Comitem vel secundum predicta taliter offendentium, et quod non coucedet aliecui aliquam Terram vel Castrum in offensam dicti Comitis vicinam sive vicinam dicto Comiti.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimus dominus noster contentus est, ut ante assignationem dicte Civitatis Castelli fiat declaratio dictarum expensarum, damnorum et pecuniarum, ut promictitur, et teneatur secrete, et dictum est, et solvuntur tria milie florenorum eo modo quo conclusum est, et quod deponantur Belle, pecunia at Brevia, et promissiones fiaet, ut conclusem est.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimes dominus noster contentus est, ut in Bellis fiendis et concessis fiat subscriptio dñorum Cardinalium.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimus dñus noster contentus est, ut petitur pro evitandis scandalis, ut hec omnia secrete transeant.

Item conventum et conclesum est, quod sanctissimus domines noster contentus est, ut Castrum Montisbodii exgravetur in docentis florenis pro quolibet anno, et duret per biennium, et deinde ad beneplacitum see Sanctitatis.

Item conventum et conclusum est, qeod sanctissimus dominus noster contentus est, quod dictus Comes absque aliqua solutione libere possit extrahere trecentas salmas grani, sive alterius bladi singulis annis usque ad decennium de Terris, quas habet in Marchia, ad alias Terras et loca infra dictam provinciam existentia, quas et que habet, dummodo maritima non sint.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimus dominus noster contentus est, ut dictus Comes teneat Castrum Cellis, donec streneo viro Bernardino de Carda, de eo quod habere debet, fuerit satisfactum, et quod fructus dicti Castri deputentur pro custodia ipsius.

Item conventum et conclusum est, quod sanctissimus dñus contentus est, ut omees heiusmodi Bulle fiant, ut decens est, et quod contineant omnia concessa, et qnod ipsi videant mieutas, et qeod expediantur gratis.

Acta et firmata fuerunt sepradicta capitula Anno domini Millesimo qeadriegentesimo trigesimo secundo, die vicesima nona Ianuarii, anno primo sanctissimi domini nostri pape Eugenii IIII. in palatio apostolico apud Sanctum Petrum in capella parva iuxta lodium, presentihes hiis testibus, vidalicet Reverendissimis ie Christo petribus et dñis, domino Antonio tituli s. Marcelli presbitero Cardinali, et Lucido s. Marie in Cosmedin diacono

Cardinali, de Comite vulgariter nuncupato, et Magnificis viris dominis Hieronimo Contareni de Venetiis oratore Illustrissimi dominii Venetierum, et domino Marcello de Strozzis de Florentia oratore Excelsi Communis Florentie.

Ego F(rancisсus) tituli s. Clementis presbiter Cardinalis, domini nostri pape Camerarius, manu propria subscripsi et meo sigillo sigillari feci.

Et ego Lucas Iohannis Cancellarius et procurator predicti Magnifici domini, dñi Guidantonii Comitis Montisferetri Urbini propria manu subscripsi, et sigillo prefati Magnifici domini sigillavi.

CCLVI.

Pontifex Vetrallensibus ad obedientiam Romanae ecclesiae venientibus quaedam privilegia et exemptiones concedit. *Reg. Tom. XII. fol. 236.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Terre nře Vetralle Viterbiensis diocesis, salutem etc. Exigit vestre devocionis sinceritas, quam nobis ad nostram et Romane ecclesie nuper obedienciam et devocionem venientes ostendistis, ut illa vobis favorabiliter concedamus, que quietis vestre commoda respicere dinoscuntur. Ut igitur ea percipiatis, que suggerit nostre mentis affectus, omnia et singula capitula, convenciones et pacta, per quemcumque et a quocumque quavis auctoritate vobis concessa revocantes et anullantes, indulta et capitula infrascripta, et que in ipsis continentur, vestris supplicacionibus inclinati vobis presencium serie duximus concedenda.

Primo, quod omnia et singula bona mobilia ad Iacobum de Vico Prefectum Urbis seu eius filios pertinencia vel spectancia, que in Terra nostra Vetralle Viterbiensis diocesis fuerint inventa, salva, libera et secura sint, ac eidem Prefecto integraliter restituantur et reserventur, nisi in capitulo per nos cum eodem Prefecto celebrando aliud caveretur.

Secundo, quod omnes et singuli coloni et habitatores Vetrallenses, qui ad presens cum prefato Prefecto sunt, cum eorum uxoribus, bonis et liberis redire valeant ad dictam Terram Vetralle atque ibi stare et morari, et res ac bona eorum, si maluerint, inde extrahere, et quo voluerint deportare secure, libere et impune, exceptis illis personis et hominibus, propter quorum reditum ad prefatam nostram Terram suspicio scandalorum, aut alicuius perturbacionis in prefata Terra nostra posset verisimiliter exoriri.

Tercio, quod omnes et singuli coloni ac habitatores prefate Terre nostre Vetralle tam in persona, quam in bonis salvi et securi sint ab omni lesione et offensa a quocumque cuiuscumque condicionis inferendi, nisi appareret aliquis ita scandalosus, qui si impune permitteretur ibidem stare et morari, qui est tocius Terre prefate (sic), veniret merito perturbanda.

Quarto, quod intendimus prefatam Terram nostram Vetralle sub nostra et successorum nostrorum canonice intrancium, et dicte ecclesie dominio immediate perpetuo tenere et possidere, neque eam alicui, cuiuscumque dignitatis seu condicionis existat, dare, concedere, pignorare seu modo aliquo obligare quacumque racione vel causa, non obstante si a quocumque aliquid in contrarium fuisset hactenus attemptatum, quod exnunc omnino irritum decernimus et inane.

Quinto, quod omnia et singula bona immobilia, actiones et iura ad homines et Universitatem prefate Terre nostre Vetralle pertinencia de iure, prout est medietas Montisplanesii, item medietas reddituum et proventum damnorum datorum, eisdem integre restituantur et consignentur, non obstante quod prefatus Prefectus prefata bona et iura in preteritum de facto tenuerit occupata. Volentes eciam et mandantes, quod si prefatus Prefectus possessiones seu aliqua bona immobilia ad aliquem Vetrallensem de iure spectancia de facto tenuisset occupata, quod prefata bona prefatis hominibus et personis de iuro suo docentibus reddantur, eisque per Rectorem provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia summarie et de plano, sola facti veritate inspecta, iusticia ministretur.

Sexto, quod cum prefati homines et Universitas Vetrallenses multa dampna et incommoda asserunt se perpessos, ut eorum pro parte consulamus incommodis et iacturis, eosdem ab omni onere talliarum, collectarum, subsidiorum, decimarum nobis et dicte ecclesie solvendorum per tempus et spacium annorum decem proxime futurorum liberos, et exemptos fore dicta auctoritate decernimus: a gabellis vero pro importacione et exportacione rerum suarum ad prefatam Terram nostram Vetralle seu extra, et aliis quibuscumque, prout in preteritum fuisse se asserunt, imperpetuum liberos et exemptos fore tenore presencium indulgemus. Predictis autem immunitatibus, exempcionibus et privilegiis eciam clericos, qui in prefata Terra nostra Vetralle beneficia ecclesiastia obtinent, uti volumus et gaudere.

Septimo, quod prefati homines dicte Terre Vetralle singulis annis perpetuo teneantur et debeant nobis et Camere nostre, ac successoribus nostris canonice intrantibus solvere vicesimam partem omnium reddituum et proventuum eorum, que ex suis possessionibus percipiunt, prout in preteritum prefato Iacobo de Vico seu predecessoribus suis solvere consueverunt: et quod si aliqui Vetrallenses coram Rectore provincie nře Patrimonii, quem ad hoc competentem Iudicem deputamus, docerent possessiones eorum ex privilegiis prefati Iacobi de Vico vel predecessorum suorum, aut aliis quibuscumque exemptas esse a solucione prefate vicesime, volumus eisdem plenariam iusticiam sum-

marie et de plano, sine strepitu et figura iudicii ministrari.

Octavo, quod prefati homines et Universitas Vetrallenses libere et licite absque alicuius gabelle seu alterius cuiuscumque solucionis onere possint omnia et singula genera bladi, tam frumenti quam ordii, necnon quascumque alias merces et bona in prefatam Terram nostram Vetralle immittere, atque inde extrahere et quocumque placuerit exportare, dum tamen intra prefatam provinciam nostram et non extra. Vinum autem forense in prefatam Terram preter deliberacionem Consilii Universitatis predicte ab aliquo terrigena vel forense in prefatam Terram modo aliquo nolumus importari.

Nono, omnium delictorum et excessuum contra nos et dictam ecclesiam, seu contra almam Urbem aut alias quascumque Civitates, Castra et loca nobis et dicte ecclesie subiecta, tam in rebus quam in personis perpetratorum, usque in presentem diem prefatis Universitati et hominibus Vetrallensibus plenariam remissionem et relaxacionem concedimus, mandantes omnibus et singulis officialibus seu Iudicibus quibuscumque pro nobis et Romana ecclesia ubilibet constitutis, ne eorundem occasione, in quantum publicum et Camere apostolice interesse concernunt, contra prefatos homines et Universitatem aut quemlibet eorum quoquomodo procedant aut inquirant, decernentes extunc irritum et inane, si quid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Volumus autem, quod prefata remissio et liberacio ad quascumque res et bona tempore guerre a prefatis hominibus subtracta, vel quomodolibet ad ipsos devoluta occasione guerre eciam extendantur, Non obstante si coram quocumque Rectore vel Iudice causa de ea re instituta esset, aut aliquomodo procedi ceptum, que omnia exnunc vana et irrita esse decernimus.

Decimo, quod sine gravi necessitate vigente vel [de] nro aut successorum nostrorum canonice intrancium speciali mandato, nullus officialium nostrorum et dicte ecclesie aliquas gentes armorum stacionis, seu veniacionis causa ad prefatam Terram nram Vetralle quoquomodo debeat destinare: quod si in contrarium a quoquam factum fuerit, prefati homines et Universitas Vetrallenses gentes predictas excludere, neque eas acceptare valeant licite et impune.

Undecimo, quod nullus Civis Viterbiensis, aut qui domicilium habeat prope prefatam Terram nostram Vetralle per milliaria quinquaginta, officialis in predicta Terra esse possit seu ab aliquo deputari: quod si quid in contrarium fuerit attemptatum nullius sit penitus roboris vel momenti.

Duodecimo, quod omnes et singulis habitatores atque incole prefate Terre nostre Vetralle ad usum suum, atque animalium suorum libere et licite uti valeant quibuscumque pascuis sub territorio, seu tenimento prefate Terre nostre Vetralle contentis absque aliqua solucione, prout fuit hactenus consuetum, non obstante quod Prefectus predictus aliquando dicta pascua dicatur indistincte et promiscue vendidisse: et quod nullus forensis pro suis ac quibuscumque aliis animalibus pascuis uti possit, que a flumine Biedano citra versus Vetrallam continentur, sed tantummodo a Biedano ultra versus Montem Romanum.

Terciodecimo, quod prefati Vetrallenses omnia et singula animalia, res et bona eorum extra territorium Vetralle tempore guerre pro illorum securitate ubique locorum translata possint illa reducere, et reportare ad prefatam Terram Vetralle per cuiuscumque territorium, portus, passus, pontes et loca quelibet transeuntes absque pedagii vel gabelle, aut alterius cuiuscumque oneris indicti vel indicendi solucione aut gravamine.

Quartodecimo, quod infra annum a data presencium computandum nullus noster et dicte ecclesie Officialis vel Rector, cuiuscumque gradus vel condicionis existit, in campum seu in exercitum prefatos homines Vetrallenses invitos accedere compellere possit, excepta tamen gravi et urgenti necessitate vel causa.

Quintodecimo, quod omnes et singuli exules et rebelles seu aliquomodo fugitivi de nostris et dicte ecclesie Civitatibus, terris et locis, et qui in prefata Terra nostra Vetralla ad presens moram trahunt, hiis, qui homicidii causa exilium paciuntur, dumtaxat exceptis, libere et secure ibidem stare possint, nec ullam a quoquam Rectore seu Officiali nostro et dicte ecclesie offensam vel molestiam paciantur.

Sextodecimo, quod de omnibus et singulis pecuniis, rebus et bonis prefatis hominibus et Universitati a quocumque, cuiuscumque gradus vel condicionis existat, quacumque racione seu causa debitis pro predictorum satisfactione prefatis Universitati et hominibus volumus summarie et de plano, sola facti veritate inspecta, exhiberi iusticie complementum.

Decimoseptimo, quod omnes et singulis Officiales, quos per nos aut successores nostros Romanos Pontifices canonice intrantes ad prefatam Terram nostram Vetralle regendam vel gubernandam contigerit destinari, in iusticia ministranda ordines et statuta prefate Terre nostre Vetralle observent, sindicatuique per eosdem Vetrallenses de ipsis celebrando subiciantur: et quod prefati homines et Universitas Vetrallenses ad solucionem alicuius provisionis seu salarii dictis Potestati seu Officialibus faciendam minime teneantur, sed per omnia, sicut hactenus circa hoc consuetudo viget, integraliter observetur.

Decimooctavo, quod si quando menia prefate Terre nostre Vetralle reparacione vel restauracione

aliqua contigerit indigere, prefati homines et Universitas preter magistros et calcem omnia alia et singula prefate restauracioni et edificacioni necessaria imponere teneantur.

Decimonono, a quibuscumque racione salis seu focatici nobis et Camere apostolice pro uno anno dumtaxat debitis prefatos Universitatem et homines decernimus absolvendos et eciam liberandos, volentes de reliquis nobis et prefate Camere debitis, si qua existerent, a prefatis Universitate et hominibus dicte Camere integraliter responderi.

Vicesimo, quod prefati homines et Universitas Vetrallenses ad Civitatem nostram Viterbii, prout licet ceteris nobis et diete ecclesie subiectis, accedere atque inibi morari, et inde redire tute et libere possint, eorumque res et bona cuiuscumque generis importare et exportare, cum gabellarum tamen ibidem solvi consuetarum solucione et satisfactione condignis.

Vicesimoprimo, quod prime cause tam in civilibus quam in criminalibus per Potestatem, seu Officialem prefate Terre nře Vetrallle cognoscantur et decidantur, et quod (ad) denunciandum maleficia ibidem perpetrata ad Rectorem, seu ad Iudicem provincie nře Patrimonii predicte, prout habent Civitates nře Sutrina et Montefiasconis, prefati homines et Universitas Vetrallenses sindicum mittere minime teneantur.

Vicesimosecundo, quod prefati homines et Universitas Vetrallenses in silvis et nemoribus in territorio Terre nře Vici constituti arbores et lignu incidere, ac pro reparacione domorum seu edificiorum dicte Terre nostre Vetralle ad dictam Terram nostram Vetralle conducere et portare, seu conduci et portari facere libere possint absque solucione pedagii vel gabelle, seu alterius oneris cuiuscumque occasione transitus seu passus per territorium vel districtum Civitatis nře Viterbii habendi vel fiendi, salvo tamen semper iure, quod a quolibet tercio in prefata silva habere legitime doceretur.

Vicesimotercio, quod cellule sive camere existentes in situ ecclesie sancte Marie de Vetralla, que distructe et dirupte fuerunt de commissione et mandato predicti Prefecti, de rebus et bonis eiusdem Prefecti penitus reparentur et reficiantur.

Vicesimoquarto, quod cum inter Universitatem et homines Civitatis nostre Viterbiensis ac Universitatem et homines Terre nostre Vetralle occasione tenimenti Montisfoliani nonnulle contraversie agitentur, committimus et mandamus dilecto filio Rectori Provincie nostre Patrimonii predicto, quod prefatam controversiam sive litem sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, determinet et decidet et iusticiam administret. Volumus autem, quod si ullo umquam tempore, quod absit, vos homines et incolas predictos a fidelitate et obediencia Romane ecclesie ac nostra, et successorum nřorum Romanorum Pontificum canonice intrantium resilire seu subtrahere contigerit, capitula et indulta huiusmodi nullius existant roboris vel momenti. Presentibus, preterquam illa, que speciali tempore sunt taxata, usque ad nostrum beneplacitum tantummodo duraturis. Nulli ergo etc. nostre concessionis, decreti et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice MCCCCXXXI. XIII. Kalendas Marcii, Pontificatus nostri anno primo.

CCLVII.

Comiti Montisferetri omnes vicariatus a Martino V. concessos pontifex confirmat, et quaedam alia castra etc. concedit.
Ex cod. comitum Urbini fol. 122.

EUGENIUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Nobili viro Guidantonio Comiti Montisferetri, in Civitate nostra Urbinate pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Eximie devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, ac tue fidelitatis integritas nos inducunt, ut illa tibi favorabiliter concedamus, per que tu et filii tui ad illa, que statum et honorem nostrum ac sedis apostolice concernunt, facilius inposterum reddamini promptiores. Cum itaque, sicut nobis nuper pro parte tua expositum extitit, tu qui in certis Civitatibus, Terris, Castris et locis ad nos et dictam ecclesiam pleno iure spectantibus in temporalibus generalis Vicarius per sedem predictam specialiter deputatus existis, ultra Civitates, Terras, Castra et loca predicta, et sub huiusmodi tuo Vicariatu comprehensa, etiam nonnulla Castra, Terras et loca alia similiter ad nos et eandem ecclesiam pertinentia per plures annos rexeris, tenueris, gubernaveris et possederis, prout regis, tenes, gubernas et possides de presenti, quodque illa tibi presertim ad conservationem manutentionemque predictorum et aliorum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum tuo regimini commissorum plurimum utilia et accommoda esse videntur, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut Castra, Terras et loca huiusmodi tibi et filiis tuis concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis et omnibus predictis certam notitiam habentes, ac devotionis tue ardorem animo nostro recensentes, ac ex premissis et aliis bonis et rationabilibus causis moti, huiusmodi quoque supplicationibus inclinati, Castra, Terras et loca nostra prefata in huinsmodi Vicariatu non comprehensa, que presentialiter possides, tenes et gubernas, ut prefertur, quorum nomina, cognomina et diocesim per eorum denominationes et loca presentibus haberi volumus pro expressis, ad id etiam Venerabilium fratrum nostrorum Iordani Sabinensis, Antonii Ostiensis et Velletrensis, Hugonis Penestrini Episcoporum, et dilectorum filiorum nřorum Iohannis tituli sancti Laurentii in Lucina, Ludovici tituli s. Cecilie, An-

tonii tituli s. Marcelli, Iohannis tituli s. Petri ad Vincula, Iohannis tituli s. Sixti, Francisci tituli s. Clementis, Angelocti tituli s. Marci presbiterorum, Lucidi s. Marie in Cosmedin et Ardicini ss. Cosme et Damiani diaconorum prefate ecclesie Cardinalium accedente consilio, tibi et filiis tuis natis et nascituris ex tuo corpore legitime descendentibus usque ad decennium, a data presentium computandum, ut eas et ea omnia et singula tenere, regere possidere possitis, prout et quomodocumque tempore felicis recordationis Martini pape V. predecessoris nostri gubernasti atque possedisti, et quod per aliquam Communitatem vel personam, cuiuscumque gradus, conditionis vel preeminentie existat, quovis quesito colore directe vel indirecte, de iure vel de facto, in indicio vel extra, etiam si super huiusmodi Terris, Castris et locis lis mota fuisset, cuius statum presentibus pro expresso habentes, liteque huiusmodi usque ad dictum decennium harum serie suspendentes, in possessione Terrarum, Castrorum et locorum eorumdem molestari sive perturbari, evocari vel impeti non possitis, auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia indulgemus, omnes et singulos fructus, redditus, proventus et emolumenta ex dictis Terris, Castris et locis per te vel alios tuo nomine retroactis temporibus perceptis tibi ex simili scientia de benignitate apostolica remittentes et donantes, Volentes insuper et eisdem auctoritate et consilio et scientia statuentes, ut durante huiusmodi decennio tu et filii prefati ex Castris, Terris et locis predictis in dicto Vicariatu non comprehensis, fructus, redditus, proventus et emolumenta percipere ac exigere, et in vestros usus libere et licite convertere possitis et valeatis, vos exnunc a solutione cuiuscumque census seu canonis vel oneris exactione, ad quam ratione Terrarum, Castrorum et locorum concessorum huiusmodi nobis et Camere apostolice teneremini, nisi dumtaxat a solutione tallearum, vel subsidii sive census solitorum, si qua solutio proximis retroactis temporibus fieri consuevisset, similibus auctoritate scientia et consilio harum serie eximentes pariter et liberantes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre suspensionis, remissionis, donationis, voluntatis, statuti, exemptionis et liberationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo primo, x. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno primo.

Ego Iordanus Epus Sabinensis manu propria subscripsi.

. . . .

Ego H(ugo) Episcopus Penestrinus manu propria subscripsi.

Ego Io(hannes) tit. sancti Laurentii in Lucina subscripsi.

Ego Ludovicus tituli sancte Cecilie presbiter Cardinalis Arelatensis subscripsi.

Ego Antonius tituli sancti Marcelli subscripsi.

Ego Iohannes tit. s. Petri ad Vincula presbiter Cardinalis subscripsi.

Ego Iohannes tit. s. Sixti pbr Cardinalis ss.

Ego F(ranciscus) tit. s. Clementis subscripsi.

Ego A(ngeloctus) tit. sancti Marci subscripsi.

Ego Lucidus s. Marie in Cosmedin diaconus Cardinalis subscripsi.

Ego Ardicinus sanctorum Cosme et Damiani diaconus Cardinalis subscripsi.

CCLVIII.

Nuntiis apostolicis, ut a Sigismundo Rom. rege, antequam Italiam ingrediatur, iuramentum solitum pro Romana ecclesia recipiant. Reg. Tom. XXII. fol. 93.

Eugenius episcopus etc. Venerabili fratri Bertrando Episcopo Magalonensi, et dilecto filio Ludovico Abbati Monasterii sancte Iustine Paduane ordinis sancti Benedicti, Nunciis nostris, sal. etc. Cum iure cautum sit et a Catholicis Romanor. Regibus, qui pro tempore fuerunt, continuo observari consuetum, ut quando aliquis ex dictis Regibus ad Italiam venire proponit, antequam Italiam ingrediatur, et aliqua iura ibidem exerceat, pro conservatione status Romane ecclesie ac Catholice fidei et auctoritatis sedis apostolice consuetum et debitum iuramentum prestare solitus sit; cumque a Carissimo in Christo filio nro Sigismundo Romanorum, Ungarie et Bohemie Regi Illustri hoc nondum effectum fuerit, tamen quia pro singulari sue devotionis ardore huiusmodi iuramentum eum prestiturum esse confidimus, vobis et cuilibet vestrum a prefato Rege solitum et debitum iuramentum cum solemnitatibus et cerimoniis consuetis iuxta formam in constitutione felicis recordationis Clementis pape V. predecessoris nostri, que incipit, Romani Pontificis, de iureiurando comprehensam nro et dicte ecclesie nomine recipiendi, de Venerabilium fratrum nostrorum prefate ecclesie Cardinalium consilio, plenam et omnimodam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem pariter atque potestatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadrigentesimo tricesimo primo, viii. Kal. Marcii, Pontificatus nostri anno primo.

CCLIX.

Cornetanis privilegium super pascua Rochae Iorii et petita conceduntur. Reg. Tom. XII. fol. 249.

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Terre nre Corneti Tuscanensis diocesis, salutem etc. Sincere devocionis et pure fidelitatis obsequia, necnon strenua exercicia, que prope actis guerrarum discriminibus pro nobis et Romana ecclesia ostendistis, et ostenditis de pre-

senti, condigne merentur, ut supplicaciones vras, illas presertim, que commoda vestra concernunt, benignis favoribus prosequamur. Sane quidem per dilectos filios oratores vestros nobis fuit expositum, quod a tempore fel. recordacionis Martini pape V. predecessoris nri citra doganerii herbatici Camere apostolice vos et vestrum Universitatem molestarunt pro tenuta Rocche Iorii vobis pleno iure pertinente, et ipsam tenutam occuparunt contra iura et immunitates vobis auctoritate apostolica concessas et confirmatas, unde propria animalia tenere non potuistis ad pabulandum in dicta tenuta cum vestro notabili detrimento: Eapropter fuit nobis humiliter supplicatum, quatenus prefatam tenutam vobis spectantem a dictis doganeriis et eorum impedimentis eximere et liberare auctoritate nostra dignaremur, et vobis insuper concedere, quod pro pacifica et equali condicione terrigenarum Corneti quicumque habitatores dicti loci et alii pro possessionibus habitis in districtu Corneti ad solucionem subsidii et alia gravamina pro parte sibi tangente selvere teneantur; Quodqua pro bono universali, ut lites, que sepe versucia notariorum vel procuratorum nimio dispendio protrahantur, finem celeriorem sorciantur, a summa vigintiquinque florenorum infra nullus notarius vel procurator comparere, vel pro aliquo procurare ad bannum iuris possit sub pena centum florenorum Camere apostolice applicandorum; Et si Potestas prefatos procurantes admiserit, ad ipsam penam cecidisse intelligatur; et quod pro maiori securitate Communis Corneti nullus possit esse Camerarius dicti Communis, nisi sit allibratus a libris triginta supra et scriptus in Catasto vestri Communis antedicti; Ac de cetero na dictum Commune valeat defraudari, Gabellarius debet esse Cornetanus et notarius gabelle forensis; Quodque nullus de Corneto debeat esse Mezanus sive prosoneta vendicionis grani, quod emeretur per forenses in terra ipsa Corneti vel districtu, nisi fuerit deputatus per Rectores laboratorum, prout observari consuevit, sub pena centum ducatorum Camere apostolice supplicandorum, nec possint Mezani vel prosonete electi ut supra et deputati aliquam grani quantitatem emere, neque mercatum firmare, nisi in presencia emptoris et venditoris sub pena predicta, prout districtius eadem vra peticio continebat. Nos vero, attenta fidei puritate et devocionis plenitudine, quas ad nos et Romanam geritis ecclesiam, vestris in hac parte devotis supplicacionibus inclinati, prefatam tenutam Rocche Iorii, ei Universitati vestre spectare dinoscitur pleno iure, ab omni molestacione vel occupacione doganeriorum herbatici Camere apostolice tenore presencium apostolica auctoritate eximimus et totaliter liberamus, cum hoc tamen, quod si idem ius pascuandi vel herbatici supradicti alicui locare vel affictare velletis, id Camere nostra siva pro ipsa iue habentibus doganeriis herbatici equo precio locare et affictare teneamini, si ab ipsis fueritis requisiti; Volentes quod quicumque habentes possessionem in districtu Corneti, exceptis legitime axemptis, ad solucionem subsidii et aliorum gravaminum dicte terre pro equa cuiusque sorte teneantur; Insuper eadem auctoritate statuentes, quod in causis minoribus a florenis vigintiquinque infra nullus notarius vel procurator aduotare vel procurare possit ad bancum iuris, sub pena centum florenorum auri Camere apostolice pro reparacione murorum dicte terre applicandorum; Quodque sub eadem pena Potestas Corneti ipsos notarios vel procuratores nullatenus admittere seu audire teneatur; Preterea prefata auctoritate decernentes, quod nullus possat esse Camerarius Corneti, nisi sit allibratus a triginta libris supra et scriptus in Catasto Communis predicti; Et gabellarius dicte terre debeat esse Cornetanus et notarius eius debeat esse forensis; Quodque nullus possit esse Mezanus sive prosoneta grani vendendi forensibus in districtu Corneti, nisi per Rectores laboratorum fuerit secundum consuetudinem deputatus, sub pena ducatorum centum similiter applicandorum, nec liceat huiusmodi prosonete firmare mercatum nisi presentibus emptore et venditore sub pena predicta. Nulli ergo etc. nostre exemptionis, liberacionis, voluntatis, statuti et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnacionis dominice MCCCCXXXI. II. Idus Marcii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLX.

Nepesinis quaedam privilegia pontifex concedit.
Reg. Tom. XII. fol. 254.

EUGENIUS EPISCOPUS etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Civitatis nostre Nepesine, salutem etc. Exigit vestre devocionis affectus, quam nuper ad nostram et Romana ecclesie devocionem et obedienciam venientes ostendistis, ut illa vobis favorabiliter concedamus, que quietis vestre commodu respicere dinoscuntur. Sedis enim apostolica veluti pia mater redeuntibus ad se cum humilitate filiis non solum nunquam gremium claudere consuevit, verum eciam sue gracie munera eisdem propensius impartiri. Ut igitur ea percipiatis, que suggerit nostre mentis effectus, indulta, concessiones, privilegia et capitula infrascripta, at que ipsis continentur, vestris supplicacionibus inclinati vobis tenore presencium de apostolica benignitate duximus concedenda.

Primo, Civitatem Nepesinam cum ipsius Territorio et districtu, eiusque Universitatem et homines cum omnibus iuribus et pertinenciis, fructibus et obvencionibus, robus et bonis, honoribus et oneribus Civitatis eiusdem sub nostris et Romane ecclesie dominio, protectione, gubernacione, regimine

recipimus, Intendentes eandem Civitatem per nos ac dictam ecclesiam successoresque nros Romanes Pontifices canonice intrantes, qui pro tempore erunt, immediate tenere, regere et gubernare, nec alteri, cuiuscumque gradus vel condicionis existat, Vicariatus seu alie quevis titulo dare, concedere, pignorare seu aliter obligare quacumque racione vel causa: de bonis autem in prefata Civitate constitutis pertinentibus ad aliquem seu ad aliquos eorum, qui dictam Civitatem rexerint seu gubernaverint, prout nobis equum et congruum videbitur, disponimus.

Secundo, ut in prefata Civitate iura vigeant atque inconcusse iusticia ministretur, unum officialem, qui Potestatis titulo nuncupetur, cum uno eius laterali Iurisperito et uno Notario, ac eciam uno cavallerio cum duobus satellitibus, de semestri in semestre per nos et dictam ecclesiam ac successores nostros provideri decernimus, necnon quoscumque alios officiales, quos necessarios fore censebimus, cum salarie, emolumentis, honoribus et oneribus a nobis et per nos deputatis ordinandis et assignandis, Volentes quod prefati Potestas et officiales finito eorum officio sindicatui subiciantur, prout decens est atque eciam ut est moris.

Tercio, decernimus, quod omnes et singuli Potestates et officiales per nos et successores nostros deputandi in prefata Civitate nostra Nepesina in iure reddendo, et iusticie ministranda omnia et singula statuta, ordines et consuetudines dicte Civitatis observent, dum tamen honeste sint, Romane ecclesie statui minime contraria, et de quibus paci et quieti dicte Civitatis demonstratum non fuerit, modo alique adversari.

Quarto, volumus et ordinamus, quod omnes et singuli fructus, redditus et proventus Civitatis predicte ex gabellis vel aliter undecumque provenientes per nostros et dicte ecclesie, aut successorum nostrorum canonice intrancium nuncios, officiales, procuratores seu negociorum gestores dumtaxat percipiantur, nec alteri cuicumque, cuiuscumque gradus vel condicionis existat, vendantur, impignorantur seu aliter obligentur quacumque racione vel causa.

Quinto, prefatam Civitatem nostram Nepesinam ab omni onere solucionis cuiuscumque pecunie quantitatis occasione salis et focatici Camere alme Urbis debite, vel debende perpetuo liberam et exemptam esse decernimus, inhibentes omnibus et singulis nostris seu prefate Urbis officialibus, ne occasione prefati salis vel focatici aliquam vobis ulle tempore molestiam vel inquietacionem audeant quomodolibet irrogare: de hiis vero, que nobis et dicte ecclesie seu Camere apostolice occasione caritativi subsidii debentur aut erunt debita, in futurum pro tempore et termino unius anni proxime futuri, a data presencium computandi, quantitatem florenorum auri de Camere centum dumtaxat vris compatientes dampnis nuper receptis vobis nunc relaxamus, volentes, quod immunitates atque exemptiones supradicte ad clericos et personas ecclesiasticas atque ad ipsa beneficia et loca ecclesiastica etiam pro rata extendantur.

Sexto, omnium delictorum, maleficiorum et excessuum contra nos et dictam ecclesiam, seu contra almam Urbem aut alias quascumque Civitates, Castra et loca nobis et dicte ecclesie subiecta, tam in personis quam in rebus per vos et quemlibet vrum perpetratorum, a tempore guerre proxime preterite citra usque ad diem reductionis vobis et Universitati vestre ac singulis hominibus plenam remissionem et relaxacionem, inquantum concernit publicum interesse, de apostolica benignitate damus, concedimus et eciam indulgemus, Mandantes omnibus et singulis officialibus et gubernatoribus quibuscumque pro nobis et dicta ecclesia ubilibet constitutis, ne eorumdem excessuum occasione, in quantum publicum et dicte Camere interesse concernat, contra prefatos Universitatem et homines Nepesinos, aut quemlibet eorum procedant aut inquirant, Non obstante, si coram quocumque Rectore vel Iudice lis de ea re instituta esset aut modo alique procedi ceptum, decernentes irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Septimo, damus et concedimus prefate Universitati et hominibus Nepesinis, quod libere possint importare et exportare intus et extra Civitatem predictam omnes et singulas eorum merces, res et bona quelibet absque onere solucionis gabelle aut cuiuscumque exactionis, iuxta morem et consuetudinem Civitatum et Terrarum circumstancium et immediate nobis et dicte ecclesie subiectarum.

Octavo, statuimus et ordinamus, quod si quando per nos aut officiales nostros aut Camere apostolice locacionem seu vendicionem, seu quamvis aliam obligacionem herbatici seu pascuorum territorii et districtus prefate Civitatis nostre Nepesine fieri contingat, remanente tamen usu prefati herbatici apud homines dicte Civitatis pro usu et necessitate animalium suorum, precium vendicionis seu locacionis predicte pro ea parte ecclesiam seu Cameram apostolicam contingat, et pro ea Universitatem et homines Nepesinos, pro qua olim utrebique contingere consuevit, cum sub eiusdem dominio ecclesie regebatur, aut sub eorum regimine, qui prefatam Civitatem iuste gubernaverunt.

Nono, volumus et ordinamus, omnes et singulos contractus donacionum, vendicionum seu quarumcumque alienacionum factos per aliquos eorum, qui olim predictam Civitatem Nepesinam tenuerunt et gubernaverunt, ratos et firmos habere, in quantum alienaciones iure substiterint et sine preiudicio iuris cuiuscumque. Volumus autem, quod si ulle umquam tempore, quod absit, vos homines et Universitatem

predictos ab obediencia et fidelitate nris et Romane ecclesie ac successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrancium subtrahere vel resilire contigerit, indulta et concessiones huiusmodi nullius existant penitus roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre receptionis, constitucionis, ordinacionis, concessionis, indulti, statuti, decreti et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnacionis dominice MCCCCXXXII. V. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXI.

Balneoregiensibus omnia privilegia pontifex confirmat, et quaedam alia concedit. *Reg. Tom. XIII. fol. 5.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Civitatis nostre Balneoregiensis, sal. etc. Exigit vestre devocionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobamini, ut illa vobis favorabiliter concedamus, que quietis vestre commoda respicere dinoscuntur. Ut igitur in effectu ea percipiatis, que suggerit nostre mentis affectus, vestris supplicationibus inclinati infrascripta capitula et indulta, et que in ipsis continentur, vobis tenore presentium de benignitate apostolica duximus concedenda.

Et primo, omnia et singula iura, privilegia, immunitates, statuta et reformaciones vobis et prefate Civitati nostre hactenus per quoscumque predecessores concessa, et per fel. record. Bonifacium papam octavum et quoscumque alios Romanos pontificem predecessores nostros, ut asseritur, confirmata et approbata, prout iuste, honeste et provide concessa, indulta et confirmata fuerint, ita et nos tenore presentium ex certa sciencia confirmamus et approbamus, ac presentium litterarum nostrarum patrocinio communimus.

Secunde vero peticionis vre peticie continebat, quod cum in territorio et districtu prefate Civitatis nostre Balneoregiensis a trasenntibus, et res aliquas importantibus seu exportantibus aliqued pedagium seu vectigal colligere consueveritis, ac in prefati iuris possesione vel quasi possessione existere diceremini, diffinitivum super hoc sentenciam a dilecto filio Magistro Ludewico de Garsiis, tum in dicta causa iudice et commissario, inter vos et dilectos filios nobiles viros Lucam quondum Berardi ac Iohannem Bandinum, et nonnullos alios eorum in hac causa complices et consertes de Monaldensibus de Urbeveteri latam, pro vestri iuris assertione allegantes: Nos igitur vestris supplicacionibus inclinati, visa eciam quadam concessione per felicis recordacionis Martinum papam V. predecessorem nostrum de prefato pedagio vobis facta, prefatam diffinitivam sentenciam in favorem vestri, ut premittitur, latam, prout iuste et provide lata est, tenore presentium ex certa sciencia confirmamus et approbamus, ac presentis scripti patrocinio communimus.

Tercio, vestris supplicacionibus inclinati, quod cause et lites in prefata Civitate nostra et districtu, quas continget imposterum exoriri, coram officiali seu officialibus prefate Civitatis nre et Curia eorumdem in prima instancia tractentur et decidantur, nec ad alium quemvis Iudicem vel Curiam protrahantur, prout Civitates nostre Sutrina et Montisfalconis in suis privilegiis obtinere dicuntur, vobis tenore presentium indulgemus.

Quarto, volumus ac eciam ordinamus, quod omnes et singuli homines, cuiuscumque status vel condicionis existant, qui in prefata Civitate nostra seu in eius territorio et districtu possessiones aliquas seu bona immobilia possideant, eciam si in prefata Civitate, territorio et districtu habitacionis causa non permaneant, tamen pro rata dicta bona et possessiones tangente secundum consuetudines Civitatis predicte onera, collectas seu dacia imposita vel imponenda per nos, seu predecessores seu successores nros Romanos pontifices solvere teneantur et debeant, salvis semper exemptionibus et privilegiis, que super hoc n quibuscumque Romanis pontificibus cuilibet concessa probantur, Mandantes omnibus et singulis officialibus, Thessurariis seu dictorum daciorum vel subsidiorum collectoribus et exactoribus, quatenus predicta subsidia, dacia et collectas a prefatis bonorum immobilium dicte Civitatis nostre ac territorii et districtus possessoribus petant, recipiant, exigant et requirant, veluti a quolibet alio bonorum possessore, incola et habitatore Civitatis, territorii et districtus predictorum. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, vos ab obediencia et fidelitate nostris et Romane ecclesie ac successorum nrorum Romanorum pontificum canonice intrantium subtrahere vel resilire contingat, indulta et concessiones huiusmodi nullius existant penitus roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nre confirmacionis, approbacionis, communicionis, concessionis at voluntatis infringere. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnacionis dominice MCCCCXXXII. VIII. Idus Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXII.

Antonius de Columna princeps Salernitanus eiusque fratres, fautores etc. ab omnibus criminibus absolvuntur. *Reg. Tom. XIII. fol. 9.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Sedis apostolice benignitas circumspecta rigorem iuris mansuetudine temperans ea plerumque declarare et concedere consuevit, per que paci et quieti fidelium salubriter consulatur. Dudum siquidem, videlicet secundo Idus Septembris, Pontificatus nostri anno primo, dilecto filio Prosperum sancti Georgii ad Velum aureum diaconum Car-

dinalem, ac nobiles viros Anthonium de Columna principem Salernitanum et Eduardum fratres Comitem Celani, ac certos alios tunc nominatos, eorumque fautores, adherentes, complices et sequaces, post nonnullas sentencias et processus auctoritate apostolica contra eos latas et habitos, ad nostram et Romane ecclesie obedienciam et gremium redeuntes, ac in obediencia et devocione nostra et dicte ecclesie se continuo perseveraturos asserentes, ab omnibus et singulis excessibus, criminibus et delictis contra nos et dictam ecclesiam commissis et perpetratis, necnon sentenciis, processibus et penis latis, habitis et incursis ex causis tunc expressis absolvimus, eosque ad famam, honores, dignitates, officia et beneficia ac in pristinum statum sub certis modo, forma et condicionibus auctoritate apostolica restituimus et eciam reposuimus, prout in diversis nostris exinde confectis litteris, quarum tenores de verbo ad verbum hic haberi volumus pro sufficienter expressis, plenius continetur. Cum autem a nonnullis asseratur, Cardinalem, Principem, Comitem et alios nominatos, adhereotes, fautores et sequaces, seu eorum aliquem post dictarum litterarum confectionem contra conventa, capitulata et promissa per eos veniendo multifariam et sepius diversa crimina, delicta et excessus contra nos et eandem ecclesiam, ac adherentes, sequaces et subditos nros commisisse et perpetrasse, ac propterea in pristinas sentencias ipso iure recidisse: Nos volentes ex innata nobis benignitate circa hoc statui ipsorum Cardinalis, Principis, Comitis, nominatorum, adherentium, fautorum et sequacium salubriter providere, auctoritate apostolica omnia et singula per eos seu aliquem eorum usque in presentem diem quomodolibet facta, commissa et perpetrata, propter que post datam dictarum litterarum seu capitulorum confectionem contra et preter (ea) per eos capitulata, promissa et conventa, ac ipsarum litterarum tenorem et continentiam perpetrasse aut fecisse quomodolibet videri possunt, eciam si que asserantur crimina vera forent, tenore presentium, quantum publicum seu privatum interesse concernit, motu proprio et ex certa sciencia, ac eciam de consilio Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium remittimus et eciam relaxamus, statuentes insuper et eciam decernentes, quod littere prefate cum absolucionibus, restitucionibus, reintegracionibus, ac singulis in eis contentis clausulis in omnibus et per omnia ab earum data valeant et valide censeantur, suumque robur obtineant porindo ac si contra prefatarum litterarum tenorem ac capitulata et conventa per eos minime venissent, dictaque crimina, delicta et excessus per eos perpetrata non essent, in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostro remissionis, relaxacionis, statuti et constitucionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnacionis dominice MCCCCXXXII. Idus Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXIII

Universitati Civitatisvetulae dioec. Viterbiensis quaedam privilegia conceduntur. *Reg. Tom. XIII. fol. 15.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus terre nostre Civitevetule Viterbiensis diocesis, salutem etc. Exigit vestre devocionis affectus, quem ad nostram et Romane ecclesie obedienciam nuper veniendo gerere comprobamini, ut illa vobis favorabiliter concedamus, que quietis vestre commodu respicere dinoscuntur. Ut igitur ea percipiatis, que suggerit nostre mentis affectus, vestris supplicacionibus inclinati infrascripta capitula, et que in ipsis continentur, vobis tenore presentium de benignitate apostolica duximus concedenda.

Et primo, omnia et singula crimina, maleficia, homicidia, culpas, excessus et delicta per Universitatem, homines et incolas dicte terre nre commissa et perpetrata quomodocumque et qualitercumque, necnon processus, sentencias et condempnaciones inde secutas usque in diem date presentium graciose remittimus, relaxamus, ac eos liberos, exemptos et immunes tenore presentium decernimus.

Secundo, quod deinceps liceat omnibus et singulis hominibus et incolis dicte terre nostre Civitevetule vendere, et emere omnia et singula bona ad victum eorum necessaria absque solucione alicuius oneris vel gabelle, et hoc in prefata terra Civitevetule tantum.

Tercio, quod prefati homines et Universitas terre predicte de fructibus possessionum ac terrarum suarum, et quas laborabunt seu facient laborari, Camere apostolice nichil solvere teneantur, et liceat eis dictos fructus et bona vendere et alienare pro libito voluntatis.

Quarto, predictam Universitatem et homines Civitevetule ab omnibus debitis, in quibus racione censuum, salis et focatici, aut alia quacunque causa essent Camere alme Urbis quomodolibet obligati, usque in diem date presentium liberamus et absolvimus, et eosdem perpetuo absolutos et liberos esse pronunciamus, prefatam Universitatem et homines a solucione censuum, salis et focatici dicte Camere alme Urbis debendorum per tempus et terminum trium annorum proximo futurorum eximentes, absolventes et eciam liberantes.

Quinto, prefatis Universitati et hominibus fructus, redditus et proventus gabellarum terre nostre predicte, videlicet intrature vini, carnium et silve mortelle pro sex annis proxime futuris, a die date presentium inantea computandis, de eadem benignitate concedimus ac eciam condonamus.

Sexto, quod prefati Universitas et homines sint liberi et immunes, quemadmodum fuerunt tempore

Iacobi de Vico, ab herbatico, glandiaco et spico per totum tenimentum dicte terre Civitevetule, nec propterea aliquod solvere compellantur: et quod liceat hominibus et Universitati predictis capere terras ad laborandum in tenimento dicte terre pro libito voluntatis, dummodo per alium prius non fuerunt occupate.

Septimo, quod homines dicte terre, seu aliquis eorum occasione quorumcumque debitorum particularium quandocumque, ubicumque, quomodocumque et cum quibusvis persona seu personis contractorum ad instanciam cuiuscumque forensis nullomodo possint neque debeant conveniri, molestari seu inquietari a die date presentium usque ad tres annos proxime futuros, habitatoribus et incolis dicte terre dumtaxat exceptis, qui possint dictas terrigenas in dicta terra realiter et personaliter convenire. Volumus autem, quod si illo unquam tempore, quod absit, vos ab obediencia et fidelitate nostris et Romane ecclesie, et successorum nrorum Romanorum pontificum canonice intrantium subtrahere seu resilire contingat, indulta et concessiones huiusmodi nullius existant penitus roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre concessionis, remissionis, relaxacionis, constitucionis, liberacionis, pronunciacionis, condonacionis et voluntatis infringere. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, VII. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXIV.

Episcopus Camerinensis in Romanae ecclesiae exercitu et civitatibus provinciae Patrimonii commissarius cum potestate bellum movendi, compositiones faciendi etc. constituitur. *Reg. Tom. XI. fol. 98.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Pandulpho Electo Camerinensi, in nostro et Romane ecclesie exercitu Commissario et locumtenenti, salutem etc. Cum pro necessaria defensione status nri et Romane ecclesie, et iuste oppugnacione nrorum et ipsius ecclesie inimicorum ac rebellium in provincia nostra Patrimonii beati Petri in Tuscia, ac nonnullis Civitatibus, terris et locis finitimis pro nobis et dicta ecclesia contra rebelles et hostes iustissimum bellum, vel potius necessariam defensionem, iuvante domino, prosecuturi sumus: Nos condignum et utile fore existimantes in dicto exercitu ecclesiasticam habere personam, et prelatum maxime nobis fidum et in agendis expertum, qui voluntatem et conceptus nros intelligens et aliorum consilia, qui nobis consulunt et assistunt, illa communicet, cum quibus communicanda cognoverit, ita ut, sicut speramus in deo et in nostra iusticia, intentum nostrum celeriter consequamur. Sumentes igitur in dño de tua virtute et prudencia in magnis et arduis comprobata fiduciam specialem, nec dubitantes, quin ea, que tibi commiserimus, sollicite, mature, prudenter et fideliter exequeris, te in predictis exercitu, Civitatibus, terris et locis Commissarium nostrum et locumtenentem facimus, constituimus et eciam deputamus, volentes et mandantes omnibus et singulis Capitaneis, Conductoribus, armigeris tam equestribus quam pedestribus ad nra et dicte ecclesie stipendia militantibus, necnon Civitatibus, Universitatibus, terris et locis predictis nobis et dicte ecclesie subiectis, ut in omnibus et singulis, que ipsis ex nostri parte mandaveris, fidem adhibeant dictis tuis, atque eadem exequi studeant cum effectu, ac in omnibus et per omnia tibi intendant et pareant tamquam nobis. Nos vero tibi cum predictis Capitaneis et Conductoribus pro rerum exigencia consulendi, deliberandi, concludendi et conclusa exequendi, et exequi faciendi iuxta deliberationem eorum vel partis ipsorum, prout discrecioni tue visum fuerit expedire; necnon predictos Capitaneos et Conductores, Civitates, Universitates, terras et loca predicta nostro nomine requirendi, convocandi, et ipsis ac omnibus et singulis in dicto exercitu militantibus precipiendi et mandandi, necnon eciam quecunque Civitates, Terras, Castra, fortalicia et loca ad nostrum et prefate ecclesie obedienciam et devocionem venire volentia recipiendi et admittendi, atque cum ipsis et eorum singularibus personis, pacta, convenciones, composiciones, capitula, prout rerum qualitas exegerit, et cum eis condicionibus ac formis, que tibi necessaria videbuntur, ineundi, tractandi et concludendi; treugas quoque ad tempus et cum eis condicionibus, de quibus tibi videbitur, faciendi; salvosconductus quibusvis personis, prout negociorum qualitas postulaverit, dandi et concedendi; inobedientes quoque mandatis tuis seu contradictores quoslibet et rebelles, prout eorum contumacia exegerit, compescendi, mulctandi et puniendi, atque alia omnia et singula tibi pro utilitate, honore et statu nostro et dicte ecclesie necessaria videbuntur, seu eciam oportuna mandandi, faciendi et exequendi plenam et liberam apostolica auctoritate concedimus harum serie facultatem et potestatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo primo, VIII. Kal. Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXV.

Ranutius de Ciglionibus generalis herbatici et pascuorum proventuum in Patrimonio B. Petri in Tuscia exactor constituitur. *Reg. Tom. XXII. fol. 145.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Ranutio Loddi de Ciglionibus de Tuscanella, herbatici et proventuum pascuorum provincie nostre Patrimonii B. Petri in Tuscia Exactori universali, salutem etc. Alias dilectum filium Petrumpaulum Tadei de Camerino in prefata provincia super pascuis Camere

nostre spectantibus dohanarium constituimus, ac etiam deputavimus iuxta tenorem litterarum nrarum superinde concessarum, et pro certo bono cupientes universos proventus herbatici et pascuorum premissorum nobis et Camere nostre spectantium per te, de cuius industria, diligencia et legalitate plenam fiduciam babemus, exigi et eidem Camere nostre assignari, te universalem dictorum herbatici et quorumcunque proventuum pascuorum in prefata provincia beati Petri in Tuscia, cum omnibus libertatibus, auctoritatibus et actionibus, quibus dohanerii quondam per felicis recordacionis Martinum papam quintum predecessorem nostrum, et postea per nos fuerunt hactenus deputati, tenore presentium constituimus et etiam deputamus, et tibi assecurandi et affidandi animalia undecunque per quecunque loca nostra ad dicta pascua conducenda, et eorum conductores, represaliis et aliis non obstantibus, et eosdem ab omnibus pedagiis et gabellis immunes et liberos more solito reddendi plenam et liberam concedimus facultatem, Mandantes universis Communibus, Universitatibus et hominibus, officialibus seu particularibus personis in dicta provincia nobis et Romane ecclesie subiectis, ac aliis ubilibet constitutis, quibus execucio presentium possit quomodolibet pertinere, quatenus circa execucionem dicte exactionis et aliorum premissorum tibi pareant et intendant, quantum dicto Petropaulo vel cuivis alteri hactenus fecerant, et quantum expediens fuerit, vel eos duxeris requirendos, et in omnibus ad prefatam exactionem et cetera promissa pertinentibus tibi studeant necessariis favoribus et auxiliis obedire. Tu itaque prefatum exactoris officium ita solicite, legaliter et diligenter exercere procures, quod ad maiora te possimus imposterum, tuis meritis exigentibus, deputare. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice MCCCCXXXII. Kal. Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXVI.

Bononiensibus nonnullae concessiones et capitula confirmantur. *Reg. Tom. XIII. fol. 109.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis populo, Communi et Universitati Civitatis nre Bononiensis, salutem etc. Sincere fidei et prompte devocionis obsequio, quibus nos et Romanam ecclesiam reveremini, condigne merentur, ut commendandis vestris meritis relatam nostrem et apostolice sedis benignitatem et graciam cognoscatis, ut qua per nos vobis fuerant graciose concessa, vigorem et effectum debitum sortiantur. Cum itaque per dilectos filios Oratores vestras fuerit nobis humiliter supplicatum, ut concessiones alias vobis factas, sicuti per subsignaturas ad certa capitula manu dilecti filii Fantini Dandalo Notarii nostri, sub data die vigesimasecunda Augusti Anni ab Incarnatione dominica MCCCCXXXI., quas postmodum per nram subscriptionem approbavimus, plenius continetur, per patentes nras litteras approbare et confirmare apostolica auctoritate dignaremur.

Nos ex solita benignitatis nostre plenitudine et paterna affectione, quibus vos intendimus prosequi tanquam bonos filios commoditatibus et favoribus oportunis, Communitati eidem et Universitati vestre plenam gerentes in domino caritatem, sperantes, quod ad honorem et statum nostrum, santeque Romane ecclesie liberalis nostra benignitas vos da bono in melius constantibus animis confirmabit, vestris supplicacionibus inclinati omnes et singulas absolnciones, restituciones, concessiones, indulta, decreta et voluntates nras secundum singulares subsignaturas ad capitula predicta et ultimem subscriptionem nostram, quorum expressum de verbo ad verbum tenorem mandavimus hiis inscribi, ratas habentes et gratas ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum, ex certa sciencia tenore presencium auctoritate apostolica approbamus, ratificamus ac per omnia confirmamus, sicuti in prefatis subsignaturis responsabilibus ad singula capitula, necnon ultimam subscriptionem nostram continetur, quorum tenor sequitur.

Peticiones Oratorum populi et Communis Bononie facte et porrecte Sanctissimo domino nostro, domino Eugenio pape IIII. quorum nomina sunt, videlicet: dnus Petrus de Ramponibus Canonicus Bononiensis, apostolice Camare clericus, dominus Romeus de Foscurariis miles et legum doctor, dnus Galeotus de Canedulo legum doctor, Nicolaus da Zambecariis, Franciscus da Guidottis, Iacobus de Corrigiis, Florianus da Griffonibus, Petrus da Mozovillanis et Becchadallus da Arterusiis. Responsio: „Placet.“

Primo, quod omnes cives, incole, habitatores et populus Bononie, ipsa eciam Civitas libere absolvantur a qualibet excommunicacione, suspensione vel interdicto eciam speciali, licet forte non fuerit secuta satisfactio, emanatis anno Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, die trigesima Iulii, circa occasionem novitatum factarum in Civitate Bononie et subsequentium usque in presentem diem. „Placet.“

Secundo, quod non possit inquiri vel procedi occasione cuiuscumque excessus vel delicti in Civitate Bononiensi vel extra propter statum commissi a dicto tempore citra: cives eciam et incole ac habitatores Bononie vel diocesis eiusdem, at alii quicumque occasionibus predictis per prelatos vel officiales ecclesie, aut Episcopatus Bononiensis ubicumque banniti, vel honoribus, officiis, rebus, dignitatibus, prelaturis, rectoriis, administracionibus vel prebendis, aut bonis vel iuribus quibuscumque privati rebanniantur, et per omnia in pristinum statum restituantur, et ipso iure restituti intelligantur. „Placet.“

Tercio, quod sedecim Reformatores status Civitatis Bononiensis, qui nunc sunt, deputent et eligere habeant dominos Antianos, sedecim Confalonerios populi et Massarios artium modo et forma consuetis tempore popularis status, et quoscumque alios officiales cives ad quecumque alia officia honoris in dicta Civitate: et similiter ipsi sedecim de tempore in tempus habeant eligere successive alios sedecim eorum successores, qui dñi Antiani, Confalonerii populi et alii officiales predicti ab eis eligendi et deputandi intrent et exerceant eorum officia cum eorum qualitatibus, modis, locis, temporibus, familia et expensis consuetis. „Non placet, sed loco huius ponatur capitulum sequens."

Quarto, quod viginti Consiliarii nominati et deputati per Sanctissimum dñum nostrum habeant creare, eligere et deputare dños Antianos, sedecim Confalonerios populi et Massarios artium Civitatis Bononiensis, officiales sancti Petronii et Reformatores Studii, quandocumque eis libuerit et placuerit, eosque imbursellare more solito. Que quidem imbursellacio fieri debeat ad presenciam dñi Legati vel gubernatoris, que confirmari debeat per eundem, qui pro tempore fuerit, extrahendo de tempore in tempus dños Antianos ceteraque regimina suprascripta secundum morem, modum et consuetudinem ipsorum. Qui Antiani ceteraque regimina habeant et habere debeant residenciam in palacio, in quo de presenti habent, cum eorum familia, honoribus, modis, locis, temporibus et expensis omnibus consuetis: possintque ac debeant, quandocumque eis libuerit, ante eorum finitum officium creare alios viginti Consiliarios, videlicet quinque pro quarterio, qui habeant creare alios Antianos succedendos finita prima imbursellacione, et similiter cetera regimina suprascripta, ut dictum est, ante eorum finitum officium, et sic successive de tempore in tempus: habeantque vacacionem pro tanto tempore finito eorum officio, possint eciam loco mortuorum vel absentium ad tempus subrogare loco mortui vel absentis unum vel plures secundum exigenciam facti. Officia vero Capitaneatus portarum et cetera utilitatis dare et conferre debeat dominus Legatus sive gubernator, qui pro tempore fuerit, de et cum consilio tamen predictorum viginti Consiliariorum civibus non suspectis, exceptis officiis illis, de quibus habetur mentio in septimo capitulo. Qui supradicti deputati per Sanctissimum dñum nrum et deputandi in futurum durare debeant tempore et spacio unius anni. Nomina autem deputatorum per Sanctissimum dominum nostrum sunt hec: pro quarterio porte sancti Petri dñus Iohannes de Ludovisiis, Iacobus de Corrigiis, Iohannes de Madalena, Iacobus de Saliceto, Aymericus de Buchis; pro quarterio porte Sterii dominus Carolus de Gisleriis, Baptista de Canedulo, Stephanus de Gisilardis, Iacobus de Muglio, Iohannes de Griffonibus; pro quarterio sancti Proculi dominus Guido de Pepolis, dominus Romeus de Foscarariis, dñus Florianus de Sancto Petro, Nicolaus de Zambeccariis, Franciscus de Guidottis; pro quarterio porte Ravennatensis dominus Gozadinus de Gozadinis, dominus Ludovicus de Isolanis, Ieronimus de Bologninis, Guaspar de Lupparia, et Becchadellus de Arterusiis.

Quinto, quod Sanctissimus dominus noster in deputando Legatum vel gubernatorem in Civitate Bononie dignetur deputare unum ex tribus, quos nominaverint regimina dicte Civitatis, et si talis deputatus aliquo casu amovendus fuerit, alius deputetur modo predicto. „Placet."

Sexto, idem fiat de Potestate Bononie, sed non deputetur pro maiori tempore quam pro semestri, cum salario, familia, oneribus, honoribus, iurisdicionibus et utilitatibus consuetis secundum formam statutorum Communis Bononie, nec retinere possit capsam vel cippum, sed solum percipiat emolumenta a statutis provisa, non obstante abusu, et syndicetur secundum formam statutorum predictorum, fienda electione syndicorum per dños Antianos secundum formam statutorum dicte Civitatis. „Placet, sed volumus, quod pro toto tempore nostro valeamus deputare Potestatem ad libitum voluntatis nostre."

Septimo, quod omnia officia utilitatis vel salariata Civitatis, Comitatus vel districtus Bononiensium et Comitatus Imole, in hiis includendo exactorem, Thesaurarium et officialem Bulletarum, conferantur civibus tantum per dominum Legatum vel gubernatorem, qui pro tempore fuerit, hiis modo et forma, videlicet quod prefati sedecim Reformatores dent dicto domino Legato vel gubernatori vacacionem secundum formam statutorum Communis Bononie, de quibus dictus dñus Legatus vel gubernator eligere habeat pro quolibet officio predictorum: qui deputandi intrent et exerceant officia modo, forma et tempore (cum) familia, honoribus oneribusque consuetis. „Placet, quod omnia officia utilitatis Civitatis, Comitatus et districtus Bononiensium dentur civibus non suspectis, excepto quod Legatus vel gubernator possit dare Thesaurariam, officium Bulletarum, Castrum sancti Petri, sancti Iohannis et Medicine, cui voluerit: placet eciam, quod officia dictorum Castrorum conferantur civibus, ubi a Communitatibus ipsorum Castrorum id petatur, et quod officium exactorie generalis extinguatur."

Octavo, quod idem fiat de Capitaneis portarum dicte Civitatis, et claves ipsarum portarum pro dimidia retineantur per duos Antianos modo usitato tempore Reverendissimi patris Cardinalis de Comite. „Placet, quod dñus Legatus vel gubernator deputet Capitaneatus portarum civibus tantum non suspectis regimini: in eius tamen po-

testate sit dare Capitaneatus duarum portarum tantum, cui voluerit, dummodo non sint suspecti, ut supra: claves autem remaneant apud dictum Legatum ant gubernatorem.

Nono, quod officium Iudicis mercancie per Legatum conferatur uni Doctori Iuris civilis vel canonici tantum civi Bononie, factis nominacionibus per Consules dicte Universitatis mercatorum: idem fiat de Rectore artis lane, sed deputari possit Iurisperitus, dummodo sit civis. „Placet, de officio autem rectoriatus sit in disposicione Legati aut gubernatoris dandi, cui voluerit."

Decimo, quod regimina dicte Civitatis tenere possint centum lanceas gencium armorum, et ducentos pedites expensis Camere Bononiensis. „Placet, quod Antiani possint ultra familiam consuetam tenere viginti famulos, quibus quolibet mense dentur quinque libre Bononinorum pro quolibet ipsorum, et teneant unum cappellanum, qui habeat quolibet mense libras decem Bononinorum."

Undecimo, quod pro expensis duorum Antianorum, et dñorum Confalloneriorum et eorum familie, pro expensis et stipendiis Capitaneorum portarum et gencium armorum predictarum, ac eciam pro salariis doctorum civium legentium in Civitate prefata deputentur tot dacia de introitibus dicte Civitatis dominis Antianis, qui suo mandato distribuantur, que sufficiant, adeo quod mense quolibet percipere possint salaria ac stipendia sua. „Placet, quod pro expensis omnibus consuetis Antianorum et Confalloneriorum deputentur certi introitus alicuius dacii, et pro salario dictorum viginti famulorum."

Duodecimo, quod saisfiat integraliter doctoribus civibus Bononiensibus legentibus, et qui legerunt anno MCCCCXXX. et MCCCCXXXI. et de presenti legunt, de eorum salariis: et similiter satisfiat omnibus officialibus, qui fuerunt tempore domini Cardinalis de Comite. „Placet, quod de hiis stetur deliberacioni dñi Legati vel gubernatoris Bononie."

Terciodecimo, quod Sanctissimus dñus noster deputet tot dacia de introitibus Camere Bononiensis, que sufficiant et ascendant ad summam librarum triginti sex milium Bononinorum anno quolibet, pro satisfactione civium secundum taxam factam per dictum Cardinalem de Comite: et omnes crescimonie daciorum tollantur in totum, nec possit in Civitate vel Comitatu predicto aliquod novum dacium vel gabelle imponi nec antique augmentari. „Placet, in omnibus servetur instrumentum confectum inter Reverendum dominum Cardinalem de Comite et regimina Communis Bononie: crescimonie vero pro nunc remaneant propter exiles introitus Camere, quia pro tot gravaminibus Camera non esset solvendis."

Quartodecimo, quod illi, qui declarabuntur exiticii sive rebelles, non possint stare in Civitate, Comitatu vel districtu Bononiensibus, nec in Civitate, Comitatu vel districtu Imole, nec in Civitate, Comitatu vel districtu Mutine sub pene in statutis contenta, et confiscatione omnium bonorum suorum, nec possint rebanniri aliquo modo vel via absque licencia et voluntate dictorum regiminum: quorum nomina sunt hec, videlicet: Baptista de Poetis, Carolus de Malviciis, dominus Iacobus de Aldruvandis, Antonius de Galuciis, filii Bagaroti de Bleusiis, Guido Antonius de Lambertis, Iohannes de Blancitis, Mertinus de Bambasaris, Andreas de Albertuciis et filius, Petrus Callegarius et filii, Barzotus de Altedo, Petrus Conte et filii, Seguranus de Monsoni, Antonellus de Virgileis et filius, dñus Antonius de Bentavoliis et filius, Bologninus de Flubis, Iohannes de Lino, Nicolaus de Caniseis, Iohannes de Blandomis, Iulianus Fiffi Becarius. „Placet."

Quintodecimo, quod non fiat aliquod fortilicium in Civitate Bononiensi vel extra de novo per decem miliaria. „Placet."

Sextodecimo, quod quecumque cause prophane appellacionum, supplicacionum vel quarelarum devolventur ad doctores cives secundum formam statutorum dicte Civitatis Bononiensis, et ipsis committantur per dominum Legatum vel gubernatorem, nec in talibus appelletur ad Rom. Curiam: et si fuerit appellatum, intelligantur devolute ad dominum Legatum vel gubernatorem, qui ipsas habeat committere, ut supra. „Placet, quod Legatus vel gubernator committat doctoribus civibus."

Decimoseptimo, quod vendicio edificiorum molendinorum et moliture percipiende ex ipsis factis civibus MCCCCXVI. et observata usque in presentem diem approbetur et ratificetur per Sanctissimum dominum nostrum. „Placet, quod confirmetur."

Decimooctavo, quod decretum factum societati Notariorum pro palacio residencie dominorum Antianorum approbetur, et deputentur introitus pro complemento et fabrica dicti palacii, pro quolibet mense solvantur ducati auri ducenti usque ad integram solucionem ducatorum trium milium auri. „Placet, quod pro fabrica dicti palacii pro primo anno expendantur ducati centum pro quolibet mense, et subsequentibus annis expendantur ducati ducenti mense quolibet usque ad dictam summam: exhibeatur decretum domino Legato, qui providere possit."

Decimonono, quod omnia statuta, provisiones et reformaciones per regimina dicte Civitatis facta vel eorum auctoritate, que non sint contra libertatem ecclesiasticam confirmentur.

Vicesimo, quod quecumque indulta ac privilegia per Romanos pontifices hactenus Communitati, Civitati et civibus Bononiensibus concessa, et maxime per Bonifacium VIII. et IX., Gregorium XI. et Martinum V. confirmentur, potissime in

concernentibus concessiones Civitatis Imolo et unionem Terrarum, Villarum et Castrorum, Comitatuum Bononiensium unitorum, non obstantibus particularibus privilegiis et exemptionibus pontificalibus, vel alia quavis auctoritate emanatis. „Placet, dummodo exhibeantur dño Legato vel gubernatori, qui auctoritate nostra possit predicta confirmare."

Vicesimoprimo, quod Castra, Terre et Ville Comitatus Bononiensis uniantur et sub iurisdictione Civitatis et Communis Bononiensium reducantur, non obstantibus quibuscumque privilegiis et exemptionibus a Martino V. vel eius legatis, gubernatoribus vel officialibus in contrarium emanatis. „Non placet de Castris sancti Iohannis, sancti Petri, Plebis Centi et Medicine propter concessiones Martini et confirmaciones nostras, ita tamen quod (sic) sine preiudicio civium Bononiensium, qui non possint in bonis suis collectari a predictis, et qui ab illis possint exigere eorum debita."

Vigesimosecundo, quod idem et per omnia fiat de Castris Centi et Plebis diocesis Bononiensis, et restituantur et uniantur ad unionem Comitatus Bononiensis, prout unita fuerunt per Bonifacium IX. et pro ipsis solvatur solitus census per Cameram Bononiensem Epo vel administratori ecclesie Bononiensis, qui pro tempore fuerit, iuxta unionem dicti Bonifacii. „Non placet ad presens aliquid innovare propter absenciam dñi Cardinalis sancte Crucis."

Vigesimotercio, quod Smus dominus noster dignetur providere pro Studio manutenendo in Civitate Bononiensi, quod exonerentur scolares ab expensa Archidiaconi, obtineantque studentes Bononienses secundum datas in graciis expectativis, alii vero terciam: preferantur eciam gradati Bononienses in honoribus ac dignitatibus alibi gradnatis, maxime in casibus, in quibus in cursu ratificacioni locus erit, et per omnia studentes Bononienses gaudeant illis privilegiis, quibus gaudent studentes Parisini. „Placet ad primum, facta prius unione de aliquo beneficio per nos Archidiaconatui: pro reliquis intendit dictum Studium bonis privilegiis dotare."

Vigesimoquarto, quod omnes processus, sentencie et bannia late et date per officiales deputatos per regimina Civitatis Bononie confirmentur, et omnia acta facta virtute cuiuscumque commissionis seu rescripti dñorum Antianorum valeant, et sortiantur effectum, non obstante aliquo statuto seu reformacione Communis Bononie in contrarium facientibus, de quo vel qua hic intelligatur expressa mentio facta, etsi specialiter derogatum sit, et aliis in contrarium facientibus.

Vigesimoquinto, quod cancellationes facte de mandato sedecim Reformatorum status Bononiensis approbentur, et quod decreta emanata ab eisdem in omnibus et per omnia approbentur. „Placet, ut in peticione decimanona et vigesima responsum est."

Vigesimosexto, quod omnes fumantes et alii subditi Bononienses, qui ibi erunt a decem annis citra, vel in futurum irent ad habitandum in Castro Centi et Plebis, vel eorum guardiis diocesis Bononiensis, ibi possint effectualiter convenire pro daciis et gabellis ac oneribus quibuscumque, ut si habitarent in locis, quibus prius habitabant, in guardia vel Comitatu Bononiensi, teneantur eciam ad reparacionem pontium et stratarum secundum taxaciones et ratas alias eis assignatas, non obstantibus aliquo et aliis contrariis quibuscumque. „Placet, prout videbitur expediens domino Legato vel gubernatori."

Vicesimoseptimo, quod liceat imposterum absque dacio et gabella cuicumque vendere panem, et facere in Civitate Bononiensi et Comitatu eiusdem ubicumque faciendo illum secundum formam taxatam vel taxandam libere. „Placet, cum hoc (quod) crescimonie piscium remaneant Camere."

Vigesimooctavo, quod dñi Antiani, qui tempore erunt, possint et valeant destinare et mittere Orotores ad Sanctissimum dominum nostrum absque requisicione Legati, vel alterius ibidem nomine sue Sanctitatis, et habere debeant in Camera Bononiensi pro dictis expensis annuatim ducatos quadrigentos auri. „Placet, quod mittere possint, petita tamen licencia primo, eciam non obtenta et habeant annuatim ducatos trecentos."

Vigesimonono, quod populus et universaliter Civitas nostra Bononiensis absolvatur a decimis usque in presentem diem, maxime cum non extet memoria, quod decimas ullo tempore solverunt, et alias in compensacionem dictarum decimarum attributa fuerint Castra Centi et Plebis Episcopatui Bononiensi.

Trigesimo, quod pro doctoribus debentibus legere et Studio Bononiensi deputentur certi introitus, persolvendi annuatim usque ad quantitatem. „Provideat dominus Legatus vel gubernator, sicut sibi videbitur expedire."

Ultimo, quod provideatur Reverendis patribus dominis Dalphino de Gozadinis Episcopo Pennensi, et Bartholomeo de Zambeccariis Abbati sancti Bartoli citra muros Terracinenses iuxta condecenciam suarum dignitatum. „Approbamus omnes subscriptiones factas peticionibus suprascriptis per dilectum filium Fantinum Dandulo." Ego Fantinus Dandulo Prothonotarius etc. subscriptiones appositas suprascriptis capitulis, seu petitionibus manu propria scripsi de mandato Sanctissimi domini nostri, die vigesimo secundo Augusti MCCCCXXXI. excepta ultima subscriptione, que facta fuit manu ipsius Sanctitatis domini nostri: *Laus Deo Domino nostro Ihesu Christo.*

Decernentes omnia suprascripta robur et firmitatem plenariam obtinere, donec abfuerimus a dicta Civitate Bononiensi, sed nobis vel successo-

ribus nostris existentibus in Civitate predicta omnia et singula supradicta modificata, redneta et reformata esse ad purum nostrum et apostolice sedis arbitrium, nequaquam obstantibus approbacionibus, ratificacionibus et confirmacionibus premissis. Nulli ergo etc. nostre approbacionis, ratificacionis, confirmacionis et constitucionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice MCCCCXXXII. septimo Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXVII.

Anconitanis castra Flumicini et Montis S. Viti pontifex IIIM. flor. concedit. *Reg. Tom. XIII. fol. 140.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Communi et Universitati Civitatis nostre Anconitane, salutem etc. Probate fidelitatis et sincere devocionis indicia, quibus manifeste concepimus vos summa constancia ferventius (sic) animis nos et Romanam ecclesiam revereri, condigne merentur, ut iustis peticionibus et commoditatibus faverabiliter annuamus. Nuper quidem per dilectum filium Paliaresium de Pinasellis, oratorem vestrum, pro parte vestra fuit nobis expositum, quod Castra sive oppida Flumicini et Montis sancti Viti, alias Communitati et Universitati vestre iure Comitatus pertinentia, et per vos sicuti cetera Castra Anconitani Comitatus solita gubernari, cum omnibus eorum iuribus iam multis annis elapsis per quondam Malatestam de Malatestis, in Civitate nostra Pisauriensi tunc pro Romana ecclesia in temporalibus Vicarium, de manibus vestris hostiliter capta et hactenus, quousque iam pridem ipsa Civitas Pisauriensis ad nras manus pervenisset, occupata fuerunt. Que Castra, sicut et cetera que ad presens ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum gubernatis, licet nobis pertinerent, propter temporum varietates, dum ipse Malatesta vitam in humanis ageret, habere vel recuperare ad pristinam iurisdictionem vestram nullatenus potuistis. Et dum propter multos respectus atque pacifice viveretis anteactis temporibus, vobis non licuerit recuperare dicta Castra, sub nostro Pontificatu speratis pro iusticia et debito posse iurisdictiones diete Civitatis vestre vendicare. Quare dictus Paliaresius nobis humiliter supplicavit, quatenus pro fidelitatis et devocionis vestre meritis, quia iura nostra atque Romane ecclesie nullatenus minuuntur, si vestris commoditatibus iuste assentiamus, Castra eadem Flumicini et Montis sancti Viti vobis tradere, concedere et facere cum omnibus iuribus eorum libere consignari, per vos habenda et iure vestri Comitatus gubernanda et custodienda, sicut cetera Castra districtus sive Comitatus vestri Anconitani, que habetis, gubernatis et custoditis ad presens, servatis tamen iure et proprietate nostra et Romane ecclesie, quibus Civitas nostra Anconitana cum eius Castris, oppidis, territorio, districtu, locis et iurisdictionibus universis nobis et ipsi ecclesie est immediate subiecta, de benignitate nostra dignaremur. Nam Camere nostre pro impensibus gravibus, quas nedum pro custodiendis Castris antedictis, sed pro expugnandis adversariis et hostibus Romane ecclesie, et pro dicta provincia Marchie Anconitane in pacifico statu conservanda fecimus hactenus et facimus de presenti, vos parati estis eidem Camere nostre tribuere et solvere cum effectu florenos de Camera triamilia, cum ceteris gratis oblacionibus vestris, sicut ipse orator nobis plenius enarravit. Nos vero, attentis fidelitate ac devocione commendandisque affectibus vestris, quibus nos et prefatam ecclesiam noscimini revereri, plenam habentes noticiam de predictis, atque volantes vos et Universitatem vestram favoribus et commoditatibus prosequi graciosis, premissorum intuitu et aliis dignis respectibus moventibus mentem nostram, vris supplicacionibus inclinati prefata Castra Flumicini et Montis sancti Viti cum eorum pertinenciis, territoriis et districtibus et locis, quorum qualitates, quantitates ac confines haberi volumus pro sufficienter expressis, cum eorum introitibus, redditibus, proventibus, emolumentis, iuribus et iurisdictionibus per vos iure Comitatus habenda, tenenda, gubernanda et custodienda, sicuti cetera Castra districtus et Comitatus Civitatis nostre Anconitane de presenti tenetis, gubernatis et custoditis, servatis tamen iure et proprietate nostra et Romane ecclesie, quibus Civitas eadem cum eius Comitatu atque districtu est nobis et eidem ecclesie immediate subiecta, vobis tenore presentium auctoritate apostolica libera tradimus et concedimus, ita tamen quod de fructibus, introitibus sive redditibus dictorum Castrorum teneamini diligenter et fideliter ipsa facere reparari et custodiri, et in omni eventu quando dicti introitus in aliqua parte deficerent, vestris sumptibus et expensis ad honorem nrum et Romane ecclesie pro iuribus defensare, Mandantes propterea dilectis filiis Universitatibus et hominibus dictorum Castrorum vel eorum districtuum et locorum, quatenus sicuti ceteri fideles Romane ecclesie incole et habitatores aliorum Castrorum et locorum, que tenetis, gubernatis et custoditis in districtu et Comitatu Civitatis eiusdem, vobis pareant et intendant, et sicut alii districtuales eiusdem Comitatus studeant efficaciter obedire. Nam si secus agerent, penas, quas iuste confixeritis in rebelles, ratas et gratas habebimus, ipsasque, auctore dño, faciemus inviolabiliter observari. Mandantes insuper Venerabili fratri Gubernatori nro Marchie Anconitane, quod ubi ei constiterit, vos Camere nostre de prefatis tribus millibus florenorum satisfecisse, per se vel nuncium suum dictorum Castrorum cum omnibus eorum iuribus, per-

tinenciis et iurisdictionibus plenam, liberam et corporalem possessionem vobis exhibeat et consignet. Nulli ergo omnino hominum liceat hunc paginam nostre voluntatis, traditionis, concessionis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimo secundo, VII. Kalendas Fabruarii, Pont. nostri anno secundo.

CCLXVIII.

Pacta nova inter pontificem et comitem Montisferetri inita. *Ex cod. comitum Urbini fol. 134.*

In dei nomine Amen. Hoc est exemplum cuiusdam scripture scripte in quodam quinterno cartarum bombicinarum quatuor paginarum foliorum communium, quorum due pagine erant scripte in totum et due alie non scripte. In quo quinterno continebantur pacta et conventiones inter Rmum in Christo patrem et dominum, dñum Franciscum tit. s. Clementis presbiterum Cardinalem, Sanctmi domini nostri, dñi Eugenii pape IIII. Camerarium, ex parte una, et [inter] Nobiles et Egregios viros Antonium quondam Nicolai de Monteferetro de Urbino et Ser Nicolaum quondam Petrutii de Feliciis da Urbino, procuratores et negociorum gestores Illustris domini, domini Guidantonii etc. Que pacta et conventiones apparebant subscripte manu prefati Rmi domini, domini Cardinalis et dicti Ser Nicolai cum eorum sigillis: quarum quidem pactorum et conventionum tenor talis est, videlicet:

Sequuntur conventiones et capitula ex benignitate sanctissimi in Christo patris et domini, dñi Eugenii divina providentia pape IIII. inter Rmum in Christo patrem et dominum, dñum Franciscum tituli s. Clementis presbiterum Cardinalem, prefati dñi nri Camerarium, ex commissiona et mandato ipsius dñi nostrum oraculo viva vocis, ut asseruit, sibi facto, nomine ipsius domini nostri et Romane ecclesie et Camere apostolice ex una, et Nobiles et Egregios viros Antonium quondam Nicolai Comitis de Monteferetro de Urbino, et Ser Nicolaum quondam Petrutii de Feliciis de Urbino, procuratores et negociorum gestores ac nuncios speciales Excellentis Principis Guidantonii Comitis Montisferetri et in Civitate Urbinate etc. in temporalibus Vicarii generalis, prout patet manu Bartholomei quondam Brugaldini domini Martini de Antaldis publici Imperiali auctoritate notarii, nomine ipsius Comitis partibus ex altera inita, firmata et in hunc modum conclusa: qui Antonius et Ser Nicolaus prefati de rato promictunt, quod prefatus Comes, omni iuris et facti exceptione remota, omnia et singula huiusmodi conventiones et capitula et per eos gesta infra spacium xx. dierum solemniter ratificabit et approbabit.

In primis conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod idem dominus noster dictum Comitem, ac eius filios, Civitates, Terras et subditos sub sua gubernatione existentes, ac suos adherentes et sequaces ad gratiam sue benignitatis, et sub sua et sedis apostolice protectione recipiet.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod dñus noster adhibebit omnem diligentiam, ut Civitas Civitatis Castelli, et Castra dicte Civitatis, que occupat Nicolaus de Fortebrachiis, venient sub immediato dominio ipsius domini nostri et ecclesie.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod fiat una Bulla sub data currenti, confirmans omnes gratias, indulta et capitula secundum reductionem ipsorum capitulorum novissime factam, cum plena etiam remissione et absolutione, cum ipsi Comiti obiectum fuerit post conclusionem dictorum primorum capitulorum conspirasse contra statum ecclesie: ita tamen quod dictus Comes ex conventione predicta tria milia florenorum de Camera, quos vigore primorum capitulorum et certi laudi a Camera apostolica recipere debebat, eidem dño nostro et Camere predicte remictit, et contentus est in dicta quantitate non esse amplius creditor.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod dominus noster ipsi Comiti licentiam det et prestet assensum, ut possit licite se et filios natos et nascituros Civitates, Terras et Castra, ac cives terrigenas et oppidanos sue gubernationi commissos ponere sub protectione Ducis et Illustrissimi dñii Venetorum, et quod fit unus ex recommendatis ipsius Ducis et dominii, iuribus Romane ecclesie semper salvis, prout apparebit in Bulla eiusdem domini nostri exinde facienda.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod tam dñus noster quam oratores et commissarii prefati dominii et Illustris Communitatis Florentie operabuntur, quantum in eis erit, quod Berardinus della Carda Capitaneus ad stipendia prefati dominii vel dicte Communitatis seu lige conducatur. Et si contigerit prefatum Berardinum, ut premictitur, conduci, conventum etiam est, ut pro observatione fidalitatis et capitulorum concludendorum filium suum prefato dominio tradat in obsidem. Et insuper conventum est, ut subito eidem Berardino salvusconductus concedatur, duraturus per mensem a data presentium computandum, ut secure transire possit cum eius comitiva equitum et peditum per terras ecclesie et ad dictum Comitem accedere. Si vero contingeret prefatum Berardinum, ut premittitur, non conduci, tunc liceat sibi conducere se ipsum ad stipendia cum quo voluerit: hac tamen conditione adiecta, quod contra prefatum dominum nostrum et dictam Romanam ecclesiam, ac eorum

subditos spacio unius anni facere non possit, quod Antonius et Ser Nicolaus prefati etiam ipsius Comitis nomine promiserunt.

Item ex conclusione et conventione inter partes predictas quibus supra nominibus edita Antonius et Ser Nicolaus prefati promiserunt, dictum Comitem facturum et curaturum realiter, et cum effectu et bona fide, ita quod omnes Terre, Castra et fortilitia, que tenentur per Magnificos dominos Galeatium et Carolum de Malatestis et Archiepum eorum fratrem, infra totum mensem Februarii proxime futurum ponantur sub potestate dicti dominii Venetorum, apud quod tractatus concordie agitatur, quibus, ut premictitur, assignatis conventum etiam est, ut utrinque offense tollentur.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, ut det prefatus Comes omnia Castra et fortelitia Civitatis predicte Civitatis Castelli, que tenet, infra terminum decem dierum, a die requisitionis per Magnificum virum dnum Andream Donato dicti dominii commissarium fiende computandorum, hiis, quos dnus dictus noster ad id deputaverit, assignare et tradere teneatur. Et insuper conventum est, ut Castra et fortilitia predicta continuo sub immediato dominio et regimine ipsius ecclesie sint.

Item ex conventione et conclusione inter partes predictas quibus supra nominibus edita Antonius et Ser Nicolaus prefati promiserunt, dictum Comitem facturum et curaturum realiter et cum effectu et bona fide, ut Sanctius Garilglia cum suis gentibus armigeris recedet de provincia Marchie Anconitane et Romandiole, et etiam ex omnibus Terris ecclesie infra terminum quadraginta dierum a data presentium computandorum, et ut hoc consequatur effectum, recipiet idem Comes a Sanctio predicto idoneos obsides vel cautiones idoneas. Quod si idem Sanctius non effecerit, Antonius et Ser Nicolaus prefati promictunt, quod dictus Comes Sanctium prefatum ac gentes suas offendet tamquam ecclesie et suos inimicos, et etiam ad omnem mandatum domini nostri hoc efficiet.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod dictus Comes realiter efficiet, quod ante assignationem Bullarum et Capitulorum sibi per prefatum dnum Andream consignandorum, Castellani fortilitiorum trium Castrorum ex Castris gubernationi ipsius Comitis commissis, per dictum dnum nrum nominandis et eligendis, prestabunt iuramentum dicto dominio, in hac videlicet forma, quod si contingeret prefatum Comitem contra conventa et predicta capitula venire et contra statum ipsius dni nostri et ecclesie facere, quod dicta fortelitia remaneant sub potestate dicti dominii Venetorum.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod dictus Comes pro observatione conventorum et capitulorum huiusmodi filium suum Federicum prefato dominio in obsidem dare teneatur.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, ut prefatus Comes pro observatione etiam conventorum et capitulorum huiusmodi modis et conditionibus debitis et oportunis pecunias, quas habet in monte dicte Communitatis, et domum, quam habet Florentie, etiam sub pecuniarum et domus predictarum perditione obligare teneatur.

Item conventum et conclusum existit inter partes predictas quibus supra nominibus, quod idem Comes realiter efficiet, quod dominium et Communitas prefate se obligabunt in debita forma, quod ipse Comes predictas conventiones et capitula huiusmodi inviolabiliter observabit.

In quorum omnium testimonium prefatus Camerarius impressionem sigilli Camerariatus et Camere apostolice, et Antonius et Ser Nicolaus predicti impressione sigilli parvi dicti Comitis presentibus duxerunt apponendas, Presentibus Venerabili viro domino Andree prefati dni nostri Secretario, et Egregiis et spectabilibus viris Iacobo de Molino cive Venetorum et Antonio de la Casa cive Florentino, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis, et me Cincio prefati domini nri Secretario et apostolica auctoritate notario, qui rogatus premissa in hanc notam redegi.

Actum Rome in palatio apostolico apud Sanctum Petrum in camera superiori, que respicit viridarium, Anno domini Millesimo quadringentesimo trigesimo secundo, die vero XXVIII. mensis Ianuarii, Pontificatus eiusdem domini nri anno secundo.

Ego F(RANCISCUS) Cardinalis Venetus dicti pape Camerarius manu propria me subscripsi et meo sigillo sigillavi.

Et ego NICOLAUS predictus ad testimonium et confirmationem predictorum dicti Antonii et mei nomine me subscripsi, et impressionem parvi sigilli Illustris domini mei Comitis prefati apposui consuetam.

CCLXIX.

Pontifex declarat Antonium de Columna eiusque fratres hostes Romanae ecclesiae et omnibus terris, castris, iuribus et bonis privatos, eaque confiscata et incorporata camerae apostolicae propter rebellionem et alia delicta.

Reg. Tom. VI. fol. 53.

EUGENIUS EPISCOPUS etc. Ad futuram rei memoriam. In apostolice sedis specula, disponente altissimo, constituti adversus nefaria opera malignancium, qui in reprobum sensum dati ac peiora malis semper addentes, que contra nos et Rom. ecclesiam et post remissiones eis factas quotidiè insurgere non formidant, tanto ferveneius nos docet insurgere, quanto ex eorum exemplo, si ipsorum sce-

lera impunita remaneant, maiora possent insurgere detrimenta. Sane dudum pro parte dilecti filii Angeli de Boncianis de Florencia, in legibus licenciati, generalis procuratoris fisci nostri et promotoris negociorum criminalium in Romane Curia, in generali Consistorio coram nobis exposito, quod dilectus filius Prosper sancti Georgii ad Velum aureum diaconus Cardinalis, et Antonius pro Principe Salernitano et Eduardo pro Comite Celani tunc se gerentes fratres, quondam Laurencii de Columna nati ac felicis recordacionis Martini pape V. predecessoris nostri nepotes, nonnulla preciosa mobilia, res et bona, ac immensas pecuniarum summas per eundem predecessorem in Palacio apud Sanctos Apostolos, in quo decesserat, relicta subtraxerant et suis bonis ac usibus applicuerant, illaque etiam post requisicionem per nonnullos Urbis officiales et alios pro parte nostra, ut ea necnon plura Castra, Terras et loca ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure spectancia per ipsum Antonium notorie occupata restituerent, eis factam, ipseque Prosper, Antonius et Eduardus pecunias et res ablatas predictas restituere penitus recusarent, ac deinde contra eandem ecclesiam et personam nostram sediciones et oppressiones varias excitare molirentur; cum ipsi Antonius et Eduardus, cooperantibus secum Iohanne Andrea de Rivofrigido de Columna et Corradino de Anthiochia, visitantes Romanam Curiam, et ad eam venientes et recedentes ab ea multiplicatis et reiteratis vicibus invadere hostiliter, ac mutilare, spoliare et multa alia enormia committere, ac vias publicas infestare, fideles ecclesie ac cives Romanos capere, incarcerare et exactionare, illorumque animalia et alia bona depredari et alienare, ac plura et gravissima dampna eis inferre presumerent; quodque idem Prosper seminatis in Urbe contra nos et eandem ecclesiam diversis conspiracionibus, Castra et fortilicia ad dictam ecclesiam legitime pertinentia nomine ipsius Antonii occupantes, ne illa eidem ecclesie restituerent, suis scriptis animare conatus esset, ac etiam Castrum Marini per dictum predecessorem testamento condito insolidum sibi relictum in offensam Urbis disposuisset, Stephanum quoque de Columna quondam Nicolai de Columna natum ad stipendia ecclesie conductum, ne pacta servaret, sediciose corrupisset, ac nobis et fratribus nostris insciis eandem Urbem inlicenciatus exivisset, et se ad fratres suos et alios ecclesie hostes contulisset dando eis auxilium, consilium et favorem, adeo ut ipse Antonius et Stephanus de Columna ac nonnulli alii Nobiles ac Cives Romani, et alii eorumdem in ea parte complices, fautores, adherentes et sequaces portam Appiam dicte Urbis per eos tunc fraudolenter captam et occupatam intraverint violenter Urbem ipsam, ac Castra illi vicina eis subicere et personam nostram necnon Venerabiles fratres nostros ipsius ecclesie Cardinales offendere, seu saltim profugare, Curiales et eorum bona prede, nonnullosque eiusdem Urbis Cives gladio eorumque domos igni summittere, cooperantibus prefatis Iohanne Andrea de Rivofrigido moliri, fabricari et facere et committere una cum ipso Corradino de Anthiochia presumpsissent: Nos tunc exposita per procuratorem huiusmodi, prout erant publica et notoria ac manifesta, declarantes post diversas citacionis litteras per nos et de mandato nostro eisdem factas, servatisque aliis solemnitatibus in talibus servari consuetis, contra Antonium, Iohannem Andream, Corradinum, Cives, complices et adherentes predictos, de dictorum fratrum consilio procedentes, eos per nostram diffinitivam sentenciam lese maiestatis, conspiracionis, rebellionis et alia supra dicta crimina et excessus commisisse et perpetrasse, ac illorum patratores reos criminis lese maiestatis, et publicos et notorios dicte ecclesie hostes et illius bonorum invasores, raptores et occupatores et sacrilegos fuisse et existere, ipsosque diversas sentencias, censuras et penas spirituales et temporales tunc expressas, et alias tam a iure quam ab homine in talia perpetrantes inflictas damnabiliter incurrisse pronunciavimus, decrevimus et etiam declaravimus. Ac deinde cum Prospero et Eduardo predictis, quamquam excessus huiusmodi quo ad eos quoque a plerisque notorii censerentur, mitius tamen tunc agentes, dilectis filiis Iohanni sancti Laurencii in Lucina pbro, et Ardicino ss. Cosme et Damiani diacono Cardinalibus commisimus, ut super premissis, quantum Prosperum et Eduardum prefatos concenerent, facto veritatis dumtaxat inspecto, se informarent, et que reperirent veritate fulciri, referrent nobis: qui cum postmodum retulissent predicta omnia per Prosperum et Eduardum prefatos notorie fuisse commissa, nos propterea eorum omnia bona prophana Camere nostre Romane confiscavimus, ac prefatum Prosperum omnibus beneficiis ecclesiasticis sibi in commendam concessis privavimus, revocantes in illis omnes administraciones et commendas per quosque summos pontifices ipsi concessas. Cum autem postmodum pro parte dictorum Prosperi et Antonii ac Eduardi, Iohannis Andree et Corradini predictorum per Antonium de Rivofrigido eorum procuratorem ad nos destinatum fuerit expositum, quod ipsi ad cor reversi suaque errores et crimina recognoscentes de premissis ab intimis dolerent, ac cuperent corde contrito et humiliato ad eiusdem ecclesie gremium, et nostram et dicte sedis devocionem et obedienciam redire, et in illis se de cetero incommutabiliter permanere, ipseque Antonius de Rivofrigido propterea in nostra presencia constitutus, habens speciale mandatum ab ipso Prospero et aliis antedictis, nonnulla pacta et capitula inter nos et Antonium prefatum inivit et conclusit, ac (ut) Prosperum et alios predictos ad graciam recipere dignaremur,

humiliter supplicaverit: Nos tunc attendentes, quod sedis apostolica non consuevit humiliter petentibus veniam denegare, ipsius Prosperi et aliorum supplicacionibus inclinati, Prosperum, Antonium, Eduardum et Iohannem Andream ac Corradum predictos, ac nonnullos alios eorum complices, fautores, adherentes et sequaces ab omnibus et singulis huiusmodi rebellionibus, occupacionibus, rapinis, incendiis, presumptionibus, excessibus, homicidiis, criminibus et delictis, et quibuscumque aliis etiam premissis maioribus seu gravioribus, ac eciam lese maiestatis crimine, sive de eis esset cognitum, sive non, etiam si talia (sint), de quibus nobis nulla noticia facta foret, nec non ab omnibus et singulis processibus, condemnacionibus, diffidacionibus, bandimentis, denunciacionibus, decretis, voluntatibus, excommunicacionis quoque, suspensionis, privacionis, inhabilitacionis, interdicti aliisque sentenciis, censuris et penis contra eos et eorum aliquem per nos ac tam a iure quam ab homine factis, latis, inflictis et promulgatis, ac quibuscunque aliis in dicta nostra sentencia contentis, in quas ipsi aut ipsorum aliquis quomodocunque incurrerunt, auctoritate nra apostolica de fratrum nostrorum consilio, ac de certa nostra sciencia absolvimus et penitus liberavimus, illisque illas remisimus, ac ad omnia ipsorum iura, privilegia, indulta, bona, dominia, Vicariatus, feuda, officia et beneficia quecunque et quascunque commendas, nec non famam et honores ac in statum pristinos, in quibus ante patrata et commissa et sentencias latas huiusmodi erant, auctoritate prefata restituimus et reintegravimus, omnemque inhabilitatis et infamie maculam sive notam abolevimus, Decernentes nichilominus, quod si Prosper, Antonius, Eduardus et alii supradicti ullo unquam tempore a devocione, obediencia et fidelitate nostris et ipsius ecclesie se subtraherent, aut capitula inter nos et ipsum Principem inita non servarent, in pristinas obligaciones, sentencias, censuras et penas spirituales et temporales, prout eos vel eorum quemlibet contingerent, delinquentes dumtaxat reinciderent eo ipso, prout in diversis nris desuper confectis litteris, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Cum autem nuper, quod dolenter referimus, pro parte dicti Angeli procuratoris nobis fuerit expositum, quod Prosper et Antonius pro principe Salernitano se gerens, ac Eduardus, Corradinus et Iohannes Andreas predicti tanquam canes ad vomitum redeuntes ac pacta et conventa minime servantes, sed potius contra nos et ecclesiam insurgentes, Nicolaum de Fortebrachiis hostem notorium nostrum et ipsius ecclesie in suis terris Urbi vicinis cum suis armigeris gentibus equestribus et pedestribus susceperint, hostiliter Urbem et eius districtum invadendo, predando, spoliando, captivos agendo, cedibus et rapinis omnia perturbando, depopulando et alia enormia facinora perpetrando, que hostilis rabies persuadet, quodque etiam idem Prosper, qui plus ab ecclesie turbacionibus debuisset proculdubio abstinere, nobis et prefatis fratribus nris inscijs ex Urbe furtive iterato illicenciatus exivit, coniungens se fratribus ac dans eis in predictis auxilium, consilium et favorem, ac pro parte eiusdem procuratoris nobis humiliter supplicato, ut attentis premissis, que adeo sunt notoria et manifesta, quod nulla possunt tergiversacione celari, contra eosdem Prosperum, Antonium, Eduardum, Corradinum et Iohannem Andream procedere, ipsosque et quemlibet ipsorum pronunciari et declarari contra capitula predicta venisse, illaque minime observasse, seque ipsos ab obediencia et fidelitate nostris et Romane ecclesie subtraxisse, ac penas et sentencias supradictas incurrisse, ac lese maiestatis crimen commisisse, nec non omnibus honoribus, dignitatibus, beneficiis, commendis, dominiis, feudis et bonis quibuscunque ecclesiasticis et prophanis privatos esse declarare vellemus: Nos attendentes, quod arbores, que non faciunt fructus bonos, succidi et in ignem mitti doctrina evangelica edocemur, ac propterea non volentes, premissa, que manifesta sunt et notoria, absque dei offensa ulterius tollerare, prefatos Prosperum, Antonium, Eduardum, Iohannem Andream et Corradinum citatos legitime et relatos reputantes, prout existunt merito contumaces, qui se a nostra et ipsius ecclesie fidelitate et obediencia subtraxerunt, nec ullo modo conventa et pacta inter nos et ipsos servaverunt, nec promissa adimpleverunt, sed nostris et ipsius ecclesie hostibus et rebellibus adheserunt et faverunt, contra eorum iuramenta et promissiones nequiter veniendo, in omnes et singulos prefatas sentencias et penas reincidisse ac lese maiestatis et alia predicta crimina commisisse, ipsosque notorios Romane ecclesie hostes existere et extitisse, omnibusque eorum officiis et beneficiis ac commendis tam ecclesiasticis, quam profanis fuisse et esse ipso iure privatos, ac Civitates, Castra, Terras, loca et iura ac bona ipsorum quecumque apostolice Camere fuisse et esse confiscata et incorporata, auctoritate apostolica decernimus et etiam declaramus, supplentes omnes defectus, si qui forsan presentibus ex aliqua causa intervenissent. Nos autem nostras litteras nolumus aliquo surreptionis vel obreptionis vicio subiacere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitucionis, declaracionis, supplecionis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis dei etc. se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Laurencium in Damaso Anno Incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo trigesimo tercio, septimo Id(ibus) Octobris, Pontificatus nostri anno tercio.

CCLXX.

Universis Marchiae Anconitanae, ut Francisco Sfortiae eorum marchioni census et alios quoscumque introitus solvant. *Reg. Tom. VIII. fol. 12.*

Eugenius episcopus etc. Universis et singulis Communitatibus, Universitatibus, populis, nobilibus et officialibus Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum provincie nostre Marchie Anconitane, salutem etc. Cum hodie dilectum filium nobilem virum Franciscum Sforcie, Cotignole et Ariani Comitem, Marchionem provincie nostre Marchie Anconitane, quousque vitam duxerit in humanis, per nras certi tenoris litteras duxerimus deputandum: Nos, ut idem Franciscus onera regiminis et gubernacionis diete provincie valeat habilius supportare, de congrua subvencione eidem providere volentes, Universitati vestre et vestrum singulis districte precipimus et mandamus, quatenus de talliis et censibus, affictibus, sale, gabellis et aliis quibuscumque introitibus et iuribus Camere apostolice a die date presencium inantea debendis eidem Francisco Marchioni, vel eius officialibus integre respondeatis, quemadmodum nobis vel Thesaurario et officialibus nostris et dicte Camere solvere et respondere tenemini, et hactenus exitit consuetum: alioquin sentencias, mulctas sive penas, quas ipse vel eius officiales rite tulerint seu statuerint in rebelles, ratas habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Dat. Rome apud Sanctum Crisogonum anno Incarnationis dominice MCCCCXXXIIII. VIII. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno quarto.

CCLXXI.

Clericis camerae apostolicae, ut cardinalem camerarium per Romanos detentum pristinae libertati restituendum curent. *Reg. Tom. VII. fol. 1.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Magistris Iohanni de Reate et Iacobo de Racaneto decretorum doctoribus, Camere apostolice Clericis, Nunciis et Commissariis nris, salutem etc. Decet sedem apostolicam in suis actibus comitem habere clemenciam, ut viscera gestans misericordie plena prompta sit parcere lapsusque cadencium reparare. Sane cum dilecti filii populus et cives Romani inter cetera dilectum filium Franciscum tituli sancti Clementis presbiterum Cardinalem Veneciarum, Camerarium nostrum, detinuerint, prout continuo detinent, nostraque et Camere apostolice ac nostrorum Curialium plurima diripuerint bona, inter que sunt bullarum apostolicarum et ceterorum Romane Curie actorum iuriumque registra; quibus ex rebus factum est, ut dilecti filii Castri nostri S. Angeli de Urbe Castellani contra illos tamquam contra nros et ecclesie hostes egerint, Urbemque et ipsius incolas leserint nuper, quo acciderit, ut dictorum Castellanorum prudencia et virtute Octo ex predictis civibus Romanis captivati fuerint, qui in ipso Castro Sancti Angeli detinentur: Nos predictorum Romanorum incommodis compatientes, illorumque damnis et molestiis obviare paterno affectu desiderantes, vobis ambobus simul et unicuique vrum divisim tractandi cum predictis Romanis supradicti dilecti filii nostri Cardinalis Veneciarum liberacionem, et supradictorum registrorum bonorumque integram recuperacionem, et si ea cum effectu fiant totaliter vel pro parte, cum Castellanis nris Castri S. Angeli iuxta commissiones illis per nos factas operandi, quod octo cives illos et alios, si qui forent, sive eorum partem, prout discrecioni vestre videbitur, libere relaxent et pristine restituant libertati; et insuper cum antedictis Castellanis Castri S. Angeli ac cum Castellanis Hostie et Civitatis Vetule agendi, ut cum populo Romano treugam vel perpetuam vel ad certum tempus, prout vobis videbitur, faciant, et hiis omnibus vel eorum parte recte, ut prefertur, compositis atque effectualiter adimpletis, omnia crimina et excessus ac delicta per Romanos predictos, aut quemlibet ipsorum usque in presentem diem quandocumque et qualitercumque contra nos et Cameram apostolicam, Cardinalem prefatum Curialesque nostros perpetrata seu commissa, quantum concernunt seu concernere possunt publicum interesse, seu nos vel Cameram aut Cardinalem prefatos, auctoritate apostolica remittendi, ac eos plenarie absolvendi et liberandi plenam et liberam tenore presencium concedimus facultatem, ratum et gratum habituri quicquid in premissis et eorum quolibet, ac circa predicta per vos tractatum, ordinatum, firmatum, oblatum, promissum et alias factum fuerit sive gestum. Datum Florencie anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo trigesimo quarto, IIII. Idus Iulii, Pontificatus nostri anno quarto.

CCLXXII.

Bertus Boni officialis molendinorum comitatus Bononiensis constituitur. *Reg. Tom. VII. fol. 6.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Berto Boni Superstiti molendinorum Comitatus nri Bononie, salutem etc. Probate fidei sinceritas ac singularis devocionis affectus, quem ad nos et Rom. geris ecclesiam, promerentur, ut personam tuam specialis favoris gracia prosequamur. De tua igitur probitate in domino confidentes, ac sperantes, quod ea, que tibi committenda duxerimus, prudenter exequeris, te officialem superstitem molendinis Comitatus nostri Bononie, videlicet parte seu liga, ut vocant, sancti Iohannis, usque ad nostrum beneplacitum, Kalendis Augusti proxime futuri inchoandum et ut sequitur finiendum, cum salario, exercitio, honoribus et oneribus consuetis auctoritate apostolica tenore presencium facimus, constituimus ac eciam deputamus, Tibi nichilominus omnia et singula, que

ad officium ipsum spectant seu pertinent quomodolibet de consuetudine vel de iure, agendi, faciendi et exercendi potestatem et facultatem plenariam eadem auctoritate concedentes, ac mandantes omnibus, ad quos spectat, quatenus te ad dictum officium admittant tibique in hiis, que ad officium ipsum spectant, plenarie pareant et intendant, et de salario debito et consueto respondeant ac responderi faciant cum effectu. Volumus autem, quod antequam officium ipsum incipias exercere, de eo fideliter et diligenter ad nostrum et ecclesie Romane statum ac honorem laudabiliter exercendo in manibus Venerabilis fratris nři Danielis Epi Concordiensis, Thesaurarii nři, debitum prestes in forma solita iuramentum. Datum Florencie XXVII. Iulii (Pontificatus nostri anno quarto).

CCLXXIII.

Florentinis, ut XXVM. florenorum auri Francisco Sfortiae capitaneo ligae solvant. *Reg. Tom. VII. fol. 33.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus Artium et Vexillifero iusticie populi et Communitatis Florencie, salutem etc. Cum proximis diebus tractatum et conclusum fuerit, ut pro salute et bono status nostri et Romane ecclesie, et lige dilectorum filiorum dominii Venetorum et Communitatis vestre conduceretur ad stipendia nostra dilectus filius Franciscus Sforcia de Attendolis cum lanceis octingentis et totidem peditibus, et deo dante acciderit, quod ipsa conducta firmiter sit conclusa cum certis pactis et promissionibus, que per capitula superinde confecta declarantur; et inter cetera promiserimus quinquaginta millia florenorum auri de Camera ipsi pro prestancia et nomine prestancie infra terminum unius mensis, die penultimo mensis Novembris proxime elapsi inchoati et ut sequitur finiendi, solvere et numerare, vosque dimidiam partem predicte prestancie, videlicet florenorum auri XXVM., prout tractum fuerat, pro nobis et nostro nomine promiseritis solvere sine aliqua spe future restitucionis: ideo nos cupientes promissiones per nos factas observare, devocioni vestre mandamus, quatenus predictam quantitatem XXVM. florenorum auri de Camera predicto Francisco Sforcie, sive Contuccio de Matheis de Canaria illius Cancellario et procuratori, nostro et Romane ecclesie nomine solvere seu solvi facere curetis, et quitancias pro quantitate predicta nostro et ecclesie nomine recipi faciatis. Datum Florencie XV. Kal. Ianuarii (Pontificatus nostri anno quarto).

CCLXXIV.

Cardinali camerario, ut Perusinis ligam incundi cum Florentinis licentiam concedat. *Reg. Tom. VII. fol. 47.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Francisco tituli s. Clementis presbitero Cardinali Venetiarum, Commissario nostro, salutem etc. Ea, que pacis sunt, desideriis affectantes, illorum votis libenter annuimus, quos terrarum nřarum et ecclesie quietem securitatemque fideliter curare videmus. Sane cum dilecti filii Priores et Communitas Civitatis nostre Perusine per medium dilectorum filiorum nobilium virorum Francisci de Coppolis, Agamenonis de Archipresbiteris militum et Bargi de Bargis, oratorum suorum, certam per hos dies cum dilectis filiis populo et Communi Florencie praticam habuerint nobis notam confederacionis et lige inter ipsas Communitates pro certo tempore firmande, quam quidem ligam cum nřo et Romane ecclesie honore fieri, et ad ipsius nostre Civitatis Perusine securitatem tanquillitatemque cedere cognoscimus, dictorum nostre Civitatis Priorum et Communitatis supplicacionibus inclinati tibi committimus, ut licenciam predictis oratoribus nostro nomine concedas dictam ligam nomine Communitatis Perusine predicte firmandi, et concludendi cum populo et Communi Florencie antedictis, ratum et gratum habituri, quicquid in ea re factum per te fuerit sive gestum. Datum Florencie etc. — die XXII. Aprilis MCCCCXXXV. Pontificatus nostri anno quinto.

CCLXXV.

Capitula inter camerarium et oratorem P. archiepiscopi Patracensis, Caroli et Galeatii fratrum de Malatestis inita de plenia venia et gratia per pontificem dictis fratribus eorumque sequacibus impertienda. *Reg. Tom. VII. fol. 57.*

In nomine domini amen. Anno ab ipsius Nativitate Millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, die VI. mensis Iulii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri Eugenii digna dei providencia pape IIII. anno quinto.

Secuntur capitula, promissiones, convenciones et pacta inita, facta et conclusa inter Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Franciscum miseracione divina tituli s. Clementis presbiterum Cardinalem Venetiarum, Sanctissimi dñi nostri Eugenii pape IIII. Camerarium, de mandato Sanctitatis prefate oraculo vive vocis sibi, ut asseruit, facto ex una, et Venerabilem fratrem Antonium de Regio Reverendi in Christo patris et dñi Pandulphi Archiepiscopi Patracensis, ac Magnificorum dominorum Galeatii et Caroli fratrum de Malatestis Pensauri etc. oratorem et procuratorem, prout de ipsius mandato constat publico instrumento manu Ser Orlandini de la Tamba, Notarii publici, a me Blando infrascripto viso et lecto ex altera partibus.

In primis promittit idem Reverendissimus dominus Camerarius, quod Sanctitas prefata manentibus et effectum habentibus infrascriptis condicionibus dignatur recipere predictos dños ad graciam et misericordiam sue Sanctitatis, et de commissis per eos tam contra suam Sanctitatem, quam contra sanctam matrem ecclesiam ex sua benignitate et

clemancia facere remissionem, et cum eisdem misericorditer dispensare absolvendo eos, officiales, Communitates ac subditos, cuiuscunque gradus et condicionis existant et utriusque sexus, a quibuscunque commissis spiritualiter vel temporaliter, et eciam ab omnibus, de quibus ipsi Sanctissimo dño nostro nulla noticia facta foret, restituendo et redintegrando eos et unumquemque ipsorum ad omnia eorum bona, iura, dignitates et gracias, privilegia et immunitates in forma plenissima et in iure valida, et cum omnibus clausulis necessariis et oportunis, et prout erant ante commissa per eos, absolvendo eos, Reverendum patrem dominum Pandulphum, Galeatium et Carolum, eorumque officiales tam clericos, quam laicos, eciam si Episcopali fulgeant dignitate, et Communitates, et subditos, cuiuscunque dignitatis, gradus, condicionis et preeminencie existant et utriusque sexus, ab omni vinculo tam maioris quam minoris excommunicacionis in forma de iure bene valida et in similibus casibus consueta, et eciam ab omni interdicto et irregularitate.

Item quod Sanctissimus dñus noster dignatur predictis Reverendo patri domino P., G. et C. eorumque officialibus ac subditis facere remissionem de quibuscumque damnis per eos illatis quomodocunque, et qualitercunque officialibus ac gentibus subditis terrarum sancte matris ecclesie, de quibuscunque invasionibus, depredacionibus, robariis, incendiis, et de quibuscunque tam contra Sanctissimum dominum nostrum, quam sanctam Romanam ecclesiam, eius gentes, officiales ac subditos per eos, aut alios eorum nomine seu occasione illatis, sed omnia intelligantur remissa et quictata quo ad interesse publicum et privatum, et quod pro premissis vel aliquo premissorum vel ab eisdem dependentium de iure vel de facto in iudicio vel extra aliquo quesito colore vel causa usque ad presentem diem non possint molestari vel inquietari quoquomodo, et eciam si aliqui fuissent de terris ecclesie gubernacioni predictorum domini P., G. et Caroli aut eorum genitori commissis.

Item quod eadem Sanctitas dignatur facere remissionem et quietacionem de omnibus et singulis censibus, talleis, affictibus et de omnibus et singulis collectis, gravaminibus et solucionibus quibuscunque et aliis quibuscunque obligacionibus Camere apostolice debitis et debendis per totum mensem Iunii proximo preteriti, et facere bullam remissionis predictorum in forma plena et de iure valida.

Item ex speciali gracia, quod omnes titulos Vicariatuum, quos singulariter vel coniunctim habent ab ecclesia in quibuscunque Civitatibus, Terris, Castris et locis sancte Romane ecclesie, dignatur Sanctitas sua eis confirmare in forma, qua erant antequam aliqua novitas inter Sanctitatem domini nostri et ipsos primitus sequeretur.

Item quod omnes et singule bulle et littere ac privilegia fienda super premissis debeant concedi, fieri et extendi in forma plenissima et de iure valida, et transeant ubique gratis de mandato.

E converso promittit idem Venerabilis frater Antonius nomine quo supra predicti Reverendi patris dñi Pandulphi, Galeatii et Caroli de Malatestis de Pisauro, quod erunt perpetuo devoti et fidelissimi servitores sancte Romane ecclesie et Sanctissimi domini nostri, et restituent et consignabunt ac libere relaxabunt omnia et singula Castra Vicariatus Mundavii, que ad presens tenent et possident, in manibus Sanctissimi dñi nři, vel in manibus cuiuscunque sui specialiter commissarii, cum cassariis et forteliciis in dictis Castris existentibus.

Item quod licet predicti domini de Malatestis sint non solum pauperes, sed mendici, solvent ducatos decem millia de Camera, videlicet in hunc modum et in infrascriptis terminis, videlicet per totum mensem Augusti proxime venturi florenos duo millia quingentos, et in festo Nativitatis domini nři proxime venturi florenos duo millia quingentos, residuum vero, videlicet florenorum quinque millium, solvent infra duos annos proxime venturos, incipiendo a dicto festo Nativitatis et finiendo prout sequitur, videlicet florenos duo millia quingentos quolibet anno, et nichilominus solvent eciam annuatim censum consuetum et quidquid aliud preteritis temporibus solvere tenebantur et consueti erant.

Item contentatur idem frater Antonius nomine quo supra pro predictis omnibus observandis et integraliter adimplendis, quod omnes et singule bulle ac brevia et littere, quas et que de predictis fieri oportebit, deponantur penes Spectabilem virum Cosmam de Medicis honorabilem civem Florentinum, qui debeat dictas bullas, litteras et brevia conservare, quousque per predictos dominos Pandulphum, Galeatium et Carolum fuerit soluta prima quantitas primi termini tocius mensis Augusti proxime futuri de quantitate duorum millium quingentorum florenorum auri de Camera, et fuerit idonee cautum et data idonea promissio, videlicet Illustris domini Marchionis Mantue aut alterius ad hoc sufficiens existentis, de solvendo residuum in terminis prenominatis modo et forma predictis: hoc expresso et totaliter declarato, quod quandocumque antedictum terminum predicti solverent dictam primam quantitatem duorum millium quingentorum florenorum, et darent idoneam fideiussionem de residuo, debeant habere dictas bullas. Et dictus Cosmas depositarius predictus teneatur et debeat subito, et absque alia commissione, licencia vel mandato assignare predictis dño Pandulpho, Caleatio et Carolo, vel eorum procuratori omnes et singulas bullas, brevia et litteras predictas solum habita noticia de dicta solucione facta. Et quod Castrum

Gradarie cum arce et eum omnibus pertinenciis suis debeat, facta dicta secunda solucione dictorum duorum millium quingentorum florenorum in dicto termino vel ante, libere restitui in manibus dictorum Reverendi patris dñi Pandulphi, Galeatii et Caroli sine aliqua exceptione.

Item ex nunc prefati Pandulphus, Galeatius et Carolus omnes eorum lites, quas habent cum quibuscumque eorum rebellibus exititiis, et aliter ex domo propria absentibus occasione novitatum predictarum, compromittunt in Reverendissimum in Christo patrem et dñum, dñum Franciscum tituli sancti Clementis presbiterum Cardinalem, Sm̄i dñi nostri pape Camerarium antedictum, solum tamen et dumtaxat de causis bonorum ipsorum rebellium et non de aliis: cuius laudo, determinacioni et sentencie in omnibus stare et obedire promittunt.

Item promittit idem frater Antonius, quod predicti domini predicta omnia infra quindecim dies per litteras patentes sigillis eorum munitas approbabunt et solemniter confirmabunt.

Et iuravit idem frater Antonius corporaliter ad sancta dei evangelia in animam constituentium, quod predicta omnia et singula observabunt. Volueruntque partes predicte, quod de predictis unum et plura conficerem instrumenta seu capitulorum paria sigillo prefati Reverendissimi domini Camerarii roborata, et manu ipsius fratris Antonii subscripta.

Acta fuerunt predicta in Civitate Florencie in domibus habitacionis prefati Reverendissimi domini Camerarii sitis in via Scale, in camera sua supra logiam, presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Christoforo Episcopo Cerviensi et Angelo Episcopo Parentino, et egregio legum doctore dño Iohanne de Interamnia auditore Magnificorum dominorum Arimini, et Nobili viro Nicolao de Strassoldo supradicti Reverendissimi domini Scutifero et Cubiculario.

Et ego Blondus quondam Antonii Blondi de Forlivio, publicus Imperiali auctoritate et Camere apostolice Notarius, nuncque Sanctissimi domini nostri et Reverendissimi dñi Camerarii predictorum secretarius, predicta rogatus notavi et in hanc publicam formam aliena manu propter occupaciones redegi, signo tabellionatus et nomine meo ad robur predictorum manu propria appositis.

In Christi nomine, amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo trigesimoquinto, Indictione xiii. tempore Sanctissimi in Christo patris et domini, dñi Eugenii divina providencia pape IIII. et die octava mensis Maii sponte, proprio motu et ex certa sciencia Reverendissimus in Christo pater ac Magnifici et potentes dñi, dñus Pandulphus Archiepiscopus et Galeacz nati quondam bone et recolende memorie Magnifici et excelsi domini Malateste de Malatestis Pisauri etc. pro se et vice et nomine Magnifici dñi Caroli eorum fratris, pro quo promiserunt de rato etc. omni modo, via, iure et forma, quibus magis et melius de iure fieri potest et debet, fecerunt, constituerunt, ordinaverunt et deputaverunt Reverendum patrem, Conventus Pisauri Rectorem, fratrem Antonium de Regio ordinis Predicatorum, presentem et acceptantem, eorum et cuiuslibet ipsorum verum ac legitimum procuratorem, actorem, factorem et certum nuncium specialem, specialiter et expresse ad se presentandum coram pedibus Sm̄i atque beatissimi patris et dñi nr̄i prefati, et dicto nomine petendum et humiliter postulandum misericordiam atque veram indulgenciam de commissis per eos etc. Item ad impetrandam confirmacionem suorum Vicariatuum et bullas obtinendum in forma, necnon pro certis terris novam concessionem Vicariatuum noviter impetrandarum. Item ad promittendum, prout et secundum quod sibi procuratori videbitur et placebit, omnem pecuniarum quantitatem ac omnes terras et castra Vicariatus Mondavii, que nunc ipsi Magnifici dñi tenent et possident, causa obtinendi predicta, et eciam remissionem censuum preteritorum. Item pro predictorum observacione promittendum et obligandum prefatos Magnificos dominos et eorum bona, et in oportunis et necessariis in animam ipsorum constituentium iurandum etc. et generaliter ad omnia alia et singula dicendum, faciendum, gerendum et exercendum, que in predictis et circa predicta requiruntur, et que prefati Reverendissimus et Magnifici domini constituentes dicere, facere, promittere et exercere possent, si personaliter adessent, eciamsi talia forent, que mandatum exigerent speciale, Dantes et concedentes dicto eorum procuratori plenum et liberum atque generale mandatum, cum plena, libera et generali administracione in predictis et circa predicta, promittentesque prefati Magnifici domini pro se ipsis et nomine quo supra, quod quidquid dictum, actum, factum, gestum et procuratum fuerit per dictum eorum procuratorem firmum, ratum et gratum habere, et non contra facere vel venire in aliquo de iure vel de facto, sub pena et obligacione omnium ipsorum et cuiuslibet ipsorum bonorum presentium et futurorum. Insuper volentes prefati Reverendissimus et Magnifici domini dictum eorum procuratorem ab omni satisdacionis onere relevare, promiserunt de iudicio sisti et iudicato solvendo sub iam dicta obligacione, et ad maiorem cautelam iuraverunt in manibus mei notarii infrascripti predicta observare, et non contrafacere sub pena periurii canonice vel civilis.

Actum in Civitate Pisauri in domibus residencie suprascripti Reverendissimi dñi Archiepiscopi de Malatestis, in quadam camera sue residencie dicta la Camera de la Stufa, posita et confinata iuxta stratam publicam Communis ab uno, ab aliis vero iuxta domos Magnificorum dominorum prefatorum

Galeaz et Caroli eius fratrum et ipsummet dñum Archiepiscopum, presentibus spectabili et egregiis viris domino Benedicto de Gambacurtis de Pisis Potestate Civitatis Pisauri, Ser Antonio de Strallis de Colductio Cancellario Communis prefate Civitatis, necnon Gentile de Nobilibus de Collemitis Cancellario dicti Reverendissimi dñi Archiepi testibus ad hec vocatis, habitis et rogatis.

Et ego Orlandinus Ser Bartolini de Tumba, Comitatus Pisauri publicus Imperiali auctoritate notarius ac iudex ordinarius, neo non Cancellarius prefatorum Reverendissimi et Magnificorum dñorum, predictis omnibus interfui, et de predictis rogatus scripsi et publicavi, signumque meum consuetum apposui.

Potestas, Consilium et Commune Civitatis Pisauri universis et singulis, ad quos presentes advenerint, Salutem in eo qui dare potest. Notum facimus earumdem serie litterarum, qualiter vir circumspectus Ser Orlandinus Ser Bartolini de Tumba, Comitatus Pisauri Notarius publicus, qui rogatus die VIII. mensis instantis scripsit et autenticavit quoddam mandatum procuratoriam factum per Reverendissimum patrem in Christo, et Magnificos et potentes dños nostros, dños Pandulphum, Galeaz et Carolum de Malatestis Pensauri etc. in personam Venerabilis patris fr. Antonii de Regio ordinis Predicatorum, presentem et acceptantem, specialiter ad se presentandum pedibus Sanctissimi dñi nostri summi pontificis nomine ipsorum dominorum constituentium etc. fuit et est publicus et autenticus Notarius, qui dudum exercuit et quotidie exercet artem notarie et tabellionatus officium in hac Civitate ac eius Comitatu, ipsiusque scripturis publicis (et) instrumentis in iudicio et extra perhibetur plena fides et indubia, seu (sicut) cuiuscumque alterius notarii publici ydonei autentici et fidelis ubique locorum, in quorum omnium testimonium eas ipsas patentes litteras per Cancellariam nři Communis fieri fecimus ipsius soliti sigilli munimine roboratas. Datum Pisauri in Cancellaria Communis die IX. Maii MCCCCXXXV. Indictione XIII.

Littera confirmacionis Capitulorum conclusorum inter dominum Camerarium et dños Pisauri.

Universis et singulis has presentes litteras inspecturis, Notum facimus nos Pandulphus Archiepiscopus Patracensis, Galeaz et Carolus filii quondam recolendo memorie Magnifici dñi Malateste de Malatestis, Pisauri etc. pro sancta Rom. ecclesia et domino nřo papa Vicarii generalis, Quod cum dignata fuerit Sanctitas beatissimi dñi nostri pape Eugenii nos servulos suos ad suam graciam acceptare, et die sexta mensis presentis fuerint super hoc inita, firmata, conclusa et stipulata certa capitula, promissiones, convenciones et pacta inter Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dñm Franciscum miseracione divina tituli sancti Clementis presbiterum Cardinalem Venetiarum, Sñi domini nři pape Eugenii Camerarium, de mandato sanctitatis prefate oraculo vive vocis sibi facto ex una parte, et Venerabilem et egregium virum fratrem Antonium de Regio ordinis Predicatorum, oratorem et procuratorem nostrum, ex parte alia, Nos illico audita relacione dicti oratoris nostri supradicta omnia pacta, promissiones, convenciones et capitula approbavimus, confirmavimus et ratificavimus, et sic tenore presencium affirmamus, confirmamus et ratificamus, promittentes omnia et singula per dictum oratorem nostrum nostro nomine promissa facere, attendere et observare, et in nullo contravenire sub ypoteca et obligacione omnium nostrorum bonorum presencium et futurorum. In quorum omnium fidem, robur et testimonium has nostras patentes litteras fieri fecimus per Matheum de Saxoferrato, Notarium publicum et Cancellarium nostrum, et magni nostri sigilli trium capitum munimine roborari. Datum in Castro Montis Abbatis Comitatus Pisauri die XIII. Iulii, Anno domini Millesimo quadringentesimo trigesimoquinto.

CCLXXVI.

Procuratorium a duce Mediolanensi datum ad concordiam inter ipsum et pontificem Venetosque ac Florentinos ineundam. *Reg. Tom. XXI fol. 53 et 54.*

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti feliciter, amen. Illustrissimus Princeps et Excellentissimus dominus, dñus Philippus Maria Anglus Dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes et Ianue dominus, cupidus semper pacis et quietis Italie, ac ipsam non solum desiderans, sed omni studio querens, et presertim anxius ab effectibus demonstrare, quod nil magis desiderat, quam pacem ipsam amplecti ut bonus et devotus filius sancte matris ecclesie et pastoris eiusdem, omnibus iure, modo, via, causa et forma, quibus melius et validius potuit et potest, deliberate et ex certa sciencia, nullo iuris vel facti errore ductus, cum interventu quarumcunque solempnitatum in talibus [et seu] tam a iure quam a consuetudine requisitarum, confisus de summa sciencia, prudencia, experiencia et iamdiu comprobata fide virorum specialium procuratorum suorum infrascriptorum, de quibus uti de se ipso ex omni parte confidit, et quibus longe maiora committeret, sic exigentibus fide et virtutibus eorumdem, in dei nomine constituit, ordinavit et fecit ac constituit, ordinat et facit spectabiles viros dominum Guarnerium de Castilliono, iuris utriusque doctorem famosissimum, et Lanzelottum Crottum, consiliarios ipsius Illustrissimi domini dñi Ducis, solempnes Oratores, Commissarios, procuratores, factores, nuntios et missos, et quicquid melius dici et esse possit, et utrumque eorum in solidum, ita quod preoccupantis melior non sit conditio, sed

ubi unus ipsorum inceperit, alius prosequi, mediare et finire possit, specialiter et expresse ad nomen ipsius domini Ducis, et pro eo, subditis, colligatis, adherentibus et recommendatis suis praticandum, tractandum, ventilandum, discutiendum, concludendum, firmandum, stabiliendum et perficiendum quecunque federa, pacta et quascunque conventiones, concordias et quodcumque aliud genus concordii cum Sanctissimo domino nostro, domino Eugenio papa IIII. et cum quocunque eius nomine et pro eo agente de, pro et super quibuscunque differenciis, discordiis, divisionibus et aliis quibuscunque novitatibus natis, ortis, et que fuerunt quoquomodo ac in futurum durante presenti mandato essent seu esse possent, vel dici posset seu vellet fuisse aut esse inter prefatos Sanctissimum dñum nrum papam parte una, et ipsum dominum Ducem parte altera, licet idem dominus Dux ibidem actualiter dicat et vere protestetur, se ipsum fuisse et semper esse dispositum fore filium et devotam creaturam sancte matris ecclesie et pastoris ipsius. Item et specialiter ad nomine ipsius Illustris dñi, domini Ducis, et pro eo et subditis et colligatis, adherentibus et recommendatis suis assecurandum, stabilliendum et reformandum pacem, alias ultimate in Ferrarie conclusam et firmatam inter ipsum Illustrem dominum Ducem parte una, et Illustre ducale dominium Venetorum ac Magnificam Communitatem Florencie parte alia seu partibus aliis, Et ad de novo, si necesse erit et ipsis procuratoribus vel alteri eorum videbitur, pacem faciendam cum dicto Illustri dominio Venetorum ac dicta Magnifica Communitate Florencie, et ad componendum et quascunque compositiones, et faciendum cum dictis dominio et Communitate Venetorum et Communitate Florencie, et cum utraque et altera earum tam coniunctim quam divisim super quibuscunque differenciis, ortis a tempore dicte contracte pacis citra inter ipsas partes, seu aliquas earum, et etiam ad faciendum cum dictis sanctissimo domino nostro et Illustri dominio Venetorum ac Magnifica Communitate Florencie, et quolibet predictorum de parte et tam coniunctim quam divisim quamcunque pacem, ligam, confederationem et quecunque alia pacta, et quascunque alias conventiones et securitates, quocunque nomine dici possint, et ad securandum et confirmandum, stabiliendum et perpetrandum dictam pacem factam aut fiendam tam per modum lige, quam per modum alterius cuiuscunque cautionis, securitatis et firmamenti inter dictas partes et quamlibet earum. Item et ad standum, parendum, consentiendum et consensum prestandum quibuscunque sentenciis, arbitriis et arbitramentis ferendis inter dictas partes tam coniunctim, quam divisim per quoscunque seu quemcunque arbitros seu arbitrum electos vel electum inter dictas partes seu aliquas eorum, Et ad emologandum quamcunque sentenciam per ipsos arbitrum seu arbitros superinde ferendam cum omnibus solempnitatibus oportunis. Item et ad fieri rogandum unum et plura instrumenta de predictis per quemcunque notarium. Et hec omnia cum et sub omnibus illis modis, pactis, formis, conditionibus, terminis, clausulis, cautelis, stipulationibus, bonorum obligationibus, iuramentis in animam ipsius domini Ducis, firmamentis, stabilitatibus, renunciis et omnibus aliis, in et de quibus ipsis procuratoribus et cuilibet eorum melius videbitur et placuerit, Dans et concedens idem dñus Dux dictis eius procuratoribus in predictis et dependentibus ab eisdem plenum et generale mandatum cum plena, libera et generali administratione, etiam si talia essent, que mandatum exigerent magis speciale, quam predictum, ita quod ipsi procuratores et uterque ac alter eorum facere possint in predictis et dependentibus ab eisdem id, quod ipse dominus, dominus Dux facere posset, si presens esset, Promittens idem dominus Dux michi Iohanni Francisco Secretario et Notario suo infrascripto, velut publice persone stipulanti et recipienti nomine dicti Sanctissimi domini nostri, et nomine dictarum Illustrium et Magnificarum Communitatum Venetiarum et Florencie, et cuiuscunque intersit vel interesse possit, se iurans ad sancta dei evangelia, tactis scripturis, se ipsum dñum Ducem perpetuo habiturum rata, grata et firma quecunque per predictos eius procuratores, seu alterum ipsorum acta fuerint in predictis et dependentibus ab eisdem, perinde ac si per ipsum dominum Ducem personaliter acta essent, et se nulle modo contra venturum per directum vel indirectum, tacite nec expresse aliquo quesito colore per se vel alium sub ipoteca et obligatione omnium bonorum ipsius domini, domini Ducis. Que omnia predicta dictus dominus Dux habere locum voluit et vult ipsis procuratoribus suis, facientibus predicta cum directione et voluntate Reverendissimorum patrum dñorum Cardinalium de Castilliene et sancti Petri ad Vincula, et Illustris domini Marchionis Estensis, seu duorum ex ipsis, cum quorum directione vult et iubet dictus dominus Dux dictos suos procuratores predicta agere et adimplere. Et quod presens mandatum idem dominus Dux vult valere et durare debere usque ad sex menses proxime futuros, et non ultra. Et inde prefatus Illustris dominus, dominus Dux iussit et iubet, et rogavit et rogat de predictis publicum confici debere instrumentum unum et plura cuiusdam tenoris per me Iohannem Franciscum Secretarium et notarium suum antedictum. Actum in Castro Porte Iovis Mediolani Porte Vercelline parrochie sancti Protasii, in camera cubicularii ipsius domini, dñi Ducis, Anno domini MCCCCXXXV. tercia decima Indictione secundum cursum Civitatis Me-

dielani, die Veneris qninta mensis Augusti, presentibus spectabilibus viris dño Aluisio Crotto filio quoudam domini Lucoli Consiliario, Magistro Iohanne Francisco Baldo ertium et medicine doctore fisico, Simonino Ghiglino filio quondam domini Andree et Antonio Rozono familiaribus prefati Illustris domini, domini Ducis inde testibus notis vocatis et specialiter ad predicta rogatis. Postque omnia prefatus Illustris dominus, dominus Dux iussit hoc presens publicum instrumentum sui sigilli impressione muuiri ad maiorem huius rei firmitatem.

Ego Iohannes Franciscus Galina filius qnondam domini Petri, publicus Papiensis Imperiali auctoritate Notarius, Secretariusque et Notarius prefati domini nostri, domini Ducis Mediolani, hanc cartam miebi fieri iussam rogatus tradidi et subscripsi, meumque consuetum signum tabellionatus in fidem premissorum apposui, et aliis occupatus negociis per infrascriptum Zanonum de Uglono Notarium scribi feci.

Ego Zanonus de Uglono filius dñi Iohannis, publicus Mediolanensis Imperiali auctoritate Notarius, hanc cartam iussu suprascripti Secretarii et Notarii scripsi, et me cum appositione signi mei consueti subscripsi.

Filippus Maria Anglus Dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes ac Ianue dominus, Affectantes pacem Italie, et presertim cum Sanctissimo domino nostro papa, ac cum Illustri dominio Venetorum ac Magnifica et Excelsa Communitate Florencie per nos cum ipsis communiter vel divisim inviolabiliter perpetuari et contrahi, et eapropter iu anno et Indictione die v. mensis Augusti mandatum contulerimus in personam spectabilium virorum domini Guarnerii de Castilliono eximii iuris utriusque doctoris, et Lanzelotti de Crottis, Consiliariorum nostrorum, ut constat instrumento predicto, tradito et rogato per Secretarium nostrum Iohannem Franciscum Galinam Papiensem; Et quoniam in prefato mandato sive instrumento mandati hec clausula est inserta, quod omnia in dicto mandato contenta faciant eum directione et voluntate Reverendissimorum dñorum Cardinalium domini Branda de Castilliono Episcopi Portuensis, et domini Iohannis tituli sancti Petri ad Vincula presbiteri sancte Romane ecclesie Cardinalium, ac Illustris et Excellentissimi domini, domini Nicolai Marchionis Estensis, Et esset possibile, quod aliquis vel aliqui eorum essent absentes val taliter impediti, quod dicte directioni interesse non possent sive nollent, aut voluntatem suam proferre nequirent: Idcirco nt quod cordc gerimus, opere impleatur, dictum mandatum per presentes litteras declarantes, Volumus et declaramus per presentes litteras, quod dum in ipso mandato dicitur, quod sufficiat duorum ipsorum directio et voluntas, quod idem si unus tantum ipsorum dictos procuratores direxerit et voluntatem eis prestiterit, etiam aliis non requisitis absentibus sive presentibus: ac etiam eum in eodem mandato dicatur, quod possint novam pacem contrahere, ac nova pacta et federa inire, si necesse erit, et ipsis procuratoribus videbitur expedire, presentibus etiam litteris declaramus, quod omnia in dicto mandato contenta de novo facere possint, etiam si necesse non esset, Et quod dicti procuratores possint novam pacem contrahere et pacta inire vel nova federa libere, prout ipsis procuratoribus videbitur et placebit: Volentes etiam, quod omnia quecunque eorum nomine gesta vel gerenda per dictos dominos Cardinales et Illustrem dominum Marchionem Estensem nomine nr̃o possint ipsi procuratores et quilibet ipsorum libere rata et grata habere, Et propterea promissiones, obligationes, iuramenta et omnia facere, ut libere volent, Non obstante predicto mandato alias collato. Has autem nostras litteras fieri iussimus et ad robur omnium predictorum sigilli nostri munimine roborari. Datum in Castro nostro Porte Iovis Mediolani die Sabati sexta mensis Augusti MCCCCXXXV. Indictione XIII.

CCLXXVII.

Procuratorium concordiae inter Conradum de Trinciis Fulginatem et pontificem ineundae. *Reg. Tom. VII. fol. 70.*

In dei nomine, amen. Anno eiusdem a Nativitate Millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, tercia decima Indictione, Pontificatus Sm̃i domini nostri, dñi Eugenii divina providencia pape IIII. anno quinto, die vero vigesima septima mensis Augusti, acta in sala que dicitur sala Imperatorum, sita in domibus solite habitacionis et residencie infrascripti Magnifici domini, domini Corradi constituentis, que vero domus posite sunt in Civitate Fulginei et in societate platea veteris iuxta homines confines videlicet plateam veterem Communis Fulginei ab uno, ab aliis vero vias et alia latera, presentibus nobilibus militis Actoiohanne Berardini, dño Pierichanne Angeli, spectabilique Comite Ser Berardi et egregio legum doctore dño Iohanne Dominici de Scatalibus et Nobilibus viris Raynaldo Corradi Galassii et Francisco Petrilini et Ser Benentiso Iacobi del Fulgineo, testibus ad hec vocatis, habitis et rogatis, Magnificus dominus dñus Corradus de Trinciis, natus quondam recolende memorie Ugolini de Trinciis de Fulgineo, sponte, ex certa sciencia meraque voluntate omni modo, via iure, forma et causa, quibus in eis melius et validius de iure potuit, valuit, fecit, constituit, creavit et legitime ordinavit suos veros et legitimos procuratores, actores, factores, negociorum gestores et certos nuncios generales et speciales, vel si quo alio nomine de iure melius dici, censeri et nominari

posset, Reverendum in Christo patrem dominum Iacobum de Trinciis de Fulgineo, Abbatem Monasterii sancte Crucis de Saxonino ordinis sancti Benedicti Fulginatis diocesis, et spectabilem militem dominum Franciscum de Elmis de Fulgineo, et quemlibet ipsorum insolidum et intotum, adeo quod occupantis condicio potior non existat, et quod per unum ipsorum inceptum fuerit, per alium sequi valeat, mediari et finiri, ibidem presentes et acceptantes et in se ipsos presens mandatum sponte suscipientes, ad comparendum et se ipsos devote et humiliter presentandum ad pedes prefati Sanctissimi domini nostri pape, et ad suum sancteque Romane ecclesie Camerarium, necnon coram quocunque vel quibuscunque Commissariis vel Commissario, auditori vel auditoribus Sanctitatis prefati dñi nostri deputato vel deputatis, deputando vel deputandis, Et humiliter et reverenter impetrandum et petendum veniam et misericordiam a clemencia et benignitate Sanctitatis prefati Sanctissimi dñi nostri pape nomine et vice ipsius constituentis et familiarium, sequacium, civium et hominum et personarum prefati constituentis, sibique subiectarum, et ad promittendum veram et sinceram fidelitatem, devocionem et obedienciam nomine et vice ipsius constituentis, civium, sequacium et familiarium predictorum prefato Sm̃o dño nr̃o pape et s. Romane ecclesie, seu cuicunque Commissario vel Commissariis, auditori vel auditoribus deputatis vel deputandis recipientibus pro s. Romana ecclesia et prefato Sanctissimo domino nostro papa, ipsamque veniam et misericordiam postulandam a prefato Sanctissimo domino nostro papa de quibuscunque excessibus et delictis qualitercunque per eos commissis, ipsumque Corradum constituentem obligandum et obligatum faciendum in prefata prestacione fidelitatis et obediencie cum omnibus clausulis, capitulis et cautelis necessariis et oportunis, eciam si forent talia, que mandatum exigerent magis speciale, que capitula et clausulas dictus constituens haberi voluit hic pro sufficienter expressis et specificatis, ac si de eis facta esset mencio specialis particulariter vel distincte, Et ad prestandum et exhibendum in animam ipsius constituentis debite fidelitatis iuramentum in manibus cuiuscunque deputati vel deputandi per Sanctitatem prefati dñi nostri in forma plena et valida, et ad faciendum in predictis circa predicta et quodlibet predictorum et dependencia et emergencia ab eisdem seu quomodolibet connexa, necnon ad impetrandum quascunque gracias et privilegia a Sanctissimo dño nostro papa et eius predicto Camerario, et ad faciendum et componendum quecumque pacta et capitula cum prefato Sanctissimo dño nostro papa et eius predicto Camerario, que dictis procuratoribus vel alicui ipsorum videbuntur convenire pro statu prefati Magnifici domini Corradi constituentis et **placebunt. Item ad conveniendum et concordandum ipsum constituentem cum prefato Sanctissimo domino nostro pape vel dicto eius Camerario, et** ad componendum et ad composicionem faciendum cuiuscunque numeri pecuniarum, et ipsas pecuniarum summas componendas vel compositas nomine ipsius constituentis promittendum ea forma et modis et infra illos terminos, quibus dictis suis procuratoribus videbitur conveniri, et pro ipsarum pecuniarum summis promittendis et persolvendis ipsum Magnificum dñum Corradum constituentem et totum Commune Fulginei in forma valida et solempni obligandum, necnon ad recipiendum vice et nomine ipsius Magnifici domini constituentis in Vicariatum quascunque Civitates, Terras, Castra et loca, que prefatus Sanctissimus dñus noster eidem constituenti concedere vellet in quecunque confinia posita et situata, et ad recipiendum confirmacionem et restitucionem Vicariatuum, Civitatum, Castrorum et locorum, que idem Sanctissimus dominus noster eidem dño Corrado confirmare et restituere vellet in totum vel in partem, quarumquidem Civitatum, Castrorum et locorum confirmandorum, concedendorum et restituendorum per prefatum Sm̃um dñum nostrum papam, et eorum et cuiuscunque ipsorum nomina, qualitates et condiciones in presenti contractu haberi voluit pro sufficienter expressis et specificatis, ac si de eis facta esset mencio specialis particulariter vel distincte. Item ad promittendum et obligandum ipsum Magnificum dñum Corradum constituentem, quod ipse constituens reponet in manibus prefati Sanctissimi domini nostri, vel eius Commissarii ad hoc deputati vel deputandi Terram Vissi cum eius districtu, Castrum Aquefranche .... Civitatis Fulginei Castrum iani, Castrum Monticuli, Castrum Collis Marchionis, Turrim Similgni, que ipse Magnificus dñus de presenti teneret et possideret, et quascunque alias Terras, Castra et loca, que dicti eius procuratores determinaverunt cum prefato Sanctissimo domino nostro papa pro statu prefati Magnifici domini Corradi constituentis, quarum nomina, qualitates et condiciones presentibus haberi voluit pro sufficienter expressis et specificatis etc. Item ad promittendum quoscunque annuos census Camere apostolice debitos vel debendos racione Vicariatuum sibi constituenti concessorum et concedendorum, tam pro tempore preterito, quam pro futuro solvendorum dicte apostolice Camere nomine ipsius constituentis. Item ad obligandum et submittendum prefatum Magnificum dominum Corradum constituentem senteneiis et censuris in Camera apostolica consuetis, et ad renunciandum omni auxilio iuris canonici et civilis et omnibus exceptionibus et favoribus, quibus contra predicta idem constituens contrafacere vel venire vellet, seu se quomodolibet defendere vel tueri specialiter ad predicta. Et generaliter ad omnia et singula alia

gerenda, facienda, procuranda et libere exercenda, que in predictis circa predicta et quodlibet predictorum fuerint utilia, necessaria et oportuna, et que huiusmodi negocia vel similia postulant et requirunt, et que ipsemet constituens facere, gerere et exercere posset, si personaliter interesset, Dans et concedens dictus constituens sponte, ut supra, dictis eis procuratoribus in predictis circa predicta et quodlibet predictorum et emergentibus ab eisdem vel eis quomodolibet connexis plenum, liberum et generale mandatum cum plena, libera et generali administracione plenaque generali et speciali auctoritate, promisit eciam per se et suos heredes et imposterum successores michi Thome Notario infrascripto tamquam publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine prefati Sanctissimi dñi nostri pape, sancteque Romane ecclesie et omnium et singulorum, quorum interest presens negocium vel interesse poterit quomodolibet in futurum, omnia et singula, que facta, gesta procurata, promissa et obligata fuerint per dictos eius procuratores vel aliquem ipsorum in predictis circa predicta et quodlibet predictorum, et connexu et dependencia eb eisdem rata, grata et firma habere, attendere, observare et adimplere, omni exceptione iuris et facti remota, et contra non facere vel venire per se vel alium seu alios aliqua racione vel causa de iure vel de facto sub obligacione omnium et singulorum suorum bonorum rerum presencium et futurorum, et sub fide et legalitate nobilium cum penarum adiectionibus, prout et sicut dictis suis procuratoribus vel alicui ipsorum videbitur et placebit. Insuper dñus constituens volens dictos eius procuratores ab omni onere satisdacionis penitus relevare, ipsemet solempniter fideiussit pro eisdem, et promisit michi prenominato Notario, ut supra stipulanti et recipienti, de iudicio sisti et iudicatum solvendo, in omnem casum et eventum renuncians dictus constituens beneficio de fideiussoribus omnibusque aliis beneficiis, exceptionibus et iuribus etc. rogansque me Thomem Notarium supranominatum, ut de predictis publicum conficerem instrumentum unum vel plura, ut fuerit oportunum.

Et ego Thomas quondam Ser Angeli Petri de Fulgineo, publicus imperiali auctoritate Notarius et Iudex ordinarius, predictis omnibus et singulis interfui, et ea rogatus scribere scripsi et publicavi, et in premissorum omnium fidem et testimonium meum signum consuetum apposui.

CCLXXVIII.

Supplicationes per oratores communis Civitatis Castelli pontifici exhibitae, et eius responsa adiecta.
Reg. Tom. VII. fol. 66.

Beatissime pater. Supplicatur humiliter et devote pro parte humilimi et devotissimi Sanctitatis tue populi et Communis Civitatis Castelli et dñi Honofri de Virilibus, domini Amadei de Iustinis et Bartholmei Iacobi Cordonis sindicorum et procuratorum dicti Communis et populi de omnibus et singulis infrascriptis.

In primis quod prefata Sanctitas tua recipiat possessionem dicte Civitatis Castelli et eius Comitatus, fortie et districtus, et Priores et populum et homines dicte Civitatis et Comitatus fideles et devotos tue Beatitudini et sancte matri ecclesie, ipsamque Civitatem et populum et Comitatum pro sancta Romana ecclesia contra quoscunque, qui vellent eam offendere vel occupare, protegat et defendat. „Placet domino nostro pape."

Item quod Beatitudo tua dignetur constituere in gubernatorem dicte Civitatis, fortie et districtus Reverendum in Christo patrem dñum Iohannem Episcopum Pensauriensem, cuius virtutes et opera sunt populo dicte Civitatis notissima. „Placet domino nostro pape, et semper de tempore in tempus providebitur de persona grata."

Item quod Sanctitas tua dignetur populum predictum et homines ac incolas et habitatores dicte Civitatis, fortie et districtus absolvere et liberare ab omnibus et singulis rebellionibus, maleficiis, excessibus, criminibus et delictis per eos vel aliquem eorum quavismodo usque in presentem diem contra Sanctitatem tuam, sanctam matrem ecclesiam et ipsius ecclesie fideles, officiales ac subditos dictis, factis et perpetratis, etiam si heresis aut lese maiestatis crimina saperent, nec non ab omnibus processibus, bannis, sentenciis et censuris spiritualibus et temporalibus factis, latis, inflictis et promulgatis a iure vel ab homine contra homines, cives et incolas predictos, et dictos processus, sentencias et penas cassari facias de quibuscunque libris atque registris ad instanciam cuiuscunque petentis, omnemque inhabilitatis et infamie maculam aboleas, interdicta quoque ecclesiastica, quibus Civitas et Comitatus predicta supposita esset, et excommunicaciones quascunque relaxare digneris et benedicere in nomine patris, ipsosque homines et habitatores ad iura et privilegia, indulta, famam, honores et bona in statum pristinum, in quo erant antequam premissa contingerent, restituere et reintegrare digneris, et cum clericis et presbiteris super irregularitate occasione predicta contracta placeat dispensare. „Fiant in plena forma."

Item quod dignetur Sanctitas tua concedere populo tuo et Consilio dicte Civitatis ius eligendi et refirmandi in Potestates dicte Civitatis de tempore in tempus Cives Florentinos originarios, et hoc quia per longum tempus dicta Civitas fuit a Rectoribus Florentinis fideliter et iustissime gubernata, cum officialibus, familia et salario consuetis tempore pape Martini de introitibus ordinariis Camere persolvendis. „Placet dño nostro pape, quod habeant Potestatem de Civitate Florencie bonum et

sufficientem, et secundum informacionem dñi gubernatoris sua Sanctitas eis dabit et non suspectum Civitatis Floreecie, (et) ut fuit tempore dñi Martini quantum ad salarium."

Item quod placeat Sanctitati tue, quod dicti Priores et Consilia possint eligere officiales minores videlicet gabelle, officialem dampnorum datorem et officialem custodie eem familia et salariis consuetis de introitibus diete Camere persolvendis, cum boc quod iurent in manibus gubernatoris, qui pro tempore erit: et quod Sanctitas tua confirmare dignetur electionem factam de Ser Iacobo Masii de Aretio, officialo gabelle et custodie dicte Civitatis existente pro presenti in officio predicto, et electo pro eius fide et industria a dictis Prioribus et Consilio cum familia et salariis consuetis de introitibus ordinariis dicte Camere persolvendis. „Placet Sanctissimo dño nostro de consensu domini gubernatoris, qui erit pro tempore, et intelligatur etiam de notario custodie et de Ser Iacobo Masii, dummode non excedat per annum."

Item qeod Sanctitas tua pro pace et tranquillitate dicte Civitatis, attentis discordiis et seditionibus, homicidiis et robariis exititiorum infrascriptorum, eos tenebit extra Civitatem et Comitatum predictam, et quod non reintrabunt in dictam Civitatem vel Comitatum tanquam rebelles dicte Civitatis, et descripti sunt et transmissi dictis Ambasciatoribus et sindicis per Priores et Consilia dicte Civitatis, Et quod eorum bona intelligantur esse et sint confiscata Camere dicte Communis, et deputata ipsa et ipsorum fructus pro aconcimine et reparaciono murorum et portarum, et aliorum concernentium eustodiam dicte Civitatis, Et quod ratificetur et approbetur quecunque concessio facta per dictos Priores aut Consilia quorumcunque bonorum Siuibaldi et Bonifacii Christiani exititiorum, et concessorum Francisco Ser Vanucelli de Lugnano provincie Patrimonii pro recuperacione fortilicii et cassari dicte Civitatis. „Placet, ut non intrent sine voluntate Consilii dicte Civitatis de infrascriptis decem et septem, et de bonis ipsorum non se intromittat, sed gubernator cum civibus habeat gubernacioeem dictorum bonorum."

Item quod placeat Sanctitati tue absolvere et liberare dictum Franciscum Ser Vanncelli, et eius familiam a quibuscunque excessibus, criminibus et delictis quomodocunque commissis contra sanctam matrem ecclesiam aet Sanctitatem tuam, reponendo eum in pristinum statum et in numero servitorum sancte matris ecclesie, et quod ei liceat ad evitandum periculum inimicorum suorum portare quecunque arma cum quatuer sociis neminandis per eum per quascunque terras ecclesie sine aliqua pena, et ad maiorem eius securitatem digneris eidem concedere plenum salvum conductum per quascunque terras sancte matris ecclesie, duraturum per tempus unius anni proximo venturi, pro dicto Francisco et decem sociis, non loquendo de rebellibus et inimicis ecclesie predicte. „Fiat de remissione et salvoconductu et armis."

Item quod placeat eidem Sanctitati tue confirmare et approbare omnia et singula statuta, ordinaciones, leges et brevia artium, fraternitatum et collegii notariorum dicte Civitatis, dummodo non sint contra ecclesiasticam libertatem et statum Sanctitatis tue, et commodum et pacem ipsius Civitatis, et alia de novo fienda consense dñi gubernatoris. „Placet, et maxime si alias fuit factum per dñum Martinum."

Item quod Priores dicte Civitatis stent et habitent in palatio solito et conseeto cum Cancellario et Capitaneo famulorum civibus, et eem familia, salariis et emolumentis consnetis tempore pape Martini persolveedis de quibuscumque primis pecuniis positis sibi missis ad introitum dicte Camere, et quod dñi Priores possint cassare et eligere dictos familiares et familiam. „Placet."

Item quod predicti domini Priores possint et valeant congregare eorum consilia pro necessitatibus ipsius Commenitatis, cum licencia tamen dñi gubernatoris aut locumtenentis ipsius, et in eis proponere et reformare, prout fuerit expediens ipsi Commenitati, non attemptando quidquam contra ecclesiasticam libertatem aet Sanctitatem tuam aet matris ecclesie. „Placet, dummodo sit etiam in utilitate dicte Civitatis."

Item quod dicti dñi Priores babeant et habere debeant de introitibus ordinariis dicte Camere florenos trecentos pro qeolibet anno pro nunciis, ambassiatis et aliis occurrentibus, proet concessum existit tempore pape Martini, pro quibus intelligantur deputati super gabella carnium dicte Civitatis. „Placet, si fuit sic tempore fel. recordationis dñi Martini etiam super gabellas carnium."

Item quod officia conseeta pro gubernatioee Civitatis, Comitatus, hospitalium et fraternitatum earumdem debeant observari modo consueto cum consciencia domini gubernatoris, et quod tales officiales iurent in manibus dicti dñi gubernatoris. „Placet."

Item quod placeat Sanctitati tue non imponere, vel imponi facere per aliquos officiales aliquod onus ultra onera ordinaria civibus et comitativis dicte Civitatis et Comitatus, et quod onus extraordinarium noviter impositum pro recuperatione fortilicii exigi possit, et similiter qeodcunque aliud onus sive datium hucusqeo impositum exigendum et expendendum prout extitit deputatum. „Placet, dummodo non sit de introitibus ordinariis, et placet de onere non impenendo."

Item quod expense ordinario pro officialibus et aliis oportunitatibus solvantur de introitibus ordinariis. „Placet de consuetis et gabellis."

Item quod occasione rerum preteritarum non possint extrahi aliqui cives contra ipsorum voluntatem de dicta Civitate vel Comitatu preter exititios predictos. „Placet."

Item omnia fortelicia occupata per Comitem Urbini et retenta per eum tempore relaxationis dicte Civitatis reintegrentur et reducantur per Sanctitatem tuam sub dominio dicte Civitatis et sancte matris ecclesie. „Placet et procurabitur."

Item quod Sanctitas tua dignetur recuperare et reducere sub dominio sancte matris ecclesie et dicte Civitatis Castrum Cellis, et quodcunque aliud fortilicium dicte Civitatis occupatum per armigeros olim Nicolai de la Stella, seu per quemcumque alium stipendiarium. „Placet et procurabitur."

Item quod predia et possessiones posita in Curia Castri Citerno et spectancia ad cives seu comitativos dicte Civitatis Sanctitas tua dignabitur providere, quod possideantur et fructentur per eos, ad quos spectant. „Similiter."

Item quod si aliquis ex rebellibus dicte Civitatis aliquid attemptaret contra pacificum statum eiusdem, quod bona uxorum et filiorum suorum confiscari debeant et applicari Camere dicte Civitatis. „Placet de principalibus, si erunt culpabiles ad iudicium gubernatoris, salvo semper sexto capitulo."

Item quod conducta medicorum et magistrorum grammatice fiat et stet prout hactenus extitit, et eis solvatur et satisfiat de introitibus Camere, prout concessum fuit tempore pape Martini. „Placet prout tempore felicis recordationis dñi Martini."

Item quod ipsa Civitas sit immediate supposita Sanctitati tue et Gubernatori a te eligendo, nec intelligatur supposita alteri Gubernatori, qui ad provinciam mitteretur. „Placet."

Item qood officiales existentes in dicta Civitate sindicentur per cives ipsius Civitatis eligendos per Priores cum consensu dñi gubernatoris. „Placet."

Item quod nullus de dicta Civitate, qui esset obligatus pro dicto Communi, possit molestari vel inquietari realiter nec personaliter in dicta Civitate vel Comitatu, nisi pro eo quod esset versum in proprium commodum. „Placet, non derogando tercio quantum ad Civitatem."

Item quod omnes processus et condempnationes fiende per officiales dicte terre usque in diem capiende tenute valeant et teneant, dum tamen non fiant novi exititii sive rebelles, et quod Priores et Consilium dicte Civitatis habeant plenam auctoritatem statuendi usque ad diem capiende tenute, dummodo non fiat contra statum Sanctitatis tue et sancte matris ecclesie. „Placet, si sunt iuste et honeste et pro utilitate Civitatis, et confirmentur per gubernatorem."

Item quod ad evitandum usuras inter Christianos placeat Sanctitati tue permittere dictis Prioribus et Consilio pacisci et convenire cum Ebreis dicte Civitatis et iam inita pacta et conventiones observare, prout extitit hactenus concessum. „Committimus gubernatori, ut faciat, quod sibi videbitur."

Item qood Sanctitas tua dignetur concedere populo dicte Civitatis introitus eiusdem pro tempore unius anni, aut pro eo tempore, quod videbitur Sanctitati tue, pro satisfaciendo Rectoribus preteritis et aliis civibus, qui debent recipere a dicto Communi, quibus non extitit satisfactum de eorum salariis et de debitis, non intelligendo propterea de introitibus necessariis pro satisfaciendo salario domini gubernatoris et cuiuscumque alterius salariati, et hoc, ut obvietur represaliis, que concedi possunt ad petitionem dictorum Rectorum, et scandalis inter cives recipere debentibus a dicto Communi. „Placet, quod videantur per Gubernatorem et Priorem de dictis debitis, et ea, que sunt necessaria et de iure debita, mandabit provideri de tempore in tempus."

Item qood placeat Sanctitati tue, ut parcatur sumptibus sportularum et obvietur iniquitatibus rescriptorum quandoque in preteritum concessorum, quod in nulla causa civili sive criminali pendente seu que in futurum movebitur, possit impetrari vel concedi aliquod rescriptum, sed procedatur secundum formam iuris et statutorum dicte Civitatis. „Ordinabitur taliter cum gubernatoribus, quod non excedent in rescriptis ipsorum, aliter dñus Thesaurarius non solvit eis vel Camerarius."

Item quod placeat Sanctitati tue comprobare et confirmare statutum antiquum in dicta Civitate conditum, quod bona libellaria et censuaria non incidant in canonem ex parte canonis non soluti infra terminum debitum, si non solvens offerat post terminum pro qualibet denario unam libram nomine ponderis, et hoc ut provideatur indempnitati multorum civium et comitativorum dicte Civitatis, qui quandoque per ignorantiam vel negligentiam propter parvitatem census non solvunt infra debitum tempus. „Placet, quod habeat duos annos ultra dispositionem iuris, ita tamen quod pro omni denario debeat solvere solidos decem: postea vero remaneant in dispositione iuris."

Item quod quarta pars condempnationum latarum per officiales dicte Civitatis deputetur pro reficta Civitpaaratione murorum et aliorum necessariorum in te. „Placet de quinta."

Item quod omnia et singula statuta dicte Civitatis et brevia artium observentur per quemlibet Rectorem dicte Civitatis. „Placet, si fuerit servatum tempore felicis recordationis domini Martini."

Item quod Elimosine consuete fieri fratribus Mendicantibus fiant de introitibus Camere, et similiter alie oblationes consuete, et quod solvatur presbitero, qui dicat missam in palacio dictorum Priorum. „Placet."

Item quod Sanctitas tua dignetur confirmare concessionem et refirmam cuiusdam predii et possessionum censualium abbatie de Preterio et recadetarum ad dictam abbatiam et refirmatarum per dominum Abbatem Antonie Ser Benedicti et Paulo eius filio, prout constat ex instrumento manu Ser Christofori Iohannis de dicta Civitate notarii publici. „Placet, dummodo in utilitate ecclesie, et de hoc videat gubernator."

Item quod dignetur Sanctitas tua confirmare facta et capitula, que Barthelomeus Francisci habebat cum Nicoloe de la Stella super selario dicte Civitatis, et quod liceat dicto Barthelomeo retinere sibi de utilitate et proventu percipiendo ex dicto selario retinere et detrahere omnes et singulas quantates, quas ostenderet legitime solvisse ultra id quod percepit usque in presentem diem ex fructu dicte gabelle, cum id, quod solvit, solverit coacte et ex precepto sibi facto per dictum Nicolaum de la Stelle et eius Locumtenentem. „Committimus gubernatori, ut previdcat, prout de iure, non obstante quod Nicolaus de Fortebrachiis fuit detentor et occupator Civitatis."

Item quod placeat Sanctitati tue absolvere et liberare quoscumque debitores Camere, pro eo quod ostenderent Camere solvisse hac die, quo officiales ecclesie fuerunt expulsi de dicta Civitate usque in presentem diem, cum fuerint coacti ad solvendum ab officialibus, qui pro tempore fuerunt in Civitate predicta. „Placet usque ad mortem Nicolai."

Item quod consideratis partialitatibus et seditionibus presentis Episcopi Civitatis Castelli placeat pro tranquillitate ipsius populi ipsum permutare et de alio providere. „Providebit dominus noster, ita quod erit honor dei et consolatio Civitatis."

Nomina exitiorum, de quibus supra fit mentio supra capitulo sexto, sunt ista, videlicet: Bonifacius Cristiani, Sinibaldes, Iacobus Querini, Philippus Cenctis, Baptista Ser Federegi, Andreas Iohannis Philippi, Ser Albertus Acquisti, Ser Cosmas Ursi, Damianus Ursi, dominus Iacobus Nicolai Guidonis, Pierantonius Iacobi Alberti, Cristianus Iacobi Alberti, Ser Angelus Ser Cervonii et eius filii, Ser Paganus Antonii, Nellus Antonii Nelli, Guidarellus Francisci et Franciscus et eius filius, C. Cerviensis.

CCLXXIX.

Archiepiscopus Pisanus Urbis eiusque districtus gubernator constituitur. *Reg. Tom. XXII. fol. 259.*

Eugenius episcopus etc. Venerabili fratri Iuliano Archiepiscopo Pisano, alme Urbis Rome eiusque Comitatus et districtus pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Gubernatori, salutem etc. Dum onus universalis gregis dominici superna dispositione nobis iniunctum diligenter attendimus, et nostrum perspicimus imperfectum, videntes, quod nequimus circa singula per nosmet ipsos exolvere debitum apostolice servitutis, nonnunquam viros notabiles, sciencia preditos et virtute ornatos, in quibus timor domini sanctus permanet, pro bene gerendis negociis nostris et Romane ecclesie assumimus et etiam deputamus, ut ipsorum cooperatione salebri ministerium nobis iniunctum, favente divina gracia, facilius et efficacius exequi valeamus. Sane licet ad cunctorum Christifidelium salubrem et pacificum statum intente mentis aciem extendere teneamur, tamen Civitates et terras temporaliter apostolice sedi subiectas et ipsarum populos universos, ipsiusque et Romane ecclesie speciales filios et devotos, presertim ad Romanam Urbem, in qua omnipotens primatum ecclesie sue sancte statuit et firmavit, necnon ad eius populum ipsius ecclesie peculiarem eo cordialius intuemur, quo seper illorum felici regimine atque statu pacifico et tranquillo affectamus specialius providere. Attendentes itaque, quod tu potens quidem opere et sermone, quem in magnis expertem et arduis, eximia fidelitate at bonitate probatum, scientie claritate conspicuum et agendarum rerum experiencie nobis notum, et aliis virtutum donis illarum largitor dominus multifariam insignivit, in cuius affectibus geritur, sicut indubie confidimus, sedare fluctuantes turbines, iusticie terminos colere et superbes humiliare, prefatam Urbem eiusque Comitatum, territorium et districtum tibi, divina assistente gracia, circumspecte, prudenter et fideliter gubernabis, te in Urbe prefata ac eius Comitatu, territorio et districtu Gubernatorem auctoritate apostolica usque ad nrum et sedis apostolice beneplacitum cum honoribus et oneribus consuetis tenore presentium facimus, constituimus et atiam ordinamus, tibi nichilominus Urbem, Comitatum, territorium et districtum prefata, eoremque terras, castra et loca nostro et prefate ecclesie nomine regendi, gubernandi et administrandi, ac in eis iurisdictionem plenam et omnimodam exercendi, civiles et criminales ac mixtas causas per te vel alium seu alios, prout tibi visum fuerit, pro iusticia et bone dicte Urbis summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, audiendi, examinandi, discutiendi et fine debito terminandi, ac eorum cognitionem, decisionem et dispositionem alii vel aliis communiter vel divisim, generaliter vel specialiter infra terminos tue gubernationis, prout et sicut tibi videbitur, committendi, et ad te cum placuerit advocandi, et singulos discordes et dissidentes Urbis, Comitatus, territorii et castrorum predictorum, ac territoriorum et districtuum eorumdem ad pacem et concordiam reformandi, et omnia et singula, que ad huiusmodi plene gubernationis officium pertinent, et que necessarie vel utilie fuerint quoqeomodo in premissis et eo tangentibus, et que ad honorem et commodum prefata ecclesie, et utilitatem ac prosperum

et tranquillum statum Urbis, Comitatus, terrarum, Castrorum, territorii et districtus prefatorum cedere videris, et tibi visum fuerit expedire, faciendi, gerendi, mandandi et exequendi, eaque etiam per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia fieri faciendi et mandandi, graciis tamen et concessionibus per nos factis et graciose concessis dilectis filiis Communitati alme Urbis predicte in premissis omnibus semper salvis, non obstantibus quibuscunque, concedentes plenam et liberam harum serie facultatem. Nos insuper processus, sentencias, censuras ecclesiasticas et penas quascunque, quos et quas proferri vel infligi, omniaque que per te vel deputandos a te fieri contigerit in premissis, rata habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Ut igitur premissa omnia et singula melius, plenius et utilius valeas exercere, dilectis filiis Communitati et civibus eiusdem Urbis Rome, necnon universis et singulis Comitatus, terrarum et Castrorum, ac suorum territoriorum et districtuum predictorum Universitatibus, Potestatibus, Capitaneis, Officialibus, Castellanis, gentium nostrarum armigerarum tam equestrium quam pedestrium Capitaneis presentibus et futuris, ac provisionariis in illis partibus existentibus et militantibus, ceterisque nris et eclesie prelibate subditis, cuiuscunque status, dignitatis ecclesiastice vel mundane, ordinis vel condicionis existant, damus tenore presentium districtius in mandatis, ut tibi in premissis omnibus et singulis, quando et quotiens pro statu nostro et eiusdem ecclesie fuerint requisiti, plene pareant et intendant, ac studeant tuis monitis et mandatis efficaciter obedire. Tu igitur, Venerabilis frater, ex concessis tibi dono celesti virtutibus Urbem, Comitatum, territorium et districtum, Castra et loca predicta, eorumque Cives, Universitates et homines ad honorem statumque nostrum et dicte ecclesie prosperum et tranquillum sic studeas sub mensura iusticie salubriter gubernare, iuvando bonos et reprobos et inobedientes quoslibet compescendo, quod ex tuis laudabilibus actionibus optati fructus proveniant, ut speramus, ipsique Cives, Universitates et homines utili et provido Gubernatori gaudeant se commissos, tuque preter eterne retribucionis premium et humane laudis preconium nostram et prefate sedis benedictionem et graciam exinde uberius consequi merearis. Datum Florencie anno Incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo trigesimo quinto, XVII. Ianuarii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCLXXX.

Obligatio marchionis Mantuani pro dominis de Malatestis.
Reg. Tom. VII. fol. 123.

In Christo nomine, Amen. Anno ab ipsius Nativitate Millesimo quadringentesimo trigesimosexto, die decimaseptima mensis Ianuarii, Florencia in domo habitacionis infrascripti Reverendissimi dñi Camerarii sita in populo sancti Pauli, et in camera sua supra cortile, presentibus Reverendo in Christo patre domino Bartolomeo Epo Cavalicensi, egregio legum doctore dño Antonio de Rosellis de Arecio advocato consistoriali, dño Antonio Archidiacono Anconitano et Iohanne de Utino, prefati Rmi dñi Camerarii Cubiculariis, testibus ad predicta habitis, vocatis et rogatis.

Cum in Capitulis die sexto mensis Iulii proxime elapsi factis, initis et celebratis inter Rmum in Christo patrem et dominum, dñum Franciscum tituli sancti Clementis sancte Rom. ecclesie presbiterum Cardinalem, Sanctissimi domini nostri, dñi Eugenii pape IIII. Camerarium, predicti Smi dñi nostri nomine ex una, et venerabilem fratrem Antoninm de Regio procuratorem et procuratorio nomina Reverendi patris dñi Pandulphi de Malatestis Archiepiscopi Patracensis, an Magnificorum dñorum Galeaz et Caroli de Malatestis fratrum nomine ex altera partibus, inter alia specialiter et expresse actum fuerit in sexto et septimo ipsarum conventionum capitulis in hac forma:

Item quod, licet predicti domini de Malatestis sint non solum pauperes, sed mendici, solvent ducatos decem millia de Camera, videlicet in hunc modum et in suprascriptis terminis, videlicet per totum mensem Augusti proxime venturi florenos duo milia quingentos, et in festo Nativitatis dñi nri prox. venturo flor. IIMD. residuum vero videlicet florenorum quinque millium solvent infra duos annos proxime venturos, incipiendo a dicto festo Nativitatis, et finiendo prout sequitur, videlicet florenos duo millia quingentos quolibet anno: et nichilominus solvent eciam annuatim censum consuetum.

Et in septimo: Item contentatur idem frater Antonius nomine quo supra, quod pro predictis omnibus observandis et integraliter adimplendis, quod omnes et singule bulle ac brevia et littere, quas et que de predictis fieri oportebit, deponantur penes spectabilem virum Cosmam de Medicis, honorabilem civem Florentinum, qui debeat bullas, litteras et brevia conservare quousque per predictos dominos Pandulphum, Galeacium et Carolum fuerit soluta prima quantitas primi termini tocius mensis Augusti proximi futuri de quantitate duorum millium quingentorum florenorum auri de Camera, et fuerit ydonee tantum et data ydonea promissio, videlicet Illustris dñi Marchionis Mantue aut alterius ad hoc sufficiens de solvendo residuum in terminis prenominatis modo et forma predictis: hoc expresso et totaliter declarato, quod quandocumque ante dictum terminum predicti solverent dictam primam quantitatem duorum millium quingentorum florenorum et darent ydoneum fideiussorem de residuo, debeant habere dictas bullas, et

dictus Cosmas depositarius predictus teneatur et debeat subito et absque alia concessione, licencia vel mandato assignare predictis Pandulpho, Galeacio et Carolo, vel eorum procuratori omnes et singulas bullas, brevia et litteras predictas, solum habita noticia de dicta solucione facta: et quod Castro Gradarie cum arce et cum omnibus pertinenciis suis debeat, facta dicta secunda solucione dictorum duorum millium quingentorum florenorum in dicto termino vel ante, libere restitui in manibus dictorum Reverendi patris dñi Pandulphi, Galeacii et Caroli sine aliqua exceptione.

Comparens coram suprascripto Reverendissimo dño Camerario venerabilis vir dñus Franciscus de Folenghis de Mantua, Sanctissimi domini nostri Cubicularius, procurator et procuratorio nomine Illustris dñi Iohannis Francisci de Gonzaga Mantue Marchionis, prout de ipsius procuratorio et mandato constat, publico instrumento rogato et scripto per Blasium filium quondam domini Cobrini de Arivabenis de Bixia, civis Mantue, publici imperiali auctoritate Notarii, a me Blondo infrascripto viso et lecto, animo et intencione supradictum Illustrem dñum Marchionem et eius heredes ac bona omnia et infrascripta obligandi, stipulacione premissa promisit fideiussionem et obligacionem faciendo, quod predictus Illustris dominus Marchio Mantue in terminis infrascriptis solvet et numerabit, seu solvi et numerari facere cum effectu curabit Sanctissimo domino nostro pape, aut Reverendissimo domino Camerario antedicto pro Sanctitate prefata recepturo florenos auri de Camera quinque millia, videlicet florenos duo millia quingentos in festo Nativitatis domini nostri Ihesu Christi proxime futuro, et alia duo millia et quingentos in alio festo Nativitatis predicte anno immediate sequenti futuro, pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et integraliter adimplendis idem procurator nomine quo supra, scripturis corporaliter manu tactis, in animam constituentis iuravit et obligavit omnia et singula supradicti Illustris domini Marchionis Mantue bona presencia et futura, et renunciavit exceptionibus quibuscumque ac omni legum et iuris auxilio, quibus unquam predictus dñus Marchio ac eius heredes contra predictam promissionem et obligacionem aliqualiter se tueri possent.

CCLXXXI.

Excommunicationis poena in auferentes marmora aliosque lapides pretiosos ex basilicis Urbis aggravatur.

Reg. Tom. XV. fol. 73.

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Quamquam in omnibus orbis terrarum locis, in quibus christiana fides excolitur, rerum sacrarum vel ad sacros usus deputatarum solertem curam, ne distrahantur dissipenturque, haberi cupiamus, in alma tamen Urbe, in qua omnipotens primatum ecclesie sue sancte statuit et firmavit, ideo diligentius fieri exoptamus, quo maior ad illa pretioso Apostolorum et Martirum pene innumerorum sanguine rubricata populorum universi orbis multitudo confluit. Sane per hos dies nonnullorum ex Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus quorumdamque aliorum, quibus fidem adhibere possumus, querula exposicione didicimus, licet alias quidem scelestae condicionis homines fuerint reperti, et quotidie reperiantur, qui ex Basilicis alme Urbis non solum, que a secularibus presbiteris reguntur, sed illis eciam, que dictorum fratrum nrorum Cardinalium tytulis deputate sunt, marmora aliosque lapides diversi coloris non parvi precii et valoris ipsarum Basilicarum ornamento et usibus deputatos sacrilege abstulerint, novissime quosdam tante audacie et impietatis fuisse, qui de sede nostra et usui nro, prout predecessorum nostrorum Romanorum pontificum continuo fuit deputata, secus altare sacratissimum beatissimi Apostolorum principis Petri posita porfiriticas alteriusque marmoris tabulas, ipsius sedis posteriorem spondam et subsolium ornantes non minus stupenda quam dolenda audacia abstulerunt, quare huiusmodi flagitiosissimis ac pene in christiano orbe inauditis excessibus obviare cupientes, licet omnes, qui huiusmodi rebus sacrilegam manum mittere presumpserunt, tam ipso iure quam vigore litterarum, que a bone memorie predecessore nostro dudum emanaverunt, excommunicacionis sentenciam incurrerint, cum tamen gravante peccato, pene eciam inflictionem gravari oporteat, omnibus et singulis, qui ex predictis lapidibus aut aliis ornamentis Basilicarum Urbis, presertim dicte sedis nostre habuerint, aut in subripiendo, servando et retinendo adiutores, fautores et conscii fuerint, ut habita de huiusmodi litteris nostris noticia habentes illa restituant, vel ad locum ubi erant portent, scientes vero revelent et ad nostram deducant noticiam, sub excommunicacionis sentencia, a qua nisi in mortis articulo a nullo, eciam summo penitenciario, preterquam a nobis absolvi possint, tenore presencium districte precipiendo mandamus, et nichilominus ecclesias et alia loca, quorum usibus et ornamento predicta fuissent deputata, aut in futurum deputabuntur, ecclesiastico subiicimus interdicto, cui tandiu subiaceant, quandiu ad loca, unde prius ablata fuissent, integre et sine aliqua diminutione fuerint reportata: similes vero excommunicacionis et interdicti sentencias incurrere volumus eos, qui de predictis rebus in futurum accipient, et ecclesias ac loca, quorum usibus et ornamento quomodolibet imposterum deputabuntur. Nulli ergo etc. Datum Florencie anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimosexto, III. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

CCLXXXII.

Archiepiscopo Capuano commissario, ut Forliviensibus bellum inferat. *Reg. Tom. VII. fol. 152.*

Eugenius episcopus etc. Venerabili fratri Nicolao Archiepiscopo Capuano, in partibus Romandiole Commissario nostro, salutem etc. Urget nos presumptuosa temeritas ac detestanda perfidia populi Civitatis nostre Forlivii provincie Romandiole, qui se dudum contra eandem ecclesiam eorum dominam naturalem erectis superbie cervicibus rebellarunt, nullis ex multiplicibus tam spiritualibus quam temporalibus penis a iure ac ab homine inflictis attentis et formidatis, ut contra eos, qui obanditis nostris monitis, et persuasionibus per nonnullos eiusdem ecclesie fideles factis, ad ipsius ecclesie gremium redire damnabiliter et pertinaciter respuerunt, cum nostris et eiusdem ecclesie viribus et subditis fidelibus insurgamus. Cum itaque in omni multitudine, ac presertim in bellicis actibus gubernandis requiratur potissime probus et sufficiens dux et caput, Nos ad hoc diligencius attendentes, de fidelitate tua ac prudencia et rerum experiencia, studio et diligencia in arduis nostris et dicte Rom. ecclesie negociis comprobata, sumentes in domino fiduciam singularem, sperantes insuper indubie, quod ex tuis actibus virtuosis, illo tibi assistente, qui iusta bella gerentibus victoriam repromittit, dictorum rebellium reductio resultabit, ad personam tuam advertimus aciem mentis nře, et te nostrum contra predictos rebelles Commissarium tenore presencium facimus, ordinamus ac eciam usque ad nostri beneplacitum deputamus, Tibique Civitatem ipsam et eius Comitatum, ac eius cives, incolas et habitatores huiusmodi reducendi, necnon cum ipsis tractatus, capitula et convenciones faciendi et concludendi, et eisdem sive aliquibus eorum, prout tibi videbitur, securitatem personarum et bonorum, et pro commissis excessibus, eciam si crimen lese maiestatis concernerent, in quantum ad publicum interesse spectat, impunitatem et veniam promittendi processuum, sentenciarum et pecuniarum, in quos premissorum occasione inciderunt, sine alterius preiudicio, et in integrum restitucionem promittendi, omniaque alia et singula, que ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie, ac tranquillum statum prosperum et felicem civium, incolarum et habitatorum Civitatis, Comitatus, territorii et districtus predictorum, et que aliter ad huiusmodi reductionis officium cognoveris expedire, faciendi, gerendi et administrandi auctoritatem concedentes ac plenariam facultatem, Mandantes insuper omnibus et singulis Confalonerio, Capitaneis, conductoribus, comestabilibus gencium quarumcumque equestrium et pedestrium ad nostra et Romane ecclesie stipendia militancium, Vicariis quoque Civitatum, Officialibus, Communitatibus et subditis nostris et ecclesie prefate in dicta provincia constitutis, ac omnibus et singulis predicte Civitatis civibus, incolis et habitatoribus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis aut condicionis existant, quatenus tibi in omnibus, que ad huiusmodi commissionis officium pertinent, durante dicto beneplacito nostro realiter et cum effectu pareant, obedient et intendant. Nos enim absoluciones, remissiones, sentencias sive penas, quas rite tuleris et statueris in rebelles, ratas atque gratas habebimus et faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Bononie etc. xx. Maii mccccxxxvi.

CCLXXXIII.

Contractus induciarum inter duces Mediolani et Ianuae etc. coram pontifice habitus. *Reg. Tom. VII. fol. 172.*

In nomine domini nostri Ihesu Christi feliciter, Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo quadringentesimo trigesimosexto, Indictione quartadecima, die decima Septembris.

Constitutis coram Sanctissimo domino nostro, domino Eugenio Quarto sacrosancte Universalis ecclesie dignissimo summo Pontifice spectabili dño Ermolao Donato cive Veneciarum, Illustrissimi ducalis dominii Veneciarum, Reverendo in Christo patre dño G. Episcopo Laudensi, et spectabili ac famoso iuris utriusque doctore domino Franchino de Castilliono, Illustrissimi domini Ducis Mediolani, spectabilibus dño, Damiano de Palavicinis legum doctore, et domino Iacobo de Bracettis Illustrissimi domini Ducis et Communis Ianue, ac spectabilibus domino Iuliano de Davanciatis milite et legum doctore, et Laurencio de Medicis Magnifici et excelsi Communis Florencie oratoribus, ad tractandam pacem inter prefatos Illustrissimos dominos Ducem Mediolani et Ducem ac Commune Ianue specialiter et nominatim missis, Sanctitas prefata ardentissimo pacis predicte desiderio flagrans, a qua totius Italie quietem videt pendere, considerans pericula, que inter huiusmodi tractatus et praticas, priusquam ad optatam perducantur conclusionem, sepenumero convenire consueverunt, memorque quasdam inducias primo Mediolani consensu partium fuisse celebratas, deinde alias ad diem decimam Augusti ab ipsa Sanctitate propria auctoritate per litteras fuisse institutas, quibus postea dicte partes per litteras, que extant, assensum prebuerunt, ad solliciorem tutioremque tante rei cautelam auctoritate predicta, et predictis oratoribus sponte liberaliter et dominiorum, dominorum et Communitatum suarum nominibus ex certa sciencia consentientibus, dixit, voluit, instituit, mandavit, ac dicit, vult, ordinat et mandat, quod decetero inter partes quatuor suprascriptas sint et esse intelligantur infrascriptis condicionibus octo dierum sufferencie, inducie et offensarum remociones, ut scilicet aut postquam Sanctitas prefata publicaverit et notorium fecerit

partes predictas a tractatu pacis discessisse, aut aliqua partium predictarum, denunciato Sanctitati sue quod dicto tractatui ulterius vacare nolit, infecta re abierit, et tractatum ipsum intermiserit per octo dies continuos et infra ipsorum octo dierum terminum sint, durent et esse ac durare debeant inducie ac offensarum omnium cassaciones, Nullique ipsarum partium liceat dictis durantibus induciis contra aliam aut alias offensiones, machinaciones, excursiones, dampna vel iniurias attemptare, Teneanturque partes ipse taliter cum effectu curare, quod ipsarum Capitanei, stipendiarii, officiales et subditi, commendati, colligati et obedientes nullum alterius partis Capitaneum, stipendiarium, officialem, subditum, commendatum aut aliter colligatum et obedientem aliquo modo, colore vel ingenio offendant vel ledant, sub pene quem Sanctitas prefata contra partem contrafacientem spiritualiter vel temporalier duxerit declarandam.

Acta fuerunt hec Bononie in palacio Sanctitatis prefate, in camera que dicitur Pepagalli, Presentibus Rmo in Christo patre et dño, dño Nicolao tit. S. Crucis sancte Romane ecclesie Cardinale, Rev. patre dño Archiepo Tarentino, Rev. patre domino L. Episcopo Traguriensi, Sanctissimi domini nostri predicti Cubiculario, et Magnifico Ugucione de Contrariis ad predicta habitis, vocatis et rogatis.

Et me Blondo Antonii etc.

CCLXXXIV.

Supplicationes per oratores communis Civitatis Castelli pontifici exhibitae, eiusque responsa.
Reg. Tom. VII. fol. 175.

In prima recommendare la cita et popolo a la Santita de nostro Signore per quello modo parra a loro se convenga.

Secondo narrare i cattivi pagamenti de salariati allegando como l'entrate vi sono, et supplicare se provegga de persona, ordini l'entrata con la usita facendo ai pagamenti suoi deputacioni. Et in questo pratichare si piacesse concedere l'entrate al Commune pagando le spese, et quello fosse equo a la Santita de nostro Signore, et de la pratiche predicta avisare al officio de Priori. „Placet Sanctissimo domino nostro avisacio vestra, et dehinc ante previdebit circa introitum expense et bonum regimen sine dilacione."

Tercio dire quello pare a loro de facti de le reprensalie de Mariotto, et maxime che se scriva per la sua Santita e li officiali deputati in Perugia et a Mariotto non se proceda piu ultra, et facciasi ragione in loco non sospecto. „Scribetur domino Alberto circa premissa, nichilominus non potest sibi denegari iusticia."

Quarto del Potesta che venga narrando in questo i nostri manchamenti. „Potestas veniet in Kalendis Octobris."

Quinto dire del grano che se porta fuori del contado, et quanto tumulto et murmuracione de questo se fa, et similiter del grano da Civitella tolto furtive et violenter per Nicolo de Thomasso et Nicolo de Paula, et supplicare se provegga a la indempnita de la fraternita. „Placet Sanctissimo domino nostro, quod Burgenses, postquam sunt sub Sanctitate sua, possint extrahere blada in campis propriis districtus Castelli existentibus, quando Castellani non multum indigeant. Et similiter dicitur de civibus Perusinis, et stet in gubernatore iudicium, quando hoc fieri possit, necnon cum consilio civium, de quibus sibi videbitur."

Sexto del cassaro de Celle che aguasti. „Pro nunc Sanctissimus dominus noster deliberat, quod remaneat isto modo bonis respectibus."

Septimo dire de le forteze fanno li Ubaldini nel nostro contado, cioe Petragialla et Montefiore. „Sanctissimus dominus noster non vult, quod fiant aliqua fortelicie in Comitatu Castelli; sed illi habeant fructus possessionum suarum, et provideatur cum gubernatore de remedio."

Octovo dire de le appellagioni da le sentencie de Veschovo et suo Vicario. „Si appellatur ad gubernatorem, ipse videat, si ad curiam veniant."

Nono che se confermino i nostri statuti. „Exhibeantur, vel gubernator examinet et referat succincte."

Decimo supplicare non se facciano rescripti nele questioni civili. „Placet Sanctissimo domino nostro, nisi sit magna et expressa necessitas, et maxime pro miserabilibus personis."

Undecimo cerchare se confermi lo statuto, che parla de livellari. „Responsum fuit in primis capitulis."

Duodecimo operare che colte che se fanno per li frati de sancto Antonio et altri collectori nel contado, se facciano per gli huomini de la fraternita de sancto Antonio pagando loro quello si pagha per li dicti collectori, allegando che anno lospidale annexo, nel quale se receptano poveri et pongano et lassano infanti proiecti nutricarse li et fanno se altre opere de pieta. „Praticetur cum Priore sancti Antonii hic presente."

Terciodecimo operare che li trecento fiorini a noi constituti ne la gabella de la carne venghino e le mani del nostro camerlengho et non del camerario de la camera apostolica per la difficulta de averle a nostri bisongni, et per non fare tanto circuito. „Serventur prima capitula."

Quartodecimo narrare de le reprensalie, le quali pensamo sieno contra da noi in Arimino per lo salario de miser Acto, et supplicare se tolgliano. Et similiter dubitamo de Fermo et Camerino. „Scribetur, sed nulli potest insticia denegari."

Quintodecimo pregare el generale de sancto Francesco, che li piaccia provedere chel conven-

to de sancto Francesco nostro sia recto et governato per li frati de observancia, pero che non e recto per quel debito modo se convene, et che sia accepto a questo popolo, et si facesse bisongno parlare de questo a la Santita de nostro Signore. „ Dicetur sibi et inducetur."

Sextodecimo supplicare a la Santita de nostro Signore degni dechiarando el capitolo xxvii. de le gracie a noi concedute, che de debiti de la camera et crediti de quali ce fa li mencione chel vedere examinare dechiarare et provedere de dicti debiti et crediti se appartenga al nostro Signore Governatore et Priori. „ Fiat ut in primis capitulis continetur." — xvi. Septembris mccccxxxvi. —

CCLXXXV.

Iacobo de Senis confertur officium bullettarum in civitate Bononiensi. *Reg. Tom. XXIII. fol. 25.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Ser Iacobo Iohannis de Senis Locumtenenti officii Bullettarum Civitatis nostre Bononiensis, salutem etc. Probate devocionis sinceritas, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut te nostris et ipsius ecclesie negociis specialiter deputemus. Hine est, quod nos de tue probitatis et fidelitatis industria in aliis nris et prefate ecclesie negociis comprobata sumentes in domino fiduciam specialem, ac sperantes, quod ea, que tue prudencie commietenda duxerimus, solicite ac laudabiliter exequeris, Te Locumtenentem officii bullettarum Civitatis nostre Bononiensis cum notariis et familia, auctoritate, exercicio et potestate consuetis, ac salario videlicet duorum notariorum, duorum famulorum, et pro expressis ipsorum et tuis triginta librarum Bononinorum sollummodo pro qnolibet mense tibi de introitibus dicti officii persolvendo auctoritate apostolica usque ad nrum beneplacitum tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, Tibi nichilominus omnia et singula, que officiales bullettarum huiusmodi, qui pro tempore fuerunt, mandare, exequi, agere et exercere quomodolibet potuerunt seu debuerunt, et que ad huiusmodi officium eiusque liberum exercitium spectant et pertinent de consuetudine vel de iure, mandandi, exequendi, agendi, et exercendi facultatem, potestatem et arbitrium concedentes, ac mandantes omnibus et singulis, ad quos spectat, quatenus tibi in hiis, que ad officium ipsum pertinent, pareant et intendant. Volumus autem, quod omnes et singuli dicti officii introitus, redditus et proventus ad Cameram nostram Bononiensem spectent ac perveniant, de quibus tibi pro cera, carta et aliis expensis extraordinariis consuetis per Thesaurarium dicte Camere singulis mensibus satisfieri volumus, quodque antequam officium huiusmodi incipias exercere, in manibus dilecti filii Francisci tituli sancti Clementie presbiteri Cardinalis, Camerarii nostri, prestes fidelitatis debite in forma solita iuramentum. Datum Bononie Anno Incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimosexto, Kalendis Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

CCLXXXVI.

Francisco de Salimbenis civitatis Bononiensis potestati iurisdictio praeter eiusdem civitatis statuta et syndicatum conceditur. *Reg. Tom. XV. fol. 145.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Francisco de Salimbenis legum doctori et militi Senensi, salutem etc. Cum te nuper Civitatis nostre Bononiensis Potestatem pro semestri tempore fecerimus, prout in nostris superinde confectis litteris plenius continetur: nos ut officium tibi commissum eo commodius ad relevationem bonorum et malorum punitionem exequi valeas, quo fueris maiori per nos auctoritate munitus, tibi etiam ex officio inquirendi et procedendi contra quascunque personas, cuiuscunque status, gradus vel condicionis fuerint, que in ipsa Civitate, Comitatu et districtu eiusdem quomodocunque, etiam contra nrum et Romane ecclesie statum deliquerint, illasque corrigendi, muletandi et puniendi preter formam statutorum et consuetudinem dicte Civitatis, et omnia alia et singula gerendi, exercendi et administrandi, prout locorum, temporum, delictorum qualitate pensata tibi pro honore nostro et Romane ecclesie, ac statu pacifico et tranquillo dicte Civitatis visum fuerit expedire, absque eo quod ad sindicatum stare, et de predictis et aliquibus aliis preterquam de baracteriis, rapinis et furtis rationem reddere tenearis, liberum arbitrium et facultatem plenariam concedimus et etiam potestatem. Datum Bononie Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimosexto, pridie Idus Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

CCLXXXVII.

Statuta pro universitate artis lanae gentilis in civitate Bononiensi confirmantur. *Reg. Tom. XV. fol. 155.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ad ea, que felicem et prosperum statum Civitatum nobis et Romane ecclesie subditarum populorumque in illis degentium utilitatem, commoda et honores respiciunt, libenter intendimus et illa prosequimur favoribus oportunis. Sane exhibita nobis nuper a dilectis filiis Massario et Universitate hominum artis lane gentilis Civitatis nostre Bononie petitio continebat, quod provisiones et statuta ac ordinamenta societatis et artis predicte pro communi utilitate, et ad favorem Civitatis predicte ac hominum eiusdem edita, et per Venerabilem fratrem nostrum Danielem Episcopum Concordiensem in ipsa Civitate pro nobis Gubernatorem nuperrime confirmata, nos etiam confirmare et approbare de speciali gratia dignaremur.

Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati tenores omnium statutorum, provisionum et ordinamentorum predictorum habentes presentibus pro sufficienter expressis, ut pleniori persistant roboris firmitate, auctoritate apostolica tenore presentium ex certa sciencia approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Siquis etc. Datum Bononie Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimosexto, Nonis Februarii, Pon. nri anno sexto.

CCLXXXVIII.

Stephanus de Macaronibus officialis zecchae Urbis constituitur. *Reg. Tom. XXIII. fol. 34.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Stephano de Macaronibus civi Romano, Suprastanti Zecche alme Urbis, salutem etc. Probate fidei sinceritas, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut te nostris et ipsius ecclesie negociis specialiter deputemus. De tue igitur probitatis et fidelitatis industria plenam in domino fiduciam detinentes, ac sperantes, quod ea, que tue prudencie commictenda duxerimus, feliciter et laudabiliter exequeris, te Suprastantem Zecche alme Urbis pro tempore duorum annorum, incipiendo post finitum semestre officium dilecti filii Pauli Petri Palucii, et ut sequitur finiendo, cum officio, familia, salario, exercicio, emolumentis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate presentium facimus, constituimus et eciam deputamus, tibi omnia et singula, que ad officium et exercicium Suprastantis dicte Zecche pro tempore existentis quomodolibet spectant de consuetudine vel de iure, faciendi, mandandi et exercendi facultatem et potestatem plenariam concedentes, ac mandantes exnunc Venerabili fratri Gubernatori et dilectis filiis Conservatoribus Camere dicte Urbis et aliis, ad quos spectat, quatenus te ad officium et exercitium suprastantis huiusmodi recipiant et admittant, ac de salario tibi debito pro tempore responderi faciant cum effectu. Volumus autem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, de ipso fideliter et laudabiliter exercendo in manibus dilecti filii Francisci tituli sancti Clementis presbiteri Carnalis, Camerarii nostri, prestes in forma solita fidelitatis debite iuramentum. Nulli ergo etc. nostre deputationis, constitutionis, concessionis, mandati et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Bononie etc. MCCCCXXXVII. pridie Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCLXXXIX.

Iuvenali Bartholomaei de Narnia officium assetatoris vinorum in eadem civitate eiusque comitatu confertur. *Reg. Tom. XXIII. fol. 42.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Iuvenali Bartholomei de Narnia, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut te favoribus apostolicis prosequamur. Hinc est, quod nos te volentes favoribus prosequi gracioso, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, tibi officium assetatoris vinorum Civitatis nostre Narnie et eius Comitatus cum emolumentis, honoribus et oneribus consuetis auctoritate apostolica presentium tenore pro uno anno, in Kal. Novembris proxime futuri inchoando, et ultra ad beneplacitum nostrum concedimus exercendum, mandantes dilectis filiis Gubernatori, Universitati et hominibus dicte terre et aliis, ad quos spectat, ut te ad huiusmodi officium et exercitium admittant et admitti faciant, ut est moris. Tu igitur officium illud sic diligenter, fideliter et prudenter exequi studeas, quod exinde possis apud nos et sedem apostolicam merito commendari. Volumus antem, quod antequam huiusmodi officium incipias exercere, in manibus dilecti filii istic gubernatoris prestes de huiusmodi officio fideliter exercendo ac fidelitatis debite solitum in forma debita iuramentum. Datum Bononie anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo tricesimoseptimo, VIII. Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

CCXC.

Iudaei in civitate et comitatu Bononiensi a solutione c. ducat. pro pallio die s. Petronii etc. eximuntur. *Reg. Tom. VI. fol. 169.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Quamvis Iudei, quos in testimonium Ihesu Christi sacrosancta diversis locis ecclesia tollerat, in eorum potius duritia cecitateque persistere velint, quam prophetarum verba et sacrarum archana scripturarum cognoscere, ad Christiane quoque fidei et salutis noticiam pervenire: quia tamen in eorum necessitatibus nra presidia et favores interpellant, nos ipsis Christiane pietatis mansuetudinem et clemenciam denegare non intendimus, ut sic allecti suos cognoscere curent errores, et illustrati superna gracia tandem ad verum, quod Christus est, lumen properent claritatis. Nuper siquidem Aniseti Venture, necnon Datelli Consilii, Abrahe Elie et Robini Samuelis Iudeorum in Civitate nostra Bononiensi moram trahentium querelam accepimus continentem, quod licet Iudeis omnibus in Civitate predicta, necnon Centi et Plebis aliisque Castris et locis Comitatus nostri Bononiensis pro tempore commorantibus per diversas apostolice sedis, et qui antea fuerunt in ipsa Civitate, Legatorum eiusdem, necnon Gubernatorum dicte Civitatis litteras concessum sit, quod aliqua preter solita non debeant onera supportare, nec ipsi Iudei in Civitate et Comitatu huiusmodi commorantes pro pallio in festo sancti Petronii, seu alias ipsi ecclesie consueverint aliquid elargiri: tamen dilecti filii officiales fabrice

dicti sancti Bononiensis asserentes nostras, quas tamen non exhibuerunt, super eo, quod Iudei in ipsis Civitate et Comitatu pro tempore commorantes annis singulis pro pallio huiusmodi, seu alias occasione dicte ecclesie centum ducatos auri deberent dare atque tenerentur, litteras emanasse, quarum tenores, si que sint, hic volumus habere pro sufficienter expressis, Anisetum, Datellum, Abraham et Robinum predictos, ut infra certum tempus tunc expressum pro pallio prefato, seu alias eidem ecclesie dictos centum ducatos persolverent, requisiverunt ac desuper molestarunt, in evidens ipsorum in dictis Civitate et Comitatu commorantium Iudeorum gravamen pariter et detrimentum. Quare pro parte sua nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis ac ipsorum inibi successoribus super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, nullum ex Iudeis presentibus et futuris, qui infra Civitatem et Comitatum predictos pro tempore habitaverint, pretextu dictarum nostrarum litterarum, si que sint, vel alias occasione cuiusvis impositionis in Civitate et Comitatu predictis, seu ratione alicuius eorum hactenus facte aut imposterum faciende, ad solutionem ducatorum ratione pallii huiusmodi seu ecclesie prefate impositorum quomodolibet teneri, sed ipsos omnes a predictis eneribus, quocumque nomine nuncupantur, et quavis eccasione vel causa imposita fuerint, liberos ac immunes existere, et nullatenus in statu, quo retroactis temporibus in eisdem Civitate et Comitatu permissi fuerunt, vel circa illum vexari seu molestari debere, necnon illos ex ipsis Iudeis, qui extra Civitatem et infra Comitatum prefatos moram pro tempore traxerint, ad contribuendum iuxta ratam eos contingentem in illis, que pro indemnitate predictorum infra eandem Civitatem, Castra et Comitatum commorantium Iudeorum communiter imposita fuerint, obligatos censeri, et ad id oportunis iuris remediis, etiam cum auxilii brachii secularis invocatione, compelli posse auctoritate apostolica decernimus per presentes, Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon eiusdem Civitatis, etiam si iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate vallata sint, statutis et consuetudinibus, etiam si de eis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum foret mentio facienda, contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre voluntatis et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Bononie anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo trigesimoseptime, pridie Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

CCXCI.

Arpinum dioecesis Soranae pontifex in comitatum erigit. *Reg. Tom. XXIII, fol. 95.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ex superne maiestatis providencia Romanus Pontifex in eminenti specula militantis ecclesie constitutus, circa Terrarum, Castrorum et locorum omnium ad Romanam ecclesiam immediate sive mediate spectantium honorem ac utilitatem paterne solicitudinis studio intendens, iuxta ingruentium negociorum, personarum et temporum qualitates nonnumquam aliqui ex illis extollit atque decorat prerogativa singularis honoris et tituli, prout in domino conspicit salubriter expedire. Hac consideracione inducti, Arpini, Gallinarii, Caselmerii cum Casale et Monteactire terras Sorane diocesis ad nos et prefatam ecclesiam pertinentes motu proprio auctoritate apostolica tenore presentium in Comitatum erigimus et Comitatus titulo decoramus, statuentes ac decernentes auctoritate predicta, quod terre huiusmodi cum villis, casalibus, montibus, vineis, silvis, pratis, pascuis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, molendinis, piscationibus, aucupationibus, venationibus, terris cultis et incultis, territoriis et districtibus, iuribus et pertinenciis suis universis deinceps Comitatus Arpini perpetue nuncupentur, et ipsas terras a prefata ecclesia obtinentes, et in fidelitate ipsius ecclesie ac nostra et successorum nostrorum Romanorum Pontificum canonice intrantium persistentes, Comites Arpini existant et perpetuis futuris temporibus nuncupentur, iure tamen predicte ecclesie et Regni Sicilie in omnibus semper salvo. Nulli ergo etc. nostre erectionis, decorationis, statuti et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Florencie anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesime tricesimonono, qointodecimo Kalendas Nevembris, Pontificatus nostri anno nono.

CCLXCII.

Communi Civitatis Castelli ad quinque annos sub annuo censu M flor. conceditur vicariatus eorum civitatis et districtus. *Reg. Tom. XVI. fol. 136.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus, Communi et populo Civitatiscastelli in eadem Civitate eiusque Castris, forteliciis, terris, locis, Comitatu, territorie et districtu, ad nos et Romanam ecclesiam pleno iure immediate spectantibus et pertinentibus, pro nobis et eadem ecclesia in temporalibus Vicariis generalibus, salutem etc. Etsi de salute cunctorum Christifidelium ex officio superna dispositione nobis iniuncto curam vigilem gerimus, quantum nobis ex alto conceditur, de statu tamen provinciarum, Civitatum, terrarum, Castrorum atque locorum nobis et Romane ecclesie immediate subiectorum tanto amplius solicitudo nos urget, quanto illa ardentiori caritate prosequimur.

Intensis itaque desideriis cupientes, ut Civitas nr̃a Civitatiscastelli nobis et prefate ecclesie immediate subiecta, civesque ipsius et incole ac habitatores sub nostro et ipsius ecclesie nomine iuste regantur utiliterque et prospere gubernentur, ac grata et accepta servicia, que prefate ecclesie retroactis temporibus impendistis et impendere non desistitis, debita gratitudine recensentes, ad ea, que vestros honores, statum et commoda respiciunt, vobis merito concedenda promptis affectibus excitamur. Hiis siquidem et aliis consideracionibus moti, et ut eo ferventius atque devotius ad nostra et predicte ecclesie obsequia servandamque fidelitatem animemini, que per nos ampliores dono gracie senseritis vos munitos, sperantes, quod tanquam viri ad hoc ydonei, fide preclari et prudencia circumspecti, experiencia docti et solicitudine vigiles, statum ac honorem nostrum ac dicte ecclesie diligatis, pacem ametis, nutriatis concordiam et sine personarum acceptione iusticiam ministretis, Vicariatum, regimen, gubernationem et administrationem predicte Civitatis nostre Civitatiscastelli, et quorumcumque Castrorum, terrarum et locorum Comitatus, territorii et districtus eorumdem, que presentialiter possidetis, seu que ad ipsam vestram Civitatem pertinentia per alios occupata, per vos pro nobis et ecclesia Romana propria auctoritate recuperari contingerit in futurum, iure tamen tertii semper salvo, quorum nomina et confinia hic haberi volumus pro sufficienter expressis, cum omnibus iuribus et pertinenciis eorumdem ad nos et Romanam ecclesiam plene iure spectantibus et pertinentibus, ac incolarum et habitatorum eorumdem auctoritate apostolica ac ex certa sciencia usque ad quinque annos, a data presentium inantea computandos, vobis concedimus per presentes, vosque in temporalibus Vicarios, Rectores, gubernatores et administratores dictorum Civitatis, Castrorum, terrarum et locorum ac iurium et pertinenciarum et incolarum eorumdem, vobis in obediencia, devotione et fidelitate nostra ac predicte ecclesie, successorumque nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus, auctoritate predicta facimus, constituimus et etiam ordinamus, Alienacione tamen Civitatis, Castrorum, terrarum et locorum predictorum ac bonorum immobilium et preciosorum mobilium dicte ecclesie in ipsis Civitate, Castris, terris et locis ac pertinenciis suis vobis penitus interdicta. Et insuper vobis Vicariatum ipsum, regimen, gubernationem et administrationem huiusmodi Civitatis, terrarum, Castrorum et locorum ac iurium et pertinenciarum predictorum per vos et alios officiales, quos et eadem Civitas alias solita est habere, per vos more solito eligendos, cum illis mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam seu eius Rectores aut officiales hactenus exercitata fuerint, seu nr̃o et dicte ecclesie nomine exercentur, ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie, statumque pacificum et tranquillum Civitatis, terrarum, Castrorum et locorum iuriumque et pertinenciarum predictorum, necnon incolarum et habitatorum eorumdem eadem auctoritate concedimus per presentes iuste et fideliter exercenda: ac per vos seu alium aut alios quoscumque Potestates, Iudices, Sindicos aut officiales ydoneos, qui possint et debeant questiones quaslibet tam civiles, quam criminales et alias cuiuscumque speciei, speciales vel generales, motas vel movendas ad forum Civitatis, terrarum, Castrorum, locorum, iuris et pertinenciarum predictorum, vel alicuius ex eis ratione contractus, delicti vel alterius rei, de qua ageretur aut irritetur, communiter vel quovismodo de iure vel approbata et prescripta hactenus consuetudine pertinentes, et in causis appellationum et nullitatum quarumcumque civilium et criminalium ac mixtarum, si est ita fieri consuetum, audire et de ipsis previa ratione cognoscere, criminibus heresis ac falsificationis litterarum apostolicarum exceptis, easque fine debito terminare et executioni debite demandare, constituendi, ordinandi et etiam deputandi, ita tamen quod de illis extra dictam Civitatem, Castra, terras vel loca nulla possit cognitio vel diffinitio haberi, sed in illis dumtaxat et per illos, per quos id fieri hactenus consuevit, qui auctoritate et vice nostra id faciant et facere possint et intelligantur; necnon colligendi et percipiendi ac vestris usibus applicandi libere, et absque eo quod nobis vel alteri pro nobis vel successoribus nostris, seu Camere apostolice ullo unquam tempore aliquam teneamini reddere rationem, omnia et singula debita, thelonia, pedagia, gabellas et emolumenta ac fructus, redditus et proventus et introitus quoscumque, etiam condempnationum et mulctarum, qui per eandem ecclesiam aut eius officiales seu dictos Priores, populum et Commune exigi et levari debuerunt et consueverunt, cuiuscunque generis et speciei et quocumque nomine censeantur, qui ad nos et dictam ecclesiam in Civitate, terris, Castris, locis, iuribus et pertinenciis supradictis, necnon incolis et habitatoribus predictis quibusvis modo, titulo, iure, causa, via, occasione vel forma pertinuerent, et de ipsis omnibus et singulis, prout vobis videbitur et volueritis, libere disponendi, ac per vos seu alium vel alios, quibus id commictendi duxeritis, merum et mixtum imperium et omnimodam iurisdictionem ac gladii potestatem in predictis et circa predicta exercendi, Contradictores quoque quoslibet et rebelles, quotiens expedierit, temporali districtione, qua convenit, compescendi, statuta etiam, provisiones et decreta quelibet facta et fienda, que non sunt contra ecclesiasticam libertatem, utendi, compilandi et faciendi, ac omnia alia et singula, que statui et honori nostro et eiusdem ecclesie, ac statui pacifico

et prospero ac tranquillo Civitatis, terrarum, Castrorum, locorum, iurium et pertinenciarum predictorum, necnon incolarum et habitatorum eorumdem et que circa bonum statum et regimen dicte Civitatis hactenus consueta fuerint et expedire cognoveritis, faciendi, statuendi, ordinandi, corrigendi, diffiniendi et exequendi concedentes eadem auctoritate plenam facultatem, ita tamen quod de huiusmodi consuetis theloniis, pedagiis, gabellis, fructibus, redditibus, proventibus, introitibus et emolumentis vos teneamini Civitatem, terras, Castra, loca, iura et pertinencias predicta, ipsaque territoria, arces et fortalicia vestris sumptibus et expensis fideliter et diligenter reparare, manutere, deffendere et observare ac etiam custodire, et omnia alia ipsarum consueta onera supportare, absque eo quod nos aut dicta ecclesia vobis vel aliis pro huiusmodi Vicariatu, Rectoria, gubernatione, reparatione, custodia et aliis predictis seu dependentibus ab eisdem subvenire in aliquo teneamur.

Et nichilominus singulis annis dicta commissione durante de ipsis emolumentis, introitibus, fructibus, redditibus et proventibus ex predictis omnibus et singulis percipiendis pro censu et canone ratione Vicariatus Civitatis, territorii et districtus predictorum in festo Nativitatis beatorum Petri et Pauli apostolorum nobis et Camere apostolice, ubicumque nos aut successores nostros Romanos pontifices canonice intrantes esse contigerit, vestris tamen sumptibus, periculis et fortuna mille florenos auri de Camera solvere et assignare efficaciter teneamini, necnon militare subsidium ac regalia beati Petri, et alia servicia in constitutionibus dudum factis per felicis recordationis Innocentium papam VI. ac alios summos pontifices predecessores nostros facere, attendere et adimplere, ac ad parlamenta generalia accedere fideliter teneamini, et quemadmodum per exacta tempora teneri consuevistis. Causas tamen omnium et singulorum appellationum et nullitatum quarumlibet tam civilium quam criminalium, et alia quelibet superioritatis iura nobis et successoribus nostris ac Legatis, qui pro nobis in illis partibus residerent, expresse et specialiter retinemus ac etiam reservamus, salvis tamen et reservatis in hoc casu quibuscumque privilegiis indultis Civitatis, Terrarum, Castrorum, Comitatus, territorii et districtus predictorum in hac parte competentibus, si qua forent ac laudabilibus consuetudinibus quoque inibi hactenus observatis, quibus non intendimus in aliqua derogare. Quodque bona immobilia ecclesiarum, monasteriorum, piorum locorum et ecclesiasticarum personarum per quascumque ablata seu occupata in Civitate, Comitatu, territorio, terris, Castris et locis predictis vel aliquo eorum restituetis et restitui facietis illis, quorum interest, hoc modo videlicet quod illa, que per ipsos Priores et Commune Civitatiscastelli, seu de eorum mandato in aliquo locorum predictorum ablata fuissent, per ipsos Priores et Commune restituantur; si autem per singulares personas, persone ipse ad restituendum illa seu ius vel causam ab illis habentes compelli debeant per vos effectualiter infra octo menses a tempore sciencie, ut sequatur restitutio cum effectu: nec receptetis rebelles et bannitos eiusdem ecclesie, nec directe vel indirecte faciatis per alios receptari, nec eis vel eorum alicui auxilium vel favorem dari seu prestari ullo modo permittatis; quinymo potius quoscumque ex eis in vestram pervenientes potestatem, quotiens super hoc a Legato apostolice sedis vel Rectore in illis partibus existente, vel aliis diete ecclesie officialibus, ad quos id ratione officiorum suorum pertineret, requisiti fueritis, bona fide capi faciatis et ad huiusmodi requirentes sub fida custodia destinari. Quodque per vos seu officiales vestros, quos ad hoc duxeritis deputandos, Civitates, terras, Castra, loca, iura, iurisdictiones et pertinencias predicta durante concessione premissa, ut prefertur, regatis et gubernetis secundum iura et constitutiones ac statuta Civitatis predicte, et alia per vos aut alium a vobis potestatem habentem rite et iuste edita vel edenda: et quod omnia statuta, si qua essent in Civitate, terris, Castris, locis et pertinenciis predictis contra Romanam ecclesiam et ecclesiasticam libertatem ecclesiasticasque personas, seu earum bona cassetis et faciatis totaliter cassari et aboleri, ipsisque non utamini, nec ea quoquomodo servetis. Quodque vos omnes gentes armigeras tam equestres quam pedestres per nos aut Legatos seu Rectores prefatos quocienscumque transmissas in Civitate, Comitatu, terris, Castris, territoriis et districtu supradictis recipere et receptare, ac recipi et receptari necnon benigne tractari, eisque de victualibus et aliis necessariis provideri pro pretio competenti iuxta posse vestrum facere teneamini. Quodque, ut Civitas, Comitatus, terre, Castra, territorium et districtus prefata huiusmodi Vicariatu finito ad potestatem, dominium ad manus nras vel successorum nostrorum predictorum libere et cum omni integritate revertant, procurabitis et toto posse et sine fraude, ac bona fide, oportunis provisionibus et remediis operabimini. Et si forte censum predictum in termino premisso non solveritis et alia superius expressa, ac iuramenta per vos iuxta formam inferius annotatam prestanda, et contenta in eis non servaveritis vel non adimpleveritis, aut contra ipsa seu ipsorum aliquod temere per vos vel alios feceritis seu veneritis, et culpam vestram super hoc moniti infra trium mensium spatium a monitionis tempore huiusmodi computando congrua satisfactione non correxeritis, ab omni exercitio Vicariatus, regiminis, gubernationis et administrationis Civitatis, terre,

Castrorum, Comitatus, territorii, districtus et locorum predictorum et cuiuslibet eorum vos suspendimus ipso facto, illodque vobis penitus inhibemus: et si infra alios tres menses huiusmodi tres immediate sequentes predicta non curaveritis cum effectu debito reparare, extunc ob ipsis Vicariatu, regimine, gubernatione et administratione, ac omni iure vobis exinde quomodolibet competente vos privatos esse volumus et tenore presentium declaramus. Assumentes in nos et successores nostros ac beati Petri protectionem et defensionem dicte Civitatis ac terrarum, Castrorum et locorum predictorum ac eorum incolarum et habitatorum seu peculiarium s. Romane ecclesie filiorum contra quoscumque, qui offenderent seu offendere vellent, et occuparent vel occupare vellent Civitatem, Terras, Castra et loca predicta, ac etiam vobis cum dilectis filiis populo et Communitate Civitatis Florentie pro defensione et tutela status nostri ac terrarum, Castrorum et locorum predictorum, et ad statum et honorem nostrum ecclesieque prefate contra quoscumque nostrosque et dicte ecclesie vestrosque hostes, et alios quoslibet nostrum statum perturbare volentes aut molientes ligam, confederationem et recommendationem dicti Vicariatus tempore duraturas iniendi, firmandi et faciendi plenam et liberam facultatem et potestatem harum serie concedentes, ratum et gratum habituri quicquid egeritis in premissis. Postremo omnes ambiguitates seu dubia, si pretextu vel occasione concessionum, constitutionis, voluntatis, reservationum et communitionum predictorum vel aliquorum aliorum presentibus expressorum quovismodo et quocienscumque imposterum orirentur, ac ipsorum interpretationem et declarationem ad nos et successores nros dumtaxat volumus pertinere.

Vos igitur ex traditis dono celesti virtutibus circa Civitatis, Comitatus, terrarum, Castrorum, territorii et districtus predictorum regimen prosperum et tranquillum vos diligentes exhibeatis et etiam studiosos, quod cives, Communitates, Universitates, habitatores et incole prelibati utilibus gubernatoribus et providis Rectoribus merito gaudeant se commissos, vosque exinde apud deum et homines valeatis merito commendari, nostramque et eiusdem sedis benedictionem et graciam uberius promereri. Volumus insuper et huic nostre concessioni adiicimus per presentes, quod sindici et procuratores dictorum Priorum, populi et Communis nre Civitatiscastelli habentes ad hoc et infrascripta solemne, sufficiens et speciale mandatum, sindicario et procuratorio nomine predicto in manibus Venerabilis fratris Ludovici in patriarcham Aquilegensem electi, Camerarii nri, prestent debite fidelitatis in forma, que inferius describitur, iuramentum.

Forma autem iuramenti ipsius, quod ratione presentis Vicariatus prestare teneamini, quodque ad presens per dilectos filios nobiles viros Honofrium de Virilibus militem et Vitoloczium de Vitellis concives, ac etiam sindicos et procuratores vestros ad hoc a vobis specialiter constitutos, in nostris manibus prestitistis, et per eam plenius informemini, presentibus inseri fecimus, que sequitur et est talis. Nos Honofrius de Virilibus miles et Vitoloczius de Vitellis cives Civitatiscastelli, procuratores et procuratorio nomine Priorum, Communis et populi dicte Civitatiscastelli, in eadem Civitate eiusque terris, Castris et locis ac Comitatu, territorio, districtu ad sanctissimum dominum nrum, dnum Eugenium papam IIII. et Romanam ecclesiam spectantibus pro eodem sanctissimo dno nostro et prefata ecclesia in temporalibus generalium Vicariorum, ac per ipsum dominum nostrum specialiter constitutorum, habentes ad infrascripta plena et sufficientia mandata in animas dictorum constituentium promittimus, iuramus, quod ab hac hora inantea fideles erunt beato Petro apostolorum principi et domino nostro prefato, domino Eugenio divina providencia pape IIII. suisque successoribus Romanis pontificibus canonice intrantibus: non erunt in consilio, auxilio, opere vel facto, quod dictus dominus noster vel eius successores vitam perdant vel membrum, seu capiantur mala captione. Consilium vero, quod eis significaveriot vel committent per se seu nuncios aut litteras, sine eorum licentia ad eorum dampnum scienter nemini pandent: et nunquam erunt verbo, facto, consilio vel consensu directe vel indirecte per se vel alium seu alios publice vel occulte, seu quovis modo contra Romanam ecclesiam, dnum nostrum summum pontificem, qui nunc est vel pro tempore erit; sed erunt adiutores ad conservandum, retinendum, deffendendum et recuperandum Civitates, Terras, Castra, Villas, Rochas, fortelitia et regalia beati Petri, et omnia alia iura sancte Romane ecclesie, etiam mala alienata et per quoscumque homines occupata seu tyrannice detenta adiuvabunt pro posse recuperare et recuperata deffendere, ac in suo pleno dominio eorumque iuribus, utilitatibus et honoribus conservare. Prefatum dominum nrum, Legatum et officiales quoscumque dicte sedis, quotienscumque ipsos per Civitates, terras, Castra, districtus et loca eorum regimini concessa transitum facere contigerit, in eundo, stando et redeundo humiliter et honorifice suscipient et gratitudine debita, quantum poterunt, pertractabunt. Perditionis alumpno Amedeo Sabaudie, qui se Felicem IIII.(?) ausu sacrilego nominare presumit, eiusque sequacibus et dantibus ei auxilium, consilium et favorem, cuiuscumque fuerint preeminencie, ordinis vel conditionis et quacumque fulgeant dignitate, aliisque Romane ecclesie inobedientibus et rebellibus per ipsam ecclesiam denotatis et imposterum denotandis, quamdiu extra gratiam et communionem

dicte ecclesie permanebunt, ipsi constituentes nullatenus adherebunt, nec dabunt quovis modo per se vel alios directe vel indirecte, publice vel occulte auxilium, consilium vel favorem, nec ab aliis, quantum in eis erit et impedire poterunt, prestari sce dari permittent; sed eos pro posse, donec convertantur et revertantur ad greminm sancte Romane ecclesie, ae obedienciam et reverenciam ipsius dñi nostri vel eius successorum iuxta tenorem processuum apostolicorum, et prout iustum fuerit, prefatum Amedeum et alios inobedientes ac rebelles pro posse prosequentur ac invadent, et invadi facient iuxta eorum posse ac bona fide. Et nunquam erunt verbo vel facto, consilio vel consensu, ut aliquis Imperator, Rex, Dux vel Marchio seu quivis alius, Universitas, Communitas vel Collegium alicuius Communitatis, terre vel loci eligatur, nominetur seu assumatur in dominum, officialem vel Rectorem Civitatis, Comitatus et districtus, terrarum et Castrorum predictorum sine expressa licencia ipsius domini nostri vel eius successorum seu legatorum: et quod constitutiones papales, maxime felicis recordationis Iohannis pp. XXII., Clementis VI. et Innocentii VI. summorum Pontificum loquentes de hac materia pro posse et totis viribus observabunt: et si contigerit, quod aliquis nominaretur, eligeretur vel assumeretur in dñum, aut officialem vel Rectorem in Civitate, Comitatu, districtu, terris et Castris predictis sine licencia expressa ipsius dñi nostri vel Legatorum seu Vicariorum eiusdem, non prestabunt eis publice auxilium, consilium vel favorem, sed pro viribus, quantum poterunt, repugnabunt. Quodque continuatis temporibus in devotione, fidelitate et obediencia ipsius dñi nostri et successorum eius Romanorum pontificum canonice intrantium, et Legatorum, Vicariorum et officialium suorum perpetuo et inviolabiliter permanebunt: et quod nunquam contra prefatam Romanam ecclesiam, dñum nrum papam seu successores et officiales prefatos rebellabunt, aut rebellantibus adherebunt quoquomodo, nec eis prestabunt auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, sed preceptis, monitionibus et iussionibus Romane ecclesie et summorum pontificum parebunt, favebunt et reverenter obedient cum effectu. Cavalcatas, offensiones, invasiones dissensionesque non facient, vel fieri procurabunt contra aliquos ipsius ecclesie fideles, obedientes, subditos vel devotos, nisi in quantum idem dominus noster papa permiserit et de sua processit voluntate: neque ipsos invadent seu dampnificabunt per se vel alios, nec invadere vel dampnificare volentibus vel attemptantibus quoquomodo prestabunt auxilium, consilium vel favorem. Nullam preterea coniurationem, conspirationem seu ligam contra dominum nrum papam ac Romanam ecclesiam, ac officiales suos aut aliquem eorumdem facient seu fieri consentient, nec aliquid in eorum dampnum facient vel fieri procurabunt directe vel indirecte, publice vel occulte, et omnia alia et singula in concessione per ipsum dominum nostrum papam ipsis Prioribus, Communi et populo Civitatiscastelli facta et in presenti Vicariatu contenta plene et integre observabunt: sic me deus adiuvet et hec sancta dei evangelia. Datum Florentie anno etc. MCCCCXXXVIIII. IIII. Kalendas Martii, Pont. nostri anno nono.

CCXCIII.

Universitati Civitatisvetulae quaedam privilegia confirmantur. *Reg. Tom. XVI. fol. 202.*

EUGENIUS EPISCOPUS etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus terre nostre Civitevetule Viterbiensis diocesis, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut ea, que statum et commoda vestra respiciunt, vobis benivole concedamus. Attendentes igitur, quod nuper multa dampna et incommoda passi estis, ac propterea volentes vos ab imminentibus necessitatibus liberare, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, certas gracias per nos dudum, necnon quedam capitula per dilectum filium Ludovicum tituli sancti Laurencii in Damaso presbiterum Cardinalem, tunc patriarcham Aquilegiensem, apostolice sedis legatum vobis concessa, pro eorum subsistencia firmiori vobis de novo duximus concedenda, volentes et mandantes ea vobis secundum ipsorum continenciam et tenorem inferius descriptum inviolabiliter observari.

Et primo omnia et singula maleficia, crimina, homicidia, culpas, delicta et excessus per vos aut aliquem vestrum quomodolibet commissa et perpetrata, necnon sentencias, processus, condempnationes et mulctas inde secutas usque in presentem diem graciose remittimus et etiam relaxamus, ac ob eis liberos, exemptos ac immunes esse volumus et decernimus per presentes.

Item quod vos vel vestrum aliquis aut quivis incola dicte terre usque ad quinque annos a data presentium inantea computandos occasione quorumcumque debitorum particularium, quandocumque et ubicumque et cum quibusvis personis contractorum ad instanciam cuiuscumque forensis nullo modo possitis, neque debeatis in persona vel bonis conveniri, molestari, inquietari, capi vel arrestari per quoscumque nros et dicte sedis officiales, habitatoribus dicte terre dumtaxat exceptis, qui possint se invicem realiter et personaliter pro contractis debitis convenire.

Item quod deinceps liceat vobis omnibus et singulis dicte terre incolis et habitatoribus vendere, et emere omnia et singula bona ad vrum victum necessarie absque solutione alicuius oneris vel gabelle, et hoc in prefata terra tantum Civitavetule: quodque de bladis et fructibus quibuscumque pos-

sessionum ac terrarum, quas de cetero laborabitis et coletis, seu laborari et coli facietis, Camere apostolice nichil solvere teneamini, liceatque vobis dicta blada, fructus et bona vendere et alienare absque solutione tracte quacumque pro libito voluntatis.

Preterea Universitatem vram et vrum quemlibet ab omnibus et singolis debitis, in quibus ratione census salis et focatici ent alias ex quavis causa essetis Camere alme Urbis, vel Camere apostolice usque in presentem diem quomodolibet obligati, quitamus, absolvimus et penitus liberamus et liberatos esse volumus, vobis nichilominus concedentes, quod usque ad nostrum beneplacitum deinceps quartam partem solummodo huiusmodi census salis et focatici solvere teneamini et non ultra.

Insuper Universitati vestre fructus et redditus gabellarum terre nostre predicte, videlicet intrature vini, carnium et silve mortelle usque ad nostrum beneplacitum in relevationem vestram libere concedimus et donamus.

Item vobis et vestrum singulis similiter concedimus, quod sitis liberi et immunes, quemadmodum fuistis tempore quondam Iacobi de Vico, ab herbatico, glandiatico et spica per totum tenimentum dicte terre Civitevetule, nec propterea aliquid solvere teneamini seu compellamini: quodque liceat vobis et vrum cuilibet capere terras ad laborandum in tenimento prefato pro libito voluntatis, dummodo non fuerint per alium antea occupate. Similiter quoque vobis concedimus, quod nulli forenses possint venire ad laborandum terras in tenimento prefato absque vestra licencia: quod si cui laborandi facultatem concesseritis, teneatur ille, cui licencia concessa fuerit, respondere Camere apostolice terciamdecimam partem eius, quod recollegerit in terris prefatis.

Preterea volumus et etiam concedimus vobis, quod quando dosne pecudum venit ad pascua in ipso tenimento vestro, bannita in eo loco, in quo per Universitatem vestram ordinata et facta esset, servetur vobis illesa, sicut est consuetum propter conservationem bestiarum vestrarum et earum pasturam, quodque neque Castellanus, neque doanerii, neque alii officiales quicumque nostri et sedis apostolice vos possint aut debeant modo aliquo super eo molestare vel aliquod gravamen inferre, ita quod possitis dicta bannita libere et absque impedimento uti pro usu bestiarum predictarum pro libito voluntatis. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, vos ab obediencia et fidelitate nostris et Romano ecclesie, et successorum nrorum Romanorum pontificum canonice intrantium subtrahere seu resilire contingat, indulta et concessiones huiusmodi nullius existant penitus roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre remissionis, relaxationis, constitutionis, quietationis, absolutionis, liberationis, concessionis, donationis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Florentie anno Incarnationis dominice MCCCCXL. VIII. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno decimo.

CCXCIV.

Pontifex communi Florentino Burgum Sancti Sepulchri cum suo territorio oppignorat XXV. millibus floren. suri usque ad eiusdem mutui restitutionem.

Diversor. Cameral. Tom. XXV. fol. 91.

In dei nomine, amen. Anno domini ab eius salutifera Incarnatione MCCCCXL. Indictione quarta, die ultimo mensis Februarii, Actum Florencie in palacio residencie dominorum Priorum artium et Vexilliferi iusticie populi et Communis Florencie, presentibus fratre Nicolao Bernardi et fratre Silvestro Salimbenis, fratribus Sigilli dicti palacii, et Ser Bartholomeo Ser Guidonis de Prato veteri, cancellario decem balie Civitatis Florencie, et Ser Iohanne Ser Iacobi Salvetti, notariis(?) et civibus Florentinis, testibus ad hoc vocatis, habitis et rogatis. Cum Sanctissimus in Christo pater et dñus, dñus Eugenius divina providencia papa IIII. die vigesimo quarto presentis mensis Februarii anno domini MCCCCXL., Pontificatus vero sui anno decimo dederit et concesserit in pignus magnifice Communitati Florencie terram Burgi S. Sepulchri cum territorio, iuribus et pertinenciis suis pro quantitate et summa florenorum vigintiquinque millium de Sigillo conii Communis Florencie, ad habendum, tenendum et possidendum, prout in litteris sue Sanctitatis desuper confectis latius continetur: propterea presenti die ultima mensis predicti nos Pierus Chini Lippi, Simon Georgii Augustini Lapibruni, Franciscus Cambii de Orlandis, Lodovicus Cecis de Verrazario, Iohannes Betti, Iohannes Rustichi, Antonius Marsilii de Vechiettis, Nicolaus Cenobii Bonannis Beccharius, Nicolaus Baldini Trostie hospitator Priores artium, et Alexander Ugbonis de Alexandris Vexilliferi iusticie populi et Communis Florencie, unacum officiis Gonfaloneriorum societatum populi et duodecim bonorum virorum dicti Communis, et officio decem balie Civitatis Florencie in sufficientibus numeris collegiatis congregati in sala consilii dicti palacii iure et nomine Communis Florencie, misso prius inter nos solemni et secreto scruptineo ad fabas nigras et albas secundum ordinamenta dicti Communis, et obtempto partito secundum dicta ordinamenta, promittimus et solemni stipulacione convenimus tibi Gabrioli notario mentionato(?) ut publice persone presenti, recipienti et stipulanti vice et nomine dicti Sanctissimi dñi pape Eugenii, et cuiuscumque sui successoris et sancte Romane ecclesie, quod quandocumque dictus clementissimus papa Eugenius seu eius successores restituent seu restitui facient dicte magnifice Communitati Florentine dicta vigintiquinque milia florenorum de Sigillo seu co-

rum verum valorem, prout in ipsius Sanctissimi pape litteris prefatis continetur, tunc dicta magnifica Communitas Florentina restituet et consignabit dicto beatissimo pape Eugenio, seu eius successoribus dictam terram Burgi Sancti Sepulchri cum territorio, iuribus et pertinenciis predictis liberam et expeditam, prout habemus et recipimus a dicto Sanctissimo papa Eugenio. Que omnia et singula suprascripta et mentionato nomine quo supra promittimus, et solemni stipulacione convenimus tibi Gabrieli notario iam dicto et mentionato presenti et ut supra recipienti et stipulanti, attendere et fideliter observare et adimplere, omni dolo cessante, et contra non facere vel venire per nos vel alium aliqua racione, iure, modo vel causa de iure vel de facto. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis obligamus nomine predicto dicto Sme pape Eugenio et successoribus prefatis dictam Communitatem Florencie et eius bona presencia et futura, et rogamus te Gabrielem notarium mentionatum, quatenus de predictis publicum conficias instrumentum.

Ego Gabriel Francisci Leonis, imperiali auctoritate iudex ordinarius atque notarius publicus, et civis Florentinus et nunc coadiutor providi viri Ser Alberti Ser Tomasi Masi, notarii prefatorum dominorum Priorum artium et Vexilliferum iusticie populi et Communie Florencie, predictis omnibus et singulis, dum sic agebantur, interfui eaque rogatus scribere scripsi et publicavi, atque me in fidem subscripsi et me solito signo signavi.

CCXCV.

Nuntiis apostolicis, ut a cardinali de Fuxo privilegia, reliquias et alia ad Romanam ecclesiam spectantia ab Urbe ad partes Avinionenses deportata petant, et ad dictam Urbem deferant. *Reg. Tom. L fol. 76.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Resello de Rosellis Camere apostolice clerico, nuntio nro, et Bartolomeo de Branchaciis Nobili civi Avinionensi, salutem etc. Cum apud Venerabilem fratrem Petrum Epum Albanensem Cardinalem de Fuxo, apostolice sedis Legatum, ad presens reperiuntur et sint nonnulla privilegia, reliquie, insignia, libri, ornamenta, res alie et diversa bona ad sanctam Romanam ecclesiam sedemque apostolicam spectantia, que a felicis recordationis predecessoribus nostris quibusdam Romanis Pontificibus ab alma Urbe Roma, et ex Archivis celeberrimarum Lateranensis et s. Petri ecclesiarum ad partes Avinionenses, aliasque loca olim fuerunt portata: Nos res et bona huiusmodi ad predictam almam Urbem deo duce cupientes reportare, devotioni vestre privilegia, reliquias, insignia, libros, ornamenta et res et bona superius dicta a supradicto Cardinali nro et sedis ac ecclesie predictorum nominibus repetendi, et ipsum Cardinalem de eorum omnium restitutione integra requirendi, et si, prout speramus, ipsa vobis vel alteri vrm consignabit, recipiendi, et acceptandi ac ad nos deferendi vel aliter transmittendi, antedictum quoque Cardinalem post factam huiusmodi consignationem de ipsis omnibus rebus, quas vobis dederit et consignaverit, nostro et ecclesie ac sedis predictarum nominibus quitandi, ut nunquam ipse vel heredes sui eorumdem occasione valeant imposterum molestari, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem. Datum Florencie etc. xii. Kalend. Iulii, Pontificatus nostri anno undecimo.

CCXCVI.

Archiepiscopus Beneventanus generalis in spiritualibus et temporalibus vicarius in Urbe eiusque districtu constituitur. *Reg. Tom. XXIII. fol. 154.*

Eugenius episcopus etc. Venerabili fratri Astorgio Archiepiscopo Beneventano, in spiritualibus in alma Urbe Vicario, salutem etc. Licet ecclesiarum omnium universalis cura et populi christiani regimen ad continuam vigilanciam et solicitudinem nos inducunt, Romana Urbs inclita, quam caput orbis divina clemencia stabilivit et Petri sedem celestis dispositio statuit et firmavit, ac eiusdem Urbis noster peculiaris clerus et populus suis dignis prerogativis solicitant mentem nram de ipsorum statu prospero ne salubri attentius ac diligentius procurare, ut spiritualiter et temporaliter continuo maius suscipiat incrementum. Cum itaque bodie te in dicta Urbe eiusque territorio et districtu gubernatorem constituerimus atque deputaverimus, de integritate tue vite, religione ac sinceritate fidei plurimum in dno confidentes, ut eo maiorem fructum in illis partibus exhibere valeas, quo maieri auctoritate munitus fueris, et alterum officiam tibi per nos commissum ab altero ampliori dignitate roboretur, te in prefata Urbe ac eius territorio et districtu Vicarium nostrum in spiritualibus cum emolumentis, honoribus et oneribus ac prerogativis tuo immediate predecessori concessis usque ad sedis apostolice beneplacitum auctoritate apostolica ordinamus, deputamus atque statuimus, fraternitati itaque tue visitandi omnia et singula ecclesias et loca ecclesiastica ipsius Urbis, et ecclesias sancti Laurentii, sancti Anastasii, sancti Sebastiani et sancte Agnetis et alia monasteria et ecclisias prope ipsam Urbem exempta et non exempta et personas eorum, nec non inquirendi, corrigendi, reformandi et puniendi, prout secundum deum et insticiam videris expedire, conficiendi quoque et conferendi ecclesiastica sacramenta, ecclesias dedicandi et eas vel earum cimiteria, si polluta aut violata fuerint sanguinis aut seminis effusione sive excommunicatorum humacione, reconciliandi et cetera omnia, que ad ipsius Vicariatus officium de iure aut prescripta consuetudine spectant, dicto durante beneplacito ordi-

nandi, statuendi, mandandi, faciendi, exercendi et exequendi, nec non Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita, compescendi, Non obstante si aliquibus seu eorem ecclesiis seu ordinibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmedi mentionem, concedentes plenam et liberam auctoritate presentium potestatem. Fraternitati igitur tue per apostolica scripta mandamus, quatenus impositum tibi onus a domino devote suscipiens, et ad prefatam Urbem te personaliter conferens, huiusmodi Vicariatus officium ad laudem dei et salutem fidelium ceteris rebus anteponens, sic diligenter et laudabiliter gerere et exercere studeas, quod de communicatis tibi laboribus fructus uberes, auxiliante domino, representes ac nostram et diete sedis benevolenciam et graciam plenius consequi merearis. Datum Florencie anno Incarnationis dominice MCCCCXLII. septimo Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno duodecimo.

CCXCVII.

Constituuntur quidam doganerii generales pascuorum Urbis et Patrimonii beati Petri in Tuscia.

Reg. Tom. XXIII. fol. 159

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Baldasari Tantii de Benedictis de Perusio et Antonio Intendi de Viterbo ac Alexandro del Bene de Florencia, generalibus dobaneriis pascuorum et tenimentorum alme Urbis et provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia, salutem etc. Probata in nostris et Romane ecclesie negociis vestre fidelitatis integritas ac sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, merito nos inducunt, ut vos condignis prosequamur honoribus, et nostris ac ecclesie huiusmodi negociis etiam deputemes. Hinc est, quod nos horum consideratione inducti et de vestrarum personarum industria, circumspectione et diligencia ac in bene gerendis rebus experiencia aliisque multiplicium virtutum donis, quibus vos illarum largitor dñus insignivit, gerentes in dño fiduciam singularem, ac sperantes indubie, quod ea, que vobis committenda duximus, virtuose et laudabiliter exequemini, Vos dobanerios et generales officiales dobane pascuorum et tenimentorum alme Urbis, ac Patrimonii beati Petri in Tuscia pro nobis et Camera apostolica pro uno anno proxime futuro, incipiendo III. Kalendas Augusti proxime futuri et ut sequitur finiendo, cum plenaria et omnimoda potestate nostro et eiusdem ecclesie ac Camere apostolice nomine quascumque personas, cuiuscumque status, gradus, ordinis, conditionis vel preeminencie, etiam si nři et eiusdem ecclesie rebelles existant, cum eorum animalibus grossis et minutis cuiuscunque generis ac rebus et bonis omnibus quibuscumqee absque solutione, alicuius datii, pedagii vel gabelle, et cuiuscumque alterius oneris indicti vel indicendi exactione fidandi et asseeurandi, non obstantibus debitis obligationibus, represaliis, condempnationibus, fraudibus, maleficiis, criminibus at delictis quibuscumque, etiam si de illis cognitum, vel non cognitum existat, ita ut ad Urbem et provinciam huiusmodi, eorum territoria, Civitates, terras, Castra et loca quecumque nobis et eidem ecclesie mediate vel immediate subiecta ire, venire, stare, morari, recedere et redire libere at licite ac expedite possint at valeant cum animalibus et bonis eorum prelibatis, necnon eis at cuilibet ipsorum salvos conductus in ea forma et modo, et cum illis clausulis et cautelis, quibus vobis coniuntim vel divisim pro eorem securitate plenaria videbitur et placebit, dandi, concedendi et faciendi, et etiam cum huiusmodi fidatis et assecuratis conveniendi, paciscendi, componendi, transigendi et concordandi, ita quod nullus cuiuscumque status vel condicionis existet, fidatos et asseeuratos huiusmodi possit aut debeat in personis, animalibus et bonis eorum predictis quomodolibet impedire, molestare, vexare, convenire, capere et arrestare, impetere vel perturbare per se vel alium seu alios quacumque ratione vel causa tam civili quam criminali seu mixta, vobis nichilominus et cuilibet vestrum potestatem plenariam concedentes huiusmodi fidatos et assecutatos puniendi, mulctandi, corrigendi et condempnandi iuxta suorum exigenciam commissorum delictorum, necnon etiam cum omnibus et singulis, sive domini, Nobiles, Barones, Communitates, Universitates vel alii quicumque fuerint particulares, banditas vel pascua habentes et intra confinia et territoria Urbis et provincie prefatarum consistentes, societatem iniendi et faciendi vel ab eis et quolibet ipsorum huiusmodi particulares banditas seu pascua pro precio condecenti nostro et eiusdem Camere nomine emendi et comparandi, prout in premissis omnibus tam coniunctim quam divisim vobis melius videbitur expedire, districtius nichilominus inhibentes eisdem dominis, Nobilibus, Baronibus, Communitatibus, Universitatibus et aliis quibuscumque, ut prefertur, particulares banditas seu pascua huiusmodi habentibus, ut illas vel illa aliis non dant, vendant vel concedant aut cum aliis societatem ineant aut faciant, sed tantummodo vobiscum, si eos duxeritis requirendos, societatem huiusmodi facere, aut si potius vendere voluerint, vobis, ut prefertur, vendere omnimode teneantur sub pena pecuniaria, si secus ab eis et quolibet ipsorum nřo arbitrio auferenda (sic), ac insuper vobis et cuilibet vestrum panem et vinum et alia vobis et ipsis fidatis necessaria victualia emendi et emi faciendi, ac illa de Urbe et provincia huiusmodi et aliis Civitatibus, Terris et locis nřis absque solutione alicuius datii, pedagii vel gabelle

et alterius oneris cuiuscumque extrahendi et portandi, ac extrahi et portari faciendi, necnon omnia alia et singula faciendi, ordinandi, gerendi et exequendi, que ad dictum dohanerie officium de iure vel consuetudine quomodolibet pertinent et spectant, Revocantes insuper ex nunc omnes alios et singulos dohanerios et officiales per nos, vel per quoscumque alios de speciali concessione nostra in dicto officio deputatos, tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus eum salario, emolumentis, honoribus et oneribus, que Angelus et Ieronimus de Perusio immediati in huiusmodi officio precessores habuerunt et perceperunt, mandantes Venerabilibus fratribus nostris Gubernatori et Vicario, ac Nobilibus viris Senatori et Conservatoribus Urbis, necnon gabellariis et datieriis et aliis officialibus nostris tam in Urbe quam in provincia huiusmodi presentibus et futuris ubilibet constitutis, quatenus vobis totiens, quotiens fuerit oportunum, auxilia, consilia, presidia et favores prestantes oportunes faveant, assistant et intendant. Vos igitur sic officium huiusmodi solicite, fideliter et prudenter studentis exercere, quod ex vestris landabilibus operibus sperati fructus proveniunt, nosque deinde ad faciendum vobis ampliorem gratiam et honorem promptius iuvitemur. Datum Florentie anno etc. MCCCCXLII. quinto Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno duodecimo.

CCXCVIII.

Comiti Montisferetri titulum et dignitatem ducalem pontifex concedit. *Ex cod. comitum Urbini fol. 165.*

Eugenius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Oddantonio Comiti Montisferetri, in Urbinate et nonnullis aliis Civitatibus, Terris et locis pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario generali, salutem etc. Egregia et eximia virtus tua probitasque, tue fidelitatis integritas, necnon sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geris ecclesiam, sicut verum Vicarium ecclesie decet, et te in posterum habiturum esse confidimus, merito nes induennt, ut personam tuam, ac filios, descendentes et posteros tuos ampliori et sublimiori nominis et dignitatis titulo, maioribus quoque privilegiis et favoribus specialibus honoremus, sperantes, quod et te fideliorem et status nostri et eiusdem ecclesie defensorem prestabis, quo senties maiora in te beneficia contulisse. Hinc est, quod nos tuis in hac parte supplicationibus inclinati volumus, statuimus, decernimus ac declaramus, quod sicut, ut asseris, hactenus tu ac tui progenitores ab antiquo usque in presentem diem vocati et nuncupati fuistis Comites, ita deinceps hoc mutato nomine et vocabulo, tu, filii, descendentes et posteri tui Dux et Duces Urbini perpetuis futuris temporibus ab omnibus et singulis dici, appellari, nominari et nuncupari debeatis et existatis, et existas ac existant, necnon etiam omnibus et singulis honoribus, insigniis, preeminentiis, privilegiis et prerogativis quibus gaudent et utuntur alii Duces ab ecclesia prefata et Romano pontifice facti, creati et ordinati et gaudere possunt quevis modo, uti et gaudere pariter valeatis et possitis, ac possis et possint, iure tamen eiusdem ecclesie alias in omnibus semper salvo. Volumus autem, quod tu per te vel procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum tuo et filiorum ac descendentium et posterorum tuorum predictorum nomine in manibus nostris, vel dilecti filii Ludovici tituli sancti Laurentii in Damaso presbiteri Cardinalis, Camerarii nři, vel Vicecamerarii aut eius locumtenentis fidelitatis debite prestes in forma solita iuramentum. Nulli ergo etc. nřorum statuti, constitutionis, declarationis et voluntatis infringere etc. Datum Senis Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, VII. Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno tertiodecimo.

CCXCIX.

Cardinales s. Mariae in Transtiberim et s. Laurentii in Damaso paciarii Italiae constituuntur. *Reg. Tom. XXIII. fol. 204.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Gerardo tit. s. Marie in Transtiberim et Ludovico tituli s. Laurentii in Damaso et Camerario nostro presbiteris Cardinalibus, apostolice sedis Legatis, salutem etc. Christus salvator noster de summo celorum throno descendens pacem precipue hominibus predicavit, ascendensque in celos pacem etiam suis apostolis tamquam hereditarium beneficium reliquit, ut huiusmodi exemplo inducti omnes, qui christiano nomine gloriantur, intelligere possent, quod pacem atque caritatem et sincerum inter ipsos benevolentiam continuo querere ac stabilire et conservare teneantur. Nos itaque salvatoris nostri Regis pacifici licet immeriti vices in terris gerentes, ad illa semper etiam mentis nostre curas convertimus, per que pacis desideranda tranquillitate cuncti Christifideles, et precipue subditi et populi nostri ac sancte Romane ecclesie, auctore domino, gaudere et letari valeant. Ex pace enim illa, quam veram dicimus, libertas oritur: econtra vero per discordiam et bellicas dissensiones urbium et provinciarum ac Regnorum excidia nascuntur. Licet igitur potestatis plenitudo desuper nobis commissa sit et universi gregis dominici divina disponente clementia curam habeamus, finem tamen humane possibilitatis excedere non valentes, ac considerantes, quod circa singula per nos ipsos apostolice servitutis debitum absolvere non possumus, exemplo ipsius salvatoris, qui discipulos ad predicandum omni creature Evangelium ad extremas etiam mundi partes destinavit, nonnunquam nostros et sancte Romane ecclesie Cardinales, viros electos ex pluribus, in solicitudi-

nis partem assumptos ad varias orbis partes transmittimus, ut ministerium nobis commissum, divina favente clementia, facilius et efficacius exequamur. Supremis itaque iam dudum desiderantes affectibus, prout ex debito pastoralis officii nobis iniuncto tenemur, ut omnis scandalorum et bellorum ac guerrarum materia, que hactenus in Italia viguerunt, tollatur, et quod depositis dissensionibus omnibusque occasionibus, que discordiam aut simultatem ullam inter principes et Communitates Italie quomodocumque generare antrireque possent, salutare pacis et concordie bonum, divina suffragante clementia, sequi possit cum effectu, ac etiam ut cum quibuscumque occupatoribus et illicitis detentoribus terrarum nostrarum et Romane ecclesie concordia, et de terrarum predictarum restitutione sub eis modis, pactis et conditionibus, qui et que vobis pro statu nostro et ecclesie predicte utiliores et salubriores videbuntur, tractare, pacisci et componere valeatis, vos, quos propter sapientium, institiam et integritatem ac maximarum rerum experientiam, consiliique et animorum magnitudinem ac reliquas vestras eximias virtutes ad id ydoneos esse existimamus, auctoritate apostolica et de plenitudine potestatis ad dictam pacem et concordiam nostro et Romane ecclesie nomine tractandam, et concludendam inter prefatos principes et Communitates, necnon terrarum predictarum occupatores et detentores, sive cum eorum nuntiis aut oratoribus ad id speciales mandatum habentibus, Legatos cum pleno et omnimodo officio et potestate legatorum de latere facimus, constituimus et deputamus, sperantes, quod inspirante pacifico Regum Rege fomenta discordiarum, quecumque inter prefatos principes et Communitates predictas qualitercumque et quomodocumque oriri possent, extirpabitis ac etiam salutaris concordie et pacis bonum et quietem predictorum procurabitis, necnon de et super quibuscumque discordiis, differentiis ac guerris vigentibus, et que in futurum vigere possent inter prefatos principes, Communitates et detentores sive occupatores huiusmodi, quibuscumque actionibus seu modis quomodocumque et qualitercumque nostro et prefate ecclesie nomine cognoscendi et terminandi, ac sub spe pacis et sincere concordie treugas, inducias et sufferentias pro tempore, quod circumspectionibus v̄ris expediens videbitur, indicendi, necnon pacem et concordiam ad tempus sive perpetuo duraturas sub illis capitulis, pactis, modis, conditionibus et formis, penarum adiectionibus, iuramentis, iurium et bonorum obligationibus, renuntiationibus, promissionibus, cautelis, clausulis et solemnitatibus, de quibus eisdem circumspectionibus v̄ris quomodolibet videbitur expedire, concludendi et firmandi, et insuper omnes et singulas personas tam ecclesiasticas quam seculares cuiuscumque status, ordinis vel dignitatis existentes, que ligas, federa, promissiones et obligationes voto et iuramento etiam confirmatas contraxerunt, que huiusmodi concordie, paci seu treugue quomodolibet obviare possent, ab huiusmodismodi ligis, federibus, promissionibus, votis ac iuramento, qualiacumque sint, absolvendi, liberandi et relaxandi, necnon roborandi, observari et exequi mandandi ac etiam pro observatione omnium supradictorum nium et sedis apostolice decretum et auctoritatem interponendi, illaque sub quibusvis censuris et honestis stipulationibus validandi, ac mandandi et exequi faciendi, que pro securitate et observatione conclusorum et concordatorum inter vos et prefatos principes, Communitates, detentores et occupatores oportuna et utilia quomodolibet videbuntur, ac super hiis omnibus et quibuslibet eorumdem seu incidentium, dependentium et emergentium quomodolibet a premissis unum, vel plura publicum vel publica documentum vel documenta, cum capitulis et clausulis oportunis conffici semel et pluries, et quotiens oportere videbitur fieri faciendi, et quecumque alia, que ad stabilitatem omnium supradictorum et salubrem observantiam firmatorum quomodolibet pertinebunt, statuendi, providendi, ordinandi, mandandi, decernendi, precipiendi, exercendi ac etiam exequendi, et nichilominus contradictores quoslibet et rebelles, quacumque ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, quotiens opus esse noveritis, appellatione cessante, eadem auctoritate compescendi, necnon aggravandi et reaggravandi, ac omnia et singula alia in predictis et circa ea gerendi, faciendi et exequendi, etiam si talia essent, que mandatum exigerent speciale et in generali commissione non caderent, que eisdem vestris circumspectionibus esse, ut prefertur, oportuna videbuntur, quibuscumque privilegiis, indulgentiis, exemptionibus in litteris apostolicis generalibus vel specialibus, sub quacumque verborum forma vel expressione concessis, et que nullum robur in hac parte habere volumus, nequaquam obstantibus, plenam et liberam vobis tenore presentium auctoritate apostolica concedimus facultatem. Quocirca circumspectionibus v̄ris per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus iniunctum vobis ministerium laboris huiusmodi pro divina et nostra ac diete sedis reverentia devote suscipientes, in hoc optimo et laudabili opere vos ipsos superare studentis, sicque illud utiliter, sicque sollicite et laudabiliter iuxta datam a deo vobis prudentiam exequamini, quod de vestris laboribus, divina favente clementia, desiderati atque pacifici fructus adveniant, quos speramus, vosque illam, que pias pacificasque causas gerentibus celesti retributione impenditur feliciter consequi primum mereamini. Nos enim quicquid in predictis et circa predicta et ceteris aliis rebus ad huiusmodi legationem vestram spectantibus per

vos acta et firmata atque conclusa fuerint, rata habebimus et faciemus, auctore domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Datum Rome apud S. Petrum An. etc. MCCCCXLIII. VI. Kal. Februarii, Pont. nostri anno tertiodecimo.

CCC.

Summa IIIMCCCXXXIII. flor. auri a comite Anguilariae camerae apostol. mutuo data, quia ad stipendia Francisci Sfortiae ecclesiae rebellis militaret, eidem camerae publicatur, ipseque comes omni iure hypothecae super civitate Nepesina necnon Monterosulo et Insula privatur.

Reg. Tom. III. fol. 119.

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Dudum considerantes, quod valde absurdum et inconveniens plurimum esset, ut subditi nostri et Romane ecclesie, ac sub nostra iurisdictione et potestate existentes cum nostris et ipsius ecclesie hostibus militarent et stipendia ab eisdem susciperent, in compositis et publicis ac celebribus locis Urbis preconizari et mandari fecimus, ut cuncti gentium armigerarum conductores et ceteri alii armigeri nobis et prefate ecclesie subditi sub nřa potestate et iurisdictione permanentes, qui aut sub nostris, aut Carissimi in Christo filii nři Alfonsi Aragonum etc. Regis Illustris, sive dilecti filii nobilis viri Nicolai Picinini generalis ecclesie Capitanei stipendiis non existebant, certo termino eis prefixo sub pena decem milium florenorum auri de Camera discedere tenerentur ab illis, a quibus stipendia habebant. Que preconizatio iteratis vicibus et ita publice facta extitit, ut minime dubitari possit preconizationem huiusmodi ad eorum, ad quos pertinebat, noticiam pervenisse. Cum autem Dulcius Comes Anguillarie huiusmodi mandatum contempnens perseveraverit, et perseverat etiam de presenti esse ad stipendia Francisci Sfortie de Attendolis, nobis et dicte ecclesie rebellis, hostilesque discursiones fecerit, ex quibus plurima dampna eo detrimenta nostris et ipsius ecclesie subditis provenerunt, proptereaque in penam decem milium florenorum predictorum et alias censuras et penas inciderit, nos summam trium milium et trecentorum triginta trium cum tertia parte floreni auri de Camera, qua per bone memorie Iohannem tit. sancti Laurentii in Lucina, tunc sedis apostolice Legatum, tertia pars Civitatis Nepesine cum arce, territorio et districtu, ac tertia parte Montisrosuli et Insule dicto Dulcio Comiti pignorata extitit, et per nřas certi tenoris litteras confirmata, preconizationem et litteras predictas et omnia in eis contenta hic perinde pro expressis habentes ac si de verbo ad verbum inserta fuissent, Camere apostolice auctoritate apostolica tenore presentium confiscamus, et per presentes confiscatam et publicatam esse decernimus, dictumque Dulcium Comitem omni iure, quod in dicta tertia parte vigore pignorationis huiusmodi habebat, privatum fuisse et esse decernentes, litterasque pignorationem predictam continentes, in quantum dictum Dulcium Comitem tangunt atque concernunt, ex certa sciencia cassamus, annullamus et penitus revocamus, Mandantes dilectis filiis officialibus ac Communitati et particularibus personis dicte Civitatis sub indignationis nostre pena, quatenus Dulcio sive eius officialibus, vel ab eodem deputatis nullo modo pareant sive intendant, nec cum ipsis sive suis vassallis aut familiaribus aliquam conversationem occultam sive manifestam habere presumant. Nulli ergo etc. nostrorum confiscationis, constitutionis, cassationis, annullationis, revocationis et mandati infringere etc. Siquis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimotertio, Id. Marcii, Pontificatus nostri anno decimoquarto.

CCCI.

Archiepiscopo Tranensi et suis fratribus de Ursinis pro summa IIIMCCCXXXIII. florenorum auri mutuo camerae apostolicae data supradicta hypotheca super arce Nepesina, Montisrosuli et Insulae conceditur.

Reg. Tom. III. fol. 118.

Eugenius episcopus etc. Venerabili fratri Latino Archiepiscopo Tranensi, pro te ac fratribus tuis agenti, salutem etc. Hodie siquidem tibi tuo et fratrum tuorum nomine agenti terciam partem de tribus principalibus partibus arcis Civitatis nře Nepesine, omniumque iurium et pertinenciarum eorumdem, necnon fortilliciorum et tenimentorum Montisrosuli et Insule, dudum Dulcio Comiti Anguillarie pro summa Triummilium et trecentorum triginta trium florenorum auri de Camera, et tertie partis unius floreni similis per bone memorie Iohannem tituli sancti Laurentii in Lucina presbiterum Cardinalem, tunc Patriarcham Alexandrinum et apostolice sedis Legatum, pignoratam, que pignoratio per nřas certi tenoris litteras confirmata extitit, excessibus et delictis ipsius Dulcii Comitis exigentibus, Camere apostolice publicatam et confiscatam, pro eadem summa, quam in nostra et ecclesie necessitate mutuasti, et eam dilecto filio Francisco de Padua Thesaurario nostro nomine Romane ecclesie ac dicte Camere recipienti tradidisti et realiter exhibuisti, per nostras litteras pignoravimus hiis pactis et conditionibus, quibus idem Dulcius ante confiscationem et publicationem predictis habebat. Ne igitur ab huiusmodi pecuniarum mutuatione tua fraternitas, sive fratres tui aliquod detrimentum futuris temporibus patiantur, providere volentes, si fortassis nnt a nobis sive successoribus nřis Romanis pontificibus canonice intrantibus, seu sedis apostolice Legatis sive gubernatoribus de speciali et expresso nostro vel successorum nostrorum mandato, de quo per apostolicas litteras constet, dicto Dulcio vel alteri eius

nomine prefatam summam ante publicationem et confiscationem huiusmodi sibi debitam de iure sive facto ad solvendum compellereris, sive tui fratres compellerentur, Civitatem, arcem, fortillitia, territoria et districtus ac pertinencias supradictas ultra summam pecuniarum tuo et dictorum fratrum nomine mutuatam, motu proprio ex certa scientie auctoritate apostolica pro huiusmodi etiam summa Triummilium trecentorum trigintatrium florenorum et tercie partis unius, eisdem conditionibus et pactis etiam pignoratas et obligatas remanere decernimus et declaramus per presentes. Nulli ergo etc. nostre constitutionis et declarationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimoquarto, Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno decimoquarto.

CCCII.

Nursinis quaedam inserta statuta reformata confirmantur. *Reg. Tom. III. fol. 228.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ea que pro fidelium Rom. ecclesie unione et caritate statuta sunt, et que pro populorum nobis et eidem ecclesie subditorum pace et tranquillitate salubriter terminantur, decet perpetuo illibata persistere, et ne in recidive contentionis et ambiguitatis scrupulum relabantur, libenter nostris patrociniis communimus. Cum itaque dudum ad terram nram Nursie dilectum filium Magistrum Antonium de Strozis Cubicularium nostrum, et in ea terra Commissarium per nos specialiter deputatum, miserimus, ut populo et Universitati diete terre statuta et reformationes a nobis pro ipsorum pacifici et quieti status conservatione editas coram promulgaret, quibus tamquam optimo duce primo, ne per ignoranciam e recto iusticie et fidelitatis tramite deviarent, in vera et laudebili nostra et sancte Romane ecclesie devotione et obediencia firmiter gradierentur, que cum prefatus populus et Universitas predicta cognoverint ad eorum salutem et prosperitatem cedere, eisque, si predicta laudabiliter observeverint, maximum gratie sedis apostolice, bonoris et commoditatis incrementum allatura, cum omni que decuit veneratione legem e nobis datam accipientes, eamque publice subscribentes et acceptantes humiliter supplicarunt, quatenus dignaremur tali eam roboris firmitate invare, ut nullo unquam tempore ab aliquo possit in dubium aut altercationem revocari: quorum iustis supplicationibus inclinati, eorum saluti sempiterne consulentes, predicta statuta, reformationes et capitula eis per prefatum Antonium nostro nomine reserata et declarata, in omnibus et singulis eorum partibus plenissimam auctoritatem prestantes, de verbo ad verbum in hiis nris litteris ad perpetuam feeimus inseri memoriam et seriose describi, et ea omnia et singula auctoritate apostolica approbantes, confirmantes, emologantes, et ad cautelam de novo ferentes et pronnutientes, ab omnibus personis, incolis, habitatoribus, Communibus et Collegiis dicte terre Nursie tenore presentium mandamus perpetuo impleri et inviolabiliter observari, penas quoque in eis contentas et expressas contumaces et prevaricatores incurrere, ab eisque et eorum quolibet irremisibiliter exigi per officiales nostros propterea deputatos declaramus. Reformationum predictarum Capitula ab ipsis populo et hominibus subscripta et acceptata sequuntur in huno modum, videlicet:

Quod ordinetur bussala quadraginta octo bonorum virorum de terra et totidem de Comitatu pro uno anno, et quod fiant tres pallute pro dicto anno, et quod in qualibet pallnta sint scripta nomina quadraginta octo bonorum virorum de terra et totidem de Comitatu, et quod eorum officium duret per quatuor menses tantum: qniquidem quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu teneantur et debeant esse prope duos Consules in omnibus agendis in re publica pro bono status, officii, consulatus et totius reipublice, et quod dicti domini Consules nne cum dictis quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu habeant eandem auctoritatem in futurum, quam habere consueverant in preterito Consules dicte terre Nursie cum terna quacunque, reservatis maleficiis et condempnationibus quarumcunque quantitatum a vigintiquinque libris denar. supra, se (sic) ex quibus veniret imponenda pena vigintiquinque librarum supra secundum formam statutorum terre Nursie, iu quibus nullo modo possint se· intromittere, nec super eis aliquo modo providere, proponere et reformare in cassando, irritando, annullando seu suspendendo absque consilio generali et eius voluntate. Et quod dicti quadraginta octo boni viri de terra et totidem de Comitatu omnes de dicta bussola, et pro dicto tempore unius anni fiant, ordinentur et pallutentur in terna decem bonorum virorum pro quolibet capite quarte et totidem de Comitatu simul eligendorum per presentes duos Consules, et deinde per dños Consules prefatos attente imbussolentur usque in numerum sufficientem pro dicto anno. Et quod numerus pallutandus sit duplus numero obtinendo, cum hoc, quod prefati domini Consules, qui pro tempore in officio erunt, unacum dictis quadraginta octo de terra tantum possint et valeant deliberare, ordinare et reformare de qualibet re parva seu parve importancie cum consensu Consulum de Comitatu, liceat tamen etiam in dictis rebus parvis seu parve importancie dictis Consulibus de Comitatu vocare seu vocari facere dictos quadraginta octo de Comitatu omni tempore, et sit in dictorum Consulum arbitrio et voluntate: in magnis vero rebus sive magne importancie deliberandis et reformandis semper debeant interesse, et quicquid absque eisdem quadraginta octo de Comitatu deli-

beratum et reformatum fuerit in dictis rebus magne importancie, sit nullum et nullius valoris, preterquam in rebus et casibus necessariis, in quibus absque mora et inducia esset necessarium providere et deliberare seu reformare. Et quod ultimi quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu dicte bussole unacum dñis Consulibus, qui tunc temporis in officio erunt, possint, teneantur et debeant absque alia maiori terna et consilio reficere bussolam pro alio anno immediate seqonti dictorum quadraginta octo de terra, et totidem de Comitatu simili modo, forma, auctoritate et ordine, ut in presenti bussola dictorum quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu factum est: et sic in eternum et semper ultimi dicte bussole teneantur et debeant unacum dñis Consulibus, qui pro tempore erunt, reficere novam bussolam dictorum quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu pro anno proxime futuro: simili modo, forma, auctoritate et ordine in presenti bussola dictorum quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu trahentur et publicentur in consilio generali. Et si omnes de dicto numero non interessent, sufficiat maior pars ipsorum, et liceat dominis Consulibus addere dicto numero secundum occurrenciam futurorum. Item quod presentes domini Consules teneantur et debeant facere ordinari eorum arbitrio et voluntate bussolam Sindicorum pro quinquennio futuro, videlicet duos Sindicos, quorum unus sit de terra et alter de Comitatu, pro quolibet Sindicatu cuiuslibet Potestatis et Capitanei et eorum officialium dicte terre, qui habeant sindicare dictos Potestatem et Capitaneum ac officiales unacum Consultore et Sindico eligendo, et quod dictorum Sindicorum nomina extrahantur et publicentur de bussola in Consilio generali tempore oportuno. Item quod per dictos dominos Consules fiat et ordinetur bussola Massariorum Communis ad civilia similiter pro quinquennio futuro, et quod dicti Massarii possint et debeant cognoscere usque in quantitatem vigintiquinque librarum tantum et ab inde infra, et eorum officium duret per quatuor menses more solito: et similiter Capita artium, qui pro tempore erunt, cognuscere possint et debeant usque io dictam quantitatem et non ultra, cum solita potestate et iurisdictione. Item quod dñi Consules faciant et ordinent bussolam Regulatorum expensarum Communis similiter pro quinquennio futuro, et quod duo sint de terra et duo de Comitatu, et quod eorum officium duret per quatuor menses more solito et consueto. Item quod per dominos Consules fiat bussola sexdecim bonorum virorum, videlicet octo de terra et octo de Comitatu, pro quinquennio futuro, inter quos debeant vinci et obtineri expense Communis, et per eos approbari, antequam veniant in consilium generale, et etiam omnes alie petitiones, et generaliter omnia alia que proponi, vinci et obtineri solent inter eos, et quod eorum officium duret duos menses more solito. Item quod per dictos domines Consules unacum dictis quadraginta octo bonis viris de terra et totidem de Comitatu addantur, et addi debeant consilio generali Communis Nursie centum quinquaginta boni viri de Comitatu. Item quod de novo imbussolentur omnes Doctores, Iudices, Notarii matriculati de terra Nursie, et prefati doctores et iudices habeant salarium consuetum, secundum formam antiquorum statutorum Nursie de omnibus causis civilibus agitandis coram quocunque iudice vel officiali dicte terre, et quod doctores et iudices extracti secundum consuetudinem dicte artis possint et teneantur sedere ad bancum Iuris, et ius reddere ad petitionem cuiuscunque petentis, et quod in dictis causis civilibus possint prefati doctores et procuratores omnes comparere, et patrocinium prestare sine pena, et notarii de Nursia matriculati tantum teneantur et debeant scribere omnia acta civilia, et non notarii forenses, et quilibet doctor, iudex, procurator requisitus debeat advocationem et procurationem acceptare sub pena vigintiquinque librarum denariorum applicandorum pro medietate Communi Nursie, et pro alia medietate parti, nisi iustam causam habuerit recusandi, que iusta causa remaneat in pectore iudicis, coram quo peteret, recepta primo competenti mercede a dicto petente, statutis et reformationibus quibuscunque in contrarium loquentibus non obstantibus. Item quod ultimi Consules presentis bussole, qui tunc temporis erunt, unacum dictis quadraginta octo bonis viris de terra et totidem de Comitatu, qui tunc temporis erunt in officio, simul possint, teneantur et debeant eligere quadringentos homines, computatis io dictis quadringentis hominibus dictis quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu, qui omnes quadringenti homines similiter teneantur et debeant pallutare novos Consules pro quinquennio futuro simili modo, forma et ordine, (ut) in presenti bussula factum est, ac etiam prefati ultimi Consules dicte bussole, qui tunc temporis in officio erunt, teneantur et debeant reordinare et imbussolare omnia alia officia simili modo, forma et ordine, ut ad presens in ordinatione dictorum officiorum et bussolarum factum extitit. Et similiter semper et omni tempore ultimi Consules bussole ordinibus et modis supradictis teneantur et debeant reficere novam bussolam de quinquennio in quinquennium Consulum futurorum cum hominibus numero supradicto, sub pena et ad penam quingentorum ducatorum auri Camere apostolice applicandorum, pro quolibet dictorum Consulum et dictorum quadraginta octo de terra et totidem de Comitatu contrafacientium, aut predicto modo non exequentium. Item quod quicunque tractaverit, ordinaverit vel sectam seu coniurationem fecerit

contra presentem statum et ordines suprascriptos, puniatur pena capitis et etiam pena quingentorum ducatorum auri pro medietate Camere apostolice applicandorum, et pro alia medietate Camere Communis, et reputetur ac sit rebellis sancte matris ecclesie, et tamquam rebellis tractetur ac puniatur, cum hoc tamen quod qui accusaverit, habeat quintam partem pene predicte et teneatur secretus. Item quod capseta et bussola dictorum Consulum reponatur et perpetuo remaneat in sacristia ecclesie s. Benedicti huius terre patroni, cum dicta ecclesia sit in loco publico et in facie dominorum Consulum, et per hoc auferatur materia omnibus circa dictam capsetam et bussolam attemptare ausu temerario, aut machinare volentibus aliquid. Item quod Commune Nursie teneatur et debeat in futurum perpetuo et omni tempore sequi, et observare ac manutenere in iuridica observatione ordines et modos suprascriptos in presenti bussola, et in omnibus aliis specificatis expressos et observatos, sub pena et ad penam decem milium florenorum auri Camere apostolice applicandorum. Predicta igitur omnia et singula ac in eis contenta ex certa sciencia auctoritate apostolica approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac mandantes Universitati et singulis dicte terre personis, incolis et habitatoribus, necnon Potestatibus, Capitaneis, Rectoribus ac aliis dicte terre officialibus presentibus et futuris, ne aliquid contra dictam nostre declarationis et promulgationis seriem, at intellectum quoquomodo directe vel indirecte audeant attemptare, decernentes exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nr̄e emolugationis, pronunciationis, approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, mandati, constitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, VII. Kal. Iunii, Pont. nostri anno decimoquarto.

CCCIII.

Ep̄us Spoletanus commissarius gentium armorum in Marchia Anconitana constituitur, cum facultate etiam suscipiendi quoscumque honestis pactis ad obedientiam ecclesiae redeuntes. *Reg. Tom. XXIII. fol. 222.*

Eugenius episcopus etc. Venerabili fratri Loto Episcopo Spoletano, salutem etc. Cum pro nonnullis Civitatibus, terris, Castris et locis provincie nostre Marchie Anconitane, et in presidatu Farfense ad nostram et Romane ecclesie obedientiam, sicut iustum est, reducendis, viribusque hostium nr̄orum (et) dicte ecclesie reprimendis magnum numerum copiarum in dicta provincia nr̄a habeamus, nonnullasque etiam in dies mittamus et missuri sumus, apud quas, si continue aliquem prelatum, qui ecclesiasticum nomen representet, tenebimus, verisimiliter sperandum est, res nostras ad populorum ecclesiasticorum consolationem felicius geri et conduci posse. Eam ob rem cum dilectus filius Dominicus tit. sancte Crucis in Ierusalem presbiter Cardinalis Firmanus, in dicta provincia apostolice sedis Legatus, commode in omnibus locis interesse non possit, sperantes, quod ea, que tibi committenda duxerimus, fideliter et diligenter exequeris, te in quibuscumque locis dicte provincie et presidatus, in quibus predictus Cardinalis et Legatus commode adesse non poterit, nostrum et prefate sedis commissarium facimus, constituimus et deputamus cum plena facultate, arbitrio et potestate, copias predictas earumque conductores in predictis partibus ad stipendia nostra militantibus consulendi, et prout tibi melius utiliusque pro statu nostro videbitur, dirigendi, Civitates, terras et loca quecumque provincie prelibate ad nr̄am et dicte ecclesie obedientiam quomodocumque reditura pro nobis et eadem ecclesia sub honestis pactis, conventionibus et conditionibus acceptandi et recipiendi in eisdem, et suis arcibus et fortilitiis Castellanos arcium, custodes et officiales constituendi et deputandi, provinciales vero eiusdem provincie ecclesie subditos in obedientia supradicta servandi, exhortandi et manutenendi; cum hostibus ecclesie ad obedientiam redire volentibus capitula, pacta, conventiones et promissiones contrahendi, contractas servari faciendi et observandi, ipsosque omnes ad fidelitatem et devotionem ecclesiasticam exhortandi, et eisdem ipsorumque singulis pro quibuscumque commissis excessibus, etiam si crimen lese maiestatis saperent, impunitatem, veniam atque remissionem plenariam concedendi; Castramentationes insuper et obsidiones adversus quaslibet terras rebelles et contrarias statuendi et firmandi, et pro hiis convincendis gentes quaslibet, societates, ligas, confederationes et cernitas faciendi, convocandi et mandandi, dissidentes inter se aut discordes ad pacis dulcedinem atque concordiam revocandi; Contradictores quoslibet, malefactores, stratarum raptores et seditiosos arcendi et compescendi penis ac multis a iure, consuetudine et alias, prout tue discretioni videbitur, promissis et concessis, violantias, oppressiones et quelibet enormia contra fideles et subditos nostros et dicte ecclesie amovendi tua industria ac viribus repellendi, ceteraque omnia et singula per te vel alium seu alios, quos ydoneos duxeris, eligendos faciendi, gerendi, exercendi, ordinandi, administrandi, disponendi et exequendi in premissis, circa premissa et quodlibet premissorum, dependentibusque connexis et emergentibus ab eisdem, que ad statum et honorem nostrum et dicte ecclesie, subditorumque predictorum utilitatem in predictis provincia et locis tibi facienda videbuntur et placuerint, super

quibus omnibus supradictis volemus te commissarium esse et potestatem hebere in absentia predicti Cardinalis et Legati, eum iestum sit et honestum, et eo presente tu ei sobsis et pereas, et ipse sua legationis facultate utatur; Mandantes barum serie gebernatoribus, rectoribus, commissariis armorum, Capitaneis, conductoribus et gentibus, Communitatibus, Universitatibus, Officialibus, subditis ac personis qeibuslibet in dictis provincia, terris et locis constitutis tam presentibus quem futuris, qeatenus te ad predictorum omnium executioeem in commissarium, nt prefertur, reeipiant, honorificent et admittant, pareantqne et efficaciter intendant tibi in predictis ad omnem tuam petitionem et instantiam, Thessaurario vero dicte provincie presenti et futuro, qeod de provisione tua tibi congruis temporibus satisfaciat cum effectu, in quontum epostolice sedis gratiam caram habent et Apostolorum Petri et Pauli indignationem cupinnt evitare; Alioquin processus, sententias sive penas, qnos et quas rite tuleris seu statueris in rebelles et contradictores, et quicquid per te in premissis aetem, gestum, ordinatum, rednetum, concordatum, dispositum et promissum fuerit, ratas et gratas habebimus, illasqne et illed faciemus, auctore domino, inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctem Petrem Anno etc. MCCCCXLIIII. Kalendis Iunii, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

CCCIV.

Idem episcopus commissarius ad faciendum observari in Marchia Anconitana pacem cum Francisco Stortia initam constituitur. *Reg. Tom. XVI. fol. 232.*

EUGENIUS EPISCOPUS etc. Venerabili fratri Loto Epo Spoletano Commissario nro, salutem etc. Iam pridem desiderio pacis fidelium provocati, dilectum filium Ludovicum tituli sancti Laurentii in Damaso preshiterum Cardinelem, Camerarium nostrum, ad Civitatem nostram Perusii tamquam pacis angelum Legatum de latere destinavimus, ut ibidem concordiam ac paeem cum dilecto filio nobili viro Francisco Sfortia de Vicecomitibus Comite, ac provincia nostre Marchie Anconitane Merchione tractaret, ntque quantum in eo esset, sublatis differentiis, eam componeret. Qui legatus habitis super huiusmodi pacis negotio plurimis tractatibus, tandem nram voluntatem debita reverencia prosecutus per viam benignitatis incedens dietum Comitem ad nostram gratiam suscepit, et cum eodem concordiam ac pacem firmavit atqee stabilivit certis federibus, pactis, conventionibus et capitulis inde editis atque conclusis. Cum aetem eodem pacis fideliem desiderio, et presertim civium et incolarum dicte provincie cupiamus, ut contenta in dictis capitulis et litteris nostris apostolicis inde emanatis debitum effectum assequantur, fraternitati tue, de qua ob comprobatam tuam fidem ac prudenciam et circumspectionis industriam plurimum in domino confidimus, quod ea, que tibi iniungimus, gravitate consilii et pervigili diligencia exequeris, tenore presentium committimus et mandamus, nt ad dictam provinciam te personaliter coeferas, et omni studio ac sollicitudine procures, nt contenta in capitulis et bullis huiusmodi hinc inde illesa permaneant et inviolabiliter observentur: tibi itaqee omnia et singula, qee ad executionem capitulorum et litterarum predictorum et pacis huiusmodi conservationem pertinent, agendi, faciendi, tractandi, concludendi et exequendi, Communitates, Universitates et omnes alias personas, cuiuscumqne status, gradus, conditionis, preheminecie et qnocumqne ecclesiastica sive mundana prefulgeont dignitate, nt ea agant et operentur, que ad executionem pacis et concordie huiusmodi eiusque conservationem spectant, honestis suasionibus et mandatis inducendi; resistentes aetem et minime obedientes per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellatione postposita, compescendi, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, quibuscumque indultis, privilegiis et litteris apostolicis Communitatibus, Universitatibus singularibusque personis concessis, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quibus in hac parte derogamus, ceterisque contrariis minime obstantibus; necnon omnes et singulas utriusque sexus tam laicas quam ecclesiasticas personas seculares et regulares, cuiuscumque dignitatis, ordinis vel conditionis fuerint, in provincia predicta constitutas, que occasione superioris belli in censuras, sentencias et penas incurrerunt, si hoc humiliter petierint, in formo ecclesie consueta iniuncta, personis ipsis pro modo culpe penitencia salutari et aliis, que de iure fuerint iniungenda, absolvendi, ac ecclesias, Communitates et Universitates, si qee in prefata provincia diete occasione ecclesiastico suppositae fuerunt interdicto, ab interdicto huiusmodi liberandi, dictaqee interdicta tollendi et relaxandi usque ad nostrum beneplacitum plenam et omnimodam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, Mandantes universis et singulis in temporalibus Vicariis, necnon Communitatibus, Universitatibus, civibus, incolis et habitatoribus ceterisque personis ecclesiasticis et secularibus cuiuscumque status et dignitatis ac preheminencie in dicta provincia sive partibus finitimis constitutis, quatenus personam tuam debito prosequantur honore, et in omnibus et singulis ad executionem et conservationem diete pacis et concordie pertinentibus, cum a te requisiti fuerint, plene pareant et obsequantur. Nos enim penas et sentencias, quas rite tuleris in eos, qui tibi in hac parte non paruerint, ratas habebimus, easque faciemus, auctore domino, inviolabiliter observari. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCXLIIII. XIIII. Kalendas Decembris, Pont. nostri anno quartodecimo.

CCCV.

Constitutio, ut quibuscumque rebus semel dumtaxat gabella in Urbe solvatur. *Reg. Tom. XVII. fol. 226.*

Eugenius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Cum vectigalia et gabelle ad sustentationem et tutelam Civitatum, terrarum et locorum constitute fuerint, et quando rerum et temporum conditio postularet, ex emolumentis dictarum gabellarum necessitatibus Civitatem, terrarum et locorum, in quibus imposite sunt, subveniri et oportuna suffragia subministrari possint; cumque ea gabellarum onera, que curialibus ac subditis nostris detrimentum afferunt, aut moderari aut tollere penitus intendimus, ad nostramque noticiam perventum sit, quod de eisdem mercanciis, rebus et bonis, videlicet ex prima eorumdem venditione et ipsorum revenditione in hac nostra alma Urbe plures gabelle exiguntur: Nos, ne curiales et subditi huiusmodi res ad eorum victum necessarias maiori pretio, quam equum et rationabile sit, emere compellantur, paterne caritatis studio provocati huiusmodi immoderate exactioni remedium adhibere volentes, auctoritate apostolica tenore presentium hac irrefragabili constitutione sancimus ac decernimus, ut ex singulis mercanciis, rebus et bonis, quocumque nomine censeantur, que in dicta Urbe vendi aut alio quovis contractu alienari seu commutari, seu aliquo contractu et conventionis genere in alios transferri contigerit, sive in dictam Urbem conducantur sive in eadem confecta et suborta sint, quorum omnium conditiones et qualitates hic haberi volumus pro expressis, perpetuis futuris temporibus semel dumtaxat solita gabella solvatur, Statuentes harum serie, ut ex mercanciarum, rerum ac bonorum huiusmodi revenditionibus, etiam si plures revenditiones fieri contigerit, nulla gabella aut onus, sive gravamen vel exactio aliqua quovismodo fieri possit, possessionum ac rerum stabilium, carnium, vini et panis gabellis dumtaxat exceptis, irritum et inane exnunc decernentes, si secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit imposterum attemptari, Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus dicte Urbis, ac apostolicis et quibusvis aliis constitutionibus et ordinationibus hactenus factis seu imposterum fiendis, quibus in hac parte derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque, Mandantes sub pena arbitrio dilecti filii Lodovici tituli sancti Laurentii in Damaso presbiteri Cardinalis, patriarche Aquilegensis, Camerarii nři et in dicto Camerariatus officio successorum suorum, qui pro tempore erunt, infligenda, universis et singulis Senatori dicte Urbis, Conservatoribus Camere ipsius Urbis, Thesaurario, Marescallis, gabellariis et ceteris aliis officialibus pro nobis sive Romana ecclesia deputatis, qui sunt et pro tempore erunt, quatenus huiusmodi presentem constitutionem, decretum, statutum ac mandatum inviolabiliter observent, et ab aliis illesa penitus observari faciant. Ut autem omnia et singula in huiusmodi litteris contenta ad communem omnium noticiam deducantur, has litteras in valvis Capitolii affigi mandavimus, que earum tenorem suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, et hii, quos huiusmodi littere respiciunt, quod ad eorum noticiam non pervenerint, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile quo ad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo etc. nostre constitutionis, voluntatis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto, sexto Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno quartodecimo.

CCCVI.

Ligam cum Philippo Maria Angelo duce Mediolani ad terras ecclesiae defendendas initam pontifex ratificat. *Reg. Tom. XXI. fol. 44.*

Eugenius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Cum omnibus fere mortalibus sit a natura tributum, et inditus naturaliter appetitus, ut quisque opera sua et humanos actus cupiat esse perpetuos, nec ipsum tamen assequi possit, cum ea, que principium habuerunt, continuo lapsu temporis vetustate consumpta in unum semper ferantur interitum, et ad finem irremovibili cursu devolvantur: non indigne movemur ea, que a nře voluntatis deliberatione proficiscentur et nostre mentis perpetuum prebent testimonium, quantum in nobis est, eternitati donare, decens et congruum reputantes, ut ea, (que) de nřis licentia et consensu provide facta et promissa noscuntur, illibata permaneant, quod quidem facile factu putamus, si eis apostolice sedis auctoritatem adiicimus. Hinc est, quod cum paucis ante diebus nonnulla capitula, pacta et conventiones inita, firmata conclusaque fuerint inter nos, seu dilectum filium L. tituli sancti Laurentii in Damaso presbiterum Cardinalem Aquilegiensem, et nostrum Camerarium nomine nostro et de nostro speciali mandato, et dilectum filium nobilem virum Philippum Mariam Anglum Ducem Mediolani etc. seu dilectum filium G. tit. sancte Marie in Transtiberim presbiterum Cardinalem nomine prefati Ducis, et ab eo speciale et sufficiens mandatum habentem ad omnium et singulorum capitulorum, conventionum et pactorum predictorum claram intelligentiam et declarationem, approbationem et confirmationem ea apostolico volumus munimine roborare, et ne nunquam dubietatem generare liceant, perpetuis et autenticis mandamus inseri monimentis. Quorum quidem capitulorum, pactorum et conventionum de verbo ad verbum tenor est talis, videlicet:

Primo promittit prefatus dñus Dux tanquam devotus filius noster et sancte Romane ecclesie pro se, recommendatis, vassallis, subditis, Capitaneis, ductoribus gentium armigerarum quocunque nomine censeantur, gentibus armigeris ac terris suis non offendere per rectum vel indirectum, palam vel occulte per se vel alium statum nostrum et Romane ecclesie aliquo quovismodo vel colore quesito, neque prestabit auxilium, consilium vel favorem quoquomodo offendentibus vel turbantibus, aut offendere vel turbare volentibus nos aut statum ecclesie prefate.

Item promittit prefatus Dux, quod invabit nos cum potentia sua et gentibus armorum ad recuperationem Civitatis nostre Bononie, et quarumcunque aliarum terrarum, quo ad ecclesiam predictam spectarent, et que nobis viderentur esse acquirende vel recuperande.

Item promittit Dux prefatus ad requisitionem nostram facere realiter et cum effectu contra quamcunque seu quascunque personas et Communitates vel potentias, et habebit amicos pro amicis et inimicos pro inimicis, et quod nos invabit cum gentibus armorum, statu, potentia et omnibus viribus suis pro conservatione status nostri temporalis, excepto Carissimo in Christo filio nfo Alfonso Aragonum etc. Rege Illustri, cum quo, cum ipse Dux nonnullas intelligentias et conventiones habeat, non vult, quod ob has nobiscum conventiones illis quovismodo derogetur vel derogatum esse intelligatur, salvo quod si ipse Rex inciperet offendere nos et ecclesiam Romanam, tunc et eo casu promittit prefatus Dux facere contra Serenitatem suam ad requisitionem nostram cum gentibus, ac in omnibus et per omnia, ut supra dictum est. — Versavice nos tanquam Ihesu Christi Vicarius promittimus pro nobis et ecclesia ac Vicariis, recommendatis, vassallis, subditis, Capitaneis, ductoribus gentium armigerarum quocunque nomine censeantur, gentibus armigeris ac terris nostris et ecclesie non offendere, nec offendi facere, nec permittere per rectum vel indirectum, palam vel occulte per nos vel per alium statum prefati Ducis aliquo quovismodo vel colore quesito, immo habebimus ipsum in precipuum filium, atque eum tractabimus, tractarique permittemus et faciemus ab omnibus nostris predictis ut supra, ea affectione et caritate, qua decet bonum patrem tractare bonum filium, ac fidelem servitorem suum et ecclesie et catholicum principem christianum, neque prestabimus, neque prestari faciemus, neque permittemus per nostros ut supra auxilium, consilium vel favorem quoquomodo offendentibus vel turbantibus, aut offendere vel turbare volentibus statum prefati Ducis: et eo casu quo contingeret aliquem ex predictis Vicariis, recommendatis etc. ut supra facere contra prefatum Ducem, cum persona, statu et facultatibus nostris faciemus contra illos tales realiter, et cum effectu tanquam contra rebelles nostros et ecclesie Romane quo ad terras et loca, que prefati tenent nomine nostro et ecclesie predicte.

Item promittimus, quod non dabimus auxilium, consilium vel favorem per rectum vel indirectum, palam vel occulte alicui volenti facere contra prefatum Regem Aragonum etc. ipso Rege adversus nos et statum nostrum non faciente contra debitum suum.

Item suscipimus prefatum Ducem et statum suum in nostram protectionem, promittimusque tractare et habere res et bona ipsius Ducis tanquam catholici principis ac boni et dilecti filii nostri et ecclesie Romane.

Item promittimus, si contingat nos facere pacem, treugam, intelligentiam vel conventionem aliquam, in ea includere ipsum Ducem tanquam receptum in protectionem nostram.

Item conventum est inter nos et ipsum Ducem, quod eo casu, quo aliquando contingeret aliquem ex predictis Vicariis, officialibus vel recommendatis etc. ut supra dictum est, ab ipso Duce offendi, tunc non teneamur facere contra illum taliter offensum et se deffendentem vigore capituli superioris, sed stare indifferens: nec propterea intelligatur alicui istorum casuum nec per nos, nec per prefatum Ducem taliter offendentem ut supra esse contrafactum in aliqua parte huio intelligentie vel capitulis.

Nos itaque volentes omnia et singula suprascripta in omnibus partibus suis plenarie et inviolabiliter observari, pacta, conventiones et capitula huiusmodi ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, et ea rata, grata et firma habentes et incorrupta imperpetuum observare seu observari mandare promittimus sub obligatione et ypoteca omnium bonorum, fructuum et proventuum Camere apostolice. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, mandati, confirmationis, communitionis, supplectionis et promissionis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum III. Nonas Maii MCCCCXLV. Pont. nostri anno decimoquinto.

CCCVII.

Communi Civitatis Castellanae confirmantur quaedam privilegia et quaedam alia de novo conceduntur.
Reg. Tom. XVIII. fol. 285.

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Sedis apostolice liberalitas ad cunctos filios et devotos se libenter extendit, sed habundantius erga illos exuberat, qui maioris devotionis fervorem erga Romanam gerunt ecclesiam. Sane pro parte dilectorum filiorum Communitatis et hominum Civitatis nostre Civitatis Castellane nuper ex-

hibita peticio continebat, quod pro bono et pacifico ac tranquillo statu eiusdem Civitatis ipsam pro nobis et sancta Romana ecclesia immediate subiectam retinere, nec eam cunctis futuris temporibus alicui in Vicariatum sive perpetuum sive ad certum tempus etiam unius anni concedere; necnon predicte Communitati ac civibus et habitatoribus eiusdem omnes et singulos excessus, culpas et delicta per eos vel eorum aliquem directe vel indirecte contra nos et predecessores nros, ac sanctam Romanam ecclesiam usque in hodiernum diem commissa et perpetrata remittere, ac omnia et singula privilegia et immunitates, que a felicis recordationis Bonifacio VIIII. et Innocentio VII. Romanis pontificibus predecessoribus nostris hactenus impetrarunt, illa presertim, quibus a focatici solutione et a salis receptione exemptos fore, quodque Castellanus Castri dicte Civitatis pro tempore existens officio Potestatis eiusdem se intromittere non possit, et quod Communitas et homines prefati temporali dominio dilectorum filiorum populi Romani nullatenus subiici deberent, nec aliquis Civis Romanus aut incola alme Urbis ad regimen eiusdem Civitatis et ipsius arcis seu Rocche per officiales nros deputari posset, sisque, quod ratione dicte Rocche aliquid solvere non teneantur, concessum extitit, ac omnia et singula statuta, laudabiles consuetudines dicte Civitatis hactenus observata, necnon gabellas, pedagia et passus per dictam Civitatem exigenda, prout consuetum fuit, approbare et confirmare; necnon etiam cives et habitatores prefati ad aliud, quam ad forum ipsius Civitatis in aliquibus causis inviti trahi non possint, et omnes cause civiles, criminales, mixta et cuiuscumque alterius generis inter eos emergentes coram Potestate eiusdem Civitatis pro tempore existenti tractarentur et terminarentur, articulo appellationis excepto, qui coram alio debito superiore discuti et tractari deberet; necnon quod in dicta Civitate Potestas pro officiali dumtaxat esse debeat, tum propter paupertatem prefate Communitatis pluribus officialibus subveniri non posset, quodque omnes et singule represalie et diffidationes ac bona, que contra ipsam Communitatem vel particulares cives et habitatores eiusdem concessa seu facta forent, removeri et annullari debeant, sive dicte represalie, diffidationes et banna in Civitate Romana sive alibi facta fuerint, et horum cause in Curia prefate Civitatis decidi et terminari debeant, concedere et indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes horum hominum et Communitatis sincerum erga nos et prefatam ecclesiam devotionis affectum, ac eos specialibus favoribus et graciis prosequi volentes, ut Communitas et homines predicti nullo unquam tempore alicuius persone, Communis seu Universitatis regno aut dominio subiici, aut eis in pheudum aut Vicariatum in perpetuum seu ad tempus etiam modicum, seu alio quocumque titulo dari vel alienari pessint, sed Civitatem predictam ad nos et successores nostros pleno iure spectare et pertinere, ac ecclesie Romane immediate subiectam fore decernimus et declaramus; necnon Communitatem, cives, incolas et habitatores predictos ab omnibus et singulis excommunicationum, suspensionum et interdicti aliisque censuris, sententiis et penis in ipsos et ipsorum quemlibet tam a iure quam ab homine quomodolibet latis, inflictis et promulgatis, ac ab excessibus, criminibus et delictis et aliis quibuscumque malefactis, etiam si heresis, lese maiestatis et apostasie crimina, delicta et malefacta predicta fuerint, absolvimus, ipsisque et eorum cuilibet omnia et singula excessus et delicta huiusmodi remittimus et eos penitus liberamus, omnemque ab eis infamis maculam sive notam per eos contractam abolemus; et insuper omnia et singula privilegia eis per dictos predecessores nostros concessa quoad a focatici solutionis et a salis receptionis exemptione, ac a nulla Castellani predicti de Potestate prefato intromissione, et a populi Romani, necnon dicte Rocche immunitate ac nullius Civis et incole Romani ad regimen prefate Civitatis deputacione, necnon statuta, laudabiles constitutiones, consuetudines, gabellas, vectigalia, pedagia et passus prefata in hodiernum diem de antiqua et approbata consuetudine hactenusque observata approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus; necnon ut cives et habitatores prefati in primis causis dumtaxat a quoquam quavis auctoritate extra dictam Civitatem inviti trahi, nec a dicti Potestatis iurisdictione, ut prefertur, amoveri possint; quodque idem Potestas in eadem Civitate pro uno dumtaxat officiali sit, ipseque Potestas unum notarium sufficientem et ydoneum, ac duos famulos cum salario septem florenorum auri de Camera singulo mense tenere debeat, necnon etiam ut represalis et diffidationes predicte tollantur, sed quod brevissime satisfiat creditoribus habere debentibus, tenore presentium concedimus, statuimus atque decernimus, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod si, quod absit, ullo unquam tempore Communitas, cives et habitatores huiusmodi ab obediencia et devotione nostra vel successorum nostrorum deviare contigerit, presentes littere casse et irrite nulliusque roboris vel momenti existant, et insuper irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, constitutionis, declarationis, absolutionis, remissionis, liberationis, abolitionis, approbationis, communitionis, confirmationis et concessionis infringere etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCXLV. Nonis Decembris, Pont. nri anno quintodecimo.

CCCVIII.

Universis Romanae ecclesiae subditis pontifex prohibet, ne Francisco Sfortiae ecclesiae rebelli adhaereant vel serviant. *Reg. Tom. XIX. fol. 236.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex Petri apostoli in pascendo grege dominico successor, sicut relictam a deo nostro testamentario hereditate pacem inter populos, presertim sibi et Romane ecclesie subiectos, libenter ponit et servat, ita pacis ipsius et quietis disturbatores predictique gregis oppressores ex iniuncto sibi desuper officio tenetur invadere ac propulsare. Cum itaque iniquitatis filius Franciscus Sfortia de Attendolis, postquam aliquandiu, ut ob occupatione provincie nostre Marchie Anconitane et aliarum nostrarum ac ecclesie terrarum desisteret, variis modis requisitus et monitus fuerat, nec obedire voluerat, nuper in Coena domini proxime enteacta propter ipsius provincie invasionem et terrarum ecclesie occupationem, sicut in simili necessitate semper Romana servavit ecclesia, fuerit anathemate percussus, et nichilominus nedum penitantia ductus et ad cor reversus predicta invasione desistere, terrasque occupatas nobis et ecclesie restituere voluerit, sed potius in proposito ac concepta diu malitie perseverans more peccatorum, qui in profundum malorum descendentes omnia contemnunt, nobis et dicte ecclesie inimicari, predicteque provincie partem de manibus et tirannide suis per arma recepta de novo occupare, et alias provincias ac terras ecclesie invadere sit conatus, prout magis magisque indies adnititur et laborat: Nos tantam dei, nostri, Romene ecclesie sedisque apostolice offensam, tantum nobis et dicte ecclesie subiectorum populorum imminens damnum atque periculum nullatenus negligere, sed potius, sicut, tenemur, viis quibuscunque et modis obviare cupientes, tiranni vires, quas sequacium imprudentia et inconsideratio forciores efficiunt, presenti edicto duximus minuendas, omnibus idcirco et singulis ex provinciis, civitatibus et terris ac locis nobis et Romane ecclesie tam mediate quam immediate subiectis, cuiuscunque gradus, status et conditionis existant, in predicti Francisci Sfortie servitiis quomodolibet existentibus, ant etiam non existentibus, qui post datam presentium ad sua servicia se contulerint, sub pena excommunicationis late sentencie, quam ipso facto contrafacientes incurrant, et insuper sub pena privationis vicarintuum, feudorum, officiorum et beneficiorum, quos et que quomodocunque et qualitercunque etiam si ex proprio eorum dominio tenerent et possiderent, tam ipsi quam successores ipsorum usque in tertiam generationem, liberantes de plenitudine potestatis nostre omnes et singulos ipsorum vassallos, recomendatos et subditos ab omni obligatione, fidelitate, subiectione et iuramento, quo prefatis quomodocunque et qualitercunque obstricti et obligati essent, ipsos ad devotionem nostram et ecclesie Romane reducentes, ac confiscationis omnium bonorum mobilium et immobilium, iuriumque et actionum et perpetui exilii a quibuscunque locis Romane ecclesie subiectis, omnibus etiam aliis et singulis ad predicti Francisci Sfortie servicia militantibus vel sibi servientibus sub dicte excommunicationis pena, quam, ut premittitur, ipso facto incurrant, nisi infra quindecim dies a publicatione presentium numerandos actualiter obediverint, presentium tenore de auctoritatis apostolice plenitudine potestatis ex nostra certa sciencia precipimus et mandamus, ut ab eiusdem Francisci Sfortie stipendio et serviciis realiter et actualiter, ne deum et Romanam offendant ecclesiam, discedant, eumque velut membrum infectum et ovem morbidam ab ovile et corpore ecclesie separatum illico, ut premittitur, derelinquant. Nulli ergo etc. nostri mandati etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto, v. Nonas Iulii, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

CCCIX.

Universis Romanis modamia distributions salis et solutione a vicecamerario praescriptam, exemptionibus revocatis, servare mandatur. *Reg. Tom. XX. fol. 21.*

Eugenius episcopus etc. Universis et singulis provinciarum, Civitatum, terrarum ac locorum districtus alme Urbis Civibus, incolis et habitatoribus quibuscunque presentes inspecturis, salutem etc. Cum proximis anteactis annis bone memorie Cardinalis Florentinus, tunc apostolice sedis Legatus, pro necessitatibus statui nostro et Romane ecclesie incumbentibus, ut nostras an Romane ecclesie provincias, et in primis almam Urbem in pace conservaret, (circa) distributionem salis et solutionem superinde faciendas formam certo modo dederit, que hactenus servata fuerunt, et interea per nos et nonnullos ex officialibus nostris auctoritate nostra quibusdam Baronibus, populis, Universitatibus et aliis particularibus personis certe exemptiones fuerint facte, ex quibus non parva inordinatio suboritur in predictis, nosque cupientes predictas distributionem solutionemque salis, sicut pro universali et equali omnium populorum ac subditorum ecclesie pace ac quiete sunt facte, ita equaliter et pro rata unumquemque tangere, alias novas distributionum solutionumque salis ordinationes per dilectum filium Ludovicum Cardinalem Aquilegensem, Camerarium nrum, eiusque in dicto officio locumtenentem fieri ordinaverimus, prout in eiusdem Vicecamerarii litteris contenta videbitis: Universitati vestre precipimus et mandamus, quatenus, non obstantibus gratiis, concessionibus et exemptionibus huc usque per nos aut predictos officiales nostros quomodo-

cunque factis, quas tenore presentium revocamus et decernimus nullius fore roboris vel momenti, circa distributionem salis et solutionem superinda faciendas modum et ordinem servetis, quos per supradictum Viceeamerarinm datos fuisse ab eiusdem litteris intelligetis. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto, vi. Kalend. Octobris, Pont. nostri anno sextodecimo.

CCCX.

Capitula inter Dominicum card. Firmanum apostol. sedis legatum et commune S. Angeli Cingulani districtus inita confirmantur. *Reg. Tom. XX. fol. 10.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et debitum, ut hiis, que de nostra voluntate per nostros Legatos ad nostrorum et ecelesie Romane subditorum utilitatem et commoda facta et concessa comperimus, ut firma et illibata permaneant, adiiciamus apostolici muniminis firmitatem. Sane nuper inter dilectum filium Dominicum tituli sancti Crucis in Iherusalem presbiterum Cardinalem Firmanum, apostolice sedis Legatum, nostro et ipsius ecclesie nomine, ac dilectos filios Communitatem et homines terre nře Sancti Angeli Cingulani districtus quedam conventiones, pacta et capitula, quorum copiam fecimus presentibus inseri, pro eorum commodo et utilitate ac bono regimine inita, conclusa et concessa fuerunt: Quare pro parte ipsorum Communitatis et hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis pro ipsorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati conventiones, pacta et capitula prefata ex certa sciencia auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes deffectus, siqui forsan intervenerint in eisdem. Effectus vero predictorum Capitulorum talis est.

In primis quod omnes homines diete terre S. Angeli tam clerici quam laici, cuiuscunque gradus, status, conditionis, dignitatis aut preheminencie existant, sint et esse intelligantur absoloti et liberati ab omni vinculo excommunicationis, interdicti, suspensionis et irregularitatis, ac quibuscunque sentenciis et censuris ecclesiasticis, in quas incurrerunt, vel que prolate fuissent, aut essent a iure val ab homine contra eos usque in presentem diem occasione rebellionis et infidelitatis eorum contra et adversus Romanam ecclesiam et Sanctissimi dñi nostri statum, et quilibet sacerdos possit et valeat ipsos et quemlibet eorum ab omnibus et singulis suprascriptis absolvere et liberare.

Item quod dicti homines et quilibet eorum liberi et absoluti sint et esse intelligantur ab omni pena tam pecuniaria quam corporali, in quam usque in presentem diem incurrissent vigore delictorum et excessuum quorumcunque per eos, aut eorum aliquem quomodocunque commissorum, etiam si esset crimen heresis vel lese maiestatis, et cassentur et annullentur, et sic cassati esse intelligantur omnes et singuli processus, inquisitiones et sentencie tam criminales quam civiles facte et late tam in Curia generali quam in Curia Cingulana, aut alibi per specialem personam, et quod occasione ipsorum delictorum usque in presentem diem commissorum nullus officialis diete provincie possit, aut debeat contra eos aut quemlibet eorum inquirere, denuntiare, accusare, molestare neque punire.

Item quod in recompensationem damnorum per eos hactenus perceptorum ob furores bellicos et malam ipsius provincia conditionem absoluti sint ab omnibus talleis, quas solvere tenerentur Camere apostolice aut Communitati Cingulane usque in presentem diem.

Item quod in subsidium reparationis murorum ipsius terre, qui debiles sunt, eximantur et liberentur, ac liberi et exempti sint per quindecim annos proxime futuros ab omni solutione tallearum, nec Communitas Cingulana aut persona specialis possit gravari aut conveniri per dictum tempus pro parte ipsos homines tangente, dummodo tallee ipsa in reparationem murorum predictorum ponantur, et aliter non.

Item quod homines predicti possint de quacunque Civitate et terra sancta matris ecclesie extrahere et portare granum, ordeum et alia blada pro ipsorum usu libere et sine aliqua solutione passagii aut gabelle, quantum tangit Cameram apostolicam.

Item quod non teneantur neque inviti cogi debeant aut possint tenere in dicta terra gentes aliquas armorum tam equestres quam pedestres, nisi tempore necessitatis.

Item quod possint tempore belli conducere per omnes terras sancte matris ecclesia omnes suas bestias et animalia, cuiuscunque generis existant, libere sine aliqua solutione gabelle, passagii aut pascuorum.

Nulli ergo etc. nostre confirmationis, approbationis, suppletionis, voluntatis et mandati atque communitionis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto, iv. Idus Octobris, Pont. nostri anno sextodecimo.

CCCXI.

Communi terrae Forcis praesidatus Farfensis ad obedientiam ecclesiae reverso quaedam privilegia confirmantur. *Reg. Tom. XX. fol. 67.*

Eugenius episcopus etc. Dilectis filiis Communi et hominibus terre nostre Forcis presidatus nři Farfensis provincie nostre Marchie Anconitane, sa-

latem etc. Solet Romanus pontifex interdum ea, que per Legatos bene et indubiliter facta sunt, licet ex se valida et firma sint, apostolice muniminis presidio confirmare, ut supplicum votis plenius satisfiat et concessa maioris auctoritatis plenitudine validentur. Nuper siquidem pro parte vr̃a nobis fuit humiliter supplicatum, quod cum dilectus filius Ludovicus tituli sancti Laurentii in Damaso presbiter Cardinalis Aquilegiensis, Camerarius noster et apostolice sedis Legatus, sub die tertio Octobris Millesimo quadringentesimo quadragesimoquinto vestre paupertati compaciens nonnullas immunitates, privilegia et exemptiones, ut infra plenius continetur, concesserit, eas dignaremur de benignitate apostolica confirmare, et exemptionem Triennalem super solutione Tallearum per eum vobis factam ad annum ultra de speciali gratia prorogare, et vos ab obsequiis realibus quibuscunque liberare. Nos vero, qui fidem et devotionem vestram erga nos et ecclesiam Romanam iampridem cognovimus, scientes quod in reductione vestra ad nos, ut a faucibus tirannorum et hostium nostrorum liberaremini, non parvas expensas, dampna et pericula subiistis, benigne et elementer vobiscum agere decrevimus, sperantes vos eo fideliores erga nos et ecclesiam prefatam futuros, quo maioribus a nobis gratiis et donis fueritis prosecuti. Cum itaque superiori tempore prefatus Legatus plenam iure legationis sue ad infrascripta auctoritatem et potestatem habens vos ad honorem, dignitatem et famam reduitegraverit, et in eo statu, in quo eratis, antequam a nostra et ecclesie prefate obediencia deviaretis, reduxerit et reposuerit, omnia et singula vestra privilegia, indulta, immunitates, iurisdictiones et iura vobis concessa tam per summos pontifices quam apostolice sedis Legatos, Marchiones, Vicelegatos, Gubernatores et Rectores provincie predicte, seu alios iurisdictionem habentes ratificans, approbans et confirmans, eaque sibi observari mandans, consideratisque insupportabilibus damnis et oppressionibus vobis illatis per nostros et ecclesie predicte hostes, aliisque iacturis pro statu nostro et ipsius ecclesie iuvando constanter per vos toleratis, omnes et singulas Tallearum, censuum affictuumque annuales solutiones remiserit, vosque a predictorum onere liberaverit usque ad triennium a data sue concessionis inchoandum, et abinde inantea secundum reductiones vobis per apostolica scripta iampridem factas, et presertim quod singulis annis imperpetuum pro censibus et et Talleis centum dumtaxat florenos auri de Camera solvere teneamini, fieri et solvi mandaverit.

Item quod maleficiis, excessibus et delictis, de quibus Potestas terre predicte pro tempore existens cognitionem habet, quod nisi in casu negligencie post mensem a die commissi maleficii in aliis Curiis vexari non possitis, et quod in causis civilibus primis extra Curiam dicti Potestatis ad instanciam quorumcunque creditorum inviti trahi nullo modo possitis: aliaque nonnulla concesserit, prout in quibusdam Capitulis et concessionum litteris subscriptione et sigillo prefati Legati, ut moris est, munitos plenius et seriosius continetur.

Nos vestris honestis supplicationibus inclinati omnia et singula privilegia, exemptiones, indulta, gratias et concesiones superius enarratas, et quecunque per prefatum Legatum vobis concessa, sub quibusvis formis et verborum tenoribus factas, ex certa sciencia tenore presentium approbamus, ratificamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, siqui forsan intervenerint in eisdem: volentesque preterea vobis ampliorem gratiam facere, decernimus et per presentes nostras litteras declaramus, quod liberatio et exemptio Triennalis pro solutione Tallearum nostrarum fienda, vobis, ut prefertur, a prefato Legato concessa, ad alium etiam annum extendatur, ita quod a die concessionis vobis per eum facte usque ad quatuor annos immediate sequentes Talleas et affictus, prout antea solebatis, solvere nequaquam teneamini, et ad id pro toto dicto tempore ab aliquo compelli non possitis, nec ad aliqua obsequia realia toto dicto tempore ullo modo coarctari seu compelli valeatis, districtius inhibentes dilectis filiis Rectori ac Thesaurario et aliis officialibus dicte provincie presentibus et futuris, et aliis quibuscunque, ad quos exactio seu receptio Tallearum huiusmodi nunc vel in futurum posset quomodolibet pertinere, ne vos aut aliquem vestrum realiter seu personaliter contra absolutionem et liberationem predictas inquietare, seu molestare quoquomodo presumant, Constitutionibus apostolicis, necnon provincie Marchie nostre Anconitane ac presidatus prefati, et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque. Nulli ergo etc. nr̃e approbationis, ratificationis, confirmationis, decreti, declarationis et inhibitionis etc. Siquis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto, x. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

CCCXII.

Confirmantur quaedam capitula inter commune Montisulmi et cardinalem Aquileiensem legatum nomine ecclesiae inita, adiectis pontificis responsis ad singula capitula. *Reg. Tom. X. fol. 60.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et debitum, ut iis, que de nostra voluntate per nostros Legatos ad nostrorum et ecclesie Romane subditorum utilitatem et commoda facta et concessa comperimus, firma et illibata permaneant, adiiciamus apostolici muniminis firmitatem. Sane inter dilectum filium Ludovicum tit. s. Laurentii in Damaso presbiterum Cardinalem

Aquilegiensem, Camerarium nrum, apostolice sedis Legatum nostro et ipsius ecclesie nomine, ac dilectos filios Communitatem et homines terre nostre Montisulmi Firmane diocesis quedam conventiones, pacta et capitula, quorum copiam fecimus presentibus inscribi, pro eorum commodo et utilitate ne bono regimine inita, conclusa et concessa fuerunt: Quare pro parte ipsorum Communitatis et hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis pro ipsorum subsistencia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati conventiones, pacta et capitula prefata ex certa sciencia auctoritate apostolica approbamus, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Effectus vero predictorum capitulorum talis est:

In primis quoniam exponentes ipsi eorum privilegia et indulta nonnulla apostolica et Rectorum ecclesie in antedictis eorum tempestatibus et derobbationibus perdiderunt, dignetur V. R. D. ipsis concedere cognitionem et decisionem primarum et secundarum causarum civilium et criminalium, seu mixtarum cognitionem quarumcunque, quodque officiales per eos ad cognitionem et decisionem huiusmodi libere eligi, assumi et deputari possint, quodque dicte cause per aliquem trahi non possint (extra) dictam terram Montisulmi, ac de iurisdictione ipsorum et deputandorum per eos, et insuper quod possint sibi eligere Potestatem, Cancellarium et officiales quoscunque voluerint cum provisione et salario per eos pro temporibus deputandos, absque aliqua confirmatione Rectoris pro temporibus in dicta provincia existentis per Romanam ecclesiam deputati, ad dictam causarum cognitionem et decisionem et alia eorum negotia peragenda, exceptis dumtaxat delictis, de quibus pena mortis seu ultimi supplitii veniret imponenda. „Placet quo ad primas causas, quodque per eos, ut consuevit tempore ecclesie, fiat et fieri possit electio predictorum officialium, dummodo domini Legati aut Rectores pro tempore existentes in provincia habeant confirmationem."

Item quod exponentes ipsi sint immunes, liberi et exempti per spatium vigintiquinque annorum proxime futurorum ab omnibus pagamentis et solutionibus talearum, censuum et affictuum et aliis oneribus quibuscumque realibus, personalibus seu mixtis preteritis, presentibus et futuris Romane ecclesie seu Rectoribus et officialibus eiusdem debitis vel debendis, seu impositis et imponendis quacunque ratione, occasione vel causa dicto durante tempore et per dictum tempus ordinariis seu extraordinariis, attentis eorum calamitatibus inenarrabilibus antedictis, seu quocunque nomine dicta onera dici et nominari possint seu etiam excogitari, ut sic in dicta terra se reducere et vivere possint semper in fidelitate firmissima sancte Rom. ecclesie, et finito dicto tempore exemptionis dicta Communitas teneatur solvere tantum ducentos trecentos pro anno quolibet, prout in capitulis confirmatis per Reverendissimum dominum, dnum Loctum Epum Spoletanum tunc Commissarium Sanctissimi dni nostri pape continetur. „Placet, quod exemptionem habeant pro annis decem, attentis eorum iacturis et damnis, quo termino decurso teneantur solvere annuatim, ut prefertur, et de preteritis sint, attenta eorum paupertate et miseria, in quam deducti sunt, absoluti."

Item quod exponentes ipsi possint et valeant usque ad tres annos continuos proxime futuros trahere, deducere et conducere ad dictam terram Montisulmi de omnibus terris ecclesie, et aliis quibuscunque terris et locis ad dictam terram Montisulmi granum et alia frumenta quecunque libere, gratis et sine solutione alicuius pagamenti fiendi Camere ecclesie, et sine solutione et pagamento cuiuscunque passagii vel gabelle, seu alterius datii debitis dicte Camere apostolice seu terris et locis aliis dicte Romane ecclesie, et quod finito dicto triennio de dicta terra Montisulmi possint ipsi exponentes trahere, deducere et conducere per dictam provinciam et extra ipsam provinciam tam per mare quam per terram salmas grani quatricentas sine solutione aliqua passagii, vel gabelle fienda dicte Camere apostolice et aliis terris et locis ecclesie pro aliquali restauracione calamitatum antedictarum. „Placet, quod conducere possint ad dictam terram, undecunque velint, libere et impune absque ulla solutione fienda Camere, et similiter ad terras ecclesie conducere."

Item quod exponentes ipsi possint et valeant omni tempore exigere passagium ab omnibus et singulis per dictam terram, eiusque territorium et districtum transeuntibus cum mercanciis, rebus et animalibus, et presertim ab hominibus et personis Communitatum, Terrarum et locorum passagium exigentium ab hominibus et personis dicte terre Montisulmi. „Placet."

Item quod exponentes ipsi non teneantur nec debeant dare Curie generali seu ipsius Curie dnis iudicibus, seu alteri eorum aliquo unquam tempore sindicum seu balium, salvo dumtaxat sindicum ad reportandum maleficia, de quibus exponentes ipsi cognitionem non haberent. „Fiat, ut consuevit tempore ecclesie."

Item quod exponentes ipsi non teneantur in futurum receptare aliquas gentes armigeras, equites seu pedites, de mandato alicuius Rectoris provincie seu alicuius Capitanei vel alterius officialis ecclesie, nisi dumtaxat numerum ipsarum gentium armorum, quem placuerit ipsis exponentibus pro temporibus acceptare, nisi de speciali mandato Sanctitatis domini nri pape expresse processerit, dum

tamen victualia pro eorum victu apportaverint. „Placet, nisi necessitas supervenerit.“

Item quod nulla persona de dicta terra seu habitans in eadem, eiusque territorio et districtu deliquens sive sit condemnata, sive processus fuerit contra eum formatus, sive etiam nondum processum fuerit per officiales dicte terre, possit vel valeat per se vel alium petere seu impetrare, vel quomodolibet supplicare super ipsis condemnationibus, processibus vel delictis aliquod rescriptum seu aliquam gratiam, vel remissionem, vel aliquid aliud, per quod punitio, processus cognitio et executio delictorum impediri valent vel quomodolibet retardari quacunque ratione, occasione vel causa, sed simpliciter et dumtaxat delinquens huiusmodi se defendat servatis statutis dicte terre, ubi statuta disponunt, vel ubi non disponunt secundum formam constitutionum, et ubi constitutiones non disponunt, secundum formam iuris communis, et quelibet persona contrafaciens eo ipso, quod aliquod rescriptum, gratiam, indulgentiam, remissionem litterarum vel nuntiorum per se vel alium presentaverit officialibus dicte terre, seu cernito vel consilio, debeat per dictum consilium confinari per tres annos extra dictam terram Montisulmi eiusque territorium et districtum: et similiter penam incurrat quecunque persona proponeret vel adrengaret, seu aliquid diceret in favorem illius in iudicio, cernita vel consilio seu alibi: et si quis furet reniteas vel inobediens dicto confini in totum vel in parte, ipso facto incurrat penam centum ducatorum applicandorum pro medietate Camere apostolice et pro alia medietate Communi dicte terre. „Placet, excepta confinatione vel alia pena, de quibus fiendis vel non consultent dominum Legatum vel gubernatorem in provincia, et hoc, ne delicta remaneant impunita.“

Item quod omnes et singuli, qui reperirentur habuisse vel habere animalia et res quascunque ipsorum exponentium universorum seu singulorum, a die, quo exponentes ipsi ad obedienciam et fidelitatem Romane ecclesie redierunt, in preteritum, presens vel futuram constringi debeant de facto et sine figura iudicii per officiales terrarum et locorum, ubi animalia et res huiusmodi reperte vel habite fuerint, ad restituendum, relaxandum et consignandum ipsa animalia et res, (que) accepte, capte, empte, habite seu oblate fuerint per quemcunque et quecunque titulo, ratione vel causa, libere, gratis et sine aliquo pretio vel mercede. „Fiat pro restitutione predictorum animalium ab eis, quorum interest, summaria expedita iustitia.“

Item quod omnia maleficia, excessus et delicta quecunque, etiam si esset crimen lese maiestatis, commissa in preteritum per homines et habitatores dicte terre Montisulmi, et personas quascunque de dicta terra usque in presentem diem, de quibus essent condemnati vel non condemnati, sive aliqui processus essent contra eos formati vel non formati, et de quorum pena spectaret ad Cameram sancte Romane ecclesie, sint remissa, cassa et annullata et nullo modo possit de predictis contra eos procedi, puniri et condemnari, nec aliquo modo vexari nec de eis pena exigi ullo modo et colore quesito. „Placet.“

Item quod omnes forenses et habitantes in dicta terra Montisulmi, cuiuscunque status et conditionis existant, et de quacunque terra essent, sint liberi et securi, et libere et secure possint stare, habitare et commorari in dicta terra Montisulmi cum bonis, familiis et rebus quibuscunque, prout alii terrigene dicte terre stant et habitant, et quod omnes res et bona quecunque cuiuscunque forensis, que reperirentur in dicta terra Montisulmi, sint libera et secura ab omni impedimento, prout alia bona et res hominum dicte terre Montisulmi. „Placet, exceptis armigeris stantibus ad servitia hostium ac rebellium ecclesie.“

Item quod res, pignora, arma et bona armigerorum tam ecclesie, quam regie Maiestatis et Comitis Francisci seu aliarum personarum, que remanserunt in dicta terra Montisulmi tempore conflictus Illustris Capitanei Francisci Picinini, et aliarum gentium ecclesie facti in territorio dicte terre, et ante et post usque in presentem diem non possit ullo modo repeti nec vendicari per dominos ipsarum aut per aliquos ab hominibus et personis dicte terre et habitantibus in ea, attento derobbatione tunc universaliter facta de dicta terra, ac etiam quod res, bestie, oleum, denarii et alia bona, que essent hominum et personarum de terris inimicis Romane ecclesie et essent in dicta terra et apud homines dicte terre, predicta omnia sint libera, secura et franca. „Placet, si et in quantum dicta bona apud eos non reperiantur, vel in usum suum non conversa extiterint.“

Item quod presbiteri dicte terre sint exempti, prout alii de dicta terra, attenta derobbatione eorum, que fuit prout de aliis, necnon Leo ebreus, qui est medicus dicte terre, qui similiter fuit derobbatus prout alii de dicta terra Montisulmi. „Placet.“

Item quod exponentes ipsi possint et valeant reformationes et ordinamenta quecunque pro statu pacifico et quiete dicte Communitatis con[ce]dere, ordinare et reformare, et in ipsis imponere penas, banna et mulctas tam in criminalibus, quam in damnis datis pro eorum libita voluntate absque aliqua alia confirmatione cuiuscunque presidis sive Rectoris habenda. „Placet usque ad summam decem librarum.“

Data, signata et subscripta fuerunt per me Petrum Lunensem, secretarium infrascriptum, sub impressione sui soliti sigilli de mandato Reverendissimi

in Christo patris et domini, dñi Ludovici tit. sancti Laurentii in Damaso presbiteri sancte Romane ecclesie Cardinalis Aquilegiensis, dñi pape Camerarii, apostolice sedis Legati etc. Macerate in palatio magno Communis die XI. Novembris MCCCCXLV. Inditione VIII. Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Eugenii divina providencia pape IIII. anno XV. P. Lunensis.

Nulli ergo etc. nostre approbationis, confirmationis, communitionis et suppletionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum anno Incarnationis dominice MCCCCXLVI. tercio Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

CCCXIII.

Anconitanis quaedam capitula a cardinali camerario approbata confirmantur. *Reg. Tom. XX. fol. 204.*

Eugenius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Sincere devotionis affectus, quem dilecti filii Communitas et cives Civitatis nře Ancenitane ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, non indigne meretur, ut votis eorum, que a rationis tramite non discedant, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane pro parte dictorum Communitatis et civium, ac dilectorum filiorum Nicolai legum doctoris et Laurentii de Grimoldis etiam civium, predicte Civitatis Nuntiorum ad nos pro parte ipsorum Communitatis nuper destinatorum, petitio continebat, quod olim dilectus filius noster Ludovicus tituli sancti Laurentii in Damaso presbiter Cardinalis, Camerarius noster, et tunc in partibus illis apostolice sedis Legatus, nonnulla Capitula inter cetera statum et utilitatem Camere et Communitatis et civium predictorum concernentia, sibi per eandem Communitatem et cives porrecta, approbavit et confirmavit, prout in litteris dicti Cardinalis eius sigillo munitis, quarum tenores de verbo ad verbum presentibus inseri fecimus, plenius continetur: Quare pro parte eorundem Communitatis et civium nobis fuit humiliter supplicatum, ut approbationi et confirmationi predictis, ac omnibus et singulis in dictis litteris contentis et inde secutis pro eorum subsistencia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere, et alias eis super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati approbationem et confirmationem, contenta et inde secuta predicta rata habentes et grata, illa omnia et singula auctoritate apostolica ex certa sciencia tenore presentium approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ceterisque contrariis quibuscunque.

Tenor vero dictarum litterarum sequitur, et est talis:

Ludovicus miseratione divina tituli sancti Laurentii in Damaso sacrosancte Romane ecclesie presbiter Cardinalis Aquilegiensis vulgariter nuncupatus, domini nostri pape Camerarius, Dilectis in Christo nobis civibus et Communitati Civitatis Anconitane salutem in domino sempiternam. Dudum dum de anno et mense Iulii proxime preteritis personaliter essemus constituti prope Castrum Fluminis Exini Anconitane diocesis, legationisque officio fungeremur, ad supplicationem vestrorum oratorum inter cetera infrascripta Capitula concessimus, que legationis titulo corroborata et concessa fuerunt, quorum tenor talis est:

Item quod fiat et exnunc facta esse intelligatur plenissima absolutio (et) remissio maxime auctoritate apostolica tam dicte Communitati et populo, quam quibuscunque suis officialibus, civibus, comitativis et districtualibus eorumdem, quem laicis, ecclesiasticis et religiosis de omnibus excessibus, delictis vel culpis, etiam si essent sedi apostolice reservata, et etiam de excommunicationibus, interdictis, irregularitatibus, suspensionibus, sentenciis et bannis, de quibus esset processum, vel cognitum, vel non, et de omnibus penis pecuniariis, corporalibus vel corporis afflictivis, paris conditionibus vel mixtis, cuiuscunque gravissime importancie vel qualitatis existerent, etiam si de eis deberet fieri mentio specialis: quinymo a predictis et earum qualibet exnunc auctoritate apostolica sint ad plenum absoluti et liberati, et ad plenam gratiam quoad omnia et singula penitus reintegrati et restituti in pristinum statum, sicut unquam fuerunt in gratia sancte Romane ecclesie et sanctissimi domini nostri.

Item quod dicta Communitas et suus presens status remaneat, et sit per omnia reintegratus et defensatus a sancta Romana ecclesia in sua consueta pacifica libertate ecclesiastica cum omnibus honoribus, dignitatibus, preeminenciis, privilegiis, immunitatibus et iurisdictionibus, sicut unquam fuerunt in quocunque meliori tempore usque in presentem diem, et confirmata sint omnia eorum statuta et omnia privilegia concessa a Romanis pontificibus et suis officialibus, et exnunc intelligantur esse confirmata omnia et singula predicta in forma valida per sedem apostolicam.

Item quod dicta Communitas exnunc promittit, quod semper erit fidelis sancte Romane ecclesie, et ita per sanctam matrem ecclesiam manutenebitur cum suis membris in dicta fidelitate, quod nunquam consencietur, quod deveniat in alterius manus mediate vel immediate, et quod contra dictam Communitatem et suum statum et suos homines et cives vel comitativos, Comitatum vel districtum nichil possit vel debeat innovari, quod habeat aut possit turbare suum presentem statum. Item quod dicta Civitas non teneatur receptare gentes armorum.

Item quod omnia et singula testamenta, contractus ultime volnntatis et alii actus facti a die decima Decembris Anni Millesimi quadringentesimi quadragesimisexti usque in presentem diem, et etiam omnes et singule sentencie officialium dicte Communitatis valeant et subsistant, non obstante aliqua guerra vel rebellione.

Item quod omnes processus, condemnationes vel banna facti in quacunque terra vel curia contra Communitatem, cives vel comitativos Anconitanos sint exnunc cassi et annullati omni meliori modo et forma, quibus melius potest.

Item quod si aliquo tempore dicta Communitas, Castra, homines, comitativi, districtuales vel habitantes Ancone, vel in suo Comitatu aut districtu convenirentur, seu procederetur aut esset processum civiliter vel criminaliter, realiter vel personaliter in quacunque terra vel loco Marchie vel Curia occasione cuiuscunque pene, banni, pecunie, rerum depredatarum, captivorum, damnorum, expensarum vel interesse usque in presentem diem, maxime occasione cuiuscunque confiscationis facte in Ancona de iure vel de facto, etiam si esset persona privilegiata, a dicta die decima Decembris usque in presentem diem ab omnibus predictis supradictus dominus Legatus absolvit et liberat, et promittit curare et providere tali modo, quod dicta Communitas et eius homines et bona non possint damnificari in ere aut persona imperpetuum in aliquo loco, sed potius a predictis intelligantur liberati dictis de causis.

Item quod dicta Communitas et eius homines sint reintegrati ad omnia eorum iura, non obstante aliquo sequestro, occupatione, publicatione vel confiscatione, que facta forent a dicta die decima Decembris usque ad presentem diem in quacunque terra vel loco sancte ecclesie, excepto quod si factum fuerit per Communitatem Auximii vel Rachaneti, que publicationes et exceptiones Auximii vel Rachaneti sint in hiis terminis, in quibus fuerunt, sicut etiam stent valide publicationes et confiscationes facte in Ancona de iure vel de facto contra Auximanos vel Rachanatenses, et eiusdem habitatores laicos vel privilegiatos.

Nos igitur nuper super premissis a spectabilibus viris domino Nicolao domini Iohannis legum doctore et Laurentio de Grimaldis, vestre Civitatis oratoribus, fuimus debite requisiti, ut predictam remissionem et omnia et singula predicta ampliori gratia et titulo roboraremus, ampliaremus et confirmaremus. Volentes itaque Communitatem vr̄am predictam, et eius homines et habitatores gratiis augere amplioribus, predictorum oratorum et vr̄is in hac parte supplicationibus inclinati remissionem et absolutionem predictas extendimus, et extensa esse volumus ad omnia et singula maleficia, si qua per vos vel aliquem vestrum facta fuerint a tempore predicte remissionis per nos ut supra facte, imposterum ea intelligantur esse remissa, abolita et cancellata et penitus annullata, extendentes et ampliantes predictas nostras absolutiones et remissiones, et omnia in dictis capitulis comprehensa usque in presentem diem, cum omnibus et singulis clausulis in supradictis capitulis comprehensis, decernentes ea auctoritate nr̄i officii Camerariatus omnino valere et tenere, ac plenissimum robur omnino obtinere. In quorum testimonium presentes litteras fieri et nr̄i sigilli Camerariatus officii fecimus appensione roborari. Datum Rome sub Anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Indictione decima, die vero octava mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi domini nostri, domini Eugenii divina providencia pp. IIII. anno sextodecimo.

Nulli ergo etc. nostre approbationis, confirmationis, communitionis et suppletionis infringegere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimosexto, Id. Februarii, Pontificatus nostri anno sextodecimo.

CCCXIV.

Nicolaus PP. V. populo Romano quaedam privilegia ab Eugenio IV. concessa confirmat et observare promittit.
Reg. Tom. XXII. fol. 14.

Nicolaus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Licet ex debito summi Pontificatus officii nobis desuper iniuncti Civitatum, terrarum et locorum omnium nostro et Romane ecclesie temporali dominio subiectorum, necnon incolarum et habitatorum pro tempore eorumdem profectibus, commodo et utilitati nos deceat intentos existere, tamen almam Urbem nostram Romanam necnon ipsius pro tempore cives, incolas et habitatores tanto libentius potioribus favoribus et gratiis confovemus, quanto Urbis excellentia ac eius civium prefatorum fidelitate, virtutibus et meritis debite compensatis id conspicimus in domino salubriter expedire. Horum igitur consideratione moti auctoritate apostolica ex certa scientia de fratrum nostrorum consilio tenore presentium statuimus, decernimus, ordinamus, facimus et concedimus in omnibus et per omnia, prout inferius denotatur.

Et primo ex nunc inantea per quoscumque superiores quacumque auctoritate fungentes statutis et reformationibus ac laudabilibus consuetudinibus prefate Urbis nullatenus derogetur, sed illa in suo robore inviolabiliter observari permictantur, auctoritate tamen apostolica semper salva, ac etiam quod de cetero Sal per cives Romanos dumtaxat et non alios cum emolumentis et capitulis consuetis penitus fiat, et quod nullus ad Sal emendum in dicta Urbe compelli possit, sed illud pro tempore emere volentibus ad rationem trium floreno-

rum auri de Camera pro rubio quolibet et non ultra vendatur, ita quod onera ratione prefati Salis contra antiquam consuetudinem hactenus impositam penitus cessent atque deficient, litterequo felicis recordationis Eugenii pape IIII. predecessoris nostri occasione dicti Salis Romano populo ac in illius favorem concesse suum consequantur effectum.

Ad ulterius quod omnes et singule pecuniarum summe, que ex gabella venditionis vini forensis in Urbe ipsa vendendi ad minutum pro tempore proventure sunt, iuxta formam aliarum litterarum per ipsum predecessorem olim desuper concessarum, quas etiam per presentes confirmamus, in utilitatem et ad usum Studii generalis prefate Urbis, ac alias id totum quod forsan ex illis, proviso indigenciis dicti Studii, pro tempore superesset, in reparationem murorum ac in subventionem aliarum pro tempore occurrentium publicarum necessitatum eiusdem Urbis per illius pro tempore Conservatores, et alios ad id pro tempore deputandos dumtaxat et non alios convertantur et exponantur.

Et insuper quod etiam alie ipsius predecessoris quoad artem lane, et ut illa in dicta Urbe habilius et commodius exerceri posset, ac alias in favorem eorum, qui artem eandem in prefata Urbe exercerent, dudum concesse et emanate littere earum plenariam roboris firmitatem obtineant;

Et quod etiam tam Urbis prefate quam eius districtus officia civibus Romanis ydoneis ab antiquo concedi, et per eos exerceri consueta omnia et singula ex nunc inantea non forensibus, sed dumtaxat civibus Romanis ad id tamen ydoneis concedantur et assignentur, ac per eosdem cives et non forenses exerceantur;

Et similiter quod nullus ad ecclesias ac canonicatus et prebendas et cetera beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, tam in Urbe prefata quam eius districtu consistentia, aut eorum aliquod etiam pretextu quarumvis apostolicarum litterarum nisi civis Romanus recipi vel admitti, seu ea vel ipsorum aliquod tenere ullo modo valeat aut debeat, quodque littere et provisiones etiam apostolice secus pro tempore facte nullius existant roboris vel momenti;

Et insuper quod ratione gabelle ex venditione vini Romani, tam ad minutum quam ad grossum pro tempore vendendi, solum et dumtaxat duodecim denarii monete in ipsa Urbe currentis, et non ultra pro qualibet libra percipiantur;

Et similiter ratione gabelle macinatici nuncupate intra et extra eandem Urbem quatuor solidi monete prefate, et non ultra pro rubio quolibet persolvantur; ac demum quod omnia et singula onera tam super predictis quam aliis dicte Urbis gabellis post reditum predecessoris ad Urbem huiusmodi, et in ipso reditu contra et ultra consuetudinem imposita seu ordinata ex nunc pro nullis et infectis haberi volumus et decernimus.

Et quod exitus omnium mercantiarum sit liber pro augmento gabellarum et gratificatione populi prelibati, reservatis rebus spectantibus ad grassiam, pro quibus fiat solutio consueta;

Et insuper ut liceat cuilibet herbatica et pascua territorii et districtus dicte Urbis vendere et emere, et conducere et recolligere animalia quecumque et cuiuscumque iuxta antiquam consuetudinem, ita quod in venditione, emptione, conductione et collectione prefatis vel eorum aliqua nullus impediri valeat, dummodo gabella debita et consueta propterea integre persolvatur;

Preterea quod pretia, fructus, redditus et proventus portarum et pontium alme Urbis in ipsorum et ipsarum conservationem et reparationem convertantur;

Ac ulterius Senatori, necnon Conservatoribus et aliis officialibus prefate Urbis presentibus et futuris congrua salaria secundum formam statutorum Urbis, et prout ex ipsius Urbis statutis cavetur, assignentur et persolvantur, ita quod statum suum iuxta officiorum huiusmodi decenciam honorifice tenere possint;

Ac quod vinum tam Romanum quam forense etiam in vasis terreis ad minutum vendi possit, cum exinde curialibus preiudicium non resultet, sed illud in vasis vitreis pro tempore vendentes damnum propterea consequantur (sic):

Que omnia et singula premissa perpetuo valere et plenam roboris firmitatem obtinere etiam decernimus et declaramus, decernentes irritum et inane quicquid in contrarium imposterum contingeret attemptari, et que per nos inviolabiliter observari volumus, nec per nos in aliquo contraveniri nostris successoribus intimamus, Non obstantibus premissis necnon constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostrorum statuti, constitutionis, ordinationis, concessionis, confirmationis, declarationis, intimationis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo, Kalendis Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXV.

Epus Saonensis constituitur civitatis Tudertinae eiusque comitatus gubernator. *Reg. Tom. XLVIII. fol. 38.*

Nicolaus episcopus etc. Venerabili fratri Valerio Episcopo Saonensi, Civitatis nostre Tudertine eiusque Comitatus pro nobis et Romana ecclesia Gubernatori, salutem etc. Ad statum prosperum et tranquillum Civitatis nre Tudertine eiusque Comitatus, territorii et districtus, ad nos et Romanam ecclesiam immediate spectantis, salubriter

dirigendum solicito et paterno studio intendentes, efficacem curam exhibemus, ut in ea cultus iusticie vigeat, pacis et tranquillitatis dulcedo reviviscat, boni edificentur mores et reprobi extirpentur; viri quoque modesti ac virtuosi actionum suarum premium consequantur; temerarii vero et improbi corrigantur, et si obstinati fuerint, luant pro eorum excessibus dignas penas. Hac itaque consideratione inducti, de fidelitate tua ac prudentia ac rerum experientia, studio et solicitudine in arduis negociis comprobata sumentes in domino fiduciam specialem, ac sperantes, quod illa, que tibi commiserimus, bene et laudabiliter exequeris, te in dicta Civitate eiusque Comitatu, territorio et districtu de Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio et assensu in spiritualibus et temporalibus gubernatorem cum officialibus, famulis, gagiis, honoribus et oneribus ac salario per nos alias declarando usque ad beneplacitum nostrum auctoritate apostolica tenore presentium facimus, ordinamus et constituimus, et etiam deputamus, tibique beneplacito durante ordinandi, statuendi, reformandi, mandandi, exercendi et exequendi, necnon omnia alia et singula, que ad honorem nostrum et eiusdem ecclesie et tranquillum statum, prosperum et felicem civium, incolarum et habitatorum Civitatis, Comitatus, territorii et districtus predictorum ac eorum omnium spectant, et que ad huiusmodi gubernationis officium cognoveris pertinere, alienatione tamen bonorum immobilium et pretiosorum mobilium Civitatis, Comitatus, territorii et districtus predictorum, omniumque iurium et pertinenciarum eorumdem tibi penitus interdicta, faciendi et exercendi, contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia cum invocatione brachii secularis eadem auctoritate, appellatione postposita, compescendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, Mandantes omnibus et singulis officialibus, civibus, Communitatibus, Universitatibus et singularibus quibuscunque personis Civitatis, Comitatus, territorii et districtus predictorum, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, nobilitatis aut conditionis existant, quatenus tibi in omnibus, que ad huiusmodi gubernationis officium pertinent, huiusmodi durante beneplacito realiter et cum effectu pareant, obediant et intendant: Nos enim sentencias sive penas, quas rite tuleris seu statueris in rebelles, ratas habebimus atque gratas, illasque faciemus, auctore dño, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari, Non obstantibus quibuscunque privilegiis et indulgenciis apostolicis, quorumcunque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus eorumdem impediri valeat quomodolibet vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in presentibus mentio specialis. Volumus autem, quod antequam huiusmodi gubernationis officium incipias exercere, de eodem fideliter et laudabiliter exercendo alias fidelitatis debite in manibus nostris prestes in forma solita iuramentum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo cccc. quadragesimo septimo, Nonis Maii, Pont. nři anno primo.

CCCXVI.

Dominis de Sabellis restituuntur castra et feuda, quibus eorum genitor propter inobedientiam privatus fuit.
Reg. Tom. I. fol. 48.

Nicolaus episcopus etc. Dilectis filiis Nobilibus viris Iohanni Baptiste, Mariano Baptiste et Francisco natis quondam nobilis viri Nicolai de Sabellis, domicelli Romani, salutem etc. Ex iniuncto nobis desuper apostolice servitutis officio ad ea, per que singulorum fidelium, presertim nobis et Romane ecclesie subditorum statui consulitur, libenter intendimus, et desideria iusta petentium, que a rationis tramite non discordant, congruo favore prosequimur. Sane prout petitio vestra nobis nuper exhibita continebat, nos fidedignorum relatibus cognovimus et accepimus, quod impellente dudum satore zizanie et temporum perversorum causante malitia, crassantibus etiam guerris et discordiis circumquaque subortis in partibus Urbi finitimis, vester genitor memoratus quondam Antonium de Pontedera, olim armorum conductorem ad stipendia tunc felicis recordationis Eugenii pape IIII. predecessoris nostri et dicte ecclesie militantem, cum armorum gentibus, stipendiariis et sequacibus eiusdem Antonii in diversis ipsius genitoris castris ob reverentiam dictorum predecessoris et ecclesie recepit et receptavit, et exinde eundem Antonium, qui proprie salutis immemor predecessori et ecclesie prefatis cum gentibus, stipendiariis et sequacibus predictis se postmodum rebellavit, ac contra predecessorem et ecclesiam huiusmodi eorumque Legatos et officiales, gentes, complices, subditos et sequaces nonnulla excessus, crimina et delicta, guerras et offensiones reales et personales, cavalcatas Civitatum, terrarum, Castrorum et locorum ad eandem ecclesiam pertinentium, et contra genitorem predictum Castri sui Candolforum Albanensis diocesis, in quo etiam, ut permittitur, receptus fuerat, invasiones, direptiones et occupationes commisit damnabiliter et committi fecit, dictumque (vři) genitoris Castrum Candolforum ad saccum posuit, seu poni et in eodem quondam Rainaldum dicti genitoris fratrem cepit seu capi fecit, in quibus et per que homicidia, incendia, adulteria, stupra, incestus, ecclesiarum et Monasteriorum et bonorum ecclesiasticorum dispendia et rapine, pluraque alia scelera sequuta existunt in sue et talia committentium animarum preiudicium, ac offensorum et

passorum damna inestimabilemque iacturam. Et ea propter dicti quoque Antonii tirannidem merito perhorrescens, neque aliter vi et potentie eiusdem Antonii resistere, aut ammissionem, capturam et interitum ceterorum Castrorum et locorum eius, ipsiusque ac suorum personarum preterire valens, horum terrore, qui merito potuit et debuit cadere in constantem, perterritus et compulsus cum suis subditis, adherentibus, complicibus et sequacibus in Castris predictis recipi, pernoctari, morari, et in illis predas et captivos duci et retineri coniunctim et separatim permisit, non tamen aliter in predecessoris, ecclesie ac offensorum et passorum vilipendium et iacturam: propter que bone memorie Iohannes tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter Cardinalis Florentinus vulgariter nuncupatus, sedis apostolice tunc Legatus, prefatum genitorem vestrum dicto Candoltorum Castrisque Roccheprioris, Burgeti et Fagole Tusculane diocesis, nonnullisque aliis etiam Castris, locis, bonis mobilibus et immobilibus, ac iuribus etiam feudalibus prefatum genitorem spoliavit, et prout nobis asseritur et verisimiliter creditur, eundem genitorem cum subditis suis, adherentibus, complicibus et sequacibus iam dictis premissorum occasione lese maiestatis crimen incurrisse, ac Castris, locis, bonis et iuribus premissis, necnon honoribus et dignitatibus privavit seu privatum declaravit. Quare nobis humiliter supplicastis, ut super hiis vobis et statui vestro ac subditorum, adherentium, complicum et sequacium huiusmodi de oportuno providere remedio dignaremur. Nos igitur volentes super premissis vestro et illorum statui salubriter providere, huiusmodi supplicationibus inclinati, habentes statum et formam omnium et singulorum per eorum nomina, qualitates, quantitates, conditiones, species et alia pro sufficienter expressis, auctoritate apostolica et ex certa scientia, ac de apostolice potestatis plenitudine vestrum genitorem perterritum, ut predicitur, et compulsum, eiusque officiales, subditos, adherentes, complices et sequaces universaliter et specialiter per predicta, aut aliquod predictorum nullum rebellionis, fautorie, inobedientie aut lese maiestatis, vel aliud quodlibet crimen incurrisse aut perpetrasse, nullamque propterea ipsos aut ipsorum aliquem penam personalem aut realem incidisse sive incurrisse, incidere et incurrere quomodolibet potuisse, omnesque et singulos processus, necnon censuras, sententias et condemnationes spirituales aut temporales etiam privationis Castrorum, locorum, bonorum et iurium predictorum et eorumdem confiscationis seu incorporationis, ac etiam excommunicationis, suspensionis et interdicti aliasque quaslibet, etiam si pretextu alterius cuiuscunque rebellionis, fautorie, inobedientie aut lese maiestatis criminis, sive etiam maioris, si quod dici posset quomodolibet vel appellari, contra dictum genitorem vosque forsan seu quemcunque alium ex supra comprehensis, necnon Universitates, Communia et singulares quascunque personas supra comprehensas per predecessorem seu Legatum prefatos, vel alium seu alios etiam apostolice sedis Legatos, Vicarios, Rectores, Nuntios aut Magistratus quosvis, seu quoscunque alios apostolica vel alia quavis auctoritate factos seu factas, latas, datas, publicatas et promulgatas, ac omnia et singula ex eis inde secuta, etiam si per dictum predecessorem auctoritate apostolica, et ex certa scientia necnon motu proprio, et cum suppletione defectuum ac quibuscunque clausulis derogatoriis, et etiam sub cuiuscunque Castrorum, locorum, bonorum et iurium predictorum vel alicuius eorum alienationis, vel alia quavis forma quomodocunque, quandocunque et qualitercunque facta sive confirmata, roborata et approbata, etiam cum inde secutis existant, vel imposterum quomodolibet apparerent, que hic et pro insertis et de verbo ad verbum expressis ex eadem scientia totaliter haberi volumus, nullius fuisse roboris et momenti, ac effectum aliquem sortiri (non) debuisse, neque debere tenore presentium decernimus et etiam declaramus, vosque et vestri genitoris officiales, subditos, adherentes, complices et sequaces predictos, necnon Universitates, Communia et singulares quascunque personas Castrorum et locorum huiusmodi utriusque sexus, et tam clericos seculares et regulares, quam laicos cuiuscunque status, gradus, ordinis, dignitatis seu conditionis existant, prout ad vestrum et ipsorum quemlibet communiter aut divisim pertinet et spectat, ad omnia et singula iura Castrorum, locorum et bonorum predictorum et aliorum quorumcunque tam etiam communia, quam specialia ad pristinum statum, in quo ante Antonii prelibati receptationem premissam idem vester genitor erat, vosque ac ceteri supra comprehensi fueratis et erant, plenarie restituimus in eodemque harum tenore reponimus et etiam reintegramus: et nichilominus processus, sententias, condemnationes, censuras, suspensiones et interdicta huiusmodi de quibuscunque condicibus et registris maxime apostolice et provinciarum, Civitatum ac Terrarum earumdem Camerarum aut Terrarum, in quibus descripti seu annotati quomodolibet apparerent, cassamus, abolemus, ac cassari volumus et aboleri per officiales, ad quos id spectare potest de consuetudine vel de iure, ad instantiam cuiuscunque petentis libere atque pure sine solutione quacunque precipimus atque mandamus: decernimus quoque, quod de cetero super premissis vel eorum aliquo aut dependentium ab eisdem per aliquos officiales et Magistratos nostros, ecclesie et provinciarum huiusmodi ordinarie vel exordinarie, cum promotore vel sine, civiliter vel criminaliter seu mixtim, ad cuiusvis instantiam, seu ex officio procedi, inquiri seu cognosci nequeant quo-

quomodo principaliter vel accessorie, districtius inhibentes omnibus Magistratibus et officialibus ipsis, etiam Legatis de latere et provinciarum Rectoribus presentibus et futuris, ut contra declarationem, restitutionem, reintegrationem, cassationem, abolitionem et mandatum ac tenorem presentium litterarum aliquid non solum agere, sed attemptare presumant, irritum decernentes et inane ex nunc quidquid contra inibitionem huiusmodi per quosvis scienter vel ignoranter contigerit quomodolibet attemptari, constitutionibus apostolicis, legibus imperialibus, statutis et consuetudinibus Urbis, ac provinciarum et terrarum predictarum confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque aliis quibuscunque, etiam si talia essent, que deberent presentibus de verbo ad verbum exprimi et de hiis fieri mentio specialis nequaquam obstantibus, quibus hac vice dumtaxat totaliter derogamus, confirmantes nichilominus omnia et singula per progenitores vestros aut vos vel officiales vestros supradictos, alias tamen rite et canonice facta, decreta et sequuta vel gesta usque in diem amissionis Castrorum, locorum et bonorum predictorum, presentibus perinde ac si motu proprio concessa forent perpetuo valituris. Nulli ergo etc. nr̃e declarationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, decreti, cassationis, mandati, inhibitionis, derogationis, confirmationis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimoseptimo, Kalendis Iulii, Pont. nostri anno primo.

CCCXVII.

Bononiensibus quaedam capitula confirmantur.
Reg. Tom. II. fol. 4.

Nicolaus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decens reputamus et iuri congruum ac debitum, ut ea, que de voluntate et mandato nostro ordinata, promissa et conclusa sunt, ut firma et illibata permaneant, adiiciamus eis apostolico muniminis firmitatem. Nuper siquidem inter nos nostroque et Romane ecclesie nomine, ac dilectos filios nobiles viros Melchionem de Vizano militem, Gasparem de Arengheria legum doctorem, et Melchionem de Malvitiis, cives Bononienses, oratores, sindicos, procuratores et nuntios speciales dilectorum filiorum .. Antianorum, Consulum et Vexilliferi iustitie populi et Communis Civitatis nostre Bononie, ut de prefatorum oratorum mandato et sindicatu legitime constat publico et auctentico documento, seu instrumento per Consilium generale sexcentorum atque alia omnia consilia oportuna solemniter obtento, et rogato manu dilectorum filiorum Francisci de Oleo et Iacobi Guilielmi olim Ricardini, civium Bononiensium, tunc Notariorum prefatorum .. Antianorum et reformationum dicti Communis, sumpto insuper a Camera actorum dicte Civitatis Bononie per dilectum filium Franceschinum Iohannis olim alterius Franceschini de Malvasia, Bononiensem civem, notarium publicum, que omnia in publicam formam nobis transmissa in registris Camere apostolice remanserunt, quedam peticiones, capitula, ordinationes, concessiones et pacta pro utilitate ac bono et salubri regimine dicte Civitatis ac Comitatus, Territorii et districtus eiusdem, que presentibus haberi volumus pro sufficienter expressis, de dicto mandato facta, inita, concessa et ordinata et in publicam formam per dilectum filium Petrum de Noxeto, secretarium nostrum, apostolica et imperiali auctoritatibus notarium, de mandato prefato redacta fuerunt, prout in ipsis capitulis latius continetur. Nos igitur conventiones, capitula et pacta huiusmodi pro eorum subsistentia firmiori ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre confirmationis et communitionis etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, vi. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXVIII.

Capitula et pacta inter cardinalem camerarium et Franciscum de Florentia magistrum zecchae in Urbe inita de florenis, grossis et mediis grossis cudendis etc.
Diversor. Cameral. Tom. XXV. fol. 1.

In nomine domini, Amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, Indictione decima, mensis Augusti die vigesima octava, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, dñi Nicolai divina providencia pape V. anno eius primo.

Infrascripta sunt pacta et capitula inita, facta, firmata et conclusa inter Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dñum Ludovicum miseratione divina tit. s. Laurentii in Damaso presbiterum Cardinalem Aquilegiensem, Sanctissimi domini nr̃i pape Camerarium, agentem et stipulantem vice et nomine prefati domini nostri pape et Camere apostolice ex una, et providum virum Franciscum Mariam Francisci de Florentia magistrum Zecche in Civitate Romana per supradictum dominum nr̃um papam specialiter deputatum parte ex altera.

In primis quidem promisit idem Franciscus ac solemni stipulatione convenit cum prefato Rmo domino Camerario vice et nomine prefate Camere apostolice stipulanti, quod ipse Franciscus Magister prefate zecche cudet seu cudi faciet *florenos de auro*, videlicet ducatos lige de xxiiii. carratis secundum ducatos Venetos, et quilibet florenus sit et esse debeat dimidii quarri vel ponderis illius ducati, qui cursum habet hodie in Urbe, et sit in eis ab uno latere sculpta arma domini nostri pape

cum hiis litteris circum, videlicet: Nicolaus Papa Quintus; et cum Rosa a pede dicte arme, ab alio latere sit et esse debeat imago sancti Petri Apostoli cum clavibus in manu et litteris circum, videlicet: Sanctus Petrus, Alma Roma.

Item quod prefatus Magister teneatur et debeat quibuscunque personis mittentibus aurum in dicta zeccha xxiiii. carratorum reddere, et restituere in florenis de auro ad dictam rationem, prout in dicto capitulo continetur intra terminum quindecim dierum, a die assignationis dicti auri inantea numerandorum: et quod dictus Magister recipere possit pro qualibet libera dicti auri unum ducatum cum dimidio a dictis mittentibus pro laborerio, mercede et calo dicti auri.

Item promisit dictus Magister cudere vel battere sive cudi vel batti facere in dicta zeccha *grossos papales de argento*, in quibus ab uno latere sint et esse debeant imagines ss. Petri et Pauli cum hiis litteris circum: S. Petrus, S. Paulus, Alma Roma; ab alio latere sit et esse debeat sculpta arma dicti domini nostri pape cum mitra desuper et cum Rosa in pede dicte arme cum litteris circum: Nicolaus Papa Quintus; et quod quilibet dictorum grossorum sit et esse debeat ponderis videlicet denariorum trium et granorum decem, et quod teneat de leuga pro qualibet libera argenti fini xl. uncias et denarios tres: et octagintaquatuor grossi et unus denarius ponderis perficiant pondus unius libre, et habeat de remedio de leuga pro qualibet libra denarios tres et etiam de pondere denarios tres: et quod de dictis grossis promisit cudere et cudi facere, ut supra, *medios grossos* ad dictam conventionem cum dicto remedio.

Item quod dicti grossi et dicti medii grossi debeant diligenter ponderari singulariter singuli, antequam extrahantur de dicta zeccha, et quilibet grossus sit ponderis denariorum trium et granorum decem, et quod non varient unus ab alio per unum granum, alias devastentur; et quod dicti medii grossi sint ponderis, et ponderare debeant denarium unum et grana decem et septem pro quolibet cum remedio supradicto, alias devastentur ut supra.

Item promisit dictus Magister cudere et fabricari facere in dicta zeccha *picciolos* simile illis, qui hodie currunt in Urbe cum signo *S. Veronice* et cum cruce, quorum in qualibet libra intrent xlii. solidi, et teneant pro qualibet libra ipsorum denariorum sex cum dimidio argenti fini cum remedio duorum solidorum pro qualibet libra et denarii unius argenti de leuga pro qualibet libra.

Item quod quelibet persona mittens argentum purum in dicta zeccha pro qualibet libra dicti argenti laborati recipere debeat, et teneatur a dicto Francisco Magistro prefato grossos octuagintaquinque dicti ponderis et lige intra spatium quindecim dierum.

Item quod dictus Magister dicte zecche possit et ei liceat recipere duos grossos de illis, qui hodie currunt in Urbe ad rationem quinque bollendorum pro quolibet, demptis duobus denariis pro qualibet libra argenti affinandi in dicta zeccha.

Item quod dictus Magister zecche pro qualibet libra argenti, quod laboraret in dicta zeccha, teneatur et debeat solvere Camere apost. prefate unum grossum ad rationem quinque boll. demptis duobus denariis: et omnia remedia argenti, que venirent in dicta zeccha, sint et esse debeant dicte Camere.

Item actum et conventum extitit inter partes predictas, quod dominus noster summus Pontifex faciat publice banniri per Urbem, quod decem grossi dictorum lige et ponderis valeant et valere debeant unum ducatum auri de Camera, et pro predicto pretio nullatenus ab aliquo valeat refutari sub pena c. ducatorum auri dicte Camere apostolice applicandorum: et quod secundum variationes pretii ducati variari debeat etiam valor dictorum grossorum, ita et taliter quod, prout supradictum est, semper decem grossi pro uno ducato in omnibus negotiis dentur et recipiantur, et quod dicti grossi valeant et valere debeant septem bollendos Romanos, et pro septem bollendis expendantur et recipiantur, et quod ab aliquo non valeant refutari ad penam predictam applicandam ut supra.

Item quod, quando fiet assagium generale, totum et quicquid invenietur esse minus undecim unciis et tribus denariis causa dictorum remediorum, cedat et veniat ad utilitatem et commodum Camere apostolice prelibate.

Item quod dictus Magister teneatur et debeat recipere Suprastantem, Notarium et alios officiales consuetos deputandos per supradictum dominum nostrum papam, seu eius Camerarium, ipsisque de salariis providere, ut infra dicetur.

Item quod Suprastans deputandus ad officium dicte zecche habeat, et habere debeat a Camera apostolica quolibet mense tres florenos auri de Camera, et ultra petere non possit dicta ratione, et Notarius eum eo deputatus habeat, et habere debeat pro eius salario ab eodem Magistro zecche pro quolibet assagio fiendo in dicta zeccha de moneta coniata et deliberata bollendos decem, (et) de dicta deliberatione teneatur facere instrumentum ad penam decem ducatorum vice qualibet, qua contrafactum fuerit.

Item quod dictus Suprastans teneatur et debeat in dicta zeccha mane tempestive assignare ferros cum moneta conianda laboratoribus zecche, et eos recipere in sero et sub fida custodia reponere, ac etiam totam monetam coniatam, donec sit factum assagium de eadem.

Item quod dictus Suprastans dicte zecche, si est negligens in dando et recipiendo dictos ferros

predictis laboratoribus in dicta zeccha horis predictis, et ea ratione dicta Camera aut Magister zecche dampnum aliquod pateretur, quod ipse Suprastans stet et stare debeat ad sindicatum, et debeat omni mane scribere et scribi (facere) in libro per eum fiendo dicta occasione pondera omnium et singularum quantitatum monetarum coniandarum, quando assignat ferros dictis laboratoribus, et in sero teneatur et debeat dictos ferros a dictis laboratoribus recipere, et sub eius custodia sigillatos sigillo eorum simul cum monetis (conservare), et si in predictis contrafecerit, penam centum florenorum auri de Camera incurrat ipso facto ipsi Camere apostolice applicandam, ad hoc ut commodius ipsarum monetarum pondera recipiantur tempore, quo assagium fit de eisdem.

Item quod duo tantum et non plures, neque panciores ex Consulibus artis campsorum et duo ex Consulibus artis aurificum teneantur et debeant inspicere et videre libram dicti Magistri zecche, ut verum pondus scriptum in dicto libro reperiatur concordare cum libro sacculi monete deliberate, quando assagium fit, ad hoc ut Camera non defraudetur in iuribus suis: et quod qualibet vice, qua extrahitur moneta, requirantur et intersint Consules predicti ad predicta.

Item quod deliberato dicto assagio dictus Magister statim teneatur, et debeat de dictis monetis in presentia Suprastantis et Consulum predictorum solvere omnibus debentibus aliquid habere in dicta zeccha pro argento per eos misso in dicta zeccha, videlicet pro rata parte, prout tangit.

Item quod dictus Magister teneatur et debeat recipere assagiatorem deputandum per dictum Sanctissimum dominum nostrum papam vel eius Camerarium, et non aliquem alium, qui assagiator teneatur et debeat facere assagium dicte zecche more debito et consueto: et dictus Magister teneatur et debeat dicto assagiatori dare et solvere pro quolibet assagio unum grossum cum dimidio, et pro dicto pretio dictus assagiator sit et esse debeat contentus et ultra petere non possit: ac si et quando requisitus ad faciendum dictum assagium idem assagiator cessaverit, seu habiliter non possit ire ad faciendum dictum assagium, cum dicto salario eligi possit per dictum Suprastantem dicte zecche cum voluntate et licentia dicti assagiatoris (alium assagiatorem).

Item quod liceat et licitum sit dicto Magistro facere deputari in dicta zeccha tagliatorem et funditorem, et alias personas necessarias ad augmentum dicte zecche pro eius libito voluntatis.

Item quod dictus Suprastans teneatur et debeat habere et penes se retinere cuppellam et plumbum assagintum pro faciendo assagium memoratum in una cassetta sigillata sigillo dicti Suprastantis et sigillo dicti Magistri zecche, necnon et dictorum quatuor Consulum artium campsorum et aurificum ad penam centum florenorum auri pro qualibet vice qua contrafactum fuerit, et quod de alio plumbo assagium fieri non possit.

Item quod quando fit assagium dicte monete, debeant ad minus interesse duo ex Consulibus campsorum et duo ex Consulibus aurificum, et Notarius predictus una cum Suprastante et assagiatore predictis ad videndum et deliberandum dictam monetam: et dicti Consules pro una quaque vice, qua fit assagium, percipiant et percipere debeant et habere a dicto Magistro grossum unum cum dimidio pro qualibet arte dictorum Consulum, etiam si plures Consules quam duo venirent, ita quod inter omnes Consules dictarum duarum artium, videlicet campsorum et aurificum debeat solvere Magister dicte zecche grossos tres, et quod plus et ultra petere et habere non possint. Et si deliberaretur in una vice et uno momento sive tempore diversa moneta, quod non intelligatur nisi unum assagium et pro uno assagio solvi debeat eisdem et non ultra. Et deliberatis et approbatis dictis monetis fieri debeat publicum instrumentum de dicto assagio deliberato et facto, et valeat ita ac si per omnes Consules ambarum artium esset deliberatum. Et quod dicti Suprastans et Consules teneantur et debeant solummodo deliberare et declarare monetam coniatam: fredones autem aureos et argenteos deliberare non possint, nec debeant ad penam centum librarum provisinorum pro quolibet ipsorum qualibet vice.

Item quod dictus Suprastans una cum dicto assagiatore et dictis duobus Consulibus campsorum, et duobus Consulibus aurificum possint et debeant, ac potestatem habeant devastare illam monetam, que eis non videbitur esse bona sive in forma, sive in pondere, sive in liga. Et si defectu dicti Magistri dicta moneta fuerit devastata, quod dictus Magister teneatur solvere pretium et relaborare, uti decet: si vero dicta moneta defectu laboratorum fuerit devastata, quod de dicta moneta dictus Magister dictis laboratoribus nil solvere teneatur.

Item quod dominus Senator Urbis et alii officiales ipsius Urbis ad instantiam dicti Magistri teneantur et debeant cogere et gravare laborantes in dicta zeccha, si non venirent ad laborandum, nisi iusta causa eos excusaverit.

Item quod nec dicti laborantes, nec alter ipsorum possint nec debeant coniare aliquam aliam monetam alteri, nisi illam monetam eis vel alteri eorum assignatam vel assignandam per dictum Magistrum in presentia dicti Suprastantis, ad penam centum librarum provisinorum Camere apostolice applicandam.

Item quod ad penam predictam totam et integram monetam eis vel alteri ipsorum assignandam in mane ipsi laboratores teneantur resignare de sero dicto Suprastanti in presentia dicti Magi-

stri in quantitate et pondere, prout eis vel altari ipsorum assignabitur.

Item quod dictus Suprastans dicte zecche expensis dicti Magistri habeat et habere debeat unam bussulam, in qua reponantur omnia assagia assagiata sigillata sigillo assagiatoris, in qua bussula sint et esse debeant due claves, quarum unam teneat Soprastans predictus et aliam Magister diete zecche, et in capite dimidii anni dicta assagia debeant revideri, ad hoc ut quilibet habeat debitum suum: et quodlibet assagium sit involutum in una cartula, in qua scriptum sit pondus et liga totius monete illius assagii et tempus, et detur ad custodiendum dicto Suprastanti.

Item quod dictus Magister, quando sit assagium generale, quod fieri debeat bis in anno, teneatur et debeat dare inter ambos consulatus camsorum et aurificum duos florenos auri, et notario duos grossos cum dimidio pre dicto assagio generali et non ultra.

Item quod Magister dicte zecche, Suprastans, Assagiator et Notarius et laboratores dicte zecche et quilibet eorum de nocte vel de die, ac die noctuque, vel illi ex eis, quibus Magister predictus ipsius zecche committet pro utilitate ac commodo diete Camere, quod perquirant si aliqui essent fabricantes monetam in aliquibus locis, vel quicunque portantes aurum vel argentum ab extra ad voluntatem ipsius Magistri possint portare arma offendibilia et defendibilia in omni loco sine aliqua pena toto tempore, quo ipsi steterint in dicto officio pro commodo et utilitate Camere, et quod Marescialli Urbis, qui nunc sunt et per tempora erunt, nullo modo possint a predictis vel aliquo eorum arma auferre, sive auferri facere ad penam decem librarum provisinorum vice qualibet, quo contrafactum fuerit, dicte Camere applicandam, et dicta arma eis restituere teneantur. Et intelligatur hoc capitulum de veris laboratoribus, qui actualiter et manualiter laborant.

Item quod dictus Magister possit facere et ordinare cives Romanos grascerios ad eius voluntatem et quos voluerit, qui grascerii sic deputati vigore presentis capituli habeant potestatem inquirendi, si aurum vel argentum extraheretur tam per terram quam per aquam vel aliquod devetitum, in quo devetito intelligantur nobiles, franchi, scuta et omnes floreni, qui non habent parem cursum, Boeui, Viannarie et grossi: quibus etiam grasceriis liceat ubique arma portare sine aliqua pena toto tempore dicti officii, et de nocte ire pro factis zecche predicte, et sint quatuor tantum.

Item quod dicti Magister, Suprastans, laboratores, notarius et grascerii possint pro predictis inquirere et pro omnibus et singulis rebus predictis: et si supradicti vel aliquis ipsorum aliquam rem predictam vetitam invenerint, necnon aurum et argentum, ut supra et infra scribetur, tres partes applicentur et sint Camere apostolice, et reliqua pars inventoris: et deferentes in penam xxv. ducatorum auri Camere predicte applicandorum vice qualibet et perditionem bestiarum, super quibus deferentur, incurrant.

Item quod nulla persona, cuiuscunque status, gradus, ordinis aut conditionis existat, audeat vel presumat in Urbe vel eius districtu dictam monetam, aut dictos ferros, cum quibus coniatur, aliquo quesito colore contrafacere: et de hoc fiant banda consueta et sub pena consueta etiam de infrascripto capitulo et de alio sequenti.

Item quod omnes et singuli affinatores et assagiatores et funditores auri vel argenti teneantur et debeant referre dicto Magistro, quicquid per eos vel alterum ipsorum affinabitur et assagiabitur et effundetur intra terminum trium dierum, a die quo aurum vel argentum fuerit affinatum vel assagiatum aut effusum, sub L. librarum provisinorum pro quolibet contrafaciente vice qualibet, qua extiterit contrafactum, pena applicanda pro medietate accusatori et pro alia medietate diete Camere apostolice, non obstante quocunque statuto vel capitulo in contrarium faciente: et simili modo teneantur proseneta seu censarii notificare dicto Magistro infra dictum terminum aurum et argentum in propria quantitate, quod per eorum manus venditum fuerit sive emptum, et personas vendentes et ementes.

Item quod dictus Magister possit capi facere auxilio et licentia dñi Senatoris, dñorum Conservatorum vel alicuius ipsorum omnem personam dictam zeccham dampnificantem: et quod dicti dñi Senator et Conservatores teneantur in predictis prestare auxilium, consilium et favorem eidem Magistro. Et si contingat ipsum Magistrum invenire aliquem portantem vel portari facientem, vel aliquem in fabricando vel fabricari faciendo monetam falsam seu exflorantem monetam, aut aliquem ferrum seu ferros pro coniando menetas habere, portare seu tenere, quod dictus Magister habeat et habere debeat potestatem ipsos vel ipsum sic, ut supra, inventos sine citatione capere et capi facere, et eos vel eum ducere et carcerare sine aliqua pena, dummodo quod ipse Magister pro tali sic capto teneatur et debeat notificare et nuntiare, et mittere ipsum captum supradicto dño Senatori et deinde ipsum ducere vel duci facere ad carceres, prout ipse dominus Senator mandabit.

Item quod nec campsores nec mercatores, nec aliqua alia persona possint nec valeant facere aliquam scolam vel conventiculam contra ipsum Magistrum in contrarium diete zecche sub pena, que dictis dominis videbitur et placebit eorum arbitrio auferenda.

Item quod Suprastans et Consules campsorum et aurificum Urbis et assagiator et quecunque per-

sona, que posita fuerit ad videndam et deliberandam dictam monetam, statim visa dicta moneta et assagium predictum, si ipsa moneta reperiretur bona fore, debeant ipsam deliberare, ne ipse Magister dampnum et expensas incurrat et Camera apostolica diffamiam patiatur, ad penam xxv. librarum vice qualibet, qua extiterit contrafactum.

Item quod dictus Magister promittit et convenit dicto domino Cardinali Camerario predicto legittime stipulanti vice et nomine Camere apostolice, et michi Notario ut publice persone presenti et legittime stipulanti pro eis facere, et fieri facere predictam zeccham in prefatam et infrascriptam formam capitulorum usque ad tres annos, et deinde ad beneplacitum dñi nři pape et nostri a die presentis contractus inchoandos.

Item quod dictus Magister teneatur et debeat dare idoneas fideiussiones et cautiones, seu banchum illis personis mittentibus aurum vel argentum in dicta zeccha, et ipsi Magistro consignantibus de quantitate in quantitatem, secundum quod sibi consignabitur, de restituendo et resignando omnes et singulas quantitates auri vel argenti eidem Magistro assignandas per quamcunque personam.

Item si contingat aliquo tempore per dñum nřum papam, aut eius mandato fieri exercitum vel cavalcatam quomodocunque et qualitercunque, quod dictus Magister et laboratores zecche predicte, et alii predicti officiales ad exercitum et cavalcatam predictam minime accedere, nec aliquis officialis eos gravare quomodolibet possit.

Item quod dictus Magister teneatur solvere anno quolibet pro duplerio beate Marie Virginis de medio mense Augusti Consulibus campsorum Urbis unum florenum currentem in Urbe, et Consulibus aurificum Urbis similiter et non ultra, et dicti Consules ultra quantitatem predictam nil aliud petere, nec gravare possint eum quoquomodo, ad penam x. librarum provisinorum pro quolibet contrafaciente Camere predicte applicandam et de facto exigendam.

Item quod pro quocunque lucro licito in dicta zeccha adveniente, sive pro laboratura et affinatura auri dictus Magister zecche non teneatur aliquod Camere prefate respondere, nisi tantum pro laboratura argenti, prout superius est expressum, dummodo pro affinatura non capiat, nec capere possit nisi unum grossum cum dimidio monete nove, ut supra continetur, ad penam x. ducatorum auri pro qualibet vice, qua contrafactum extiterit.

Item quod si aliquo tempore Sanctitas domini nostri pape mitteret ad laborandum in dicta zeccha aliquam quantitatem auri vel argenti, dictus Magister promittit ipsam laborare et cudi facere sine aliquo lucro.

Item quod nullus Zeccherius seu de dicta arte zecche, et nulla alia persona occasione cuiuscunque debiti, sive cuiuscunque maleficii vel delicti commissi seu committendi per eum quomodocunque et qualitercunque in persona cuiuscunque, nec quavis alia de causa possit nec valeat, nec debeat in ea domo, in qua exercitium sive ministerium dicte zecche publice ministratur, durante beneplacito prelibati domini nostri pape vel iam dicti dñi Camerarii capi, detineri, aggravari, arrestari, molestari, nec aliquo modo impediri realiter vel personaliter per aliquem officialem Curie Capitolii aut aliam personam, captione et gravamine, diffidationibus, rescriptis et aliis quibuscunque contra eum habitis, concessis et factis seu fiendis non obstantibus, et quod nullus Marescallus seu quivis alius officialis dicte Curie, nec aliqua alia persona, quovis nomine censeatur, qui nunc est et per tempora erit, audeat nec presumat aliquem in domo predicta ulla de causa capere, gravare, impedire, nec aliqualiter vexare, nec molestare, nec aliquam executionem facere realem vel personalem ad penam centum florenorum auri pro qualibet vice, qua contrafactam fuerit, applicandam Camere prelibate, in quibus tempore sui syndicatus per eius syndicos et syndicatores debeat dicte Camere condempnari, et ad restitutionem dampni passi parti, criminibus lese maiestatis et homicidiis dumtaxat exceptis.

Item quod liceat dicto Magistro laborare de dictis denariis parvis in qualitate prescripta usque ad quantitatem valoris florenorum sexcentorum auri de Camera quolibet anno in pluribus et diversis vicibus dicti anni, et non ultra neque aliter.

Item quod prefatus Magister zecche non possit, nec debeat florenos de Camera graves vel iusti ponderis fundere, cudere, devastare vel aliquo quesito colore maculare sub pena centum ducatorum Camere apostolice applicandorum.

Et incontinenti post predicta prefatus Franciscus Magister zecche sponte et ex certa scientia promisit premissa omnia et singula attendere et observare, et in nullo contrafacere vel venire aliqua ratione, occasione, exceptione, titulo vel causa, et obligavit exinde omnia et singula eius bona mobilia et immobilia, presentia et futura ubilibet consistentia, iuravitque ad sancta dei evangelia, sacrosanctis scripturis manibus tactis, contra premissa aliquo quesito colore non facere vel venire. Et voluerunt partes predicte hinc inda nominibus quibus supra, ad maiorem fidem omnium premissorum presentia capitula sigillo Camerariatus officii sigillari, et me Notarium publicum et dicte Camere infrascriptum rogaverunt, ut de ipsis conficerem unum et plura eiusdem tenoris publica instrumenta.

Acta fuerunt hec Rome apud Sanctum Laurentium in Damaso, in domo habitationis prefati Reverendissimi in Christo patris et domini, domini L. tituli sancti Laurentii in Damaso sacrosancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis Aquilegensis,

Sanctissimi dñi nostri pape Camerarii, et in camera sua paramenti Anno, die, Inditione et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem Venerabilibus et circumspectis viris dominis Ludovico de Turribus, Sanctissimi domini nostri pape prefati Cubiculario, Antonio de Multedo Canonico et scriptore apostolico, ac eximiis doctoribus dñis Francisco de Coppinis de Prato Canonico Florentino, utriusque iuris doctore, et Michaele de Ursinis iuris civilis doctore, et pluribus aliis testibus ad hec specialiter vocatis.

Et me Hugolino Folani in utroque iure Bacallario, Apostolica et Imperiali auctoritate et Camere apostolice Notario, ac litterarum apostolicarum scriptore et abbreviatore, qui premissa omnia et singula capitula superius in quatuor cartis proximis precedentibus contenta et scripta, legi et in duobus locis cum additione in fine duorum capitulorum, scilicet XXIX. et XXX. correxi, et manu propria me hic subscripsi nomenque meum more Camere apostolice hic apposui una cum appensione sigilli officii Camerariatus predicti: quia, dum sic ut premittitur fierent et stipularentur, presens fui, eaque omnia et singula supradicta sic fieri vidi et audivi, et sic in libro capitulorum primo Sanctissimi dñi nostri Nicolai pape quinti registrari feci, et cum ipso libro et registro collationavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus.

CCCXIX.

Tiburtinis conceditur, ut debitores Tiburtini coram comite ipsorum civitatis per cives Romanos prius peti debeant, quam ad represalias procedatur.
Reg. Tom. XXII. fol. 224.

Nicolaus episcopus etc. Dilectis filiis Populo et Communi nostre Civitatis Tiburtine, salutem etc. Exigit vestre devotionis affectus, quo nos et Romanam ecclesiam prosequimini, ut ea vobis concedamus, per que quieti et indemnitati vře consuli intelligamus. Cum itaque, sicut a vestris nunciis nuper accepimus, aliquando proximis temporibus acciderit, quod cum Romani cives alicuius ex vřis fuerint creditores, et debitas sibi pecunias recuperare non potuerint, represalias sibi adversum vos omnes impetraverint, preter quas aut Romam nullus vestrum maximo cum incommodo vestro venire ausus fuit, aut aliqui, ad quos id debitum non pertinebat, summa cum rerum suarum iactura in Roma detenti fuerunt: Nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, et ne multi pro errato unius incommodis et detrimentis afficiantur indebite, providere volentes presentium tenore apostolica auctoritate volumus atque decernimus, ut quotiens occurret aliquem Romanum civem velle a suis debitoribus Tiburtinis pecunias sibi debitas exigere, coram Comite officiali vestro, cui iusticie administratio est commissa, petat et agat, et casu quo debitor ipse Tiburtinus debito non satisfaciat, et contra ipsum per Comitem executio non sit facta, tunc cives ipse Romanus contra debitorem huiusmodi solvere recusantem, et in quem debita executio facta non erit, et non contra vestram Communitatem represalias obtineat, mandantes Senatori et aliis officialibus alme Urbis, quatenus alio quam supradicto modo represalias contra Tiburtinos nullatenus concedant. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo, VII. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXX.

Castro Fabricae Civitatis Castellanae dioec. nundinas cum consuetis privilegiis et immunitatibus pontifex concedit.
Reg. Tom. XXXII. fol. 98.

Nicolaus episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus Castri Fabrice Civitatiscastellane diocesis, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut petitiones vestras, quantum cum deo possumus, ad exauditionis gratiam admittamus. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, in die festivitatis sancti Iohannis Baptiste ad Castrum ipsum, quod ad hospitale nostrum sancti Spiritus in Saxia de Urbe spectare dinoscitur, circumstantium castrorum, villarum et locorum devotionis causa confluat populi multitudo, pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis ea die generales nundinas concedere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur volentes vos favoribus prosequi gratiosis, vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, nundinas generales huiusmodi dicte festivitatis die, ac quatuor ante et quatuor diebus post ipsam festivitatem dumtaxat liberas et exemptas ab omni pedagii vel gabelle, seu alicuius oneris solutione vel contributione cum omnibus et singulis exemptionibus, privilegiis et immunitatibus in similibus nundinis consuetis, ita quod mercatores et quicumque alii tam incole dicti Castri, quam forenses cum quibuscumque mercantiis, mercimoniis, animalibus et rebus aliis, cuiuscumque generis vel extimationis existant, ad dictas nundinas absque aliquo impedimento reali vel personali, etiam ratione cuiusvis delicti, vel quasi contractus ad ipsas nundinas venire, stare, mercare, et inde tute recedere libere et licite valeant, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et pariter indulgemus, Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus terrarum et locorum circumstantium eorumdem contrariis, iuramento confirmatione apostolica vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Fabrice Civitatiscastellane

dioc. Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo, IX. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno quarto.

CCCXXI.

Cornetanis statutum de arte laboratorum confirmatur.
Reg. Tom. XXXVI. fol. 29.

Nicolaus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Sedis apostolice copiosa benignitas piis quorumlibet, presertim sibi subditorum fidelium votis libenter annuit, et illis, que pro ipsorum necnon Civitatum et locorum eorumdem statu et indempnitate rite processisse comperit, ut illibata persistant, libenter apostolici adiicit muniminis firmitatem. Sane pro parte dilectorum filiorum Rectorum Societatis et artis laboratorum [petitio] Civitatis nostre Cornetane nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim pro ipsorum parte dilectis filiis Confalonerio, Consulibus et Capitaneo dicte Civitatis in generali Consilio per ipsos et alios cives Civitatis ad id deputatos, tercia decima die mensis Decembris proxime preteriti celebrato, inter cetera exposito, quod ipsi Rectores et dilecti filii universi laboratores diete artis considerantes artem huiusmodi inter alias ipsius Civitates artes principalem fore, et ex ipsa eiusdem Civitatis generalitatem vivere, et propterea dilectos filios Communitatem dicte Civitatis artem huiusmodi manutenuisse et manutenere, quodque necessariam erat, omnia exercitio artis huiusmodi nociva de medio tollere; et cum super premissis pluries insimul collocuti fuissent, nil aliud eidem exercitio magis nocivum, et absque aliqua utilitate quam animaliu pecorina fore cognoscebant, suspicabanturque ex certis tunc expressis causis, quod si ullo tempore in territorio dicte Civitatis animalia pecorina huiusmodi conducta fuerant, in anno tunc proxime futuro quam plura verisimiliter conducerentur, ex quo multi novi et antiqui mercatores cogitabunt artem animalium huiusmodi plus solito exercere in damnum et destructionem diete artis laborutorum, ac scorticationem omnium boum, et iam de premissis signa apparebant, cum ipso tenimento nullus remansisset locus incombustus, et ut inibi herba pro pecudibus tenerior excresceret et boves ex fame perirent: ac pro parte dictorum Rectorum et laboratorum eisdem Confalonerio, Consulibus et Capitaneo in prefato consilio humiliter supplicato, quatenus ad hoc, ut ars ipsa laboratorum, ex qua Communitas ipsa conservatur, et Camera apostolica ex tracta grani quamplures utilitates et maxima emolumenta suscipiebat, augmentum reciperet et non diminutionem, in huiusmodi eorum consilio statuerent et ordinarent, quod inantea perpetuis futuris temporibus nulla animalia pecorina in prefato tenimento, excepta tenuta Ancharani et ultra Mineonem, stare posset sub pena viginti quinque bolendinorum applicandorum Communi dicte Civitatis, et exigendorum quotiens reperirentur pro singula pecude; quodque super premissis quilibet accusationem facere posset, et accusator medietatem pene haberet, crederetur que accusatori cum uno teste, ac pecudes huiusmodi in plateam conducere posset, salvis tamen capitulis, que fiunt pro pecudibus macelli; quodque nullus civis posset pecudes in ipso tenimento ex transitu ultra unam noctem sub dicta pena pernoctare, reservatis semper Montisfucardi et aliis bannis pro bobes factis, non obstante alia quacumque ordinatione per Communitatem huiusmodi facta, illa presertim, qua cavebatur, quod pecudes stare possent ubique a loco Marte citra: et quia ordinatio huiusmodi per quasdum nostras litteras in forma brevis confirmata esse dicebatur, statuerent et ordinarent, quod statutum et ordinatio predicta nobis intimaretur ac supplicaretur, ut illa confirmare dignaremur, supradicta ordinatione per nos confirmata ac aliis contrariis nequaquam obstantibus, hoc tamen adiecto, quod quicumque ex civibus dicte Civitatis vellet de suis propriis pecudibus usque ad ducenta, numero pro mungendo, ad hoc ut dicta Civitas caseo habundaret, in supradicto tenimento tenere posset; quodque si qua persone alias, quam premissas pecudes teneret, fraudem committendo supradictam penam incurreret. Confalonerius, Consules, Capitaneus et alii de Consilio huiusmodi dicta supplicatione hiis in eorum Consilio ac bene discussa et examinata ad partitum posuerunt, et tandem per illos paucis discrepantibus, quod omnia et singula in ipsa supplicatione contenta servari deberent, obtentum fuit, prout in supplicatione seu statuto et ordinatione supradictis solito sigillo dictorum Communis munita seu munitis, cuius seu quorum in effecta de verbo ad verbum tenor supradictus de vulgari tamen in latinum translatus esse dinoscitur, plenius continetur. Quare pro parte dictorum Confalonerii, Consulum, Rectorum et laboratorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut statuto et ordinationi prefatis ac omnibus et singulis in dicta supplicatione contentis, et inde secutis pro eorum subsistencia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere, et aliis super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, attendentes statutum, ordinationem ac contenta predicta, que examinavimus diligenter, Civitati et Camere apostolice prefatis plurimum utilia et necessaria fore, huiusmodi supplicationibus inclinati statutum, ordinationem, contenta et inde secuta predicta rata habentes et grata, ea omnia et singula ac quecumque inde secuta rata habentes et grata auctoritate apostolica, et ex certa sciencia approbamus et confirmamus, necnon presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac decernentes illa sub penis in dicta ordinatione contentis, quas pro

una apostolice et alia Communis huiusmodi Cameris, necnon tercia accusatoribus predictis ac quarta partibus penarum earumdem officialibus, ad quos premissorum inquisitio et executio pertinent, ut ad exigendas penas ipsas diligentiores reddantur, perpetuo spectare et pertinere, volumus per quoslibet perpetuis futuris temporibus debere inviolabiliter observari, ac mandantes presentes nostras litteras, ne illarum ignorancia per aliquos valeat allegari, in libris statutorum dicte Civitatis rescribi ac registrari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et presertim quibusdam nris in forma brevis super divisione pascuorum dicte Civitatis concessis, necnon ipsius Civitatis statutis et consuetudinibus municipalibus etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, quibus omnibus et singulis, illorum tenores de verbo ad verbum presentibus pro expressis habentes, quoad premissa expresse derogamus, et que pro infectis habemus, illis alias in suo robore permansuris, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre approbationis, confirmationis, suppletionis, decreti, mandati et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, XII. Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno sexto.

CCCXXII.

Esini de IIMCCC. florenis camerae apostolicae solutis absolvuntur. *Reg. Tom. XLIII. fol. 207.*

Nicolaus episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus et Communi Civitatis nostre Exii, salutem etc. Dudum nonnullas domos et possessiones sitas in Civitate nostra Exii, ac Territorium Agle ad nos et Romanam ecclesiam legitime pertinentia et spectantia pro pretio duorum milium trecentorum florenorum, ad rationem quadraginta Bolonenorum monete in illis partibus currentis pro floreno, Communitati vestre vendidimus et concessimus, prout in litteris nostris superinde confectis plenius continetur. Cum autem de mense Iulii proxime decursi dilectus filius Philippus, tituli sancti Laurentii in Lucina presbiter Cardinalis Bononiensis, pro complemento solutionis dictorum duorum milium trecentorum florenorum nobis vestro nomine trecentos florenos persolverit, et de tota summa predicta nobis sit plenarie satisfactum: Nos vestris indempnitatibus, ne super predictis duobus millibus trecentis florenis nobis solutis possitis imposterum impeti, seu etiam quomodolibet molestari, providere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, tenore presentium recognoscimus et attestamur predictos duo milia trecentos florenos ex causa premissa integraliter recepisse, ac propterea vos et Commune prefatum de eisdem duobus millibus et trecentis florenis auctoritate apostolica liberamus, perpetuo absolvimus et etiam quietamus. Nulli ergo etc. nostre recognitionis, attestationis, liberationis, absolutionis et quietationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio, XVI. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno septimo.

CCCXXIII.

Communi Civitatis Castellanae super potestate ex tribus eorum nominatis per pontificem confirmando etc. *Reg. Tom. XLVII. fol. 17.*

Nicolaus episcopus etc. Dilectis filiis Communitati et Civibus nostre Civitatis Castellane, salutem etc. Exposcit plena vigiliis Romani pontificis quotidiana instantia et assidua cura, ut circa singulorum sue sollicitudini commissorum fidelium, necnon Civitatum et locorum sancte Romane ecclesie ditioni subditorum statum salubrem atque felicem partes sui ministerii ferventius interponat, ac ea, que pro ipsorum pace et tranquillitate profutura conspicit, remediis prosequatur et favoribus opportunis. Hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus annuentes, vobis harum serie concedimus et pariter indulgemus, quod exnunc inantea perpetuis futuris temporibus aliquem providum et discretum virum de Civitatibus, terris et locis eidem Romane ecclesie subiectis in vrum et dicte terre possitis eligere Potestatem, ita tamen quod per trimestre antequam tunc existentis eiusdem Civitatis Castellane Potestatis finiatur officium, tres viros providos et discretos ex eisdem Civitatibus, terris et locis dumtaxat eligere, et eorum nomina ad nos et successores nostros Romanos pontifices canonice intrantes pro obtinenda unius eorum per vos taliter electorum confirmatione, et litteris apostolicis nobis et deinceps successoribus antedictis destinare et specialem nuntium vestrum, quotiens tempus huiusmodi electionis et presentationis ingruerit, obtinere teneamini, Statuentes ac inter cetera ordinantes, quod Potestas dicte Civitatis, qui pro tempore fuerit, contra tenorem et dispositionem statutorum eiusdem Civitatis cuiquam gratiam et remissionem aliquam facere nequeat quoquomodo, et si temere vel alias contra presentem nram ordinationem et statutum facere vel venire presumpserit, in vigintiquinque ducatis auro pro una Camere apostolice et pro alia medietatibus Camere eiusdem Civitatis applicandis, et per ipsius Camerarium tunc existentem de salario ipsius Potestatis defalcandis et retinendis totiens, quotiens contra ventum fuerit, ipso facto multetur, si vero Conservatores Civitatis predicte gratie aut remissioni per Potestatem faciende huiusmodi consenserint, penam vigintiquinque librarum Provisinorum Senatus, ut prefertur, applicandam etiam ipso facto incurrant, id ipsum etiam statuentes, si per se ipsos hoc fa-

cere vel attemptare presumpserint, adiicientes nichilominus supradictis, quod si aliqua publica vel privata persona Civitatis eiusdem consilio, concione vel congregatione aliquam gratiam seu remissionem huiusmodi pro aliquo fieri debere proposuerit, similem penam per ipsius Potestatem Civitatis exigendam ipso facto incurrat. Ceterum ut deinceps omnis tollatur occasio malignandi, et Potestates dicte Civitatis, qui erunt pro tempore, ab omnibus illicitis se abstineant, et unicuique, prout tenentur, iusticiam administrent, volumus, statuimus ac etiam ordinamus, quod omnes et singuli eiusdem Civitatis Potestates, qui pro tempore fuerint, postquam suum compleverint officium, sindicari debeant iuxta formam statutorum Civitatis eiusdem, ita quod per aliquem superiorem ab huiusmodi sindicatu, vel quominus iuxta dicta statuta sindicari debeant, eximi nequeant quoquomodo: quodque si Potestas ab ipsis sindicis sive eorum sententia senserit se gravatum, per ipsum et Communitatem predictos communiter eligi debeat vir sapiens partibus non suspectus, qui de huiusmodi gravaminis vel sententie iniquitate cognoscat. Verum si iuxta formam eorundem statutorum sindicos ipsos rite processisse constiterit, et super probatis contra ipsum Potestatem equam tulisse sententiam, ab ea per ipsum Potestatem provocari vel reclamari non possit: et si secus factum fuerit, omnem, quam forsitan propterea interponi contigerit, appellationem irritam decernimus et inanem nulliusque roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, adiicionibus, voluntatis et constitutionis infringere, etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, x. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno octavo.

CCCXXIV.

Ligam inter oratores Venetos, Mediolanenses et Florentinos et regem Aragonum ac cardinalem legatum Neapoli initam pontifex ratificat. *Reg. Tom. XLVII. fol. 53.*

Nicolaus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Incedentes, quantum ex alto nobis permittitur, per vestigia eterni pacifici regis, cuius vices, licet immeriti, in terris gerimus, pacem inter omnes Christifideles paterno studio et diligentia procuramus, et hiis, que per apostolice sedis Legatos nostro et Romane ecclesie nomine tractata atque conclusa sunt, ut magis clarescant, et ne alicuius hesitationem inveniant, nostri muniminis adiicimus firmitatem. Sane cum nuper Oratores dilectorum filiorum nobilium virorum Francisci Foscari Venetiarum et Francisci Sfortie Mediolani Ducum, necnon Priorum artium et Vexilliferi iusticie populi et Communis Florentie huc ad nos venissent, petentes, ut in protectione eorum ad Carissimum in Christo filium nrum Alfonsum Aragonum Regem Illustrem, pro pace et liga inter se ipsos tractanda, vellemus in huiusmodi laudabili proposito cooperatores esse et future unionis, si deus ita annuisset, protectionem suscipere: Nos considerantes, quam uberes et deo placentes fructus huiusmodi vinculum pacis et lige in dei populo, et maxime in hoc diuturno bello afflicte Italie afferre posset, si finem optatum consequeretur, hoc presertim tempore, in quo propter imminentia Christianitatis pericula fidelium coniunctio in primis est necessaria, misimus ad memoratum Regem una cum eisdem oratoribus dilectum filium nrum Dominicum tituli sancte Crucis in Ierusalem presbiterum Cardinalem Firmanum, tanquam angelum pacis, apostolice sedis Legatum de latere, cuius eximias virtutes, fidem et circumspectionem in plurimis et gravissimis rebus eramus experti. Cum itaque disponente altissimo, cuius miseratione sunt super omnia opera eius, hec pax, confederatio et liga felicem eventum assecuta fuerit, ac idem Legatus, habens ad hoc a nobis specialem facultatem et potestatem, prefatam confederationem et ligam nomine nostro et Romane ecclesie et successorum nrorum canonice intrantium iniverit, contraxerit, receperit et acceptaverit, benedixerit, approbaverit et confirmaverit, ac promiserit, quod dictam confederationem et ligam ratam, gratam et acceptatam haberemus, et quod nostris apostolicis patentibus litteris benediceremus, approbaremus et confirmaremus, ac mandaremus ab omnibus firmiter observari, prout in instrumento publico superinde confecto latius continetur: Nos, qui capitula huiusmodi pro sancta pace et liga confecta et omnia in eis contenta diligenter consideravimus matureque moderavimus, cupientes salutare pacis bonum conservari pariter et augeri pro imminenti Christianitatis necessitate, ut eo facilius furori Teucrorum resisti possit, instantibus quoque supplicationibus huiusmodi patentatuum, capitula prefata ac omnia et singula in eis contenta, quorum omnium ac litterarum et instrumentorum predictorum tenores hic haberi volumus pro sufficienter expressis et specifice declaratis, rata habentes et grata, illa ex certa nostra sciencia de Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio et assensu tenore presentium nostro, et successorum nostrorum canonice intrantium nomine inimus, contrahimus, recipimus et acceptamus, auctoritate quoque apostolica et beatorum Petri et Pauli apostolorum ac nostra benedicimus, approbamus et confirmamus, eamque acceptam, ratam et gratam habemus, facturi et curaturi, quantum cum deo poterimus, quod ab omnibus usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observetur, supplentes etiam omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem. Pro observantia autem

omnium et singulorum per eundem Cardinalem conclusorum per presentes nostro et successorum predictorum nomine pollicemur, belli tempore ad nostra et Romane ecclesie stipendia nos retenturos equitum quinqne milia, peditum duo milia, pacis vero tempore equitum duo milia et peditum mille gentium bonarum, pront etiam ipsa Communitas Florentie tenere debere se astrinxit, mandantes, ordinantes et statnentes prefatam pacem et ligam ad communem omnium letitiam, et ut fideles populi hoc intelligentes paratioribus animis sint ad fidei nostre christiane defensionem contra Teucros, et maiori fiducia ad hunc salutarem expeditionem incumbant, videntes fundamenta salutis et pacis iacta iam esse, Venetiis, Mediolani, Florentie et Ferrarie, ac in eorumdem dominiis et territoriis die vigesimaquinta Martii solemniter, ut moris est, publicari et proclamari, necnon signa letitie cum processionibus et aliis consuetis fieri. Nulli ergo etc. nostrorum initionis, contractionis, receptionis, acceptationis, benedictionis, approbationis, confirmationis, suppletionis, ratihabitionis, pollicitationis, mandati, ordinationis et statuti infringere etc. Si qnis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo qninquagesimoqnarto, v. Kalend. Martii, Pontificatus nostri anno octavo.

Tenor vero instrumenti sive capitnlorum, de quo instrumento in dictis litteris fit mentio, sequitur, videlicet:

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti, glorioseque Virginis Marie ac beatorum apostolorum Petri et Pauli, totiusque celestis curie triumphantis, amen. Anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimoquinto, die vero dominica vigesimasexta mensis Ianuarii, Indictione tercia, Pontificatus Sm̃i domini nostri, dñi Nicolai divina providentia sacrosancte Romane atque universalis ecclesie quinti eiusdem nominis summi pontificis anno octavo.

Constitutus in Civitate Neapoli in palatio Archiepiscopali dicte Civitatis in presentia nostri prothonotarii, et notariorum ac testium infrascriptorum Serenissimus et invictissimus princeps atque illustrissimus dominus, dñus Allonsus dei gratia Rex Aragonum etc., presente Rm̃e in Christo patre et domino, dño Dominico tituli sancte Crucis in Ierusalem sacrosancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Firmano, maiori penitentiario, apostolice sedis Legato de latere, et in primis advertens hanc nobilem et inclitam Italicam nationem diuturno et gravi bello iam fatigatam et laceratam, itam tuende fidei et religionis christiane necessitatem, que quidem, nisi infidelibus Turchis obviam eatur, lacrimabilem iacturam et damnum irreparabile patiatur, necesse est; intelligens quoque funiculum multiplicem difficilius rumpi, quodque fidelium unio et caritas quanto erit convinctior, tanto infidelium ausus facilius reprimentur, statusque reipublice firmabitur et crescet; expediens porro et necessarium putans ad horum frangendam impietatem multorum regum et principum fideliumque populorum oppertere in unam convenire potentiam caritatis glutinio inter se coniunctam, inductus denique maximis precibus exhortationibusque magnificorum virorum domini Yheronimi Barbarigo quondam domini Francisci, procuratoris sancti Marci, et dñi Zacharie Trivisani militis, artium et iuris utriusque doctoris, quondam dñi Zacharie, et dñi Iohannis Mauro quondam dñi Antonii, oratorum Illustrissimi dominii Venetorum, necnon Reverendi in Christo patris domini Bartolomei de Vicecomitibus dei gratia Episcopi Novarensis, et Magnifici dñi Alberici Malleto militis Comitis, iuris utriusque doctoris, oratorum Illustrissimi principis dñi Francisci Sfortie Vicecomitis Ducis Mediolani, Papie Anglerieque Comitis, Cremone domini, ac consiliariorum suorum, similiter et Magnificorum Bernardi Antonii de Medicis et Dietisalvi Neronie de Dietisalvie, oratorum Magnifice et excelse Communitatis Florentie, ad honorem et laudem omnipotentis dei et ad exaltationem catholice fidei, cui precipue sue Maiestas studuit semper, necnon ad honorem quoque et statum pacificum et tranquillum Sanctissimi domini nostri pape et sacrosancte Romane ecclesie, et sue insuper Serenissime atque inclite Maiestatis et prefatorum Illm̃i dominii Venetorum, et Ducis Mediolani et excelse Communitatis Florentie confederationem et unionem, intelligentiam et ligam inter prefatum Illm̃um dominium Venetorum, Illm̃um dñum Ducem Mediolani et excelsam Communitatem Florentie dudum, videlicet tricesima die mensis Augusti proxime preteriti anno Millesimo quadringentesimo quinquagesimoquarto initam, per publicum instrumentum Venetiis factum et stipulatum tenoris sequentis.

Liga contracta Venetiis.

In nomine sancte et individue Trinitatis patris et filii et spiritus sancti, amen. Anno a Nativitate domini nostri Ihesu Christi Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Indictione secunda, die tricesima mensis Augusti. Redemptor noster ad humanum genus oculo misericordie respiciens, ne more ferarum per seculum vagaretur, primum ea decem tulit mandata, quibus ipsum ab iniuria compesceret, id solum pro tunc contentus exigere, quo a malo abstineret. Cum vero homini a fluctibus in portum mandatorum iam deducto non satis esse voluisset, alterum non ledere, nisi pro caritatis amore proximo opem ferret, misericors et miserator dominus escam dedit timentibus se, ineffabili namque et exuberanti caritatis ardore miseriam humanam prosecutus proprii filii Incarnationis primum, ac demum Crucis et passionis exemplo nos monuit.

Quare ad salutem comparandam non satis esset homini obstinere a malo, nisi fiat, quod bonum est. Inde nobis nova septem mandata proveniunt, qua nos opera caritatis seu misericordie nuncupamus, quibus obligamur et compellimur, non modo ab iniuria proximi abstinere, sed dominice passionis exemplo sibi plurimum esse benefici. Et enim due sint, ut sapientes dicerent, iustitie partes, prima, ut ab iniuria abstineamus, altera, ut ab homine iniuriam propulsemus: deserit enim vite societatem, qui ad iniuriam proximi propulsandam nichil confert stadii, nichil operum, nichil facultatum: sic et vera pacis et caritatis religio eisdem incessit passibus, ut eum primum nos ab iniurie compulisset, ad sibi benefaciendum subsequenter redderet cautiores. Que omnia pie ac sapienter considerantes Illmus princeps et excelsus dominus, dñus Franciscus Foscari Dux inclitumque dominium Venetiarum, atque Illustrissimus princeps et dñus, dñus Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani, et Papie Anglerieque Comes ac Cremone dñus, Illustrisque ac excelsa Communitas Florentina, cum per eam, quam humana fragilitas pacem appellat, quamque deo laudes in proximum contraxerunt, iam primum consecuti sint, ut inter se ab iniuria bellorum insidiisque et ferocitate fideliter abstineant, volentes ex imitatione dominica perfectiori caritatis amore se invicem prosequi, ne quos tutari debent, deserere invicem videantur, sed plenam et uberem, non imperfectam, quam vulgus pacem appellat, consequantur, ad infrascriptam confederationem, unionem, intelligentiam et ligam amice et unanimi concordia devenerunt, ad quam ineundam, cum propter absentiam personaliter superesse non possint, usi sacro legis consilio et permissione, suos Sindicos, mandatarios, oratores et nuntios, de quibus infra, constituerunt et transmiserunt. Eapropter spectabilissimi ac clarissimi viri dominus Carolus Marino quondam dñi Alfonsi Rossi, Yheronimus Barbarigo quondam dñi Francisci, procuratoris sancti Marci, et Marcus Donato, iuris utriusque doctor, domini Natalis, honorabiles Cives Venetiarum, procuratores, sindici et mandatarii Illmi dñi Ducis antedicti et Incliti dominii Venetiarum, ut patet publico instrumento scripto et publicato manu circumspecti viri Emanuelis Gerardi, notarii publici, in presentibus Millesimo et Indictione, die vero vigesima prima mensis Augusti, a nobis notariis infrascriptis viso et lecto, dicto sindicario et mandatario nomine, et pro suis colligatis, adherentibus, recommendatis, complicibus, sequacibus et subditis ex una parte, et spectabilissimi et clarissimi milites, iuris utriusque doctores, dñus Guarnerius de Castiliono et Nicolaus de Arzinboldis, commissarii, mandatarii, oratores et nuntii Illmi principis domini Francisci Sfortie Vicecomitis Ducis Mediolani etc. Papie Anglerieque Comitis ac Cremone dñi, ut patet duobus publicis instrumentis altero confecto sub presenti Millesimo et Indictione, die vero undecima Maii decursi, manu circumspecti viri Iohannis quondam domini Ambrosii de Alersiis de Civitate Austrie, publici Imperiali apostolicaque auctoritate notarii, necnon Cancellarii prelibati Illmi domini Ducis, altero vero sub eodem Millesimo et Indictione, die vero sexta mensis Augusti presentis per eundem notarium, et ambobus subscriptis per spectabilem virum Cechum quondam Antonii de Calabria, prelibati Illmi dñi Ducis Secretarium, a nobis similiter notariis infrascriptis visis et lectis, dictis mandatario et procuratorio nomine, et pro eiusdem sui principis filiis et heredibus ac successoribus, colligatis, adherentibus, recommendatis, complicibus, sequacibus et subditis ex una alia parte, et spectabilissimi ac clarissimi viri dñi Ianotius Angeli de Pandolfinis miles, et Patrus spectabilis Cosme de Medicis, honorabiles Cives Florentini, procuratores, sindici ac mandatarii Illme et excelse Communitatis Florentine, prout patet publico instrumento scripto et publicato sub presenti Millesimo et Indictione, die decima mensis Maii preteriti per egregium legum doctorem dominum Franciscum Andree de Baldnciis, notarium publicum Florentinum, officialem et scribam populi et Communis Florentini, et altero instrumento prorogationis manu eiusdem, die tercio mensis Augusti presentis, ambobus rogatis et publicatis per circumspectum virum Iohannem olim Petri de Scia, Imperiali auctoritate notarium, a nobis similiter notariis visis et lectis, dicto sindicario et procuratorio nomine, et pro suis colligatis, adherentibus, recommendatis, complicibus, sequacibus et subditis ex una alia parte, ad laudem et gloriam omnipotentis dei eiusque gloriose Virginis matris Marie totiusque celestis curie triumphantis, ad felicitatem et pacem tocius Italie, tranquillitatem et quietem partium predictarum suorumque heredum et successorum, colligatorum, adherentium, recommendatorum, complicum, sequacium et subditorum, atque omnimodam pacis perfectionem et robur et vinculum caritatis inter partes duraturo, vel tutelam et conservationem statuum et dominiorum antea nominatorum, optimo consilio et annuente domino contrahunt, firmant et ineunt invicem et vicissim, mutuis stipulationibus intervenientibus, et per singula capitula specialiter repetitis infrascriptam confederationem, unionem, intelligentiam et ligam cum infrascriptis conditionibus, modis, pactis, obligationibus, conventionibus, penis, iuramentis ac temporibus, de quibus per capitula particularia inferius habetur mentio specialis.

Primo namque partes predicte pro sese ac filiis, heredibus et successoribus congrue referendo, ubi convenit, nominibus quibus supra faciunt, firmant, ineunt et contrahunt bonam, meram et puram unio-

nem, confederationem, colligationem, intelligentiam et ligam duraturam usque ad annos vigintiquinque, et ulterius etiam usque ad illud totum tempus, quod ipsis partibus placitum fuerit, ad conservationem et defensionem statuum ipsarum partium, et pro statibus ipsarum per terram in Italia contra omnes, de cetero non lacessitos aut provocatos, ubicunque sive in Italia sive extra Italiam statum habentes, turbantes seu turbare volentes, aut inquietantes seu molestantes, seu molestare et inquietare volentes partes predictas seu earum aliquam, neminem turbantem, molestantem seu inquietantem excipiendo, undecumque venerint, cuiuscunque gradus et dignitatis existant, etiam si tales essent, de quibus necesse esset fieri mentionem specialissimam, etiam in individuo, que hic pro facta habeatur, sive etiam per mare ubique, si aliqua dictarum partium a dominis vel a Communitatibus habentibus statum in Italia offenderetur, sint quicunque velint.

Item quod omnes partes predicte infra terminum duorum mensium, inchoandorum a die conclusionis presentis contractus, mittere teneantur oratores suos ad summum pontificem, et ad Serm̃um dñum Regem Aragonum ad hortandum et rogandum, ut cum partibus predictis ligam ingrediantur, cum illis conditionibus, capitulis et conventionibus honestis et rationabilibus, de et pro quibus ipse partes cum ipsis convenient, et concordes erunt secundum exigenciam et decentiam partium, salvis tamen manentibus semper capitulis pacis utrinsque contractus.

Item convenerunt et promiserunt partes predicte habere et tenere toto tempore dicte unionis et lige, videlicet Illm̃um ducale dominium Venetiarum tempore pacis saltem equites sex mille et pedites duos mille (sic) bonarum gentium suis propriis sumptibus; Illm̃us dominus Dux Mediolani obligetur eo tempore pacis tenere saltem equites sex mille et pedites duo milia; Excelsa vero Communitas Florentina ipso tempore pacis equites duo milia et pedites mille: tempore autem belli obligentur partes ipse habere et tenere, videlicet Illustrissimum dominium Venetorum ad minus equites VIIIM. et pedites IIIIM., Illm̃us dominus Dux Mediolani equites VIIIM. et pedites IIIIM. et prefata Excelsa Communitas Florentina equites VM. et pedites IIM. omnes sumptibus propriis partium predictarum.

Item si forte, quod deus avertat, occurreret, quod ad guerram deveniretur, non possit quovis modo per aliquam partium predictarum fieri pax seu ad aliquam concordiam deveniri, nisi de communi voluntate et consensu omnium trium partium suprascriptarum.

Item quod facta conclusione presentis lige ulla partium predictarum devenire non possit ad aliquam intelligentiam seu ligam cum aliqua potentia Italica, nisi de communi consensu et voluntate omnium partium predictarum, nisi illam fecerit sine preiudicio et cum reservatione presentis lige, cui nullo pacto liceat derogari.

Item teneantur partes predicte occurrente guerra, sicut prefertur, sibi invicem succurrere de gentibus predictis secundum exigentiam et opportunitatem partis sive partium offensarum, et saltem usque ad medietatem numeri gentium per partes promissarum ut supra, ac etiam gentes ipsas mittere ad omnem locum et partes Italie contra partem offendentem, etiam si offensa facta fuerit per mare, ad omnem requisitionem partis sive partium offensarum, bone fide et toto posse usque ad guerram ipsam et impresiam per pacem aut victoriam finitam. Et hoc totiens fieri debeat, quotiens occurreret casus guerre, durante tempore presentis unionis et lige.

Item si forte occurret, quod propter offensam, que fieret per mare ut supra, Illm̃um dominium Venetorum necessarium iudicaret classem maritimam parare contra offendentes habentes statum in Italia, eo casu teneantur Illm̃us dominus Dux Mediolani et Excelsa Communitas Florentina ad omnem requisitionem ipsius Illm̃i dominii contribuere pro portione sua expensis classis predicte omni mense ducatos quinque milia auri, si et in quantum Armata ipsa fuerit galearum XX., qui quidem ducati VM. equa portione et pro medietate solvantur per ipsos Illm̃um dñum Ducem Mediolani et Excelsam Communitatem Florentinam, et si armabuntur naves, computetur et intelligatur in eo numero expensa cuiuslibet navis pro duabus galeis. Si vero Armata predicta minor fuerit galearum XX. expensa navium computata ut supra, tanto minus per ratam solvi debeat per prefatos Illm̃um dominum, dominum Ducem et Excelsam Communitatem: reliqua autem expensa classis predicte, etsi maior fuerit, solvi debent per Illm̃um dominium Venetorum. Et premissa totiens bona fide fieri et observari debeant, quotiens casus predictus advenerit.

Item si contingeret, quod ab una dictarum partium ad alteram, vel ab altera ad alteram in subsidium alicuius partis gentes mitterentur, illa pars, in cuius succursum et presidium gentes ipse misse fuerint, teneatur et debeat eisdem gentibus missis, quando se reperirent in territoriis et dominiis suis, providere de allogiamentis, stationibus et victualibus, que tamen victualia vendi debeant gentibus partis mittentis eo pretio, quo vendentur gentibus partis, cui mittentur, etiam in omnibus aliis necessariis et in similibus consuetis gentes ipsas missas tractare, quemadmodum gentes partis offense tractabuntur.

Item quod quelibet partium predictarum teneatur infra terminum mensium duorum, inchoan-

dorum a die celebrationis presentis contractus, in scriptis nominare suos colligatos, adherentes, commendatos, complices et sequaces: qui quidem sic nominandi infra terminum quatuor mensium, numerandorum a die stipulationis presentis contractus, ratificasse et predictam nominationem approbasse teneantur, quo casu beneficio presentis unionis gaudere possint, aliter non: hoc tamen declarato et intellecto, quod pro colligatis, adherentibus, recommendatis etc. nominari possint illi, qui per pacem nuper factam poterant nominari, et pro quanto nominari possint. Qui tamen nominandi tunc demum gaudeant beneficio presentis lige, si infra tempus ratificande predicte lige fecerint et restituerint, que facienda et adimplenda ac restituenda veniebant ex capitulis pacis utriusque contractus, cui per hoc capitulum, nec etiam per tempus supra limitatum ullatenus derogatur, nec derogatum intelligatur, quinymo illa fieri possint, que per capitula predicte pacis utriusque contractus fieri poterant.

Item quia Illmus dominus Dux et Inclita Communitas Ianuenses sunt inter Italie potentias magnum et notabile membrum, et pacem hoc anno contractam inter Illmum dominium Venetorum ex una, et Illmum dominum Ducem Mediolani ex alia partibus ratificarunt et approbarunt pure et simpliciter: quantum ad partes supra nominatas et ligam contrahentes pertinet, convenerunt partes predicte, quod dictis Illmo domino Duci et Communitati Iannen. reservetur, et reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi presentem ligam cum pactis, capitulis, modis et conventionibus honestis et rationabilibus, secundum quod ipsis et eisdem dño Duci et Communitati Iannen. simul concordantibus videbitur et placuerit.

Item quod Illmo et Excelso domino Borsio Duci Mutine et Regii ac Marchioni Extensi etc. pro se ac filiis et heredibus suis reservetur, et reservatus esse intelligatur locus honorabilis intrandi presentem ligam cum pactis, capitulis, modis et conventionibus honestis et rationabilibus, secundum quod in ipsis partibus in liga existentibus et ipsi Illme domino Borsio Duci Mutine simul concordantibus videbitur et placuerit, firmis tamen et in omnibus salvis manentibus capitulis pacis utriusque contractus.

Item ut precidatur omnis materia turbationis Italice pacis, quod si aliqua pars in liga comprehensa, vel que post contractum lige ligam intrabit, aut aliqui domini vel Communitates pro colligatis, adherentibus, complicibus aut recommendatis dati per aliquam partium in liga comprehensarum offenderent aliquam ex partibus principalibus, aut colligatos, adherentes etc. alicuius partium, non intelligatur liga violata quo ad alias partes non contrafacientes, sed omnes alie partes principales in liga comprehense teneantur ad requisitionem partis offense contra offendentem subsidia prestare offenso, pro eius defensione toto posse et bona fide secundum casus exigentiam, quemadmodum facerent et facere deberent, si talis offendens non esset in liga tanquam principalis aut accessorius ullo modo comprehensus.

Item contingente casu guerre cum aliqua ex predictis partibus in liga comprehensis, aut aliquo ex colligatis, adherentibus etc. partes alie teneantur non solum non dare transitum, receptum et victualia gentibus ad offensam alicuius partium transeuntibus, sed illis transitum interdicere non solum denegando sibi predicta, sed etiam toto posse et omni suo conatu obsistere, ne transitum habeant ad offensas, ut supra, bona fide et secundum casus exigentiam.

Item quod presens liga et confederatio solempniter publicetur die expost declaranda cum solempnitatibus et processionibus in similibus consuetis.

Item quod presens liga et confederatio per partes principales infra terminum xv. dierum proximo futurorum hinc inde in forma valida et autentica per publica instrumenta vel litteras ratificari debeat.

Item quod ex aliquibus, que dicta sunt supra, vel dicantur in contractu presentis lige, non intelligatur aliqualiter derogatum contentis in utroque contractu pacis, salvis premissis. Quam quidem ligam etc. Actum etc.

Sincero et benivolo animo init, amplectitur atque ingreditur cum capitulis, declarationibus et modificationibus et suppletionibus infrascriptis, videlicet:

Primo quod cum in primo capitulo fiat mentio auxilii dando offenso contra offendentem non provocatum, nec lacessitum, et dubitatio oriri posset inter colligatos, que inter se decertarent, quis eorum provocatus aut lacessitus esset, ad tollendum huiusmodi colligatorum dubitationem optimum visum est et concordatum, ut orta guerra, de hinc dubitatione, quis colligatorum lacessitus existat, confestim ad aliorum principalium confederatorum requisitionem arma deponantur, spolieti restituantur, omnes inter eos novitates facte revocentur, et demum causa per reliquos colligatos cognita illi fiat restitutio, cui per ipsos fuerit adiudicatum, firmis tamen semper manentibus omnibus et singulis in pace per utramque contractum laude contracta et noviter approbata, ac etiam in presenti liga quomodolibet contentis sive comprehensis, et quod dicta declaratio ac determinatio fieri debeat infra mensem, postquam congregati fuerint eligendi et mittendi per ipsas partes ad declarationem et determinationem ipsam faciendam. Locus autem, ad quem eligendi per reliquos de liga mittendi

sunt, sit, ubicumque summum pontificem adesse contigerit, tempus vero conveniendi intelligatur et sit, ut infra viginti dies, postquam partes monite ac requisite fuerint, dictos eligendos mittere debeant: et si fortassis aliqua ipsorum colligatorum decertantium pars ad id, quod reliqua liga adindicaverit, obstiterit, tunc ab aliis principalibus confederatis, scilicet a Sanctissimo domino nostro, huiusmodi sancte pacis et lige conservatore ac protectore, ut ab ipsa Serenissima Regia Maiestate, Illmo dominio Venetorum, Illmo domino Duce Mediolani, Excelsa ac potenti Communitate Florentina iidem predicti electi deliberare ac ordinare debeant pro auxilio mittendo modum et numerum equitum et peditum mittendorum, dummodo non excedat numerum, quem quilibet ex liga tenere ac prestare in favorem et auxilium postulantium iuxta formam capitulorum supra et infra scriptorum tenetur et debet.

Rursum electi predicti in supradicto casu decernant, quoquomodo securitas et satisfactio per illum fieri debeat, qui absque expresso consensu reliquorum de liga pacem, inducias aut aliam belli moram firmaverit, que inducie aut belli mora semel vel pluries facte terminum duorum mensium non excederent.

Item actum fuit et declaratum inter partes predictas, quod capitulum IIII. in liga contentum intelligatur, ne dum quando aliquis ex colligatis fuerit offensus per alios de liga non provocatos seu lacessitos, verum etiam si per alios exterea non provocatos aut lacessitos offenses fuerit, dum tamen debita subsidia et opportuno tempore iuxta forma capitulorum lige per reliquos colligatos eorum propriis expensis ipsi offenso prestita aut continuata fuerint.

Item stipulatum et conventum est inter partes predictas, quod Regia Maiestas tempore pacis tenere debeat non pauciores gentes armigeras, quam tenere debent prefati dominium Venetorum, vel dominus Dux Mediolani, de quibus tamen soli dicto et simplici Regie Maiestatis assertioni sine ulla controversia omnino credatur, nec quantum ad hoc in generali iuramento infra ponendo intelligatur per Regiam Maiestatem fuisse iuratum: tempore vero guerre non pauciores gentes prefati dominio Venetiarum vel domino Duce tenere debet.

Item quia in septimo capitulo ipsius lige fit mentio de auxilio prestando per mare Illmo dominio Venetiarum, prout latius in ipso capitulo continetur, stipulatum et conventum est inter partes predictas, quod eo casu in ipso capitulo comprehenso Regia Maiestas per mare aliquod auxilium dare prefato dominio Venetiarum non teneatur, nec econtra in simili casu prefatum dominium Venetiarum teneatur prefate Regie Maiestati prestare subsidium per mare: similiter etiam intelligatur, dictam Regiam Maiestatem non teneri ad prestanda subsidia per mare dictis Illmo dño Duci Mediolani et Communitati Florentie, nec econtra prefatus dominus Dux et dicta Communitas Florentina teneantur ad aliqua subsidia prestanda per mare prefate Regia Maiestati: in omnibus autem et singulis aliis partibus suprascriptorum Capitulorum lige, salvis suprascriptis, firma et ex omni parte comprobata maneant et intelligantur suprascripta capitula lige.

Conventum est inter prefatam Regiam Maiestatem et prefatos Magnificos oratores, quod per presentem ingressum lige sue Maiestatis non preindicetur, nec aliqualiter preiudicatum intelligatur iuribus, que sua Maiestas contra Illmum dominum Ducem etc. et Excelsum Commune Iannenses habere pretendit, et donec de iuribus utriusque partis cognitum vel transactum fuerit, non liceat supradictis dominio Venetiarum, dño Duci Mediolani et prefate Communitati Florentine se nisi ad pacem et concordiam intromittere, neque prefato dño Duci et Communi Ianneu. contra Regiam Maiestatem aut econtra subsidium nec auxilium dare debeant directe vel indirecte, aut aliquo quesito colore.

Item conventum est ut supra, quod per huec presentem ingressum lige non preindicetur nec preiudicatum intelligatur iuribus, que Regia Maiestas pretendit pro certo credito denariorum pro stipendio receptorum contra Magnificos dominos, scilicet dñum Sigismundum Pandulfum de Malatestis et dominum Astorgium de Manfredis, et quatenus constiterit, ipsos aut alterum ipsorum debitorem esse prefate Regie Maiestatis, non possint prefati, ut supra, se intromittere, nisi ad concordiam, nec aliter executionem dicti crediti impedire.

Item quia Illmo domino, domino Borsio Duci Mutine etc. reservatus fuit locus honorabilis intrandi presentem ligam cum pactis et conditionibus, et prout in ipso capitulo continetur, et subsequenter prefatus dñus Dux ligam ipsam ingressus fuerit, et acceptatus cum illis conditionibus et pactis, de quibus in instrumento ingressus sui constat et apparet, ad quod habeatur relatio, prefata Regia Maiestas dictum ingressum prefati dñi Ducis approbat et ratificat, et impresentiarum acceptat, prout in instrumento dicti ingressus continetur, et hoc presente Rndo dño Episcopo Mutine, oratore prefati dñi Ducis Metine approbante et acceptante.

Et suprascripte nove additiones cum dicta Regia Maiestate facte locum habeant et intelligantur inter ipsam Regiam Maiestatem, prefatos dominium Venetiarum, dñum Ducem Mediolani, et Communitatem Florentinam, sed quantum ad ipsas tres potentias pertinet, firma maneat liga, prout primo inter eos contracta fuit, quatenus tamen predictis non derogetur.

Item quamvis pro honore, statu, pace et tranquillitate Sanctissimi domini nostri ac sancte Ro-

mane ecclesie, quo cunctorum fidelium mater est et magistra, quilibet fidelis christianus operari et laborare teneatur, tamen considerans prefatus Serenissimus dñus Rex tamquam catholicus princeps una cum prefatis Magnificis oratoribus, quod Reges et principes christiani maiori quodam ad hoc vinculo tenentur et obligantur, voluit ac promisit pro se et Illmo dño Ferdinando de Aragonia, filio suo primogenito, Duce Calabrie, et heredibus ac successoribus eorum, consentientibus et pariter promittentibus prefatis Magnificis oratoribus, quod prefati Sanctissimi domini nostri pape et successorum suorum canonice intrantium, ac prefate sacrosancte Romane ecclesie auctoritas, dignitas, preeminentia, honor et status bona fide pro posse conservabitur et manutenebitur pacificus et tranquillus per omnes et singulos in presenti pace, confederatione et liga confederatos et colligatos et eorum quemlibet, ac de cetero colligandos, eorumque complices et sequaces, nec aliquo quesito colore directe vel indirecte in dampnum, iacturam, preiudicium vel dedecus eorumdem huiusmodi pax, confederatio et liga intelligi aut extorqueri possit vel debeat quoquomodo: quinymo quod prefati Smi domini nri suorumque successorum, ut prefertur, canonice intrantium ac prefate sacrosancte Romane ecclesie patrimonium, provincias, civitates, terras, castra, loca, dominia, iurisdictiones et iura, vassallos, feudatarios, Vicarios ac subditos quoscunque mediate vel immediate intra Italiam subiectos tueri et defendere cum effectu ab omni impugnatione, invasione et molestatione contra quamcunque personam, quacunque dignitate prefulgeat, Dominium, Communitatem, Universitatem, Capitaneum, societatem vel congregatos gentium armorum quarumcunque, necnon auxilium et favorem realiter et cum effectu sicut pro uno ex colligatis vel confederatis, impendere aut prestare teneantur et debeant, positque prefatus Sanctissimus dominus noster suique successores canonice intrantes, ut predicitur, omnibus et singulis capitulis, que in presenti pace, confederatione et liga in favorem et commodum cuiuscunque confederatorum et confederandorum apposita sunt, aut imposterum apposita forent, uti gaudereque, et pro se recipere et acceptare, orantes et supplicantes omnes tam prefatus Serenissimus dñus Rex, quam Magnifici oratores predicti vice et nomine Illmi dominii Venetiarum, et Illmi dñi Ducis Mediolani, et Excelse Communitatis Florentine prefato Sanctissimo domino nostro, ut pro se et suis successoribus canonice intrantibus, quo facilius et paratioribus animis singula contra infideles parari et exequi possint, et ut volentes per se aut per alios iuxta facultatem et potentium a domino sibi datam contra inimicos Christi crucis salvatoris nostri experiri, absque metu et suspitione molestationis aut periculi suorum dominiorum securis id facere queant, huiusmodi pacem, confederationem et ligam cum omnibus et singulis preinseritis capitulis benedicere, approbare, et tamquam pater omnium et dñus ac caput ingredi, inire ac confirmare dignetur, et contra quemcunque eam infringere, violare aut turbare volentem provideat unucum eligendis per dominos in presenti pace, confederatione et liga confederatos et colligatos petendi subsidii vel auxilii tempore in eo casu, de quo in quodam capitulo de hoc mentionem faciente continetur, faciatque modis omnibus possibilibus et remediis opportunis inviolabiliter observari, ac huiusmodi unitatis, pacis, caritatis, confoederationis et lige, ut prefertur, conservator, protector et custos esse dignetur.

Quam quidem pacem, caritatem, unionem, confederationem et ligam cum prefatis omnibus et singulis capitulis supra et in presenti contractu lige de verbo ad verbum expressi prefatus Rmus dñus Cardinalis Legatus, habens ad hoc a prefato Sanctissimo domino nostro specialem facultatem et potestatem, ac sue legationis auctoritate et vigore vice et nomine prefati Sanctissimi domini nostri inivit, contraxit, recepit et acceptavit, benedixit, approbavit et confirmavit, cum eo numero equitum et peditum tenendorum per suam Sanctitatem et suos successores, de quo orator aut oratores per Regiam Serenitatem mittendi, et suprascripti oratores nominibus quibus supra cum sua Sanctitate convenient: ac etiam pollicitus est et promisit, quod prefatus Sanctissimus dominus noster huiusmodi pacem, confederationem et ligam acceptam, gratam et ratam habebit, et apostolicis patentibus litteris benedicet, approbabit et firmabit atque suscipiet, ac etiam mandabit et curabit, quantum cum deo poterit, inviolabiliter observari, et quod condecentem aliquem equitum et peditum numerum tenebit, prout eius Sanctitas cum oratoribus prefatis conveniet, ut prefertur.

Et insuper prefati oratores vice et nomine eorum principalium singula singulis congrue referendo, vigore facultatum sibi attributarum cum publicis instrumentis infrascriptis, de quibus fidem ocularem fecerunt, presentem lige ingressum prefati Sanctissimi domini nostri ac predicte Regio Maiestatis cum capitulis, declarationibus, modificationibus et supletionibus suprascriptis cum magna gratiarum actione ab ipsis Sanctissimo domino nostro et Regia Maiestate acceptant, et ad uberiorem cautelam ipsam preinsertam ligam nomino dictorum suorum principalium cum dictis capitulis, declarationibus, modificationibus et suppletionibus approbant et ratificant, volentes et consentientes, quod dictus ingressus lige per dictos Sanctissimum dominum nostrum et Regiam Maiestatem ut supra factus sit et habeatur, perinde ac si dicta trigesima mensis Augusti anni proxime preteriti una cum eo-

rum principalibus ligem ipsam contraxissent, inissent et firmassent. Et nichilominus promiserunt prefati oratores, quod eorum principales per totum mensem Martii proxime venturi presentem lige ingressum Sanctissimi domini nostri et Regie Maiestatie factum ut supra, et per dictos Magnificos oratores acceptatum et approbatum per instrumentum publicum acceptabunt, approbabunt et ratificabunt. Pro quorum omnium etc.

CCCXXV.

Calixtus PP. III. terrae Montissancti ducatus Spoletani quaedam capitula confirmat. *Reg. Tom. I. fol. 7.*

Calistus episcopus etc. Dilectis filiis Universitati et hominibus terre nostre Montissancti provincie nostre Ducatus Spoletani, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam ecclesiam gerere comprobamini, non indigne meretur, ut petitionibus vestris, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos volentes vos et Universitatem vestram favoribus prosequi gratiosis, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, omnes et singulas petitiones et capitula nobis per oratores vestros porrectas et per nos benigne concessas, quas presentibus de verbo ad verbum fecimus annotari, auctoritate apostolica tenore presentium iuxta modificationes nr̃as nonnullis ex eisdem capitulis oppositas ratificamus, approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, mandantes ea omnia et singula ab omnibus inviolabiliter observari, Non obstantibus contrariis quibuscumque. Tenor vero petitionum talis est.

In nomine dñi Amen. Infrascripta sunt capitula petita per Commune et homines castri Montissancti provincie Ducatus Spoletani a sanctissimo ac beatissimo domino nostro Calisto divina providentia pape III., que dicta Communitas petit per prefatum dominum nostrum nomine et vice sancte Romane ecclesie admitti et acceptari et more solito signari.

In primis, quod prefatus sanctissimus dominus noster Communitatem ipsam et homines castri Montissancti recipiat ad fidelitatem et obedientiam suam et sancte Romane ecclesie, et alicui domino temporali, Civitati sive terre ipsam Communitatem et homines Montissancti aliquo quesito colore non submittat, neque concederet directe vel indirecte, sed semper ad fidelitatem sancte Romane ecclesie manuteneat et gubernet. „Placet."

Secundo, quod quedam turris, que remansit in dicto Castro tempore devastationis Castri, guberaetur, custodiatur per homines et massarios castri predicti, ut solitum et consuetum est custodiri. „Placet ut petitur."

Tertio, quod dicta Communitas Montissancti possit et valeat eligere Vicarios sive officiales in dicto Castro, ut hactenus fuit consuetum, cum confirmatione sanctitatis domini nostri pape sive Reverendissimi dñi Camerarii vel gubernatoris provincie. „Placet."

Quarto, quod omnia statuta, ordinamenta et reformationes eiusdem Communitatis Montissancti confirmentur et approbentur per sanctitatem vr̃am et nomine sancte Romane ecclesie predicte, et ipsis statutis, ordinamentis et reformationibus uti valeat dicta Communitas ad fidelitatem Romane ecclesie predicte. „Placet."

Quinto, quod pene et bonna exigenda ex maleficiis et delictis committendis et commissis in dicto Castro et eius territorio applicentur Communi dicti Castri, ut solitum est, exceptis casibus infrascriptis, videlicet de crimine lese maiestatis, de homicidio, adulterio, robaria et gravi furto, ex quo pena personalis sequeretur. „Placet, quod fiat, ut consuetum est."

Sexto, quod prefatus dominus noster papa et nomine sancte Romane (ecclesie) manuteneat et gubernet, ac defendat omnes iurisdictiones, immunitates et iura dicti Castri et Communis sancte Romane ecclesie et sanctitatis vestre. „Placet."

Septimo, quod consideratis sterilitate loci, oppressionibus et gravamentis propter guerras iam habitas, et inopia de presenti vigente in dicto Castro, ut propterea ad presens non possint subvenire ad reficiendum muros antiquos et devastatos propter antiquitatem temporis, et ut possint tenere imperpetuum dictum locum ad fidelitatem sancte Romane ecclesie: ideo dignetur concedere gratiam subsidiorum per quinque annos proxime futuros pro reparatione et accoucimine dicti loci, et dictam (ex)emptionem facere pro dicto et pro maiori vel minori tempore, ut sanctitati vestre videbitur et placebit. „Placet de tercie parte ad triennium."

Octavo, quod de omnibus et singulis pecuniis quocumque modo vel forma tempore dominorum de Camerino, vel gubernatorum sancte Romane ecclesie, aut dominorum Fulginei ex causa pene maleficiorum aut alia quacumque occasione l̃cita vel illicita per dictam Communitatem per tempora retroacta solutis, aut non solutis sanctitas dñi nostri faciat generalem remissionem usque ad presens tempus. „Placet."

Nono, quod attentis sterilitatibus et guerrarum turbinibus, quas dicta Communitas passa est, liceat dicte Communitati et hominibus conducere granum et alia ad victum necessaria pro oportunitate Communis et hominum dicti Castri ex quacumque terra seu loco ecclesie Romane subiecto cum solutione gabelle seu passagii aut alterius oneris. „Placet."

Decimo, dignetur sanctitas vestra confirmare quamdam bullam felicis recordationis Eugenii predecessoris vestri, in qua sunt inserta omnia supradicta capitula, de quibus dicta Communitas pe-

tit fieri novam bullam per sanctitatem vestram, in qua inserantur capitula predicta confirmanda per eandem vestram sanctitatem. „Placet ut supra."

L. Cardinalis Aquilegensis dñi nr̃i pape Camerarius de suo mandato mpp. subscripsimus.

Nulli ergo etc. nostre ratificationis, approbationis, confirmationis et communitionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, VIII. Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXVI.

Universitati terrae Amandulae in Marchia Anconitana confirmatio privilegiorum et nonnullarum immunitatum conceditur. *Reg. Tom. I. fol. 43.*

Calistus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. His, que per Romanos pontifices conced untur et sedis apostolice ministros, prout determinantur, ut illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, adiicimus nostri muniminis firmitatem. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Communis, habitatorum et hominum Terre Amandule provincie nr̃e Marchie Anconitane peticio continebat, quod licet eis a nonnullis tam Romanis pontificibus predecessoribus nr̃is, quam apostolice sedis in dicta provincia Legatis, gubernatoribus et nunciis, quam ab aliis ad id potestatem habentibus nonnulla immunitates, concessiones et alia privilegia concessa extiterint, nonnulla tamen alia eorum statum, commodum et prosperitatem concernentia ac illa confirmari, ut in quibusdam pro parte eorumdem Communitatis, habitatorum et hominum capitulis nobis exhibitis, quorum tenores presentibus de verbo ad verbum inseri fecimus, plenius continetur, per nos eis concedi denuo postularunt.

Nos igitur attendentes peticionem ipsorum fore iustam, ac fidem et devocionem, quam erga nos et Romanam gerunt ecclesiam, ac ob eorum exigentiam meritorum immunitates, concessiones, confirmationes et privilegia huiusmodi, ac ipsorum statuta, confirmaciones, ordinamenta, iura, instrumenta et alia capitula motu proprio et ex certa sciencia tenore presentium auctoritate apostolica confirmamus et approbamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, illa tamen a nobis denuo postulata motu, seiencia et auctoritate similibus eis, ut premittitur, concedendo. Preterea cum per felicis recordationis Nicolaum papam V. predecessorem nostrum quedam littere emanaverint, quibus omnes et singuli facientes salnucam et de ea comedentes, ac illos quoquomodo scientes et non revelantes excommunicabantur, et dicti Communitas, habitatores et homines dictam excommunicationis sentenciam incurrerint: dilecto filio prefate terre nr̃e Amandule plebano, ut omnes et singulos huius terre habitatores et homines, qui ob eandem causam dictam excommunicationis sentenciam incurrerunt, absolvere possit et valeat, auctoritate apostolice tenore presentium concedimus facultatem. Tenor vero dictorum capitulorum sequitur, et est talis, videlicet:

Dignetur Sanctitas vestra confirmare et apostolica auctoritate approbare omnia et singula statuta, reformaciones et ordinamenta, instrumenta, immunitates, iura, iurisdictiones, concessiones, privilegia et prerogativas terre Amandule per alios summos pontifices, et apostolice sedis Legatos gubernatoresque, aut quosvis alios eiusdem sedis in dicta provincia nuncios, seu ab ea quoquomodo potestatem habentes concessa.

Item quod prime et secunde cause civilium et criminalium seu mixtarum dicte terre non possint extrahi a tribunali dicte terre, sed in ea cognosci et determinari debeant, iurisdictione generalis iudicis et constitutionibus dicte provincie et aliis in contrarium facientibus non obstantibus.

Item cum per felicis recordationis Nicolaum papam V. predecessorem vestrum quedam excommunicatio emanaverit contra facientes comedentes aut comedentes et facientes scientes et non revelantes salucam, et nonnulli de dicta terra dictam excommunicationem incurrerint: dignetur Sanctitas vestra plebano dicte terre concedere, ut omnes ob eam causam excommunicatos absolvere valeat, ac ut ea libere et licite uti et frui, ac de illa comedere possint imposterum, misericorditer indulgere dignetur.

Item cum dicta terra propter pontes et vias, quas in ea et ipsius districtu custodiunt, per longissima tempora consueverint pedagium exigere, dignetur concedere et stabilire, ut ipsius terre Potestas illud secundum consuetudinem et antiquum ipsorum stilum exigat, omnia privilegia, concessiones et confirmationes, que dicta Communitas circa eam exactionem haberet, auctoritate apostolica confirmando.

Nulli ergo etc. nostre confirmationis, concessionis, suppletionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLV. tercio Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXVII.

Guillelmo de Varena officium extraordinariatus Urbis conceditur. *Reg. Tom. XXX. fol. 42.*

Calistus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Guillelmo de Varena nr̃o servienti armorum, salutem etc. Grata devotionis obsequia, que nobis et apostolice sedi hactenus impendisti, necnon eiusdem devotionis sinceritas, qua erga nos et sedem predictam vigere comprobaris, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Sperantes itaque,

quod ea, que tibi commiserimus, fideliter et laudabiliter exequeris, et omnes et singulos extraordinarios sive ad exercendum officium extraordinariatus alme Urbis hactenus per nos, sive de mandato nostro et alias preter te deputatos revocantes, ac ab ipso officio eiusque exercitio penitus et omnino amoventes, illisque districtius inhibentes, ne de ipso officio aut illius exercitio sub indignationis nostre et aliis ab eis exigendis penis se quoquomodo intromittere presumant, te, de cuius industria et legalitate sumus ad plenum informati, principalem ac unicum extraordinarium ipsius Urbis pro semestri tempore, a tempore quo huiusmodi officii exercitium inceperis inchoando, et deinde ad beneplacitum nrum, quod etiam nisi de te et data presentium fecerimus specialem mentionem per quamlibet alium dispositionem de dicto officio per nos forsan, aut de nro mandato vel alias quomodolibet faciendam decernimus non revocari seu finiri, cum salario, familia, emolumentis, honoribus, oneribus, facultatibus et potestatibus consuetis, et quibus alii, qui pro tempore fuerunt extraordinarii Urbis, usi fuerunt et potuerunt uti, aliisque iuribus et pertinentiis suis harum serie facimus, constituimus, creamus, deputamus et etiam ordinamus, dantes et concedentes tibi huiusmodi officium faciendi, gerendi ac etiam per alios, quos deputaveris, exercendi, prout ipsi alii extraordinarii facere et exercere consueverunt, plenam et omnimodam facultatem, Mandantes nichilominus dilectis filiis Senatori, Camerario, Conservatoribus et Thesaurario ipsius Urbis ceterisque, ad quos spectat, quatenus te ad officium et exercitium huiusmodi recipiant et admittant, atque tibi in hiis, que ipsum concernunt officium, efficaciter pareant et diligenter intendant, et de ipso consueto salario debitis tibi temporibus respondeant et satisfaciant cum effectu. Tu autem sic prudenter et sollicite dictum officium studeas exercere, quod merito exinde apud nos venias commendandus. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLV. Kalendis Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXVIII.

Petrus Clementis custos et gubernator terrae Frascati etc. constituitur. *Reg. Tom. XXX. fol. 35.*

Calistus episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Petro Clementis Soldano, Ronczenariorum artis fluminis de Urbe defensori, necnon terre nostre Frascati Custodi et Gubernatori, familiari nostro, salutem etc. Probate fidei et devotionis sinceritas, quam ad nos et Romanam ecclesiam te gerere experientia familiari didicimus, promeretur, ut te specialibus favoribus et graciis prosequamur. Hinc est, quod nos de tue circumspectionis industria plurimum in domino confidentes, ac sperantes indubie, qued ea, que tibi committenda duxerimus, fideli et exacta diligentia exequeris, moto proprio et ex certa nostra scientia dilectum filium nobilem virum Iacobum de Calvie domicellum Mediolanensem, olim defensorem officii Ronzenariorum artis fluminis de Urbe, necnon terre nostre Frascati Gubernatorem, per felicis recordationis Nicolaum papam V. predecessorem nostrum usque ad beneplacitum deputatum, auctoritate apostolica revocantes et ab eisdem officio et gubernatione eorumque exercitiis penitus amoventes, te, qui Curie Camere apostolice Soldanus et Cubicularius secretus et continuus commensalis noster existis, intuitu quoque gratorum obsequiorum, que nobis et apostolice sedi hactenus impendisti, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, motu, scientia et auctoritate similibus defensorem officii Ronzenariorum artis fluminis de Urbe, et terre Frascati huius Gubernatorem usque ad nrum beneplacitum cum salario, emolumentis, honoribus et oneribus consuetis tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, et tibi omnia et singula, que ad officium et gubernationem huiusmodi eorumque liberum exercitium de consuetudine vel de iure spectant, et que alii eorumdem officii et gubernationis defensores et Gubernatores, qui fuerunt pro tempore, facere, gerere et exercere consueverunt, potuerunt seu etiam debuerunt, faciendi, gerendi et exercendi et exequendi facultatem et potestatem plenariam concedentes, Mandantes quoque motu, scientia et auctoritate predictis dilecto filio Ludovico tituli sancti Laurentii in Damaso presbitero Cardinali, Camerario nostro, seu eius locumtenenti et aliis, ad quos spectat, quatenus te ad officium et gubernationem huiusmodi eorumque liberum exercitium absque exceptione quacunque, remotis omnibus cuiuscunque conditienis existant ab eisdem, recipiant et admittant, tibique de salario debito et consueto respondeant, seu responderi faciant integre cum effectu. Volumus autem, quod antequam ipsa officium et gubernationem incipias exercere, de illis fideliter exercendo prestes in manibus prefati Camerarii seu locumtenentis in forma solitum iuramentum. Tu igitur officium et gubernationem predictam sic fideliter, prudenter et sollicite exercere studeas, quod apud nos dignis in domino laudibus non immerito valeas commendari. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, quarto Idus Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXIX.

Communitati castri Carbognani Civitatis Castellanae dioec. indulgetur, ne castrum eorum alienari ab apostolica sede, seu alicui in feudum dari possit. *Reg. Tom. I. fol. 154.*

Calistus episcopus etc. Dilectis filiis Communitati Castri Carbognani Civitatiscastellane diocesis, salut. etc. Sincere devocionis affectus, quem

ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut peticionibus vestris, in his presertim, qoe commodum et utilitatem vestram concernunt, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Vestris itaque in hac parte supplicacionibus inclinati, ne vos et Castrum nostrum Carbognani Civitatiscastellane diocesis ullo unquam tempore alicuius persone seu Universitatis et regimini et dominiis subici, vel eis in feudum seu alio quocumque titulo dari vel alienari possitis, devocioni vestre auctoritate apostolica indulgemus. Et insuper ut solidius in fidelitate et devocione nostra persistere valeatis, terciam partem omnium introituum Camere dicti castri pro reparacione et fortificacione mororum castri eiusdem, qui ut asseritis partim collapsi existunt et partim ruinam minantur, hinc ad quadriennium a data presentium computandum, necnon solum sive feudum cuiusdam molendini diruti, quod ut asseritis in vestro territorio consistit, quodque libere sumptibus vestris reedificare et construere possitis, et cuius confines, qualitates et verum valorem presentibus pro expressis haberi volumus, dummodo non sit in eo alias alieui specialiter ius quesitum, vobis eadem auctoritate liberaliter concedimus et donamus per presentes. Volumus autem, quod si ullo unquam tempore, quod absit, a fidelitate et obediencia dicte ecclesie atque nostra et successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium vos declinare contigerit, indultum, concessio et donacio huiusmodi nullius sit roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre concessionis, donacionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, quarto Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXX.

Camerario et mercatoribus artis lanae Assisinatibus statutum iterum conceditur, ut qui pannos exteros ad dictam civitatem apportent, teneantur solvere certam gabellam. *Reg. Tom. II. fol. 6.*

Calistus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Eximie devotionis affectus, quem dilecti filii Camerarius et mercatores artis lane Civitatis nostre Assisinatis ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut petitiones eorum, quantum cum deo possumus, ad exauditionis gratiam favorabiliter admittamus. Sane petitio pro parte Camerarii et mercatorum predictorum nobis nuper exhibita continebat, quod olim felicis recordationis Nicolaus papa V. predecessor noster, hac consideratione prehabita, quod in eadem Civitate, in cuius statutis etiam dudum per sedem apostolicam confirmatis cavebatur, prout cavetur expresse, quod quicumque pannos preterquam lana fina contextos ad ipsam Civitatem eiusque districtum venales alitunde vexerit, certam tunc expressam pecunie quantitatem pro singulis pannis Communi ipsius Civitatis persolvere debeat, propter plurima bella, calamitates et depopulationem, que ipsa Civitas temporum causante malicia passa fuerat, ars lanificii in eadem Civitate deserta et pretermissa erat, ad hoc ut Civitas et districtus predictum huiusmodi pannis copiosius affluerent, voluit et ordinavit, quod exnunc inantea panni huiusmodi ad Civitatem et districtum huiusmodi sine quavis solutione conduci, et ibidem vendi aut alias distrahi valerent, prout in quibusdam ipsius predecessoris in forma brevis desuper confectis litteris plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefata Civitas amodo, altissimi favente gratia, ita convaluerit, ut huiusmodi lanificii et pannorum ars in ea ad pristinum prope statum revigerit, et in dies speretur magis reviviscere, ac ex huiusmodi lanificii arte plurime tam pauperes quam alie persone Civitatis predicte iuxta ipsarum varia exercitio et magisteria substentantur: pro parte Camerarii et mercatorum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ne dicta ars in prefata Civitate vilescat, statutum predictum perpetuo observari debere decernere, et alias super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Civitatem ipsam post tanta per eam perpessa naufragia reformari et augeri intensis desideriis affectamus, huiusmodi supplicationibus inclinati auctoritate apostolica et ex certa scientia tenore presentium statuimus, decernimus et ordinamus, quod prefatum statutum et ordinatio et quevis desuper per sedem apostolicam facta concessio et confirmatio de solvendo pro singulis pannis aliunde in Civitatem et districtum predictos invectis eidem Communi, cuius ac confirmationum et litterarum predictarum tenores presentibus, ac si de verbo ad verbum inserti forent, haberi volumus pro expressis, cum quibusvis in eodem statuto et ordinatione contentis, obligationibus sive penis deecetero ab omnibus et singulis tam civibus quam alienigenis, cuiuscumque status, nobilitatis vel conditionis fuerint, in omnibus et per omnia, prout antequam Civitas ipsa depopularetur ac prefate littere emanarent, observari consuevit, perpetuis futuris temporibus firmiter observetur. Non obstantibus litteris et aliis premissis, et quibusvis tam per dilectos filios generale Consilium dicte Civitatis quam alias editis reformationibus, et apostolice sedis aut legatorum eius subsecutis confirmationibus, et litteris generalibus et specialibus quorumcumque tenorum existant, etiam si in eis, quod illis non nisi per sedem apostolicam et generale Consilium dicte Civitatis valeat derogari, caveatur expresse, quibus omnibus et singulis quoad hoc specialiter derogamus eaque pro insertis haberi volumus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli

ergo etc. nostre constitutionis, statuti, ordinationis, voluntatis et derogetionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, Nonis Iunii, Pont. nostri anno primo.

CCCXXXI.

Universitati castri Montis Luponi Firmanae dioecesis privilegia et exemptiones pontifex confirmat.
Reg. Tom. I. fol. 279.

Calistus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romani pontificis providencia circumspecta singulorum probitatem ettendens, illos pocioris favoris gracia prosequitur, qui in fide ae devocione sacrosancte Romane ecclesie firmiter persistunt, et ad illam singularem gerunt devocionis affectum. Nuper si quidem pro parte dilectorum filiorum Universitatis et hominum nři Castri Montislnponi Firmane diocesis fuit nobis expositum, quod licet ipsi retroactis temporibus propter guerras et alias calamitates, que provinciam Marehie Anchonitane plurimum devastarunt, maxima sustinuerint detrimenta, nichilominus pro taleis et aliis oneribus, que pro tempore imponuntur, adeo pregravantur, quod pauce Communitates vel terre eiusdem qualitatis in dicta provincia consistentes tantum solvunt, quantum Universitas et homines Montisluponi Castri antedicti; et quamquam etiam ipsi Universitas et homines pedagium in dicto Castro a tanto tempore, cuius contrarium memoria hominum non existit, exegerint et habuerint, verumtamen quia nisi per huiusmodi consuetudinem, que alias approbata non reperitur, quo iure vel qua auctoritate illud exigant, probare non possent: ad omne ambiguitatis tollendum dubium cupiunt, omnia et singula eorum statuta, reformaciones, indulta, immunitates, privilegia ac capitula eis concessa confirmari, et quod pedagium ipsum, prout hactenus consueverunt, de cetero tenere, exigere et habere possint, concedi per apostolice sedis privilegium speciale. Quare pro parte ipsorum Universitates et hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut considerato, quod Castrum ipsum in focularibus est valde diminutum, nam ubi retroactis temporibus trecentum et quinquaginta focularea esse solebant, nunc ad numerum centum et quadraginta quatuor prohdolor reducti sunt, ipsos a solucione talearum huiusmodi aliqualiter exonerare, necnon statuta, reformaciones, privilegia, immunitates et capitula quecumque eis concessa confirmare et approbare, ac eis, quod pedagium predictum perpetuo tenere, exigere, petere et habere possint, concedere, aliasque eorum opportunitatibus et indempnitatibus providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de premissis omnibus, ac eciam quod ipsi Universitas et homines Romane ecclesie semper fideles et obedientes extiterunt, plenariam noticiam habuimus, ut ipsi firmius in eadem fide et devocione persistant, huiusmodi supplicacionibus inclinati, omnia et singula statuta, reformaciones, privilegia, indulta, immunitates, capitula et gracias tam per predecessores nostros Romanos pontifices, quam Legatos sedis apostolice ac Gubernatores provincie, et eciam Castri predictorum, sub quacumque forma vel expressione verborum prefatis Universitati, hominibus et Castro in genere vel in specie concessa, illorum tenores atque formas ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus pro expressis habentes, auctoritate apostolica tenore presentium ex certa sciencia confirmamus et approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac decernentes illa Universitati et hominibus predictis perpetuo observari debere, eisque non fore nec censeri quomodolibet derogatum, nisi de illis eorumque totis tenoribus specialis et expressa, non autem per generales clausulas, sed specifice cum totali presentium litterarum, necnon privilegiorum, immunitatum et indultorum huiusmodi in quibuscumque derogatoriis seu revocatoriis a nobis vel sede predicta, aut Legatis seu Gubernatoribus predictis de cetero forsan emanandis mencio fiat et habeatur. Et insuper prefatis Universitati et hominibus de summa ducentorum quinquaginta florenorum, in quibus Camere apostolice singulis annis tenetur, quinquaginta florenos singulo anno usque ad triennium pro reparacione murorum ipsius Castri graciose relaxamus, decernentes Universitatem et homines predictos ad solucionem dumtaxat ducentorum florenorum eidem Camere dicto durante triennio singulo anno dumtaxat teneri et obligari, et ad maiorem solucionem interim per quempiam quavis auctoritate nullatenus compelli posse. Preterea eisdem Universitati et hominibus, quod pedagium predictum perpetuis futuris temporibus habere, petere et exigere, prout hactenus consueverunt, libere et licite possint eadem auctoritate concedimus, ac volumus et eciam decernimus, quod presentes littere ad probandum plene ius, quod ipse Universitas et homines ad exigendum pedagium huiusmodi habent et hactenus habuerunt, ubique sufficiant, nec ad id probacionis alterius adminiculum requiratur, Non obstantibus constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ac legibus imperialibus, statutis municipalibus dicte provincie eciam iuramento, confirmacione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre confirmacionis, approbacionis, communicionis, supplecionis, relaxacionis, concessionis, voluntatis et constitucionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, vii. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXXII.

Cardinali Camerario, ut Ioanni de Guerris officium sigillandi seu recognoscendi mensuras et stateras in Urbe conferat. *Reg. Tom. III. fol. 3.*

Calistus episcopus etc. Dilecto filio Ludovico tituli sancti Laurentii in Damaso presbitero Cardinali, Camerario nostro, salutem etc. Humilibus supplicum votis libenter annuimus eaque favoribus prosequimur oportunis. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilecti filii Iohannis de Guerris, in medicina magistri, petitio continebat, quod nuper, postquam tu dictum Iohannem ad officium recognoscendi seu sigillandi mensuras, stateras et pondera alme Urbis ad annum deputaveris, et de eodem officio auctoritate Camerariatus officii, ac de expresso nostri mandato tibi super hoc vive vocis oraculo facto per tuas certi tenoris litteras provideras, ipseque Iohannes litteras huiusmodi dilectis filiis Conservatoribus Camere dicte Urbis presentaverat, eosque litterarum huiusmodi vigore requisiverat, quatenus eum ad dictum officium exercendum admitterent, dicti Conservatores litteras huiusmodi penes se, qua de causa nescitur, retinuerunt in magnum dicti Iohannis preiudicium atque dampnum. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, valde inhonestum minusque iustum fore videatur, deputationem et provisionem huiusmodi per dictos Conservatores impediri, dictumque Iohannem sine causa sic eludi, pro parte ipsius Iohannis, qui nonnullis familiaribus nostris, dum in minoribus constituti eramus, in suarum infirmitatum necessitatibus cum illa, qua valuit, diligentia servivit, et ut asserit in futurum servire intendens, ac maxima necessitate pro eo videlicet, quia ad almam Urbem veniendo per nonnullos predones in itinere bonis suis spoliatus fuit, nobis extitit humiliter supplicatum, ut ei super hoc oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui de premissis certam notitiam non habemus, huiusmodi supplicationibus inclinati circumspectioni tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta mandamus, quatenus vocatis dictis Conservatoribus et aliis, qui fuerint evocandi, super premissis auctoritate nostra causam et negotium principale per te ipsum audias, cognoscas et appellatione remota fine debito decidas, faciens quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere, et alias super premissis bonum et breve iusticie complementum dictis partibus ministrare procures, Non obstantibus, si dictis Conservatoribus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLV. tertiodecimo Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXXIII.

Communitati terrae Fabriani statuta confirmantur, et taxa camerae apostolicae debita ad MCCC. ducat. reducitur. *Reg. Tom. II. fol. 181.*

Calistus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Sedis apostolice benignitas circumspecta obsequentium vota fidelium benigno favore prosequi, et illos, quos in sua devocione promptos invenit et ferventes, privilegiis specialibus decorare eorumque indempnitatibus subvenire consuevit. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Communitatis et hominum nostre terre Fabriani Camerinensis diocesis nobis exhibita peticio continebat, quod ipsi tempore felicis record. Nicolai pape V. predecessoris nostri, super solucione eorum taxe plus solito in ducentis quinquaginta ducatis annuatim gravati fuerunt, et adhuc in septingentis ducatis et ultra Camere apostolice eadem causa obligati remanserunt, ac eciam tempore dicti predecessoris circa reparacionem murorum eiusdem Terre magnas expensas fecerunt et maiores facere intendunt: Quare pro parte ipsorum Communitatis et hominum nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsos ad antiquam taxam mille trecentorum ducatorum reducere, ac dictos septingentos ducatos et ultra, necnon quamcumque aliam summam, in qua postquam, ut prefertur, gravati fuerunt, forsan obligati reperiuntur, eis remittere, necnon omnia et singula indulta, privilegia, brevia, statuta, consuetudines, ordinaciones, constituciones et reformaciones dicte Communitatis per Rom. pontifices et eiusdem sedis Legatos, Gubernatores et officiales Marchie Terre predicte sub quacumque forma verborum concessa confirmare et approbare, aliasque eorum statui et indempnitatibus opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, ut ipsa Communitas et homines eum maiori constancia in fide et devocione nostra et predicte ecclesia persistant semper, huiusmodi supplicationibus inclinati Communitatem et homines predictos tam super predictis septingentis et ultra, quam omni alia pecuniarum summa, in qua Camere apostolice, postquam ut prefertur gravati fuerunt, usque in presentem diem obligati forsan reperiuntur, perpetuo quietamus et liberamus, ac septingentos et aliam summam huiusmodi de nostra mera liberalitate eis graciose remittimus et donamus, necnon omnia et singula indulta, privilegia, brevia eciam a nobis emanata, et precipue illud, per quod taxam ipsam ad mille trecentos florenus huiusmodi reduximus, ac statuta, ordinaciones, constituciones et reformaciones per Romanos pontifices ac Legatos,

Gubernatores et officiales eosdem prefatis Communitati et hominibus sub quacumque verborum forma concessa, illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur pro expressis hohendo, anctoritate apostolica tenore presentium et ex certa sciencia confirmamus, ratificamus et approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes tam facti quam iuris defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et insuper, ut ipsi Communitas et homines circa reparacionem dictorum murorum solicite intendere, ac alia eis incumbentia onera commodius perferre possint, eadem anctoritate statuimus et ordinamus, quod ipsi Communitas et homines de cetero perpetuis futuris temporibus prefate Camere pro eorum taxis mille trecentos dumtaxat florenos singulo anno solvere debeant, et ad maiorem solucionem minime teneantur, nec ad id eciam pretextu litterarum apostolicarum ac brevium et mandatorum non facientium plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de toto tenore presentium mencionem inviti compelli, nec super dictis septingentis ducatis aut alia pecuniarum summa huiusmodi per nos sibi, ut premittitur, remissis et donatis per Legatos, Gubernatores et officiales predictos, seu quoscumque alios directe vel indirecte seu quovis alio quesito colore quomodolibet molestari possint, Decernentes ex nunc omnes et singulos processus, sentencias, censuras et penas eciam pecuniarias, civiles et personales, quos et quas contra ipsos Communitatem et homines propter non solucionem maioris taxe mille trecentorum florenorum huiusmodi, ac eciam super septingentis ducatis et alia pecuniarum summa eis per nos, ut preiertur, remissis atque donatis per Legatos, Gubernatores seu officiales predictos et quoscumque alios forsan haberi vel promulgari, necnon totum et quicquid contra tenorem presentium a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attemptari, irrita et inania nulliusque roboris vel momenti. Preterea Venerabili fratri nostro Episcopo Camerinensi, et dilectis filiis Generali Silvestrinorum ac Prioris ecclesie sancti Venancii de Fabriano per apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi vel duo aut unus eorum per se, vel alium seu alios premissa omnia et singula, ubi et quando expedire viderint, solemniter publicantes, ac Communitati et hominibus predictis efficacis defensionis presidio assistentes, non permittant eos vel aliquem ipsorum contra tenorem presentium per Legatos, Gubernatores et officiales predictos seu quoscumque alios indebite molestari, sed faciant ipsos Communitatem et homines indultis, privilegiis, brevibus, statutis, ordinacionibus, consuetudinibus et reformacionibus pacifice frui, et illa firmiter et inviolabiliter observari, Contradictores auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, appellacione postposita, compescendo, Non obstantibus premissis ac constitucionibus et ordinacionibus apostolicis, necnon statutis municipalibus dicte provincie eciam iuramento, confirmacione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nr̃e quietacionis, liberacionis, remissionis, donacionis, confirmacionis, ratificacionis, approbacionis, communicionis, supplecionis, statuti, ordinacionis, constitucionis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, Nonis Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXXIV.

Archiepiscopus Ragusinus gubernator et commissarius exercitus Romanae ecclesiae constituitur.

Reg. Tom. XXX. fol. 80.

Calistus episcopus etc. Venerabili fratri Iacobo Archiepiscopo Ragusino, in nostro et Romane ecclesie exercitu Commissario et Gubernatori, salutem etc. Gerentes eius vices in terris, qui auctor pacis et amator est caritatis, licet ad singulorum Christifidelium pacem et quietem pastoris cura pervigili intendamus, ad illorum tamen statum prosperum et tranquillum propensiori studio aciem nostre mentis dirigamus, quo ex propinquitate periculi iactura et damnum statui nostro et ecclesie provenire posset. Sane cum nuper turbationis et iniquitatis filius Iacobus Picininus per loca nostris et eiusdem ecclesie terris finitima hostiliter vagetur, et integritatem pacis Italie perturbare meliatur: Nos, qui ad hoc potissimum nostras curas intentas habemus, ut pax nr̃is presertim temporibus vigeat et servetur, ac unquam sentientes ab eorum perniciosis ausibus oportunis remediis revocentur, misimus dilectum filium nobilem virum Comitem Iohannem de Vigintimiliis Marchionem Giratii, et et nostrum et ecclesie prefate generalem Capitaneum, ut motus gentium diligenter prospiciat, et iuxta suam prudentiam et peritiam rei militaris occurrentibus casibus provideat, ac temeritatem et audaciam eiusdem perturbatoris reprimat. Verum quia condignum esse existimamus, ut in ecclesie exercitu etiam ecclesiastica persona et prelatus prudens ac in agendis expertus presideat, sumentes de tua virtute et prudentia in magnis et arduis comprobatam fiduciam specialem, nec dubitantes, quod maturitate consilii plurimum proficere poteris, et assidua procurabis, que in corroborationem et tutelam nostri et eiusdem ecclesie status, et hostis confusionem redundare cognoveris, te in predicto exercitu Commissarium et Gubernatorem nostrum facimus, constituimus ac etiam deputamus, volentes, ut omnia et singula, que ad Gubernatoris et Commissarii officium pertinent, libere et licite exercere possis. Nos enim tibi una cum memorato Capita-

ueo generali quoscumque conductores ue caporales et armigeros tam equestres quam pedestres conuocandi, et uostro uomiue requirendi, hortandi, moneudi et uniendi, ac pro rerum exigencia consulendi, deliberandi, concludendi et exequendi, ac exequi faciendi, ac omnia et singula gerendi, precipiendi et exercendi, que pro statu nostro et prefate ecclesie, ac dicte pacis perturbatoris extirpatiouem videris expedire, non intendentes tamen per hoc potestati et iuri prefati generalis Capitanei in aliquo derogare, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, mandantes omnibus et singulis quarumcumque provinciarum, Civitatum, terrarum, Castrorum et locorum uobis et eidem ecclesie subiectorum Gubernatoribus, Potestatibus, ceterisque officialibus quocumque nomine censeantur, ut in hiis, que ad dicti exercitus expeditionem ac nrum et prelibate ecclesie statum spectant, tibi pareant et intendant, ac monitis tuis studeant efficaciter obedire. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLV. Id. Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXXV.

Nobilibus de Lupparis Bononiensibus conceditur, ut in suis possessionibus decem domos laboratorum aedificare possint, et earum incolae a quibusdam oneribus exempti sint.
Reg. Tom. IV. fol. 128.

Calistus episcopus etc. Dilectis filiis nobilibus viris Baldasari militi, necnon Marco, Iacobo, Iohanni, Philippo et Bartholomeo de Lupparis domicellis Bononiensibus, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut vestras iustas et honestas petitiones ad exauditionis gratiam admittamus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, quod vos in Comitatu Civitatis nostre Bononiensis quasdam possessiones, terras et prata partim in Medicine Bononiensis diocesis Castrorum Gardiis, in de la Quaderno et de la Centenara fluviorum ac aliis variis et diversis confinibus sitas habeatis, ex quibus propter fluviorum inundationes, quibus ob eorum furiosos impetus et decursus sine maxima et pene iutollerabili expensa obviari illisque provideri non posset, parva vobis resultat utilitas in vrum et convicinorum vrorum dampnum et detrimentum. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, vos possessiones, terras et prata huiusmodi cum fossatis, arziuis ac aliis variis expensis ad debitam culturam reducere, ac super illis aliquas domos pro massariis et laboratoribus ibidem tenendis edificari facere cupiatis et proponatis, quod in vestram et convicinorum buiusmodi utilitatem maximam Comitatusque predicti cedet; et quia propter hominum et loboratorum in illis partibus carentiam et penuriam non tantum silvestres et inculte possessiones et terre ad debitam culturam reduci, ymo nec culte laborari, coli seu preseverari commode valent: quare pro parte vra asserentium, quod tam in erigendis domibus, quam etiam in eorumdem fluviorum inundationibus prohibendis sumptibus et expensis adeo gravabimini, quod eisdem hominibus et laboratoribus de necessariis commode subvenire non poteritis, nobis fuit humiliter supplicatum, ut tam pro vestro et convicinorum huiusmodi bono et utilitate, quam etiam pro ornatu et amplificatione dicti Comitatus vobis edificandi aliquas domos super prefatis possessionibus et terris licentiam concedere, necnon pro vestrorum aliquali relevamine omnes et singulos laboratores et incolas, qui predictas domos pro tempore habitabunt, ab omnibus et singulis impositionibus, datiis macine, salis, vini, bladi ac angariis ordinariis et extraordinariis, realibus vel personalibus et mixtis, ac aliis omnibus gravaminibus, quibuscumque nominibus nuncupentur, tam in Civitate quam in Terris, Castris, villis et locis districtus et Comitatus huiusmodi, et tam per officiales Communis Bononiensis, quam per aliquos alios in vicis et terris eiusque Communis insidentes, seu alias per quoscumque apostolica vel Legatorum eius, aut alia quavis auctoritate impositis et pro tempore imponendis, a tempore, quo dicti laboratores et incole prefatas domos inhabitare ceperint, usque ad certum tempus eximere et liberare, ac eos immunes et liberos esse statuere et decernere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui cunctorum nobis et apostolice sedi devotorum commodum et utilitatem libenter procuramus, volentes vos, qui, (ut) fidedigna relatione didicimus, nobis et sancte Romane ecclesie fidelitate et affectione constantibus continue dediti fuistis, singulari prerogativa gaudere, vestris in hac parte supplicationibus inclinati, vobis edificandi seu edificari et construi faciendi decem domos laboratorum super eisdem possessionibus et terris plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium licentiam concedimus atque facultatem: et insuper omnes et singulos laboratores et incolas, qui prefatas domos inhabitabunt, a tempore, quo illas inhabitare ceperint, computandum usque ad decem annos tunc proxime secuturos, et deinde usque ad nostrum et dicte sedis beneplacitum ab omnibus et singulis impositionibus, datiis macine, salis, vini, bladi et aliis angariis et gravaminibus supradictis tam realibus quam personalibus, quocumque nomine nuncupentur, ac tam apostolica vel Legatorum eius quam alia quacumque auctoritate in Civitate, Terris, Castris, villis et locis districtus et Comitatus huiusmodi etiam per officiales et insidentes in illis pro tempore existentes impositis, et in futurum imponendis auctoritate prefata harum serie eximimus ac penitus et omnino liberamus, ipsosque laboratores et incolas decennio et beneplacito huiusmodi du-

rantibus e premissis omnibus et singulis exemptos et immunes esse volumus, statuimus atque decernimus, Non obstantibus constitutionibus, ordinationibus tam apostolicis quam Legatorum predictorum, necnon legibus Imperialibus et municipalibus, ac statutis, provisionibus et decretis Civitatis, Terrarum, Castrorum, villarum et locorum districtus ac Comitatus huiusmodi, etiam si de illis ac eorum totis tenoribus de verbo ad verbum presentibus habenda foret mentio specialis, quibus pro hac vice, illis alias in suo robore permansuris, quoad omnia et singula premissa specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nře concessionis, exemptionis, liberationis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, pridie Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXXVI.

Treugas ad sex menses inter Ursinos et comites Anguillariae pontifex prorogat. *Reg. Tom. VII. fol. 36.*

Calistus episcopus etc. Dilectis filiis nobilibus viris Neapolioni et fratribus et ceteris omnibus de Ursinis, nec non Everso Comiti de Anguillariis et eius filiis eorumque complicibus, salutem etc. Debitum pastoralis officii nobis licet immeritis disponente divina commissi exigit, ut ab universis nře vigilantie creditis, et presertim nobis et Romane ecclesie specialiter subditis iurgiorum litiumque auferre dispendia, et pacis ac quietis presidia ministare feliciter studeamus. Dudum siquidem cum inter vos ac in primordiis nostre assumptionis ex certis occasionibus per antiquum humani generis hostem suggestis nonnolla gravia odia et dissensiones suborta fuissent, nos tunc ad excludendam omnem inter vos facti viam, inter utramque partem indueias seu treugas ad sex proxime tunc venturos menses indiximus, que ab utraque parte fuerunt cum ea qua decuit devotione et obedientia acceptate et approbate, et deinde instante fine earumdem sex mensium inducias et treugas huiusmodi ad alios sex menses prorogavimus, ac dilectis filiis nostris Dominico tituli s. Crucis in Ierusalem, maiori penitentiario nostro, et Antonio tituli sancti Grisogoni presbiteris Cardinalibus quasecumque lites, causas et differentias tam civiles quam criminales inter vos quomodolibet existentes, et quas una pars contra aliam movere vellet, per viam iuris aut amicabilis compositionis, seu alias decidendi et terminandi facultatem concessimus, committentes eisdem quantum ad huiusmodi discordias sopiendas plenarie vices nostras. Et quoniam neque coram nobis, neque coram dictis Cardinalibus quisquam neque quicquam petiit lites ac differentias huiusmodi fuisse sopitas, at vos (sic) ob nřam maxime et apostolice sedis reverentiam, successive vero superioribus diebus, cum finis alterius semestris huiusmodi de proximo instare nosceretur, nos, qui animum ad maiora adiecimus, ad pacem Italie, ut quietiori animo rebus intestinis pacatis ad externa et maxime contra servientes in christianam religionem barbaras nationes vacare possimus, supra reliquas omnes curas nostras intenti treugas et inducias huiusmodi de venerabilium fratrum nřorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio et assenso ad tertium semestre per posteriores litteras nostras sub data quarto Nonas Aprilis, Pontificatus nři anno primo, prorogavimus, prout tam in ipsis quam in aliis nostris litteris et publicis instrumentis desuper confectis, quorum omnium et singulorum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Verum cum posterior prorogatio huiusmodi ad te, Everse Comes, fili dilecte, per medium dilecti filii nostri Petri tituli s. Marci presbiteri Cardinalis, per dilectum filium nobilem virum Gentilem de la Sala delata et tibi nostro nomine notificata fuisset, multum quidem preter spem et opinionem nostram illa, quam reliqua pars emologaverat et tertio acceptaverat, a te quodam modo contempta et minime acceptata dicitur extitisse. Cum igitur nos ipsius discordie non immemores, et eam tamen propter premissas causas, tum etiam propter debitum officii sedare cupientes, prefatis Dominico et Antonio Cardinalibus, quos partibus fore credimus gratos et neutri ipsarum suspectos, et alios in quantum opus sit partibus acceptos et non suspectos, desuper dare parati, tum oraculo vive vocis, tum ipsarum litterarum virtute dederimus in mandato, ut quaseumque lites et discordias huiusmodi etiam summarie et de plano sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, componere et terminare auctoritate nostra procurent. Nos suscepturi in maximam animi displicentiam, si qua pars vestrum nostris non paruerit illico mandatis cum effectu, nolentes, ut super hiis ulterius ad offensam procedatur, eamdem posteriorem prorogationem tenore presentium confirmantes et approbantes, de eorumdem fratrum consilio Nobilitatibus vřis presentium tenore sub viginti milium florenorum auri de Camera apostolice Camere applicandorum, et aliis in prioribus et posterioribus litteris premissis contentis, necnon anathematis et maledictionis eterne, ac sub omnibus et singulis penis in quibuscumque predecessorum nostrorum litteris contra turbantes pacem patrie et bella moventes, maxime Nicolai predecessoris nostri contentis, quas ipso facto districte precipiendo mandamus, quatenus posteriorem prorogationem nostram ac inducias et treugas huiusmodi, donec et quousque lis et differentia ipsa per eosdem duos, vel alios, si partibus ipsis libuerit, per nos deputandos Cardinales decisa et terminata, aut aliud

per nos desuper ordinatum fuerit, et usque ad sex in eadem posteriori prorogatione designatos menses, prout iuxta obligationes vestras et cuiusque vestrum infra priores sex menses observare tenebamini inviolabiliter, et sine ulla prorsus in alterutram partem per viam facti, aut alias quomodolibet irroganda iniuria vel offensa, et omni penitus audacia, indignatione et cavillatione cessante observare studeatis, et quilibet vestrum studeat, nec interea novitatis aliquid in alterutrum faciatis, aut aliquid quomodolibet attemptetis aut aliquis vr̄um attemptet: et nichilominus quintadecima die mensis Maii proxime venturi, quem terminum vobis perentorie duximus prefigendum, per vos aut nuntios seu procuratores vestros, ad hoc legitime constitutos, coram prefatis Cardinalibus cum omnibus et singulis monimentis et aliis iuribus vestris suscepturi super his ab eisdem, prestante domino, iustitie complementum comparere curetis, et unusquisque vr̄um curet mandatum ur̄um huiusmodi taliter impletum iri, ut nos devotionem et obedientiam vestram commendare merito valeamus. Nos enim omnibus et singulis baronibus, militibus, domicellis et aliis nobilibus, nec non Communitatibus, civibus et personis quibuscumque tam alme Urbis quam aliarum Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum quorumlibet nobis et Romane ecclesie immediate, vel mediate tam in provincia nr̄a Patrimonii beati Petri in Tuscia, quam alibi subiectorum harum serie sub decem milium florenorum similium Camere predicte applicandorum ac aliis penis prefatis, quas similiter eo ipso contrafacientes incurrant, districtius inhibemus, ne vobis aut alicui vestrum, si inobedientes fueritis vel altera pars fuerit, seu fautoribus, adherentibus et sequacibus vestris in premissis et circa, aut aliquo premissorum disiuncte vel indisiuncte prestent auxilium, consilium vel favorem, nec illis ex vobis, qui mandatis nostris huiusmodi non paruerint cum effectu, aut ipsorum complicibus et sequacibus, seu animalibus receptandis vel conservandis impendant receptum, transitum, commeatum vel subsidium aliquod, donec et quousque nostris predictis et ecclesie mandatis ad cor reversi paruerint, et de premissis satisfecerint, ac gratiam et conciliationem nostram meruerint obtinere, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac privilegiis, indultis et litteris apostolicis quibusvis ex vobis in genere vel in specie concessis, quorumcumque tenorum existant, ceterisque contrariis quibuscumque, Mandantes dilecto filio Michaeli de Prato procuratori fiscali, quatenus ad presentiam vestram Neapolionis et Eversi Comitis se conferat, et vobis et cuilibet vestrum indiciarum et treuguarum indictionem, et alia in litteris nostris contenta huiusmodi notificet, volentes, quod huiusmodi vobis duobus facta notificatio et intimatio quoscunque vobis adherentes et complices vestros perinde stringat et arctet, ac si in eorum propriis personis eis notificata et insinuata fuisset. Nulli ergo etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLVI. decimo tertio Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXXXVII.

Pontifex omnes concessiones quibuscumque communitatibus, baronibus etc. de regalibus, gabellis etc. camerae apost. factas revocat. *Reg. Tom. IX. fol. 165.*

Calistus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Cum inter ceteras Romani pontificis curas solicitas illa precipua esse debeat, que conservationem Regalium beati Petri, gabellarum et iurium quorumcumque Camere apostolice debitorum sine ulla diminutione respiciunt. Hinc est, quod nos ad apicem summi apostolatus licet immeriti divina favente clemencia evocati, qui pro conservatione universalis pacis Ytalie, quam dei gracia domatis, humiliatis et prostratis emulis et turbatoribus pacavimus et pacatam retinemus, necnon pro tutela christiane Religionis et fidei, et ut immani illius damnati Turchi furori in nomen christianum indefesse sevientis occurramus, eumque et alios infideles, prout in deo speramus, ad exaltationem fidei et Christi Redemptoris nostri gloriam et quietem populi christiani omnino perdamus, tam in classe maritima quam in exercitu terrestri, legatorum et nuntiorum ad diversas partes destinatione et aliis gravissimis, et ut putamus, plus quam aliquis predecessorum nostrorum gravatus fuerit, gravati fuimus et cotidie gravamur impensis, et cum damnis non modicis et interesse, ut de distractione vasorum, iocalium et aliorum bonorum ecclesie, et exhaustis redditibus patrimonii nostri et Romane ecclesie quam plurimum evacuatis, periculisque, laboribus et aliis angustiis fere incredibilibus taceamus, vestigiis Romanorum pontificum predecessorum nostrorum inherentes, qui privilegia quecumque sive indulta ex importunitate supplicantium interdum apostolica auctoritate in iurium predictorum diminutionem sub quibusvis verborum formis concessa revocare, et in pristinum statum de potestatis plenitudine reducere studuerunt, privilegia omnia, concessiones, gracias et indulta per nostras litteras apostolicas sub quacumque verborum forma hactenus concessas quibuscumque Baronibus, Communitatibus, Universitatibus ac personis singularibus Civitatum, Terrarum et locorum Romane ecclesie et nobis mediate et immediate subiectorum diminutionem, remissionem, donationem imperpetuum vel ad tempus Regalium, gabellarum sive iurium Romane ecclesie et Camere apostolice debitorum seu debendorum continentes, eas omnes litteras apostolicas, privilegia, concessiones, gracias et indulta a nobis seu apostolico sedis Legatis, Commissariis, officialibus aut aliis quacum-

que anctoritate fungentibus snb qnibusvis verborum formis et clausulis derogatoriis concessas, etiam si de ipsis specialis mentio et de verbo ad verbnm fienda esset, quorum tenores volumus bic haberi pro sufficienter expressis, barum serie auctoritate apostolica ex nostra certa scientia cassamus et irritamus, eas nollius fore roboris vel momenti decernimus et declaramns, reducentes ac reponentes Regalia, gabellas et iura omnia predicta in eodem statu et conditione, in quibus ante datam litterarum nostrarum graciarum seu concessionnm fuerant, mandantes nniversis et singulis provinciarum Rectoribus, Gubernatoribus, Thesaorariis ceterisque Civitatum, Terrarum et locorum predictorum Potestatibus, Capitaneis et officialibus, quatenus iura omnia predicta Camera apostolice debita et debenda a qnibuscumque Baronibus, Communitatibus, Universitatibus et personis singularibus absque nlla diminutione, remissione exigant et integre persolvi faciaot, et compellant iuris remediis, invocato, etiam si opus fuerit, ad hoc auxilio brachii secularis, litteris, concessionibus sen graciis nostris apostolicis soperinde concessis predictis et aliis in contrarium facientihus non obstaotibus quibuscumque, quibns volumus per presentes specialiter et nominatim derogari. Nulli ergo etc. nostre cassationis, irritationis, constitutienis, declarationis, reductionis, repositionis, mandati et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem Anno etc. Millesimo quadringentesimo qninquagesimo sexto, (pridie Nonas Iunii), Pontificatus nostri anno sexto.

CCCXXXVIII.

Ludovicus de Ludovisiis nuntius ad ducem Mediolani et Florentinos in causa ligae Neapoli antea initae mittitur. *Reg. Tom. IX. fol. 175.*

Calistus episcopus etc. Dilecto filio Magistro Ludovico de Ludovisiis Notario et Referendario nostro, ntriusque iuris doctori, ad dilectos filios nobiles viros Franciscum Sfortiam Vicecomitem Ducem Mediolani, ac Priores artium et Vexilliferum iusticie popoli et Communitatis Florentinorum nostro et apostolice sedis Nuntio, salutem etc. Etsi cunctorum Christifidelium pacem et unionem, que caritatis est vinculum, nostris presertim temporibus excolamus, Italia tameo, in qua dicta sedes ordinatione divina collata dinoscitur, pacem eo esse desiderabilius confovemus, quod maximis quamplurium precautissimorum virorum vigiliis et laboribus ad maximum fidei christiane preconium et relevamen, spiritu sancto cooperante, feliciter fuerit stabilita. Cum itaque, felicis recordationis Nicolao pape V. predecessore nostro adhuc in humanis agente, ioter carissimum in Christo filium nrum Alfousum Aragonum Regem Illustrem et dilectos filios oratores pro tempore potentatuum sive magistratuum Italie, qui Neapoli pro componenda pace et liga convenerant, nonnulle difficultates et differencie ad complementum premissorum tunc restassent, quibus non postpositis tam laudabili operi obex discordie parabatur, idem Rex velut Princeps catholicus, ne per se staret, quominus tam universale bonum succederet, hoc potissimum tempore, in quo ad subveniendum fidei christiane et infidelium nepharios ausus reprimendum unionem fidelium maxime oportunam cernebat, de omnibus at singulis differenciis prefatis eas ad arbitrium et iudicium predicti predecessoris libere remittendo commisit, prout hoc in publico iustrumento Serenitatis sue subscriptione et Regio sigillo munito, ac manu dilecti filii Arnaldi Fovoleda eiusdem Regis Prothonotarii et Secretarii subscripto planius continetur: cuius tenor sequitur et est talis.

In Christi nomine amen. Anno dñi MCCCCLV. die dominica XXVI. mensis Ianuarii, tercia Indictione, in Civitate Neapoli et in palatio Archiepiscopali dicte Civitatis constitutus serenissimus princeps invictissimus dominus, dominus Alfonsus dei gratia Rex Aragonum et Cicilie citra et ultra Farum, Valencie, Ierosolime, Ungarie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie ac eciam Comes Rossilionis et Seritania, cum pretenderet et pretendat per alias potencias de liga bodierna die paulo ante secum inita, cootracta et stipulata sibi debere fieri restitutienem ant satisfactiooem certorum booorum ablatorum quibusdam suis servitoribus, videlicet dñis de Corrigio de Passu supra Padum prope Castrum Brexelli, et Gerardo de Gambacurta et Antonio de Pissanio vigintisex milibus florenis auri de Camera, et propterea inter prefatum dñum Regem et oratores iofrascriptos in tractatu pacis et lige inter eosdem inite, contracte et firmate aliqualis fuerit altercatio et differencia, nec potuerunt invicem concordari, ne turbentur ant impedientur pax, quies et concordia totius Italie, cuius ipse dominus Rex semper fuit cupidus et amator, ac etiam apparatus et exercitus contra Turchum, christiani nominis publicum bostem et persecutorem, contra quem idem dñus Rex iotendit et proponit esse, quantum dominus iuvari dignabitur, asperrimus pugnator, de omni predicta differencia, restitutione ant satisfactione per predictas potencias fienda, et illius quantitate determinanda prefatus dñus Rex sponte et libere compromisit ad Sanctissimum dñum nostrum, dominum Nicolaum divina providencia papam V. et alias sibi remittit, ut huiusmodi differencia infra tres menses a die notificationis huiusmodi compromissi prefato Sanctissimo dño nostro fiende proxime secuturos componat, determinet et exeqni faciat cum effectu, prout sua Sanctitati melius et equius videbitur et placebit, habita tamen

prius relatione de iusta extimatione et valoro dictorum bonorum sua Sanctitati fienda, per duos pro huiusmodi informatione et axtimatione facienda deputandos, unum videlicet per dictum Sanctissimum dominum nostrum et alterum per prefatum dñum Regem, de eis videlicet bonis ablatis dictis Gerardo et Antonio, que constiterint esse illorum, quibus deputatis discordantibus per Reverendissimum in Christo patrem et dominum, dominum Dominicum tituli sancte Crucis in Ierusalem presbiterum Cardinalem Firmanum, maiorem Penitentiarium, apostolice sedis Legatum a latere, hiis presentem, ex tunc tercium assumptum, promittens et consentiens prefatus dominus Rex stare et parere arbitrio, compositioni, concordie et determinationi per eundem Sanctissimum dñm nostrum modo predicto fiende, et illam firmiter attendere et observare. Item promisit prefatus dominus Rex, quod tuno et eo casu, quo aliqua ex infra nominatis potenciis predictum arbitrium, compositionem, concordiam et determinationem attendere et observare, ac pro rata, ad quam per prefatum Sanctissimum dominum nrum declaratum foret eos esse obligatos et solvere debere, pro dicta satisfactione dare et solvere recusarent, ad instanciam et simplicem requisitionem per litteras aut breva Sanctissimi dñi nostri predicti contra homines et subditos non observantes, et pro rata sua satisfacere recusantes eorumque bona indicet et concedat represalias per omnes terras, Civitates, provincias, dominia et Regna prefato dño Regi subiecta usque ad integram solutionem portionis predicte non observantem tangentem. De quibus omnibus presenti dicto Reverendissimo domino Cardinale Legato, ac presentibus magnificis viris dominis Ieronimo Barbadieo, Zacharia Tervisino Milite et iuris utriusque doctore, ac Iohanne Mauro oratoribus Illustrissimi dominii Venetiarum, ac Reverendo in Christo patre domino Bartholomeo de Vicecomitibus Episcopo Novariensi, et magnifico domino Alberico Malleta utriusque iuris doctore et Milite, oratoribus Illustrissimi dñi Ducis Mediolani, magnificis insuper Bernardo Antonii de Medicis et Dietesalvio de Neronibus de Dietesalvis, oratoribus Excelse Communitatis Florentie, prefictus Serenissimus dñus Rex voluit et requisivit fieri presens publicum instrumentum manu sua signatum, et sigillo Maiestatis sue pendento sigillatum per me Arnoldum Fovoleda eius Prothonotarium et Secretarium, presentibus spectabilibus viris Reimundo Palavar et Cicho Antonio de Gondaciis legum doctoribus, Regis Consiliariis, testibus ad hoc vocatis specialiter et assumptis.

Cum itaque prefatu predecessore, sicut dño placuit, ex humanis vocato nobisque divina favente clemencia ad summi apostolatus apicem assumptis, memoratus Rex per dilectum filium Matheum Malferito legum doctorem, oratorem suum, de mense Octobris proxime preteriti de remissionis in predecessorem facte instrumento huiusmodi nobis noticiam dederit, executionemque per nos fieri postulaverit: Nos tunc attendentes, quante opportunitatis dicta in predecessorem Regis remissio fuerit ad pacem et ligam huiusmodi tunc complendam, ac ad earum conservationem esse imposterum possit, ac volentes, tunc quantum cum deo potuimus, ad executionem predictorum intendere, Venerabilem fratrem Iohannem Epum Mutinensem ed prefatos Ducem et Florentinos etiam Nuncium nostrum unacum Regio oratore predicto ad hoc destinavimus, sibi specialiter iniungentes, ut tam Ducem quam alios predictos, quatenus tam necessariam pacis frugem, quantum in eis erat, conservare et Regis prefati postulationi satisfacere pro viribus conarentur, ex parte nostra efficaciter hortaretur, et que Gerardi et Antonii predictorum bona essent ac eorundem bonorum verum precium et iustam extimationem et valorem nobis fideliter referre deberet, aliaque faceret et exequeretur, prout in nostris desuper confectis litteris sub data Rome apud Sanctum Petrum terciodecimo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno primo, plenius continetur. Idemque Episcopus unacum dicto oratore eisdem Duci et Prioribus prefatis premissa omnia in ea parte, ut in redita ad nos suo, plene exposuit et intimavit, eosque nostro nomine requisivit, quatenus in premissis providere et Regis requisitioni pro conservatione communis pacis et lige Ytalie, prout unum quemquam tangebat, deberent intendere, ut finis debito terminaretur. Ex parte vero tam Ducis quam Priorum eidem Episcopo responsum est, quod etsi remissio erat per Regem facta in Nicolaum predecessorem, ut premittitur, superveniente tamen eiusdem predecessoris obitu dicta remissio seu commissio penitus expirasset, nosque in eo decernendi iure eidem Nicolao minime successisse. Idemque Episcopus exinde mandatum nostrum huiusmodi aliter exequi minime potuit nec valebat, dictus vero Rex, qui alias dicte paci nunquam consensisset, cupiens fidem Serenitati sue constitutam debito observari, Ducis et Priorum allationibus huiusmodi minime acquiescens, dudum dilectum filium nobilem virum Iacobum militem de Perpigniano, novissime autem eundem Matheum Malferito suos oratores ad nos successive super hoc specialiter destinavit, et sa delusum conqueritur nobisque cum instancia supplicavit, quatenus pro bono pacis Ytalie in premissis providere omnimode curaremus. Nos igitur, ad quos licet alias tamen ex mutuo communique potentatuum eorumque oratorum predictorum, Legato apostolice sedis tunc presente, expresso consensu ac supplicatione pacis et lige huiusmodi conservatio et deffensio pertinet, omnique discordiarum principio viam precidere cupientes, ac non immerito confidentes, quod tam Dux quam Vexillifer iusticie et Priores pre-

dicti, qui pro tempore fuerint, postquam a nobis fuerint ad premissa denuo requisiti, ad ea exequenda prompto animo se debeant exhibere, que huius sancte pacis et unionis conservationem nutrire possent, dilectionem tuam, de cuius fide, integritate, litteratura et agendarum rerum experiencia plenam in domino fiduciam obtinemus, ad prefatos Ducem Mediolani et Florentinos nuntium nostrum duxerimus destinandum, tibi presentium serie committentes atque mandantes, quatenus vocatis, qui fuerint evocandi, summarie, simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, de bonis diligenter informes, illaque omnia, que videlicet Gerardi in Florentina, que vero Antonii predictorum in Mediolanensi Civitatibus aut aliis locis, terris et diocesibus, de quibus tibi magis visum fuerit, examines et cognoscas viis debitis et oportunis, An videlicet illa propria eorum esse constiterit, de quibus in instrumento preinserto fit mentio: et demum eorum honorum, consideratis illorum oneribus et circumstanciis universis, iuxta extimationem ac verum pretium et valorem nobis fideliter referas, omniaque et singula alia facias et exequeris, que ad huiusmodi rei complementum necessaria videris seu etiam oportuna, ut domino iuvante vero pacis auctore oportune huiusmodi differencias sopire valeamus, Contradictores quoscumque per ecusuram etc. Tu igitur munus hoc tibi iniunctum pro nostra et apostolice sedis reverencia ita diligenter studeas adimplere, ut merito apud nos et sedem predictam valeas commendari et consuete fidelitatis tue premium reportare. Datum Rome apud S. Mariam Maiorem Anno etc. MCCCCLVI., X. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCXXXIX.

Treugas biennales inter dños de Columna et de Comite pontifex indicit. *Reg. Tom. XI. fol. 73.*

Calistus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. In apostolice prebeminencia specula divina disponante clemencia constituti, atsi multis et arduis ad nostri apostolatus oraculum undique confluentibus negociis agitemur, tamen tunc ante omnia meus nostra gravissime lacessitur, cum intuemur proceres Romanos et alios nobis et Romana ecclesie specialiter subditos quasi in foribus alma Urbis constitutos, suis particularibus odiis insistentes, novitates inter se continuo machinari, non animadvertentes, quanti criminis sit statum Romane ecclesie pacificum et tranquillum eorum odiis, contentionibus et simultationibus perturbare, ac mentem quidem nostram aliis statum universalis ecclesie et fidei catholice concernentibus negociis occupatam ab huiusmodi sanctissimo contra Turcos opere, quantum in eis est, distrahere: unde nos licet aliis gravioribus rebus intenti, ad sedandas tamen etsi non totaliter, saltem ad tempus simultates huiusmodi, prout tenemur, interponere decrevimus officii nostri partes. Ne igitur contentiones et discordie, que inter dilectos filios nobiles viros Antonium principem Salernitanum et Odoardum Marsia ducem de Columna, eorumque fautores, adherentes, complices et sequaces ex una, Andream de Comite et eius germanos, ipsorumque fautores, adherentes, complices et sequaces ex alia partibus aliquandiu viguerunt, diutius enutrite aliquod scandalum generare possent, habito sepius super hiis cum Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus tractatu et deliberatione matura, tandem de eorum consilio pariter et assensu unam treugam biennalem, incipiendo a die date presentium, inter eos auctoritate apostolica et ex certa scientia harum seria indicimus, facimus et firmamus, districte precipientes eisdem, ac eorum adherentibus, fautoribus, complicibus et sequacibus, quatenus dicto durante biennio occasione simultatum, discordiarum et contentionum huiusmodi, aut aliarum quarumcunque iniuriarum sive litium inter eos vertentium dictam treugam nullatenus violare presumant, ita quod nulle prorsus lesiones, iniurie, iacture et dampna, predationes seu etiam occupationes terrarum, castrorum et locorum per vim, inedias vel proditiones aut spontaneas deditiones per se vel alium seu alios directe vel indirecte, aut quovis quesito colore fiant, sed nec occasione huiusmodi interim coram quibuscunque iudicibus ordinariis, delegatis vel subdelegatis ordinaria vel extraordinarie actiones quaslibet super premissis aut eorum occasione moveant, proponant, seu quovis modo agant vel experiantur, sub pena rebellionis et vigintiquinque milium florenorum auri de Camera apostolice Camere applicandorum, excommunicationis vero et interdicti sentenciam, a qua nonnisi a Romano Pontifice, preterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, hii, qui contrafecerint, incurrant eo ipso, quos nos nichilominus exnunc prout extunc, si contrafecerint, eiusdem excommunicationis et interdicti, eorumque loca ecclesiastico interdicto supponimus per presentes, Non obstantibus Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Per hoc autem prefatis principi et duci, et eorum fautoribus, adherentibus, complicibus et sequacibus, quominus super iniuriis, dampnis, controversiis, differenciis et litibus inter eos vertentibus coram arbitris et arbitratoribus, et amicabilibus compositoribus et communibus amicis ipsarum partium communi assensu eligendis tractare, proponere et respondere, concordare et componere valeant, ac etiam prefato duci, quominus dotem uxoris sue eidem promissam et debitam in totum vel partem tam coram arbitris, ut premittitur, vel etiam in iudicio coram quibuscunque iudi-

tibus competentibus libere petere et exigere possit a prefatis Andrea et eius germanis, non intendimus prohibere, sed ad huiusmodi tractatus ineundos eosdem paterna caritate et affectione hortamur, requirimus et monemus. Nulli ergo etc. nostre indictionis, firmationis, precepti, suppositionis, intentionis, hortationis, requisitionis et monitionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, XIV. Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCXL.

Cardinali legato classi pontificiae in Oriente praefecto, ut officium suum in aufugientes a praedicta classe etc. strenue exerceat. *Reg. Tom. XXV. fol. 170.*

Calistus episcopus etc. Dilecto filio Ludovico tituli sancti Laurentii in Damaso sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Aquilegensi, Camerario nostro et apostolice classis in partibus Orientalibus Legato, salutem etc. Etsi frequenter litteris nostris ac nunciis te hortati sumus, ac monnimus stricteque iniunximus, ut classem nostram et sedis apostolice, cui te Legatum prefecimus, integram conservare et manutenere studeas, neminique licentiam dares ab ipsa recedendi seu deserendi eam, ad cohibendumque et compescendum contradictores vel tibi non parentes plena a nobis sis potestate suffultus, credamusque pro hac re vigilem esse et solicitam tuam circumspectionem: tamen quia omnis cogitacio nra ex hac sancta amprisia pendet, efficimurque in dies ad eius prosecucionem ardenciores, nil denique aliud cogitamus, quam ut classem ipsam augeamus, corroboremus et fortificemus, visum nobis est te, quo magis ardorem nostrum intelligas, ea de re iterum hiis litteris admonere et strictius tibi mandare, eo maxime quod malorum satore operante nonnulli ex dicta classe nec deum nec homines verentes, post appositam manum ad aratrum retro respicientes, te et classem prefatam ac huiusmodi sancti operis felicem prosecutionem deserere velle dicuntur, in animarum suarum dampnacionem et nostre sancte amprisie dampnum et incommodum non mediocre. Nos itaque huiusmodi iniquorum perversitatibus, quantum possumus, obviare volentes, tenore presentium circumspectioni tue committimus et stricto mandamus, quatenus omnes et singulos tam patronos quam alios ecclesiasticos vel seculares, qui a te et classe nostra fugere, recedere seu alio ire aut contraire, non obedire tibi seu deserere voluerint, aut depredaturi seu furaturi fuerint seu quoquomodo occupaverint, abstulerint seu receperint bona, res, fustas seu quevis vasa maritima christianorum sub gracia nra et sedis apostolice existentium, seu aliter ceperint seu retinuerint vel ad hoc violenciam fecerint, cuiuscumque status, gradus, ordinis, condicionis aut dignitatis sint, absque ulla personarum aut dignitatum exceptione, etiam si nostri secundum carnem nepotes essent, quin imo etiam si pater noster esset, retineas, compescas, castiges, punias realiter et personaliter per amotionem officiorum, ablationem navigiorum, galearum, fustarum et aliorum lignorum, quibus preerunt, et aliis gravioribus penis, prout tibi faciendum videbitur, eos afficias, super quo tibi facultatem concedimus et omnimodam potestatem, Exhortantes circumspectionem tuam, ut diligenter inquiras, si qui sint tam perdita audacia, et tam impium facinus facere seu attemptare audeant sive attemptare ausi fuerint, eosque sic meritis penis afficias, ut eorum exemplo ceteri, ut tenentur, a similibus caveant et in amprisia ac ipsa classe persistant et tibi pareant, obediant et intendant. Nos vero quicquid in hiis per te factum et provisum fuerit, ex nunc harum serie ratificamus, approbamus et confirmamus. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, pridie Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCXLI.

Capitula super conducta salariae Spoleti, de Montefalco, Benagna etc. *Divers. Cameral. Tom. XXV. fol. 74.*

In nomine domini Amen. Anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo septimo, Indictione v., die vigesima octava mensis Novembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domni nostri, dñi Calisti divina providencia pape III. anno tercio.

Infrascripta sunt conventiones pacta et capitula facta, inita, firmata et conclusa inter Revmum patrem dominum Bartholomeum Regas, Sanctissimi dñi nostri pape Vicethesaurarium, agentem, stipulantem et recipientem vice et nomine apostolice Camere et Sanctissimi dñi nostri pape ex una, et providum virum Dominicum Antonii Iohannis de Magliano Sabinensis diocesis de et super conducta salarie Spoleti etc. presentem stipulantem et acceptantem ex altera partibus.

In primis, lo detto Dominico Antonio compra delo dicto Vicethesaurario la salaria de Spoleto, Trievi, Montefalco, Benagna, Ceritto, Montelione et ogni altri luoghi governi sotto li luoghi predicti per tempo et spatio di anni tre, cominciando a di XIIII. di Maio proximo da venire, con pacti, modi et condicioni infrascripti.

Item, che detto Dominico Antonio sia tenuto a tenere forniti i detti luoghi di sale per modo non abbiano mancanza alcuna, et sia tenuto tollere detto sale da dohanero de Roma tutta, che la quantita che sia de bisugno a detti luoghi et ciascuno dessi, et siano si forniti che non sia defecto o mancanza, altra mente sia tenuto a danni, spese et interesse che la Camera apostolica incorresse per

dicta cagione, et anco incorra la pana de cento fiorini de Camera ala Camera apostolica aplicarsi per ogni volta cha contrafacesse.

Item, che nulla persona de qualunque stato et condicione si sia possa o dehba far mettere, o vendere o far vendere in dieti luoghi et alcuni dessi alcuna quantita di sale se non dieto compratore. Et tutto lo sale che per dicto compratore se metera et vendera dova avere et levare dal dicto dohanero de Roma, et non daltra persona, ne daltro luogho, ala pena di fiorini cento doro di Camera per ciascuna soma et ciascona volta che contrafacesse. Et ogni piccola quantita si intenda somma, da qual pena per li dui tertii sia dela Camera apostolica, el altro terzo delo inventore de la fraude.

Item, che lo sale si portara di Roma in dieti luoghi per dicto compratore, et sui pasagii per tutti luoghi subiecti ala sancta chiesa libero senza pagare alcuna gahella, passagio o altra graveza.

Item, che sia licito a dicto compratore vendere dicto sale in dicti looghi secundo he usato, et per aquelo prezo che he constumato per li altri passati.

Item, che dicto compratore sia tenuto assignare la quantita di sale li si de bisogno in dicti luoghi ad dohaniero de Roma, et che dicto dohaniere sia tenuto tempo per tempo darle tutta la quantita sia de hisognio, et cosi dicto compratore levarla.

Item, che dicto Dominico Antonin compratore, o sui non possano vendere a persona alcuna quantita di sale in camino quando la portano, sanon enli luoghi a lui concessi. Et simile in dieti lnughi non possa vendere sala a forastiero, sinon perche la quantita li sia hisogno per suo uso et non piu altre, ala pena di cento fiorini de Camera per ciascuna volta che contrafacesse ala dicta Camera applicarsi.

Item, che lo dohaniere de Roma sia tenuto dare et assignare a dicto compratore sale buono recipiente et mercantile.

Item, che dicto Dominico Antonio compratore sia tenuto pagare a dicta Camera per ciascuno ruglio di sale, che lovara dela salaria de Campidoglio ala mesura che ali altri se vende carlini vintitre et mezo per ciascuno ruglio, con questo inteso che sia tenuto a dare sufficiente banco di pagare tutta cha la quantita di sale che dicto dohaniero livasse.

Item, che mesurato lo sala in Campidoglio per li dohanieri et assignato a dicti compratore o suo mandato, dicto dohaniere non sia tenuto piu oltra sinon di dar favore at ainto quanto possa contra ogni che fraude n inganno facesse di dicto sala contra dicto compratore.

Item, che lo dohaniere del sale di Campidoglio sia tenuto pagare la vectura di qui portara dicto sala di Campidoglio a porto di fiume, et poi pagare beverlo ali patroni de barchi e sandali, che portarano dicto sale de Roma al ponte de Magliano o Scivigliano, le quale spese devano defalcare dela detta sema, cioe de carlini XXIII. et meze et ogni altra spesa, che occorresse nelo dicto sala vada ad spesa delo dicto compratore.

Item, che ciascuno officiale da Roma et de ogni altro luoghi subdito a nro signore at sancta chiesia sia tenuto a dare aiuto, favore et consiglio a dicto compratore et suoi contra ogni persona che fraude commettesse in dicto sale, et contra li dehitori che non pagaseno, et farli somaria et expedita iustitia, et simile constringere mulatieri et casinghi, che recusaseno portare sale da luoghi e luoghn pagandoli dela loro dehita mercede.

Item, che si in dicti luoghi per alcuna rebellione o altra cagione o forza si perdessi alcuna quantita di sale senza culpa o mancamento di dicto compratore et da sui, che dicta quantita cosi perduta si dega refare dala dicta Camera.

Item, che dicto compratore sia tenuto pagare nela festa da la nativita di nostro signore Gesu Christo a la dicta Camera fiorini trecento doro de Camera, et lo resto de tutto lo sale cha pigliara, pagara in questo modo, cioe uno terzo dela dicta soma per tutto Frehraro proximo, uno terzo per tutto Magio, el altro terzo per tutto Octobre proximo da venire. Et simile mente simili pagamenti et con simili termini fara la secondo anno, et cosi poi lo terzo anno sequenta, che dura dicta conducta et compra.

Item, che la Camera sia tenuta a refare a dicto comprator quindeci ruglia de sale per ciascuno anno per ristoro del calo de sale senza pagamento alcuno.

Item, che sia licito a dicto compratore at suoi far cercare le case di coloro che aveseno sospecte di franda di sale, et fare punire cha trovaseno in frande, et chi recusase lasare cercare sia reputato como si avesse frandato.

Item, che tutti et singuli officiali de qualunque loco siano tenuti a fare lexecutioni dehite contra chi fraudasse et commettisse alcuna frauda o inganno, e contra dehitori secundo il tenore de presenti capitoli, at cha fusse negligenta o recusasse cagia esso facto in pena de fiorini cinquanta de Camera aplicarsi a dicta Camera, et arrifare danni, spese et interesse de dicto compratore.

Item, che mulatieri et casinghi che portaranne dicto sale siano liberi et securi, et a ogni represagia contra loro sera concessa cosi in andare come venire, at ogni officiale et persona provata cha contravenisse cagia in pena de fiorini XXV. di Camera ala Camera apostolica applicarsi, sinon lasano como li he intimato questo capitolo.

Item, che mulatieri o qoalunche altra persona di cha stato o condicione si sia non possa frandare

alcuna quantita di sale, o fare inganno o frande alcuna soto la pena di fiorini cento di Camera ala Camera apostolica applicarsi per ogni volta et per ogni minimu quantita di sale; la qual pena la terza parte sia dela Camera, la terza delo inventore et la terza delo officiale che fara la executione, et che li officiali siano tenuti a fare executione soto la pena che di sopra se contiene.

Item, che dicto compratore et suoi siano tenuti et obligati fare tutte che le cose debite et ragionevile che per li altri passati se usato et acostumato.

Pro quibus attendendis et observandis dicte partes hinc inde, videlicet dñus Vicethesaurarius Cameram apostolicam et omnia bona sua, et dictus dñus Antonius emptor se ipsum eiusque heredes, successores et bona omnia mobilia et immobilia presentia et futura solempniter obligarunt et ypotecarunt, et quilibet eorum obligavit et ypotecavit, promiseruntque dicte partes ac iurarunt dictus dominus emptor, tactis scriptis, contra premissa vel eorum aliquod nullo unquam tempore dicere, facere vel venire per se vel alium seu alios quovis quesito colore, sed ea omnia et singula attendere et inviolabiliter observare.

Facta, firmata et conclusa fuerunt dicta capitula Rome in Camera dicti dñi Bartholomei Regas Anno, Indictione, die, mense et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem Venerabilibus viris dñis Sulimano de Sulimanis, Iacobo de Muciarellis et Antonio de Forlivio, apostolice Camere Clericis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Expost dicta die honorabilis vir Iacobus Rodalphi de Moziis de Florentia, ut et tanquam socius et minister honorabilium virorum Petri et Iacobi de Paziis et sociorum de Romana Curia, ad preces prefati Dominici Antonii sponte ut principalis nomine suo proprio et societatis sue promisit mihi Gerardo Notario Camere apostolice presenti, et pro dicta Camera stipulanti et recipienti solvere id totum, in quo dictus Dominicus Antonius tenebitur vigore dictorum capitulorum Camere predicta, se ut supra sub penis Camere dictis nominibus submisit, renuntiavit, iuravit et obligavit in forma Rome in Camera apostolica, presentibus Venerabili fratri viro dño Solimnno Clerico Camere et Aloisio de Padua dobanerio Patrimonii, et pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis etc.

Et ego Gerardus etc.

CCCXLII.

Pius PP. II. Fabrianis privilegia confirmat et nonnullas remissiones concedit. *Reg. Tom. I. fol. 1.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus, Consilio et Universitati terre nostre Fabriani Camerinensis diocesis, salutem etc. Fidei puritas, et devocionis vestre sinceritas, quam erga nos et Romanam ecclesiam gerere comprobamini, merito nos inducunt, ut peticiones vestras, illas presertim, que status vestri quietem et prosperitatem respicere dinoscuntur, quantum cum deo possumus, ad exaudicionis graciam favorabiliter admittamus. Hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, omnia et singula privilegia, exempciones, immunitates, libertates, concessiones, indulta et gracias per Romanos pontifices predecessores nostros et sedem apostolicam vobis concessa, et litteras apostolicas desuper confectas, necnon omnia et singula iura municipalia, statuta videlicet, ordinaciones et reformaciones Universitatis vře, dummodo libertati ecclesiastice ac sacris non obvient institutis, auctoritate apostolica, quatenus servata sunt hactenus, tenore presentium ratificamus, approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, quod nullus, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis existat, contra privilegia, exempciones, immunitates, libertates, concessiones, indulta, gracias, iura, statuta, ordinaciones et reformaciones predicta aliquid statuere, immutare, decernere vel attemptare presumat, nisi in generali consilio dicte terre per duas partes hominum in eis pro tempore congregatorum id obtentum fuerit et conclusum, et per Superiorem confirmatum, eciam si contra premissa vel eorum aliquod hactenus fuerit attemptatum, sive contra mentem et voluntatem vřam aliquod immutatum, per quod vobis et Universitati vestre nolumus imposterum preiudicium aliquod generari. Et nichilominus, ut benevolencie nostre senciatis effectum, attendentes, quod dudum pro compescendis temerariis ausibus nonnullorum tunc Romane ecclesie hostium, qui Civitates, terras et loca eidem subiecta diripere et invadere ausu sacrilego satagebant, et ad presens propter adventum Iacobi Picinini, nonnullarum armigerarum gentium Capitanei, tam pro vestra quam ipsius terre tutela et conservacione, ut sub obediencia et fidelitate nřa et eiusdem ecclesie permaneat, nonnullas pecuniarum summas exposueritis, nos propterea vobis et Communitati predicte quadringentos et quadraginta, in quibus Camere apostolice pro talliis vřis obligati estis, ac ducentos alios ducatos pro murorum ipsius terre refectione, reparacione et conservacione vobis liberaliter remittimus et donamus, ac illos per Thesaurarium et officiales nostros de eisdem talliis vobis excomputari et defalcari volumus et mandamus, ita tamen quod summa ducentorum ducatorum predicta in refectionem, reparacionem et conservacionem murorum huiusmodi penitus convertatur, et quod de huiusmodi in prefatam reparacionem expensis ipsi Thesaurario integra ac vera racio reddatur, alioquin presens nřa donacio quo ad id nullius existat roboris vel momenti. Ceterum volumus et apostolica vobis aucto-

ritate concedimus liberam facultatem eligendi vobis personas idoneas in Potestatem, Cancellarium et alios forenses ipsius terre officiales, quorum confirmacionem et approbacionem nobis et successoribus nostris canonice intrantibus, necnon Legatis apostolicis, qui erunt pro tempore provincie nostre Marchie Anconitane, reservamus. Nulli ergo etc. nostrorum ratificacionis, approbacionis, confirmacionis, communicionis, statuti, remissionis, donacionis, mandati, voluntatis, concessionis et reservacionis infringere. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, III. Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXLIII.

Communitati Civitatis Castellanae privilegia pontifex confirmat. *Reg. Tom. I. fol. 314.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Communitati ac civibus nostre Civitatis Civitecastellane, sal. etc. Cognita devotionis vestre constancia, fideique integritas ac sincere devotionis affectus, quibus erga nos et Rom. ecclesiam plurimum commendamini, non immerito nos inducunt, ut peticionibus vestris, per quas vestro et eiusdem Civitatis statui et indemnitati consulitur, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus, et hiis, que propterea provide processisse comperimus, ut illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolici muniminis adiicimus firmitatem. Dudum siquidem, sicut nobis exponi fecistis, fel. recordacionis Martinus papa V. predecessor noster statui et commoditati vestre volens inter alia providere, quod vos et Universitas vestra ad maiorem solutionem, quam centum ducatorum auri pro collectis Camere apostolice per eiusdem gentes, aut officiales Romane ecclesie pro tempore existentes, vel quoscunque alios, ad quos huiusmodi collectarum exactio forsan imposterum pertineret, minime compelli, exigi vel gravari possetis, graciose concessit primo per quasdam, et deinde pie memorie Eugenius papa IIII. predecessor noster etiam per alias pro pacifico et tranquillo statu Civitatis eiusdem, ut vos nullo unquam tempore alicuius persone, Communis seu Universitatis regno aut dominio subici, aut eis in pheudum seu ad tempus etiam modicum, seu alio quocumque titulo dari vel alienari possetis, sed Civitatem predictam ad Romanam ecclesiam et canonice intrantes Romanos pontifices pleno iure spectare et pertinere, eidemque Romane ecclesie immediate subiectam fore decrevit, ac etiam declaravit, nec non vos incolas et habitatores dicte Terre tam ab excommunicacionis et aliis sentenciis, censuris et penis ecclesiasticis in vos latis et inflictis, quam ab excessibus, criminibus et delictis quibuscumque absolvit ac penitus liberavit; omnia quoque et singula privilegia vobis per prefatos Romanos pontifices, predecessores suos, concessa quoad focati solutionis et a salis receptionis exemptione, ac nulla castellani arcis seu Rocche de Potestatis dicte Terre officio intromissione, et a populi Romani temporali dominio et iurisdictione, quodque nullus civis et incola Romanus ad regimen prefate Civitatis, et ipsius arcis seu Rocche per suos officiales deputari possit, eis quoque ratione dicte Rocche aliquid solvere tenerentur, concessum fuerat, necnon statuta, laudabiles constitutiones, consuetudines, gabellas, victualia, pedagia et passus tunc de antiqua et approbata consuetudine hactenus observata approbavit et confirmavit, necnon ut cives et habitatores prefati in primis causis dumtaxat a quoquam quavis auctoritate extra dictam Civitatem inviti (non) trahi, nec a Potestatis iurisdictione amoveri possent, quodque idem Potestas in eadem Civitate pro uno dumtaxat officiali esset, ac unum notarium sufficientem et ydoneum, et duos familiares cum certo salario tunc expresso tenere deberet, ac eciam represalie et diffidationes tollerentur, per alias suas litteras concessit, statuit atque decrevit. Et successive bone mem. Nicolaus papa V., eciam predecessor noster, per alias suas litteras vobis et Communitati vestre concessit, quod extunc inantea perpetuis futuris temporibus aliquem providum et discretum virum de Civitatibus, Terris et locis eidem Romane ecclesie subiectis in vestrum possitis eligere Potestatem, ita tamen quod per trimestre, antequam tunc existens Potestas dicte Civitatis suo officio fungeretur, tres viros providos et discretos ex eisdem Civitatibus, Terris et locis dumtaxat eligere, et eorum nomina ad ipsum et successores suos, Romanos pontifices predictos, pro obtinenda unius eorum confirmatione et litteris apostolicis destinare, et specialem nuntium vestrum, quotiens tempus electionis et presentacionis earum ingrueret, obtinere teneremini: ac eciam statuit et inter cetera ordinavit, quod Potestas dicte Civitatis, qui pro tempore foret, contra tenorem statutorum Civitatis eiusdem cuiquam graciam et remissionem aliquam facere non posset, et si contrafaceret vel veniret, in vigintiquinque ducatis auri de suo salario defalcandis mulctaretur, et si conservatores Civitatis predicte gracie aut remissioni per Potestatem faciende huiusmodi consentirent, penam vigintiquinque librarum ipso facto incurrerent, id ipsum statuentes, si hoc per se ipsos attemptarent, et similiter, si remissionem huiusmodi faciendam aliqua persona Civitatis predicte in consilio vel congregatione proponeret: no postremo voluit, statuit et ordinavit, quod omnes et singuli eiusdem Civitatis Potestates pro tempore existentes, postquam suum complevissent officium, iuxta formam statutorum Civitatis eiusdem sindicari deberent, ita quod per aliquem superiorem ab huiusmodi sindicatu eximi ullo modo non possent, quodque si Potestas predictus a sin-

dicorum sentencia se gravatum assereret, per ipsum et Commune vestrum communiter eligi deberet vir sapiens partibus non suspectus, qui de huiusmodi gravamine vel sentencie iniquitate cognosceret, et si iuxta formam eorumdem statutorum sindicos ipsos rite processisse constaret, et contra Potestatem predictum equam tulissent sentenciam, ab ea per ipsum Potestatem provocari non posset; appellacionem quoque, quam inde forsitan promulgari contingeret, decrevit esse irritam et inanem nulliusque existere roboris, firmitatis vel momenti. Subsequenter vero recolende memorie Calistus papa III., etiam predecessor noster, per quasdam alias litteras predecessorum huiusmodi litteras omniaque alia et singula libertates, exemptiones, gracias et indulta tam per prefatos, quam alios quoscumque Romanos pontifices, eciam suos predecessores, concessa auctoritate apostolica et ex certa sua sciencia approbavit et confirmavit, adiiciens nihilominus supradictis, quod Civitas predicta perpetuis futuris temporibus sub Romani pontificis ipsiusque officialium protectione regi et gubernari deberet, nullusque alius officialis sive Rector etiam provincie nre Patrimonii beati Petri in Tuscia, a cuius dominio et iurisdictione eam omnino subtraxit et exemit, ne de eius gubernacione et regimine quoquomodo se intromittere valeret, prout in singulis litteris predictis plenius continetur. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra peticio continebat, vos pro litterarum et concessionum earumdem, necnon aliorum privilegiorum, libertatum et exemptionum vobis per alios predecessores nostros, Romanos pontifices, graciose concessorum subsistencia firmiori premissis omnibus et singulis eciam robur nre confirmacionis adiici, ac alias statui et quieti vestris salubriter provideri plurimum exoptetis: nos vestris in hac parte supplicacionibus inclinati, litteras predecessorum huiusmodi et in eis contenta, ac omnia alia et singula libertates, exemptiones, gracias et indulta, tam per prefatos, quam alios quoscumque Rom. pontifices predecessores nostros concessa, ac illa concernentia et inde secuta quecumque, prout hactenus servata sunt, et quorum omnium tenores ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, eisdem presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, pro firmiori illorum soliditate auctoritate apostolica et ex certa nostra sciencia tenore presentium ratificamus, approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, necnon apostolice ac perpetue firmitatis robur adiicimus, supplentes omnes et singulos defectus in genere vel in specie, si qui forsan intervenerint in eisdem, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre voluntatis, ratificationis, approbationis, confirmationis, communitionis, adiectionis et suppletionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLVIII. tercio Nonas Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXLIV.

Urbevetanis quaedam privilegia et remissiones pontifex concedit. *Reg. Tom. I. fol. 112.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Communitati et civibus Civitatis nostre Urbevetane, salutem etc. Etsi ad procurandum universis fidelibus pacis et honoris commoda sollicite cogitamus, ac ipsos in eis manutenendum solicitudinis nostre studium impendamus, circa illos tamen efficacius id efficere cupimus, qui nobis et Romane ecclesie in spiritualibus et temporalibus subesse noscuntur. Hinc est, quod nos dilectorum filiorum Iohannis de Bardano decretorum doctoris et Francisci Christofori iuris periti, civium et oratorum vestrorum, in hac parte supplicationibus inclinati omnia et singula eiusdem Civitatis statuta, ordinamenta, reformationes et iurisdictiones, nec non immunitates, libertates, exemptiones, concessiones, indulta, gratias et litteras apostolicas a Romanis pontificibus, predecessoribus nostris, sub quibusvis tenoribus aut verborum formis concessa, prout hactenus observata sunt, auctoritate apostolica tenore presentium ratificamus, confirmamus et approbamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, quecunque etiam maleficia, excessus, culpe atque delicta olim tempore felicis recordationis Calisti pape III., predecessoris nostri, per cives et incolas Civitatis eiusdem commissa et perpetrata, atque tam ex condempnationibus factis, quam faciendis cives et incole prefati quomodolibet tenerentur, condemnatis et bannitis in libris diete Communitatis notatis et descriptis, ac condempnationibus et penis capitalibus dumtaxat exceptis, pro pace et quiete civium et incolarum eorundem gratiose remittimus et relaxamus, ipsaque cassamus, cancellamus et annullamus, ac pro remissis et relaxatis, cassatis, cancellatis et annullatis, abolitis et infectis haberi volumus et mandamus. Et nichilominus pro salubri statu et gubernatione vestra et Civitatis eiusdem volumus, statuimus et ordinamus, quod Civitas ipsa per Gubernatorem et Potestatem distinctos et separatos, ut Gubernator et Potestas simul esse non possit, regatur et gubernetur: quod nullus officialis provincie Patrimonii vel Romane ecclesie de quibusvis maleficiis, criminibus et delictis per prefatos cives et incolas commissis et committendis se quomodolibet intromittere, cognoscere, inquirere vel procedere, nisi Gubernator, Potestas vel officiales Civitatis eiusdem, possit aut debeat, etiam concedimus per presentes: et insuper commodo et utilitate vestra paterna caritate intendentes, ac ratificantes et approbantes concessionem alias vobis et eidem Communitati per prefatum Calistum pre-

decessorem nostrum, ut per sex annos extunc imposterum sequentes omnes introytus dicte Communitatis alias pro manutentione pontium, fontium, riparum, murorum, stratarum et aliorum edificiorum ac operum publicorum impositos et ordinatos, et qui in similibus poni consueverunt, exponerentur, ipsamque concessionem ampliantes vobis, quod finitis sex annis huiusmodi eosdem introitus per quatuor alios annos postea sequentes in predictorum reparatione et manutentione exponere et convertere possitis et valeatis, plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem: necnon cupientes (providere) indempnitatibus et expensis, quas pro manutentione status eiusdem Civitatis continuo incurristis, et occurrere vos opertere asseretis, medietatem sexcentorum florenorum auri de Camera vel circa nobis et Camere apostolice tam occasione residui salis, quam subsidii vel alia quacunque causa debitorum liberaliter remittimus et donamus, decernentes prefatam medietatem dictorum sexcentorum florenorum per Thesaurarium provincie prefate, vel gentes Camere huiusmodi, aut officiales Romane ecclesie pro tempore existentes, ad quos predicte medietatis exactio forsan imposterum pertineret, minime exigi vel peti, et propterea vos et Communitatem prefatam compelli aut quomodolibet gravari posse vel debere, prefatamque medietatem de dicta summa sexcentorum vobis ut supra debitorum defalcamus, tollimus ac etiam removemus, Non obstantibus bullis, brevibus, litteris apostolicis, statutis et consuetudinibus ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. nostrorum confirmationis, approbationis, communitionis, remissionis, cassationis, annullationis, voluntatis, mandati, statuti, ordinis, concessionis, remissionis, donationis, decreti, defalcationis et remotionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLVIII. VI. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXLV.

Sutrinis diminuitur census annuus et quaedam privilegia etc. conceduntur. *Reg. Tom. I. fol. 8.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus et Communitati Civitatis nostre Sutrine, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, promeretur, ut petitionibus vestris, illis presertim, per quas vestre et Civitatis eiusdem statui et tranquillitati consulitur, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati vobis, qui, ut asseritis, propter epidemiam et alios sinistros eventus plurimum diminuti estis, et propterea ac premontem inopiam subsidium annuum, quod Romane ecclesie et Camere apostolice solvere tenemini, prout antea, cum Civitas ipsa pluribus civibus et incolis referta erat, solvere non sic potestis, ut pro duobus annis proxime secuturis centum ducatos dumtaxat et expost integrum subsidium solvere teneamini, de specialis dono gratie concedimus, et vos a solutione residui pro eisdem duobus annis harum serie absolvimus et penitus liberamus. Et ne occasione salis, quod a dicta Camera annis singulis capere debetis pro retroactis, quibus tantum septuaginta aut octuaginta vel circa rubra preterquam in anno Iubilei recepistis, et futuris temporibus ad ulteriorem summam compelli valeatis, vos pro tempore preterito ab omni summa per vos non recepta similiter absolventes et liberantes volumus, quod de cetero singulis annis septuaginta rubra salis et non plura pro Communitate vestra capere et illorum pretium solvere debeatis, ita quod ad ulteriorem seu maiorem quantitatem per officiales nostros et alios quoscunque nullatenus possitis astringi. Preterea litteras fel. recordationis Eugenii pape IIII. predecessoris nri, per quas vobis concessit, quod a nullo Rectore seu gubernatore provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia pro tempore existenti occasione visitationum, quas sponte aut aliqua inducti causa facerent, ad aliquam solutionem, a qua vos perpetuo liberavit, quovis modo imposterum cogi aut compelli possetis, prout in dictis litteris plenius continetur, necnon quecumque honesta eiusdem Civitatis vestre statuta, ordinationes et pedagii exigendi capitula iuxta consuetudinem diutius observatam, dummodo statuta et ordinationes huiusmodi et(?) libertati ecclesie non obvient aut sanctorum patrum institutis, prout hactenus servata sunt, auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, statuentes, quod Rector eiusdem provincie visitande vestram Civitatem predictam expensas concedentes tantum habeat, ut illis debeat esse contentus. Ceterum, ut scandalis atque dissidiis, que inter vos ac dilectos filios cives et Communitatem Civitatis nostre Nepesine pretextu certe silve Communtantie nuncupate, in territorio vro sito et ad eandem Cameram legitime pertinentis, possent verisimiliter evenire imposterum, occurratur, dilectis filiis Rectori et Thesaurarie provincie memorate presentium tenore committimus et mandamus, quatenus de eiusdem silve qualitatibus, situatione et pertinentiis ac aliis circumstantiis universis, que in premissis et circa ea fuerint attendende, sine strepitu et figura iudicii se diligenter informent, et si paci, statui et quieti vris expedire reppererint, quod factor sive negotiorum gestor ex civibus dicte Civitatis vestre assumi et deputari debeat, qui eandem silvam nomine dicte Camere ab exteris et aliis personis tueatur atque custodiat, nobis per suas litteras significare procurent, ut super hoc maturius deliberare possimus. Hortamur itaque vos ad nostram et sedis apostolice

fidelitatem et devotionem solitam, ut merito ad faciendum nobis maiora imposterum invitemur. Nulli ergo etc. nostrorum concessionis, absolutionis, liberationis, voluntatis, applicationis, confirmationis, communitionis, statuti, commissionis, mandati et hortationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Mariam Maiorem Anno etc. MCCCCLVIII. v. Idus Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXLVI.

Servientibus armorum pontificiis eorum numerus ad XX. limitatus confirmatur. *Reg. Tom. XLVII. fol. 18.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Universis nostris et sedis apostolice Servientibus armorum, salutem etc. Etsi cunctis Romane ecclesie officialibus, ne indebitis molestiis agitentur, ex iniuncto nobis officio apostolice servitutis assistere teneamur: tamen servientibus armorum, familiaribus nostris, qui nobis continuo grata familiaritatis obsequia impendunt, eo magis adesse, at sic salubriter providere nos convenit, quod eorum privilegia remotis litigiorum anfractibus firma perpetuo et illesa conserventur, quo ipsi servientes armorum exercentes eorum officium graviores labores substinent, et nequeuntes omnibus complacere odia plurimorum incurrunt. Dudum siquidem felicis record. Eugenio pape IIII. predecessori nr̄o pro parte servientium armorum dicti Eugenii predecessoris et Romane ecclesie tunc existentium exposito, quod tam ex ipsius Eugenii predecessoris et nonnullorum predecessorum nostrorum Romanorum pontificum, ac aliorum pro Romanis pontificibus se gerentium liberalitate, quam importuna plurimorum instancia adeo suo officio multiplicati erant, quod ipsi ex ipsius officii emolumentis, que tunc exigua fore asseruerunt, nullatenus sustentari poterant, quodque si huiusmodi officium ad numerum vicenum limitaretur et constitueretur, ipsi officium predictum debite peragere, ac eorum necessitatibus congrue posse providere sperarent, prefatus Eugenius predecessor ipsorum servientium armorum in ea parte supplicationibus inclinatus, officium prefatum sub predicto numero viceno auctoritate apostolica tenore quarumdam litterarum suarum limitavit, conclusit et terminavit: et quia tunc, sicuti acceperat, multitudo ipsorum servientium numerum prefatum plurimum excedebat, ipsis tunc armorum servientibus, quod nullum deinceps ad officium predictum etiam apud sedem apostolicam processum vel decessum, seu alias quoquomodo pro tempore vacans pretextu seu auctoritate quarumcunque apostolicarum, aut aliarum litterarum iam forsan concessarum vel in antea concedendarum, etiam si littere ipse motu proprio concesse forent, donec ad prefatum numerum reducti forent, recipere et admittere tenerentur, nec ad id a quoquam compelli possent aut valeant, eadem auctoritate concessit, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum autem, sicut accepimus, numerus servientium armorum sit ad presens vigintitrium, vosque timeatis ad importunam instantiam aliquorum imposterum super admissione ad huiusmodi officium molestari, et ad dictum numerum vicesimum devenire non posse: nos igitur vos et vestrum officium specialis favoris gratia prosequi volentes, ac statui et honori vestro consulere cupientes, motu proprio, non ad vestram vel alterius pro vobis nobis super hoc oblate peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate vobis, quod deinceps ad officium predictum per obitum vacans pretextu seu auctoritate quarumcunque apostolicarum aut aliarum litterarum iam forsan concessarum seu concedendarum, etiam si littere ipse motu simili concesse fuerint, donec ad prefatum numerum vicesimum per obitum ipsorum servientium armorum reducti fueritis, aliquem recipere vel admittere non teneamini, nec ad id a quoquam inviti compelli possitis aut valeatis, auctoritate apostolica concedimus per presentes. Et insuper, ne vos adversus presentem limitationem per quoscunque fatigari contingat, omnes et singulos processus, etiam quasvis excommunicationis, suspensionis aut interdicti sentencias seu censuras aut penas alias continentes, si quas forsan contra vos ob non receptionem seu admissionem huiusmodi quacunque auctoritate promulgari contigerit, exnunc eadem auctoritate apostolica cassamus et irritamus, nullinsque roboris existere decernimus, Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre concessionis, cassationis, irritationis et decreti infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLVIII. Nonis Octobris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXLVII.

Bononiensibus privilegia a Nicolao V. et quaedam alia a Pio II. concessa confirmantur. *Reg. Tom. I. fol. 265.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Regimini Universalis ecclesie disponente dño presidentes, prout nobis imminere conspicimus, circa fidelium quorumlibet, presertim nobis et Romane ecclesie devotorum statum salubriter dirigendum solerti cura invigilamus, necnon gracias, concessiones et ordinaciones tam per nos, quam predecessores nostros Romanos pontifices eisdem concessas libenter, cum a nobis petitur, ut inconcussa persistant, apostolico munimine roboramus. Dudum siquidem inter fal. recordationis Nicolaum papam V. predecessorem nr̄um et Romane ecclesie nomine, ac quosdam Nobiles viros Melchionem de Vizano militem, Gasparem de Arengherra legum doctorem, et Melchionem de Malvitiis cives Bononienses, tunc oratores ad prefatum predecessorem destinatos, nec

non sindicos, procuratores et nuncios speciales dilectorum filiorum Antianorum, Consulum et Vexilliferi iusticie populi et Communis Civitatis nostre, tunc sue Bononiensis, ut de prefatorum oratorum mandato et sindicatu legitime constabat publico et autentico documento seu instrumento, per consilium generale sexcentorum atque alia omnia consilia opportuna solemniter obtentum, et manu publica signatum et roboratum, que omnia in publicam formam eidem predecessori transmissa in regestris Camere apostolice remanserunt, quedam peticiones, capitula, ordinaciones, concessiones et pacta pro utilitate ac bono et salubri regimine dicte Civitatis ac Comitatus, territorii et districtus eiusdem de dicto mandato facta, inita, concessa et ordinata, et in publicam formam de mandato dicti predecessoris redacta fuerunt. Idem predecessor illa omnia et singula pro eorum subsistencia firmiori auctoritate apostolica, et ex certa sciencia per suas litteras sub data sexto Kalendas Septembris, Pontificatus sui anno primo, concessas confirmavit, et earumdem litterarum patrocinio communivit, prout in illis plenius continetur. Cum autem nuper dilecti filii Magister Vianesius de Albergatis, noster et apostolice sedis notarius, ac Nobiles viri Paulus dela Volta miles ac legum doctor, necnon Carolus de Blanchittis, cives Bononienses ac prefatorum Antianorum, Consulum et Vexilliferi iusticie oratores, ad nos destinati fuerint, ac nostro conspectui pro parte Antianorum, Consulum et Vexilliferi et ceterorum Regiminum, necnon Civitatis et Communis prefatorum obediencium et reverenciam deferentes sese personaliter exhibuerint, iidem oratores nobis humiliter supplicarunt, ut litteras, capitula et ordinaciones prelibati Nicolai predecessoris huiusmodi, ac omnia et singula in eis concessa, ac nonnulla alia indulta, concessiones et gracias eisdem Civitati et Communitati nuper per nos concessa confirmare et approbare de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati peticiones, capitula, ordinaciones, concessiones et pacta, necnon litteras Nicolai predecessoris huiusmodi, ac omnia et singula in illis concessa, necnon alia indulta, concessiones, gracias, privilegia, ordinaciones et capitula per nos nuper eisdem Civitati et Communitati concessa, et in quadam membrana descripta et per nos manu propria signata, in qua inter cetera voluimus et concessimus, quod sola signatura sufficeret absque alia desuper litterarum apostolicarum confectione, et que in regestris prefate Camere annotari fecimus diligenter, quorumque tenores ac si de verbo ad verbum presentibus inserentur haberi volumus pro expressis, auctoritate apostolica et ex nostra certa sciencia confirmamus et approbamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, Non obstantibus constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. nře voluntatis, confirmationis, approbationis, communitionis et suppletionis infringere. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, quintodecimo Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXLVIII.

Christophorus de Crispis constituitur revisor et commissarius omnium arcium et fortalitiorum Rom. ecclesiae subiectorum. Officior. Lib. I. fol. 69.

Pius episcopus etc. Dilecto filio Christoforo de Crispis de Cornato legum doctori, familiari nřo, ac omnium et singularum arcium, Rocharum et fortilitiorum omnium et singularum Civitatum, terrarum, Castrorum et locorum nobis et Romane ecclesie subiectorum Revisori et Commissario nře, salutem etc. De tua fida, providentia ac integritate ac in rebus agendis experientia fiduciam in dño capientes, et sperantes, quod ea, que tibi commiserimus, fideliter et cum exacta diligentia prosequeris, te Revisorem omnium et singularum Rocharum, arcium et fortilitiorum ad nos et ecclesiam Romanam pertinentium in quibusvis provinciis, Civitatibus, terris, locis consistentium auctoritate apostolica cum salario per nos vel apostolicam Cameram declarando, honoribusque et oneribus consuetis tenore presentium usque ad beneplacitum nostrum facimus, constituimus et etiam deputamus, tibique propterea transferendi ad omnes et singulas arces et fortelitia predicta, de quibus tibi videbitur expediens, Castellanos, Custodes et pagas, nec non dietarum arcium et fortilitiorum reparationes oportunas, municiones quoque victualium et omnium aliarum rerum oportunarum, et ad ipsarum et ipsorum preservationem et detansionem necessariarum revidendi, examinandi et perlustrandi, in illisque, de quibus tibi videbitur, pagas famulos superfluos ac alias inutiles tollendi, minuendi seu permutandi, et etiam ubi opus esset, plures pagas imponendi, seu poni et describi faciendi, reparationes arcium in locis oportunis conficiendi et monitiones deficientes emendi seu emi procurandi ac imponendi, munitionesque predictas nec non Castellanos et pagas repertas, mutatas, additas vel diminutas notandi, scribendi et inventariandi, omniaque alia et singula, que in predictis et quolibet eorum necessaria fuerint, seu alias quomodolibet oportuna, pro manutentione et defensione dictarum Rocharum exponendi, faciendi, gerendi, mandandi, precipiendi, disponendi, ordinandi et exequendi auctoritate predicta plenam et liberam facultatem, potestatem ac auctoritatem concedimus per presentes, Mandantes propterea tam omnibus et singulis Castellanis, Custodibus et guardianis arcium ac fortilitio-

rum predictorum, quam Thesaurariie nostris nbilibet constitutis, nec non omnibus et singulis nostris et Romane eeclesie predicte Commonitatibus, populis, Universitatibus, Capitaneis, armigeris, Rectoribus, Gubernatoribos, Potestatibus et Vicariis oliisqoe officialibns presentibus et futuris et cuilibet eorum, qnatenus qnotienscumqne reqoisiti fuerint seu eorum alter requisitus fuerit, Castellani te in Rochis, arcibus et fortilitiis predictis benigne recipiant ae introdncant et pertractent, tibique omnio et singula pro libito tue voluntatis demonstrent, ostendant ac declarent; Thesaurarii vero iuxta ordinationem tuam sumptus necessarios tam pro reparationibus, quam munitionibus et salariis Castellanorum et pagarum predictarum de pecuniis officiorum soorum sine contradictione facere teneantur, et de omnibus exponendis lucidum teneant compotum ae rationem; ceteri vero in predictis exequendis tuisqne aliis oecurrentibus omnibns possibilibus assistere debeant ae teneantur auxiliis, consiliis et favoribus oportunis, in quantum nostram et apostoliee eedis gratiam et benivolentiom sibi preservari desiderant. Tn autem predicta omnia et singula tam prudenter fideliter et diligenter exequi curabis, qnod apod noe valeas non immerito commendari. Volumns autem, quod anteqnam buiusmodi officium exercere incipias, de illo fideliter exercendo in manibus Venerabilis fratris nři Georgii Episcopi Lausanensis, Viceecamerarii nostri, in forma debita solitum prestare debeas iuramentum. Datum Rome apnd Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLVIII. X. Kalendas Novembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCXLIX.

Raynerius de Saracinis generalis constituitur provisor mansionum et victualium necessariorum in itinere pontificis ad dietam Mantuanam. *Reg. Tom. II. fol. 86.*

Pius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Raynerio de Saracinis de Senis Militi Iherosolimitano, familiari, nontio et Commissario nostro, salotem etc. Cum ex alma Urbe nostra de proximo recessuri gressus ad Civitatem Mantuanam, olterum ex locis celebrando diete per alias nostras litteras sub data tercio Idus Novembris proxime preteriti publicate, domino concedente, dirigere intendamus: ideirco te, de cuius fide, prudentia et industria in rebusque agendis experientia specialem in domiuo fiduciam obtinemns, sperantes, qood, ea qne tibi commiserimus, fideliter et com exacta diligeotia prosequeris, nuntiom et super mansionibus et victualibus oportunis in itinere provisorem, et generalem Commissarium nostrum auctoritate apostolica facimos, constituimns et etiam deputamus, tibiqne transferendi te ad omnia et singula loca, per que nos transire contigerit, ac dilectos filios nniversos et singulos Ducee, Principes, Marchiones, Comites, Barones et dominos, nec non Communitates, populos, Universitates et particulares personas quarumeumque Civitatum, terrarum et locorum unde sumus transituri adeundi, conveniendi et requirendi, qnod ob nostram et apostolice sedis roverentiam, subditis vero nostris et Romane ecclesie in virtute sancte obedientie et sub penis (in) contrafacientes et rebelles arbitrio nostro infligendis, tam pro nostra persona, quam Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus, prelatis, corthesanis et aliis personam nostram sequentibos et societatibus tam de ydoneis, babilibus et sofficientibus mansionibus, hospitiis et locationibus, quam de omni genere grascie victualiumque, et bladorum rerumqne aliorum oportunorum copia et habundantia debite providere velint, proot noverint oportunum, et eos nostro nomine duxeris requirendos, de pretiisque victualium, bladorum et rerum predictorom providendorum conveniendi, componendi et concordandi, subditis vero predictis imponendi, taxandi, mandandi et recipiendi, ac in predictis omnibus et singulis omnia et singula gerendi, agendi, ordinaudi, disponendi, mandondi et exeqnendi auctoritate et tenore predictis plenam et liberam concedimos facultatem, potestatem et auctoritatem, requirentes et exhortantes in domino prefatos omnes et singulos Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, dños, Communitates, populos, Universitates et personas, cuiuscumque status vel conditionis foerint, subditis vero nostris et Romane ecclesie districtius precipientes, quatenus ob nostram et apostolice sedis reverentiam in exeqnendis predictis tibi cunctis possibilibus assistere velint et debeant auxiliis, consiliis et favoribus oportunis. Tu qnoqoe te taliter in predictis gerere studeas et habere, quod tua devotio valeat apud (nos) merito commendari. Datum Rome apod Sanctum Petrum Anno MCCCCLVIII. V. Idus Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCL.

Treugas ad annum inter nobiles et alios cives Urbis et vicinarum provinciarum Romanae ecclesiae subiectarum pontifex indicit. *Reg. Tom. II. fol. 257.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Pacifici Regis tenentis in eelis imperium vices licet immeriti gerentes in terris ea, qne ad pacem popnlorum cedere dinoscontur, procurare debemus, et pront nobis ex olto permittitur, apostolice solicitudinis stadiis procuramns, et ut pax ipsa tractari possit faciliue et per cessationem offensarum dissidentiom animi amplius ad eoncordiam disponantur, vias et modos exquirimus, per qnos fructus optate pacis capere valeamus. Sone sicut notoriom existit, proximis superioribos temporibos inter dilectos filies nonnullos nobiles, domicellos et barones Romanos, eorumqoe filios, nepotes, affines,

consanguineos, subditos, vassallos, fautores, adherentes, sequaces, complices et colligatos, ac etiam Communitates, populos et Universitates, seu occasione pretensorum iurium et iurisdictionum quorumdam Castrorum et terrarum seu pretensar. iniuriarum et dempnorum illatorum, aut aliquorum quorumcumque confinium seu quibusvis causis et rationibus exorte fuerunt et sunt discordie, dissentiones et guerre, quibus tam eisdem nobilibus, domicellis, baronibus et sequacibus predictis, quam Romanis civibus, curialibus, forensibus, peregrinis et advenis, aliisque circumstantibus Civitatibus et populis dampna plurima, rerum dispendia et animarum pericula propter homicidia, cedes, percussiones, depredaciones, spoliaciones, furta, rapinas, incendia, edificiorum demoliciones et alia multiplicia perpetrata facinora manifeste subsecuta videntur, et licet nos aliquando discordias istas sedare, partesque ipsas ad pacis et unionis vinculum reducere satagerimus, tamen sive peccatis exigentibus, sive quod in hoc nr̄e assumptionis initio in audiendis diversorum Principum et Communitatum legacionibus, aliisque arduis peragendis fuerimus, prout etiam continuo sumus, intenti, tempus ad hoc sufficiens non habuerimus, dissentiones et scandala huiusmodi sedari minime potuerunt. Verum considerantes, quod impresenciarum ex hac alma discessuri sumus ad publicatam dietam in Civitate Mantuana pro orthodoxe fidei nr̄e, tociusque reipublice christianorum deffensione in declarato tempore celebrandam, consideramus, quantum nobis desuper conceditur, ipsam Urbem, universumque ecclesie tenimentum in pacis et quietis dulcedine relinquere, contrariaque paci et eorum causas totaliter extirpare, nobilesque, domicellos et barones predictos, inter quos fuerunt hactenus, seu etiam de presenti sunt alique discordie, ad pacem et unionem reducere, ceteros autem in eorum pacifico statu pacisque tranquillitate preservare, nulla nobis visa esse via facilior ad hoc nostrum desiderium executioni debite demandandum, quam nobilibus, domicellis et baronibus ipsis, et eorum sequacibus predictis specialem et generalem indicere quietem et pacem seu treugam, qua perdurante desiderate pacis tractatus et conventiones facilius componi poterunt, et per nos etiam quietius et libencius, ut desideramus, fine debito terminari. Quapropter de venerabilium fratrum nostrorum sancte Rom. ecclesie Cardinalium consilio pariter et assensu, auctoritate apostolica omnibus et singulis dicte alme Urbis, Patrimonii beati Petri in Tuscia, provinciarum nostrarum Campanie, Maritime, ducatus Spoletani, terrarum specialis commissionis ac terre Arnulphorum nobilibus, domicellis et baronibus, eorumque filiis, nepotibus, affinibus, consanguineis, subditis, vasallis, fautoribus, adherentibus, sequacibus, complicibus et colligatis cuiuscumque status, gradus, ordinis vel condicionis fuerint, etiamsi Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali et Episcopali, vel alia quevis prefulgeant dignitate, nec non Communitatibus et et populis sub eorum et cuiuslibet eorum regimine et gubernacione existentibus treugam specialem inter eos, inter quos guerra seu dissentio fuerit, ac inter omnes alios et singulos, et eosdem etiam quietem et pacem generalem, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra per unum annum integrum continuum, a data presentium computandum, et ultra ad nr̄um et sedis apostolice beneplacitum per et inter eos et quemlibet eorum inviolabiliter observandam auctoritate apostolica tenore presentium indicimus et mandamus: et nichilominus antedictis nobilibus, domicellis, baronibus, filiis, nepotibus, affinibus, consanguineis, subditis, vasallis, fautoribus, adherentibus, sequacibus, complicibus et colligatis, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existant, et quacumque, ut prefertur, dignitate prefulgeant, ac Communitatibus et populis predictis et cuilibet ipsorum, etiam illis, inter quos hactenus nulle discordie ingruerunt, ut eorum pax perpetuo maneat, in virtute sancte obediencie et sub interminacione divini iudicii, ac excommunicacionis et anathematis in singulares personas, et interdicti in populos et Communitates, ac perdicionis feudorum, Vicariatuum et aliorum officiorum, dignitatum et administracionum a Romana ecclesia, vel aliis inferioribus ecclesiis dependentium, nec non bonorum omnium mobilium et immobilium, rebellionis, inobediencie et criminis lese maiestatis, ac decem milium florenorum auri de Camera apostolice Camere nr̄e applicandorum penis et sentenciis, quas singuli contrafacientes, quociens contrafecerint, incurrere volumus ipso facto, quibus quidem sentenciis et censuris a nemine preterquam Romano pontifice et in mortis articulo constituti dumtaxat absolvi nequeant. Treugam et pacem huiusmodi specialiter et generaliter per nos eis indictam per dictum annum et ultra ad nr̄um et dicte sedis beneplacitum inviolabiliter observent, eamque vel eas nullatenus violent seu perturbent, neque unus alterum, vel alter alterum quavis racione, occasione vel causa in personis, castris, tenimentis, vasallis, subditis, animalibus, rebus et bonis quibuscumque quomodolibet dampnificare, aut aliquam iniuriam, molestiam, offensam vel impedimentum inferre, aut per alium vel alios directe vel indirecte quovis quesito colore inferri facere aut permittere quoquomodo audeant vel presumant, Treugis tamen inter quoscumque premissorum quacumque ex causa alias initis et indictis in suo firmo robore permansuris. Si quis autem ex eis ab altero eorum vel aliis aliquid sibi debitum fore quavis occasione vel iure, seu iniuriam vel offensam, spolium sibi illatum vel commissum, alias etiam post hanc indictam pa-

cem seu treugam, et has litteras publicatas fuisse et esse pretenderit, iudices et ordinarios commissarios nostros adeat plenariam ab eis iusticiam recepturus, scientes nos ad executionem penarum predictarum et etiam graviores, prout ipsis nobis videbitur, processuros, Non obstantibus quibuscumque privilegiis, indultis et litteris apostolicis nobilibus, domicellis, baronibus, subditis, sequacibus, civibus et Communitatibus predictis, aut alicui vel aliquibus eorum sub quibusvis formis et verborum expressionibus per nos et sedem apostolicam, aut alias quomodolibet concessis et interim forsan concedendis, quibus omnibus, in quantum effectui presentiam quomodolibet obviare vel retardare aut impedire possent, auctoritate et tenore predictis derogamus expresse, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostrorum indictionis, mandati, voluntatis et derogationis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLVIII. tercio Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLI.

Constitutio, ut officiales curiae et curiales in Urbe remanentes sua officia in absentia pontificis exercere debeant. *Reg Tom. II. fol. 264.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Meditatio cordis nostri assidua ad hoc summopere vigilat et intendit, ut tamquam pastor bonus, qui animam suam dat pro ovibus suis, iuxta ingruentium gregi dominice necessitatum qualitates ita salubriter omnia disponamus, ut presertim in hac rabida Turchorum audatia foris oportune rerum omnium ad tutelam christiani populi spectantium provisiones fiunt, et domi officiales ac reliqui curiales nostri, qui circa scabellum sedis apostolice continue conversantes nobis fideliter obsequi et obtemperare non desinunt, ac ceteri qui se pro suorum negotiorum promotione ad Romanam Curiam quotidie conferunt, propter quoscumque labores aut quamcumque peregrinationem nostram non patiantur ullatenus detrimentum. Sane postquam nos superioribus diebus pro habendo cum omnibus christianis Principibus communi colloquio, et tractatu super rebus ad communem salutem christiani populi pertinentibus, unam dietam in altero ex civitate Mantuana aut opido Utini indiximus, ipsosque principes ad alterum dictorum locorum ad Kalendas Iunii proxime venturas per nostras litteras convocavimus, quia opus esse videbamus ad excitandam ipsorum principum voluntatem, et ipsos ad iter statuto tempore provocandum iter nrum aliquantisper maturare, et plures menses in itinere consumare, cum videretur fore gravissimum curialibus nostris, et aliis se ad Romanam Curiam quotidie conferentibus tam diu in itinere manere, super translatione ipsius Curie cum Venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie Cardinalibus longos tractatus et consultationes habuimus, demum vero consulta deliberatione proviso, quod si prefata Curia in ipso nostro accessu nobiscum transferretur, propter crebras locorum mutationes negotiorum dicte Curie expeditio nimium retardaretur, ipsique curiales et alii ad eandem Curiam proficiscentes maximis sumptibus et incommodis afficerentur, quando neque in ipso motu officia eiusdem Curie per singula loca dicti itineris satis commode dirigi, neque curiales et alii predicti pro tam parvo tempore in singulis eisdem locis domos conducere, et alia ad victum necessaria sine nimia iactura preparare possent: hiis itaque et nostro (vita comite) festivo reditu diligenter animadversis, cum speremus totum id, quod in ipsa dieta gerendum est, principibus congregatis brevi tempore perfici posse, nosque statim rebus compositis intendamus ad almam Urbem et Romanam sedem, nisi aliud emerserit, remeare, de ipsorum fratrum consilio et assensu decrevimus prefatam Curiam in dicta Urbe dimittere, officialesque nros et dicte sedis, preterquam illos, sine quibus nos usque in itinere, nec in ipso dicto loco satis commode esse, et occurrentia negotia peragere possemus, eodem modo quo hactenus in nostra presentia egerunt, sua officia in ipsa Urbe et locis solitis exercere. Cum itaque nos, duce deo, post festum Epiphanie ad Civitatem Mantuanam predictam locum utique ad id nobis visum aptiorem et conventiorem iter arrepturi simus, ne dicte Curie ulla propter hoc mutatio fiat, de eorumdem fratrum consilio et assensu dilectis filiis Roderico sancti Nicolai in Carcere Tulliano diacono Cardinali, sancte Romane ecclesie Vicecancellario, aut eius loco Cancellariam eiusdem Romane ecclesie, nec non penitentiariam nostram pro tempore regentibus, ac audientie litterarum contradictarum et causarum palatii apostolici auditoribus, necnon abbreviatoribus, et presertim eidem Vicecancellario vel regenti in expeditione litterarum apostolicarum assistentibus, et ipsarum apostolicarum et dicte penitentiarie litterarum scriptoribus, advocatis consistorialibus, notariis, ac dicte audientie et causarum procuratoribus, reliquisque nostris et dicte Curie officialibus, quocumque nomine censeantur, tenore presentium districtius iniungimus, ut etiam post nostrum ab eadem Urbe recessum in eorum officiis cum solita decentia, et sine ulla differentia ut prius continuantes ea non minus, neque tepidius prosequantur et peragant, quam si nos in ipsa Urbe personaliter essemus, donec et quousque nos ad Urbem ipsam peracto negotio fidei revertamur, aut aliquid super (id) decreverimus ordinandum. Nos enim omnes et singulos, tam eos, qui nobiscum proficiscuntur, quam eos, qui interim in dicta Urbe iuxta mandatum nostrum huiusmodi moram traxerint, tam in assecutione bene-

ficiorum vigore gratiarum expectativarum eis per nos pro tempore concessarum, aut alias facienda(?) quam omnibus et singulis prerogativis, immunitatibus, libertatibus, privilegiis et gratiis, quibus presentes in Curia tam officiales dicte Curie et alii in ea commorantes ex decretis, indultis, declarationibus, constitutionibus et litteris apostolicis quomodolibet potiri et gaudere consueverunt, ut veros curiales dicte Curie et in ea presentes potiri et gaudere debere, auctoritate apostolica de eorumdem fratrum consilio tenore presentium decernimus pariter et declaramus, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostrorum immutationis, decreti et declarationis infringere. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLVIII. Kalendis Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLII.

Ioannes de Martiis ad parandam viam in itinere pontificis usque Perusium commissarius constituitur.
Reg. Tom. II. fol. 296.

Pius episcopus etc. Dilecto filio Iohanni de Martiis de Castello familiari nostro continuo commensali, salutem etc. De tua prudencia, vigilancia, solicitudine et cura plene confidentes, ac sperantes, quod ea, que tibi commiserimus, diligenter et fideliter exequeris, harum seriem te Commissarium nostrum facimus, creamus et constituimus: commissionis vero huius exercitium et operas volumus esse, ut statim proficiscaris per totum iter, quod tenere habemus euntes ad Civitatem nostram Perusinam, ad quam pauculis post diebus intendimus ire, et vias, stratas, ripas, passus, pontes, loca quelibet, hospicia, tecta, domos et alia quecumque in dicto itinere necessaria et expedientia instaurari, adaptari, sterni, construi, tegi facias et procures cum effectu, ut totum iter sit mite et salutiferum, nec aliquod impedimentum aut molestiam itinerantibus afferat, dantes tibi circa id omnem potestatem, arbitrium, facultatem, ut mandare et precipere possis, quicquid tibi circa id libuerit, omnibus hominibus incolis, rusticis, civibus, populis, dominis, Baronibus, Communitatibus et aliis gentibus, ac etiam armigeris conductoribus, militibus, stipendiariis et omnibus, quos per dictum iter aut ubicumque in nostra iurisdictione reperies, Mandantes supradictis omnibus et singulis, quibus has nostras ostendes, quatenus sub nostre indignacionis incursu tibi obediant et pareant in omnibus et singulis, quos etiam volumus, ut si non fuerint obedientes, possis arbitratu tuo punire, mulctare, condempnare, incarcerare, et alia omnia et singula facere, dicere et exercere ac expedire, que tibi videbuntur circa huiusmodi viarum et itinerum reparacionem, instauracionem et adaptacionem hospiciorumque, tectorum et domorum reparacionem. Tu vero ita diligenter et prudenter et accurate te geras et exerceas circa hanc commissionem, ut a nobis possis merito commendari. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLVIII. tercio Nonas Ianuarii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLIII.

Epus Cisterciensis et Solimanus de Solimanis provisores victualium etc. in civitate Mantuana pontifex constituit.
Reg. Tom. II. fol. 372.

Pius episcopus etc. Venerabili fratri Iacobo Episcopo Cisterciensi, et dilecto filio Sulimano de Sulimanis apostolice Camere clerico, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem ad nos et sedem apostolicam habere dinoscimini, nec non grata obsequia, que nobis hactenus predecessoribusque nris impendistis, et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, promeretur, ut ea vobis committamus, per que nostris et apostolice sedi incumbentibus negociis oportunis subveniatur. Hinc est, quod nos de huiusmodi personarum vestrarum industria, ac in rebus agendis experiencia, aliisque virtutum donis, quibus vos Altissimus insignivit, plenam in domino fiduciam specialem habentes, ac sperantes, quod ea, que prudencie vestre committenda duxerimus, ad honorem nostrum nostreque universalis Romane ecclesie fructum et utilitatem prodenter et fideliter exequemini. Cum itaque nuper pro defensione catholice fidei ex alma Urbe nra discessuri simus, iterque nostrum versus Civitatem Mantuanam ad celebrandam ibidem constitutam et publicatam dietam dirigere intendamus, necessariumque sit ad omnium tam nostrum quam Regum, Principum et dominiorum temporalium, curialium et aliorum, qui Rom. curiam sequuntur, commodam et utilitatem providere, in eaque Civitate tam in domibus, mansionibus, victualibus, taxis et pretiis eorum, quam aliis necessariis aliquam oportunam facere provisionem: idcirco vobis, quos ad predicta pre ceteris magis habiles credimus et ydoneos, eligendos superque hiis preparandis et ordinandis duximus premittendos, vobis igitur transferendi vos ad Civitatem predictam, dilectumque filium nobilem virum Ludovicum de Gonzaga Marchionem conveniendi, superque domibus et mansionibus, nec non frumentis, bladis, vino, stramine et aliis quibuscumque rebus ad usum et commoditatem venientium pertinentibus tractandi, ac cum eodem iuxta formam et tenorem capitulorum inter nos et ipsum Marchionem initorum in predictis providendi, et alia omnia et singula, que in predictis necessaria videbuntur quomodolibet et oportuna, faciendi, gerendi, ordinandi, disponendi et exequendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, potestatem et auctoritatem. Datum Rome apud Sanctum Petrum

Anno etc. MCCCCLVIII. quintodecimo Kal. Februarii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLIV.

Gubernatori Perusii, ut se informet de statu artis Bambachariorum, et si constiterit de requisitis per statutum municipale, eam artem inter maiores in dicta civitate iubeat connumerari. *Reg. Tom. XXXIV. fol. 279.*

Pius episcopus etc. Venerabili fratri Bartholomeo Episcopo Cornetano, Civitatis nostre Perusine gubernatori, salutem etc. Sincere devotionis affectus, quem dilecti filii Universitas artium artis Bambachariorum Civitatis nostre Perusine ad nos et Romanam gerunt ecclesiam, promeretur, ut petitiones eorum, illas presertim, per quas dicte artis decori et commodo consulitur, ad exauditionis gratiam, quantum cum deo possumus, favorabiliter admittamus. Sane pro parte dicte Universitatis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet ars ipsa Bambachariorum in Civitate predicta ampla et artificibus referta sit, tamen dicta ars in eadem Civitate, in qua maiorum seu grossarum et minorum seu minutarum artium distinctio ab antiquo facta esse dinoscitur, inter artes minores seu minutas huiusmodi computatur. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, quelibet ex huiusmodi maioribus seu grossis artibus iuxta formam statutorum Civitatis predicte saltem sexaginta homines illius artifices in certa matricula seu libro descriptos, quorum triginta, videlicet sex pro qualibet ex quinque portis ipsius Civitatis, aut saltem viginti, hoc est quatuor pro qualibet ex eisdem portis, habiles et ydonei sint, ut ad officium Prioratus ipsius Civitatis assumi possint, et preter predictos unum alium bonum virum nuncupatum, qui in sacculo officiorum reficiendo adesse possit, habere debeant; necnon ipsa ars propter eius amplitudinem copioso ac ad id sufficienti artium numero etiam ad premissa habilium et ydoneorum referta, et in ipsa Civitate in bona reputatione existat: pro parte dicte Universitatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut artem ipsam ad huiusmodi maioritatis gradum et honorem attollere, et inter maiores seu grossas tam quoad potiundum officiis et muneribus Civitatis predicte, quam alias in omnibus et per omnia haberi et connumerari mandare de benignitate apostolica dignaremur. Nos, qui eandem Civitatem ut iocale Romane ecclesie precarissimum reputamus, et in visceribus caritatis amplectimur, et pro decoratione membrorum eiusdem ipsam quoque Civitatem decorare credimus, de premissis certam notitiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati fraternitati tue, de qua in hiis et aliis specialem in domino fiduciam obtinemus, per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus de premissis omnibus et singulis, ac eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligenter informes, et si per informationem huiusmodi tibi de predictis, et quod in ipsa arte Bambachariorum sint persone sufficientes ac digne, sicut statutorum ordo requirit, legitime constiterit, auctoritate nostra statuas et ordines, quod ars Bambachariorum prefata inter alias maiores seu grossas artes Civitatis predicte de cetero perpetuis futuris temporibus tam quoad honoris officia ac munera publica et privata, quam alias in omnibus et per omnia in ipsa Civitate censeri, haberi et reputari debeat, sicut reliqui de huiusmodi grossis et maioribus artibus, ita quod de cetero illi, qui in ipsa arte matriculati et alias iuxta formam statutorum predictorum ad hoc ydonei reperti fuerint, ad Prioratus et alia officia Civitatis predicte, prout reliqui de huiusmodi grossis seu maioribus artibus, in omnibus et per omnia recipi et assumi, ac illi fungi et potiri possint ac debeant. Nos enim, si statutum et ordinationem huiusmodi per te vigore presentium fieri contingat, ut prefertur, dilectis filiis Prioribus dicte Civitatis et aliis, ad quos pertinet, harum serie litterarum mandamus, ut artem ipsam inter maiores seu grossiores huiusmodi iuxta voluntatis, statuti et ordinationis huiusmodi tenorem describi faciant et annotari, Non obstantibus concessionibus et indultis Civitatis predicte iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscunque. Datum Perusii Anno etc. Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, xv. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLV.

Octavianus Pontanus constituitur commissarius ad concordiam faciendam inter regem Neapolis, comitem Urbini et Sigismundum de Malatestis. *Reg. Tom. V. fol. 39.*

Pius episcopus etc. Dilecto filio Octaviano Pontano utriusque iuris doctori et apostolice sedis Subdiacono, salutem etc. Preclara fidelitas et sincera devotio in multis arduis comprobate, ac alie virtutes, quibus largitor illarum dominus personam tuam multipliciter insignivit, spem nobis pollicentur indubiam, quod ea, que tibi commiserimus peragenda, fideliter et utiliter exequeris. Cum itaque Carissimus in Christo filius Ferdinandus de Aragonia Sicilie citra Farum Rex illustris, dilectique filii Fredericus Urbini Comes ex una et Sigismundus Pandulfus de Malatestis Ariminensis ex alia partibus pro se eorumque subditis, stipendiis, sociis, adherentibus, complicibus et sequacibus de cunctis eorum bellis, guerris, causis, controversiis, questionibus et differentiis ad finem inter se pacis et concordie ineunde in nobis per suos legitimos procuratores et oratores generale fecerint compromissum; nos quoque partium predictarum et ipsarum pacis et quietis zelatores mandaverimus ante omnia, quod hinc inde inter se omnes offense interim quo compromissum huiusmodi duraret, tolle-

rentur: nichilominus ut premissa debitam recipiant executionem, te, de cuius industria, prudentia et diligentia plurimum confidimus, super hiis Nuntium et Commissarium nrum deputandum duximus ac tenore presentium deputamus, tibique transferendi ad omnes Civitates, terras et loca, ad quas et que cognoveris propter hanc causam expedire, presertim in terris et locis prefati Sigismundi Pandulfi, et in quibus dilectus filius nobilis vir Comes Iacobus Picininus conductor armorum nomine dicti Regis Sicilie et adherentium eius bellum intulit, et seu in quibus ipse cum sua comitativa est et residet de presenti, atque tam ipsum Sigismundum Pandulphum quam ipsos Regem, Fridericum et Iacobum Picininum, eorumque et cuiuslibet ipsorum oratores, procuratores, socios, armigeros, adherentes, complices et sequaces nostro nomine requirendi, et eis sub penis in compromisso contentis precipiendi atque mandandi, quod omnino et incontinenter sine aliqua cunctatione tollere debeant inter se quascumque offensiones, neque durante dicto compromisso quomodolibet una pars alteram et altera alteram offendere, vel altera alteri per se vel alium seu alios aliquam iniuriam, dampnum, lesionem, offensam vel impedimentum in personis vel bonis quomodolibet inferre debeat, alioquin ipso facto intelligatur incidisse penas in dicto compromisso contentas, etiam si de ipsis adherentibus in compromisso nulla nominatim esse reperiatur facta expressio, preterea nostro Romaneque ecclesie et Camere apostolice nominibus possessionem actualem, realem et corporalem nonnullarum terrarum, Castrorum, locorum, Rocharum et fortilitiorum in dictis partibus constitutorum per dictas partes, vel alteram earum nobis bonis causis et respectibus consignandorum intrandi, capiendi et nanciscendi, omnesque et singulos terrarum, Castrorum et locorum predictorum et cuiuslibet ipsorum homines et personas utriusque sexus nominibus predictis ad fidelitatem, devotionem, reverentiam et obedientiam nostram et sancte Romane ecclesie retinendi et disponendi, ac quecumque iuramenta oportuna super fidelitate et obedientia predictis ab eisdem et quolibet eorum recipiendi, necnon Gubernatores in terris, Castris et locis, et Rochis et fortilitiis Castellanos et alios oportunos officiales ad regimen, gubernationem et custodiam terrarum Castrorum, locorum, arcium et fortilitiorum predictorum ydoneos ponendi et deputandi, omniaque alia et singula in predictis agendi, gerendi, disponendi, ordinandi et exequendi, que tibi necessaria videbuntur vel alias quomodolibet oportuna, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, potestatem et auctoritatem. Tu vero ita prudenter et diligenter te in predictis gerere studeas et habere, quod apud nos tua devotio valeat merito commendari.

Datum Mantue Anno etc. MCCCCLVIII. XVI. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLVI.

Tuscanensibus conceditur exemptio a solutione alicuius gabellae herbatici pro animalibus extra eorum tenimenta. *Reg. Tom. XII. fol. 226.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis universis civibus et incolis Civitatis nostre Tuscanensis, salutem etc. Fidei puritas et devotionis vestre sinceritas, quam erga nos et Romanam geritis ecclesiam, merito nos inducunt, ut peticiones vestras, illas presertim, que statum, commodum et utilitatem vestram respicere dinoscuntur, quantum cum deo possumus, ad exauditionis graciam admittamus. Sane nobis nuper exponi fecistis opportuisse vos dudum, opporteatque continuo, pro vestris pascuandis animalibus herbam, spicas et glandes in alienis emere territoriis, propterea quod Civitatis nostre tenimentum pro maiori parte singulis annis in utilitatem Camere apostolice pro dobana pecudum provincie Patrimonii recipitur, et per affidatorum animalia depascitur in vrum non modicum dampnum, incommodum et iacturam, supplicando, ut opportunitatibus vestris in premissis de benignitate apostolica providere dignaremur. Nos igitur, ut vos commodius sustentare dictasque incommoditates habilius sustinere possitis, vos omnes et singulos cives et incolas Civitatis nostre predicte pro vestris dumtaxat cuiuscumque generis animalibus extrahendis, sive intra limites dohanarum pecudum provincie Patrimonii et alme Urbis, sive extra eos limites ad quecumque loca, partes et territoria vos ea conducere et pascuare contingat, deinceps in perpetuum a solucione cuiuscumque dohane, fide tracte vel exitus, aut cuiusvis alterius oneris et exactionis respectu dictorum vestrorum animalium cuiuscumque fuerint generis, auctoritate apostolica tenore presentium penitus et omnino eximimus et totaliter liberamus. Et insuper vobis uberiorem graciam facientes, ut omni tempore sine licencia dohaneriorum et cuiuscumque alterius pro dictis vestris animalibus herbam, spicas et glandes emere valeatis a quibuscumque hominibus et personis, Communibus et Universitatibus in quibuscumque locis, partibus et territoriis, extra tamen limites et terminos fluminis Minionis, Fossati piscie, menium Civitatis Montisflasconis et fluminis Tiberis per directum versus Viterbium, illis autem annis dumtaxat exceptis, quibus per se Camera circa dobanam Urbis industriam facere vellet, etiam quod emere possitis herbam, spicas et glandes, que sunt et in futurum erunt in territoriis dilectorum filiorum nobilium virorum Angeli de Farnesio et fratrum, et eorum successorum sine cuiuscumque licencia cum immunitate exemptionis predicte, tenimento Abbacie sic appellato in territoriis nobilium

predictorum dumtaxat excepto, auctoritate predicta licenciam et potestatem plenarinm concedimus per presentes, Mandantes propterea tam dictarum dohanarum provincie Patrimonii et Urbis dohaneriis, eorumque substitutis, factoribus et ministris presentibus et futuris et cuilibet eorum, quam omnibus aliis et singulis, ad quos pertinet et in futurum quomodolibet poterit pertinere, quatenus emptiones, immunitates et exemptiones predictas, omniaque alia et singula per nos vobis in presentibus nostris litteris concessa firma et illibata tenere et observare, et per alios teneri et observari facere inviolabiliter teneantur et debeant, Constitutionibus et or.....bus apostolicis, statutis et consuetudinibus ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nře exemptionis, liberationis, concessionis et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice MCCCCLX. pridie Idus Octobris, Pontificatus nostri anno tercio.

CCCLVII.

Ep̃o Mantuano absente pontifice omnes officiales Urbis et districtus subiiciuntur. *Reg. Tom. VI. fol. 108.*

Pius episcopus etc. Venerabili fratri Galeatio Episcopo Mantuano, salutem etc. Cum dudum personam tuam, de qua specialem in domino fiduciam obtinemus, ad regimen et gubernationem alme Urbis nostre usque ad beneplacitum nostrum deputaverimus: Nos volentes illa tibi concedere, per que ipsam Urbem, uti speramus, salubriter regere et feliciter gubernare valeas, omnibus et singulis ex dilectis filiis Auditori Camere apostolice, Soldano illiusque Capitaneo, Marosealchis et ceteris officialibus eorumque et eiuslibet eorum vicesgerentibus, necnon curialibus tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiuscumque dignitatis existant, et tam in alma Urbe prefata quam in toto territorio tibi commisso existentibus circa expeditionem occurrentium officii et gubernationis eorumdem, que tibi necessaria videbuntur, mandandi et precipiendi, nec non Marescalchos et curiales prefatos ac quemlibet eorum corrigendi, puniendi, castigandi, mulctandi et incarcerandi in perpetuum et ad tempus, etiam per censuram ecclesiasticam, si et prout negotii et excessus qualitas exegerit, et quemadmodum tibi videbitur expedire, plenam et liberam fraternitati tue auctoritate presentium concedimus facultatem: et nichilominus eosdem Auditorem, Soldanum et alios supradictos districtius requirimus et monemus, ut mandatis tuis in omnibus et per omnia obediant et intendant, si nostram gratiam cupiunt obtinere. Datum Mantue Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quinquagesimo octavo, v. Kalendas Novembris, Pont. nostri anno secundo.

CCCLVIII.

Treugas inter nobiles et alios cives Urbis et provinciarum finitimarum indictas strictim observari pontifex iubet. *Reg. Tom. VIII. fol. 118.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Nonnullorum noxias voluntates pacem et quietem alme nostre Urbis et partium illi finitimarum perturbantes, et in aliorum iniurias prolabentes eo attenciori cura ecclesiastica censura compescere debet, quo ex eis, nisi provideatur, maiora pericula proventura formidantur, et excrescentibus malis non possent ita de facili remedia adhiberi. Dudum siquidem in nostris Pontificatus primordiis, cum pro imminentibus periculis christiane religioni ad dictam proficisci Mantuanam proposuissemus pro conventu ibidem christianorum Principum celebrando, et negotiis defensionem fidei catholice concernentibus, ut patria Romana ob nostrum descessum in pacis amenitate securius conquiesceret, inter cetera omnes et singulos Barones, domicellos, cives et incolas Patrimonii, Campanie, Maritime et eiusque Urbis et districtus, ac inter dilectos filios nobiles viros domorum de Ursinis, de Columpna et de Angularia, inter quos graves differentie vigere dinoscebantur et ad arma deventum fuerat, sub certis modis et conditionibus vinculis treugarum astringi, et inter nonnullos dissidentes pacem et treugas ipsas servari usque ad nřum ad ipsam Urbem reditum voluimus et mandamus: inpresentiarum vero intelligentes non sine precipua animi nostri displicentia motus aliquos fieri, et apparatus et disturbia hinc inde moliri non solum ipsis, qui illa intentant, verum etiam universe patrie nocitura, intendentes prefatam almam nřam Urbem et partes illi propinquas in pacis tranquillitate versari, et ab omni offensione guerrarum purgatas et mundas in nostro adventu repperire, quem brevi ad effectum deducere, dño concedente, est animus, ac omnia de medio tollere cupientes, que quietem eiusdem patrie perturbare valerent, universis et singulis Baronibus, Urbis et districtus civibus, incolis Campanie, Maritime, et precipue omnibus domorum de Ursinis, de Columpna, de Angularia huiusmodi sub excommunicationis, rebellionis, inobedientie, privationis, amotionis et perditionis omnium et singulorum dominiorum, feudorum, honorum, dignitatum, terrarum et bonorum quorumcumque, ac solutionis quinquaginta milium ducatorum Camere nostre apostolice applicandorum, quas ipso facto incurrant, penis districte precipiendo mandamus, quatenus inter eos eorumque vassallos et subditos pacem sive treugas habentes, ipsas inviolabiliter sine dolo et fraude et cum effectu servare curent, et ita in tranquillitate vivere studeant, quod nullus eorum alteri iniurias sive iacturas inferre, aut eos ipsorumque Civitates, terras, villas, Castra, oppida et territoria, vassallos, subditos ac bona quecum-

que offendere, vel guerram sive bellum movere aut indicere, vel motum continuare seu moveri vel continuari facere presumant, sed pacem, treugas et suffereneias temporales inter se infra dominia nobis et Romane ecclesie immediate subiecta diligentissime servent et inviolatas custodiant, nec quisquam via facti aliquid innovare audeat vel presumat, sed suis terminis contentus maneat, offerentes omnibus et singulis contra quoscumque ius pretendentes civile, criminale aut mixtum via iuris expeditam iusticiam ministrare, et que decisa fuerint, executioni debite demandari facere. Et nichilominus, ut premissa firma et illibata persistant, dilecto filio nobili viro Senatori eiusdem Urbis per apostolica scripta mandamus, quatenus universis et singulis Baronibus, maxime prefatis de Ursinis et de Columpna ac de Angularia, et complicibus ac adherentibus et aliis prefatarum provinciarum per nuncium aut per edictum, aut prout melius eidem Senatori visum fuerit, adeo quod verisimiliter ad eorum noticiam devenire possit, supradictos Barones ad pacis seu treugarum observantiam auctoritate nostra citet et moneat, ac summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, diebus feriatis et non feriatis ac horis quibuscumque premissa executioni debite demandando, illa per supradictos Barones, dominos, cives et incolas inviolabiliter, omni appellatione remota, observari faciat: inobedientes vero quoslibet et rebelles, prout sibi videbitur, corrigat et puniat, ac eos penas huiusmodi incurrisse declaret, et ad solucionem ipsarum penarum cogat et compellat, ab eis quoque penas predictas exigat, necnon contra illos per diffidationem, condempnationem, cavalcatas, captionem, represalias, retentionem corporum, rerum et bonorum in ipsa Urbe et aliis nostris et ecclesie terris procedat, necnon ipsos capitali et personali ac aliis formidabilibus penis coherceat et compellat. Preterea attendentes, quod receptatores et fautores delinquentium in premissis, qui illas, neglecta iusticia, in suis libertatibus confovere presumunt et eis audaciam prebent delinquendi, non debent sine gravi punitione pertransire, perpetuo edicto volumus, statuimus, mandamus et ordinamus observari debere statutum Urbis, quo cavetur, quod Barones teneantur cavere in Curia Capitolii annis singulis sub certa pena de non receptandis in eorum Castris, terris et locis diffidatos seu condempnatos in Curia Capitolii, sed eos capere et duci Senatoris mandatis et mandatorum executoribus favere, inviolabiliter observetur, quavis eius suspensione et non observantia non obstantibus. Cum et felicis recordationis Nicolaus papa V. predecessor noster illud mandaverit observari, et quia in repperiendis fideiussionibus posset aliqua colorata causa impotencie allegari, volumus et simili edicto statuimus, ut qui premissos diffidatos seu condempnatos receptaverint et eiusdem Senatoris mandatis non paruerint in capiendo eosdem diffidatos aut condempnatos, et sibi aut suis officialibus consignari faciendo, nisi illico de ipsorum locis et Castris expulerint, penam rebellionis et amissionis feudorum, et duorum milium ducatorum volumus Universitatem Castri et loci ipso facto incurrere, si dictos diffidatos aut condempnatos, etiam contra domini voluntatem, ad ipsius Senatoris mandatum non ceperint, aut de eorum territorio, districtu non redditures non eiecerunt, ad quarum penarum declarationem, diffidationem et condempnationem personarum omnium summaria et regia via procedi mandamus per ipsum Senatorem suosque officiales, omni appellatione remota, et ad earum executionem etiam per represalias contra singulares particularesque personas dictorum Castrorum, terrarum et locorum ad eiusdem Senatoris mandatum in singulis terris, Communitatibus et nostris ac nře ditioni immediate subiectis, in quibus Senatori ac successoribus prefatis quoad premissorum excutionem plenariam iurisdictionem tribuimus. Mandamus insuper Gubernatori Urbis prefate ac omnibus et singulis Capitaneis, Armigeris, Commissariis, Gubernatoribus, Officialibus, Communitatibus et aliis nobis et dicte sedi subiectis, quatenus in premissis omnibus et singulis prefato Senatori efficacis defensionis presidio assistant, ac omnia et singula per eundem Senatorem eis commissa exequantur, illisque mandatis in omnibus et singulis pareant et obediant. Ceterum si Baronum, dominorum et aliorum supradictorum pro presentium intimatione seu assignatione facienda accessus tute et commode haberi non possit, ut predicta ad communem singulorum noticiam deducantur, ne de eis ignorancia pretendi valeat seu etiam allegari, presentes litteras valvis Capitolii alme Urbis nře affigi volumus et mandamus, ut quasi quodam sonoro preconio et patulo indicio ad omnium noticiam valeant provenire, decernentes auctoritate predicta, ut huiusmodi littere, ut prefertur, affixe et publicate omnes, quos concernunt, proinde coerceant et astringant ac si eis forent personaliter intimate, cum non sit verisimile apud ipsos remanere incognitum, quod tam patenter omnibus extitit intimatum, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis etc. Nulli ergo etc. nostrorum mandati etc. Datum Senis Anno etc. MCCCCLVIII. v. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCLIX.

Constitutio, ut omnes provinciae Patrimonii et aliarum animalia ad pascua in dicta provincia conducentes solvere debitum doganae teneantur. *Reg. Tom. VII. fol. 85.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Circumspecta Romani pontificis providentia ad ea libenter intendit, per que indempnitati Ca-

mere apostolice, cui diversa impensarum onera pro Romane ecclesie statu conservando quotidie incumbunt, debito providetur. Sane ad aures nras nuper perveuit, quod aliqui tam de provincia nostra Patrimonii beati Petri in Tuscia, quam de aliis provinciis, terris et locis in dohana dicti Patrimonii alienisque pascuis in dicta provincia situatis animalia sua conducentes et pascuantes, aliquas minus rationabiles minusque admissibiles causas allegantes, fidem et id quod ratione dictorum suorum animalium pascuantium in ipsa dohana, et pascuis alienis predictis tenentur et obligentur, iuxta morem dicte dohane persolvere subterfugiunt, et omnino satisfacere recusant in non modicum ipsius dohane damnum, preiudicium et iacturam: predictis igitur obviare volentes, auctoritate apostolica tenore presentium declaramus, omnes et singulos tam de provincia predicta Patrimonii, quam aliis quibuscumque provinciis, Civitatibus et locis quecumque, qualiacumque et quotcumque animalia sua tam de presenti, quam in futurum in dohana et pascuis alienis predictis pascuantes teneri, et obligatos fore pro animalibus predictis debitum Camere iuxta morem et ordinem ipsius dohane integre persolvere, Mandantes propterea omnibus et singulis Rectoribus, Gubernatoribus, Potestatibus, Capitaneis, Vicariis, Barisellis et aliis officialibus quibuscumque ubilibet constitutis, etiam imposterum constituendis, necnon Communitatibus, Universitatibus, dñis, Baronibus, Comitibus et particularibus personis, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existant, quatenus contra predictam nostram declarationem sub indignationis nostre aliisque penis in contrafacientes per nos arbitrio nostro infligendis aliquid attemptare, seu in totum vel in partem contrafacere, dicere vel venire nullatenus audeant vel presumant, ymo verius ad omnem dohaneriorum dohane predicte pro tempore existentium, et eorum factorum, administratorum seu nunciorum et procuratorum, Caballariorum et ipsorum officialium quorumcumque tam pro pecuniis diete dohane exigendis, quam aliis indempnitatem dicte dohane concernentibus voluntatem et requisitionem eisdem et cuilibet eorum favoribus, auxiliis et consiliis necessariis et oportunis assistant et intendant sub pena mille ducatorum auri, et privationis officiorum ipsorum pro quolibet contrafaciente. Nulli ergo etc. Datum Senis Anno etc. MCCCCLVIIII. duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCLX.

Napoleoni de Ursinis repressalias contra Florentinos ob stipendia ei non soluta pontifex concedit.
Reg. Tom. XXXVI. fol. 28.

Pius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Neapolioni de Ursinis domicello Romano, sal. etc. Exigit a nobis debitum pastoralis officii, ut omnibus presertim subditis nostris et domicellis alme Urbis nostre ministerium iusticie petentibus sic oportuni favoris gracia assistamus, ut a damnis quibuslibet releveutur et iusto gaudeant sua esse commissa pastori. Cum itaque iam dudum et sepe a nobis petieris, ut tibi de dilectis filiis nobilibus viris Prioribus artium et Vexillifero iusticie populi et Communis Florencie, qui ratione stipendii tui tibi certam pecunie summam debent, iusticiam ministrare dignaremur, precipue cum apud eos benigne et humiliter tum litteris tum nunciis quampluribus pro satisfactione huiusmodi debitis institeris, nec valueris quoquomodo preter inanem spem reportare: Nos, qui neminem libenter offendimus, presertim populum Florencie, cui precipua quadam caritate afficimur, attendentes, quod super hac re pro ipsorum honore scripserimus, nequid contra eos etiam inviti concedere cogeremur, nec dum tibi satisfactum esse videamus, nolentes te ulterioribus dilationibus fatigare, tuis in hac parte supplicationibus inclinati, Nobilitati tue contra omnes et singulos Florentinos laicos, preterquam oratores ad nos ac mercatores et alios Curiales Rom. curiam sequentes tenore presentium repressalias concedimus, ita quod liceat tibi illos ac illorum bona quecumque in alma Urbe ceterisque dominiis et terris nostris apprehendi et arrestari facere, et tam diu illos et illa detinere, quod tibi de ipsa pecunia debita integre fuerit satisfactum, aut cum eisdem Prioribus et Vexillifero iusticia super hoc amica composueris, Mandantes omnibus et singulis officialibus nostris, quatenus ubi et quando a te fuerint requisiti, sub pena indignationis nostre tibi circa hoc diligenter assistant, ac huiusmodi nram concessionem debite executioni demandent, ac si nostrum proprium commodum concerneret, Non obstantibus quibusvis salvis conductibus ac privilegiis et exemptionibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus terrarum nostrarum huiusmodi ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Senis Anno etc. Millesimo quadringentesimo sexagesimo, tercio Nonas Iunii, Pont. nostri anno secundo.

CCCLXI.

Bandum pro quiete Urbis et civium Romanorum.
Reg. Tom. XII. fol. 96.

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Pro quiete dilectorum filiorum civium Romanorum et omnium in Urbe Romana et eius districtu degentium ac Rom. curie uberiori affluencia, et ad summovendum in ipsorum terris et locis eorum hominibus et animalibus eisdem servientibus in pascuis aut agricultura, aut alio serviendi modo omnem inquietandi occasionem sub pena rebellionis ac amissionis omnium feudorum et vicariatuum, qua ipsi et eorum quilibet a nobis et Romana ecclesia

obtinent, et quinquaginta milium ducatorum Camere apostolice applicandorum precipimus et mandamus universis et singulis Nobilibus, domicellis, civibus et incolis dicte nře alme Urbis eiusque districtus, tam clericis quam laicis, et aliis quibuscumque, ne per se aut alios in possessionibus et terris ecclesiarum Urbis et Romanorum civium predictorum, et terrarum ipsi Romano populo immediate subiectarum quemquam, etiam si bona aut homines ipsorum contendentium forent, inquietent, spolient aut perturbent, sed in dictis terris neminem offendent, nec in singulis terris et possessionibus ipsorum contendentium et Rom. ecclesie res, animalia, bona et homines ipsorum civium Romanorum, et in ea habitantium et terrarum ipsis suppositarum offendant aut perturbent sub penis predictis, Mandantes omnibus et singulis officialibus nostris in prefata alma Urbe, et omnibus terris et locis nobis et Romane ecclesie ac populo Romano subiectis, ut contra eos, qui contravenerint, per represalias contra principales, eorum subditos et vassallos ac bona omni iuris solemnitate omissa procedant, ius et actionem etiam per similes represalias agendum et ius suum contra contrafacientes consequendum damnum passis perpetuo reservantes. Et ne quisquam ignoranciam pretendere possit, volumus per Urbem publico preconio hec omnia publicari, mandantes ac per presentes decernentes omnes et singulos supradictos astrictos esse ad observacionem premissorum, ac si personaliter singulis intimata forent, cum certum sit eosdem hiis omnibus noticiam habituros, cum fuerint tam publico preconio per Urbem omnibus intimata. Nulli ergo etc. nostrorum mandati, reservationis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLX. quarto Nonas Novembris, Pontificatus nostri anno tercio.

CCCLXII.

Iacobo de Tholomeis, ut inter Honoratum de Gaietanis et Setinos treugam indicat. *Reg. Tom. XI. fol. 216.*

Pius episcopus etc. Dilecto filio Nobili viro Iacobo de Tholomeis de Senis familiari nostro, salutem etc. Romani pontificis providencia circumspecta ad ea libenter intendit, per que populorum et personarum Romane ecclesie subiectarum indemnitati debite provideatur. Sane inter dilectos filios nobilem virum Honoratum de Gayetanis de Sermoneto, eiusque subditos, vassallos, complices et sequaces ex una, et Communitatem et homines terre nostre Setie, suosque complices et sequaces ex alia partibus dudum nonnulle sunt exorte discordie, questiones et differencie, ex quibus ipse partes nonnunquam se adinvicem hinc inde tam in personis quam bonis, ut asseritur, offendere et plurimum damnificare consueverunt, demumque inter partes ipsas certa intervenit treuga, que, ut dicitur, de proximo sit expiratura: Nos autem cupientes aliquando huiusmodi controversiis et differenciis finem imponere, ipsasque partes ad pacem et concordiam, concedente deo, reducere et interim ipsarum partium indempnitati debite providere, idcirco partibus ipsis de novo treuguam et remedium oportunum indicere duximus, et tenore presentium sub penis infrascriptis indicimus, Tibi quoque, de cuius industria plurimum confidimus, transferendi te ad terras et loca predicta, ipsosque Honoratum, Setinos et alios, ad quos pertinet, pro parte nostra conveniendi, atque eisdem et cuilibet partium predictarum treuguam per unum annum et plus et minus, prout discretioni tue videbitur, indicendi, atque partibus ipsis et cuilibet earum ex parte nostra mandandi et precipiendi, quod ipsa treugua durante una pars aliam et altera alteram sub excommunicationis et decemmilium florenorum auri de Camera apostolice Camere applicandorum penis, quas quamlibet partem contrafacientem incurrere volumus ipso facto, in personis, rebus et bonis per se vel alium seu alios quovis quesito colore nequaquam offendere aut damnificare presumant, Non obstantibus quibuscumque, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, potestatem et auctoritatem. Datum Rome Anno etc. MCCCCLX. quarto Kalendas Ianuarii, Pontificatus nostri anno tercio.

CCCLXIII.

Episcopus Cornetanus commissarius gentium armorum sanctae Rom. ecclesiae et ducis Mediolani etc. constituitur. *Reg. Tom. XII. fol. 315.*

Pius episcopus etc. Venerabili fratri Bartholomeo Episcopo Cornetano, in nostro et Romane ecclesie exercitu gubernatori et commissario, salutem etc. Gerentes in terris eius vices, qui pacis auctor et amator est caritatis, ad omnium et singulorum Christifidelium pacem et quietem pervigili cura intendimus, ad eorum presertim prosperum et tranquillum statum propensiori studio aciem nostre mentis dirigimus, ex quo iactura et damnum statui nostro et ecclesie provenire posset. Sane cum nonnulli per terras et loca nobis et Romane ecclesie mediate vel immediate subiecta nostrum et dicte ecclesie pacificum statum perturbare moliantur: Nos, qui ad hoc potissimum nostras curas intentas habemus, ut pax nostris presertim temporibus vigeat et servetur, ac inique sentientes ab eorum periculosis ausibus oportunis remediis revocentur, Conductores, Caporales et Comestabiles, quos ad predicta necessarios existimamus, ab ipso nostre ad summum apostolatum assumptionis initio debitis stipendiis conducendos duximus, atque conduximus et tenuimus, prout ad dicta nostra stipendia continuo conducimus atque tenemus. Verum quia condignum esse existimamus, ut in ecclesie exercitu

etiam ecclesiastica persona et prelatus prudens ac in agendis expertus presideat, sumentes de tua virtute et prudencia in magnis et arduis comprobata fiduciam specialem, nec dubitantes, quod maturitate consilii proficere possis et assidue procurabis, que in corroborationem et tutelam nostri et eiusdem ecclesie status, et confusionem inimicorum redundare cognoveris, te tam in predicto nostro et Romane ecclesie, quam etiam aliorum quorumcumque dominorum, Ducum, Marchionum, Comitum et Baronum, necnon Vicariorum et aliorum nobis et diete Romane ecclesie mediate vel immediate subiectorum, et aliorum omnium et singulorum quocumque nomine censeantur, et coniunctim seu divisim pro nobis et Romana ecclesia militantibus exercitibus, presertim in conductoribus et armigeris equestribus et pedestribus dilecti filii nobilis viri Francisci Sforcie ducis Mediolani, qui sunt, vel pro tempore in nostris et Rom. ecclesie terris et tenimentis esse contigerint, Gubernatorem et Commissarium nostrum usque ad nostrum et sedis apostolice beneplacitum facimus, constituimus et etiam deputamus, volentes, ut omnia et singula, que ad huiusmodi Gubernatoris et Commissarii officium pertinent, libere et licite exercere possis. Nos enim tibi quoscumque Conductores, Caporales, Armigeros et Comestabiles supradictos tam equestres quam pedestres convocandi et nr̃o nomine requirendi, citandi, monendi et uniendi, ac pro rerum exigencia consulendi, deliberandi, concludendi, exequendi et exequi faciendi, ac inutiles vel inobedientes aut alias delinquentes castigandi, ad arbitrium tuum puniendi et cassandi, ac alios loco cassatorum huiusmodi de novo ponendi, nec non omnes et singulos hostes ecclesie, presertim Sigismundum Pandulphum de Malatestis debellandi et insequendi, Civitatesque et terras eius et hostium huiusmodi invadendi et capiendi, ipsosque et eorum loca ad devotionem et gremium ecclesie reducendi, et cum eis capitulandi et paciscendi, ipsisque et eorum singulis penas et censuras remittendi et ab illis eos absolvendi, in eis quoque sic reductis officiales ponendi et eos gubernandi, prout tibi visum fuerit oportere, salvosconductus insuper et plenas securitates quibuscumque predictis per omnes terras ecclesie faciendi et dandi, treugas etiam et pacem cum ipsis ineundi et firmandi, victualia quoque et alia necessaria quibuscumque locis dicte provincie mandandi et per homines eorum ad loca, que mandaveris, portandi, homines etiam seu cernas (sic) ex nostris et sancte Romane ecclesie terris et locis provincie nostre Marchie Anchonitane, prout rei necessitas exegerit, convocandi et congregandi, et omnia et singula gerendi, precipiendi, exercendi et exequendi, que pro statu nostro et dicte ecclesie videris expedire, plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, Mandantes propterea omnibus et singulis Conductoribus, Caporalibus, Armigeris et Comestabilibus equestribus et pedestribus ad stipendia nostra militantibus, ac omnibus aliis et singulis supradictis, qui in terris et tenimentis nostris et ecclesie predicte sunt, et pro tempore esse contigerint, necnon omnibus et singulis quarumcumque provinciarum, Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum nobis et dicte Romane ecclesie mediate vel immediate subiectorum Vicariis, etiam perpetuis Gubernatoribus, Potestatibus, Locatenentibus, Castellanis arcium pro facienda bona custodia et commodo gerendorum, ceterisque officialibus quocumque nomine censeantur, ut in his, que ad dicti exercitus seu exercituum expeditionem ac nostrum ecclesie predicte statum pertinere dinoscuntur, tibi pareant et intendant, ac monitis tuis studeant efficaciter obedire. Ceterum ut gentes armigere ac stipendiarii nostri in dicto nostro et ecclesie exercitu militantes, et qui sub tua erunt obedientia, diligentius ac commodius servire et eorum debitum facere possint, volumus atque decernimus, ut eorum solutiones de stipendiis consuetis de commissione fraternitatis tue fiant in predicta nostra provincia, Mandantes ideo Thesaurario ipsius nr̃e provincie, ut de pecuniis nostris quomodolibet ad manus suas ratione dicti officii proventibus stipendia premissa dictis gentibus solvat, tibique pareat et intendat. Tu vero taliter te in predictis gerere studeas, quod apud nos tua devotio tuaque solita diligentia valeat merito commendari. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLX. decimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno tercio.

CCCLXIV.

Esinis in damnorum sibi a Sigismundo Malatestis illatorum remunerationem castrum Montis Martiani in perpetuum vicariatum sub annuo censu decem flor. auri conceditur.
Reg. Tom. XLVII. fol. 52.

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Communitati et hominibus nostre Civitatis Exii provincie Marchie nostre Anconitane, salutem etc. Cognita devotionis vestre constancia fideique integritas, nec non sincere devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, non indigne promerentur, ut vota vestra, per que bonori et indempnitati vestre necnon Castrorum nobis et eidem ecclesie immediate subiectorum regimini consulitur, ad exauditionis gratiam admittamus. Hinc est, quod nos graves persecutiones, agrorum vestrorum depopulationes, Castri Musciani vestri Comitatus occupationem et direptionem, hostiles incursus cum plurimorum captivitate ac cede, necnon alia intollerabilia dampna, que Sigismundus Pandulfus de Malatestis, coluber tortuosus, innumerabilium gratiarum et beneficiorum immemor per progenitores suos pariter et ipsum a summis pontificibus pro-

decessoribus nostris, et nobis etiam nuperrime habitorum, cum suis gentibus armorum vobis, quos ut nostros et ecclesie predicte peculiares filios ex debito fidelitatis, et per eum prestiti iuramenti ab omni vexatione et aliorum incursu deffendere tenebatur, intulit et continuo inferre conatur, pia paternaque consideratione pensantes, ac ut vos dampnorum huiusmodi aliquam recompensam recepisse, et ex devotione ac fidelitate vestra huiusmodi intelligatis vobis apostolicum favorem accrevisse, Castrumque Montismartiani dicte provincie, vestri districtus et Senigaliensis diocesis, quod idem Sigismundus a nonnullis temporibus citra detinuit, prout adhuc detinet occupatum, ab illius tirannica ditione liberatum sub bono et felici regimine per eos, qui pacem ament, concordiam nutriant, illius incolas benigne pertractent, et sine personarum acceptione iusticiam quibuslibet administrent, gubernetur, illiusque incole et habitatores prefati laudabiles Rectores se recepisse cum cordis alacritate letentur, providere volentes, vestris in hac parte supplicationibus inclinati Castrum predictum Montismartiani cum sua Curia sive territorio, necnon Curia Castri olim Cassiani diruti in illa comprehensi, cum omnibus ipsorum vineis, terris, pratis, pascuis, iuribus et iurisdictionibus realibus et personalibus tam in terra, quam in mari ad dicta Castre et eorum Curias quomodolibet pertinentibus et spectantibus, et quibus hii, qui illa hactenus tenuerunt et possederunt, uti et frui consueverunt, necnon cum eorum fructibus, redditibus et proventibus, et cum mero et mixto imperio, gladii potestate et omnimoda iurisdictione temporali, et omnibus illis, que inibi sedes apostolica seu eius pro tempore in illis Vicarii vel officiales deputati de iure, ex privilegio vel consuetudine facere et exercere consueverunt, in perpetuum feudum ac Vicariatum in temporalibus premissorum meritorum vestrorum intuitu, et pro aliquali dampnorum huiusmodi recompensa apostolica vobis auctoritate concedimus, vosque eorumdem Castrorum, ut prefertur, Vicarios in temporalibus de cetero perpetuis futuris temporibus esse volumus, constituimus et deputamus, ipsius Castri Montismartiani et arcis in eo site custodiam, curam et administracionem omnimodam vobis plenarie committentes, ac quoscunque Potestates et officiales pro causis quibuscunque civilibus et criminalibus aut mixtis motis vel movendis audiendis, et fine debito terminandis in prima et secunda instanciis, in quibus incolas et habitatores prefatos extra Castrum predictum aut Civitatem Exii coram aliquo officiali dicte provincie quovismodo trahi non posse volumus, inibi aut Civitate predicta, prout vobis placuerit, successive deputandi, et quociens opus fuerit amovendi, nec non omnes et singulos fructus, redditus et proventus, introitus, gebellas et pedagia ac alia emolumenta quecunque consueta, quocunque nomine censeatur, tam in Castro, Curiis et locis predictis, quam in mari et eius litore, ita tamen quod ex hoc Universitas dicti Castri et eius singulares persone absque eorum expressa voluntate ultra, quam hactenus consuetum extiterit, non graventur, percipiendi et habendi, ac in vestros usus et utilitatem convertendi, deque ipsis omnibus et singulis fructibus, passagiis, emolumentis et introitibus consuetis prelibatis, prout vobis videbitur, absque eo quod de illis aut eorum occasione per nos vel successores nostros seu officiales predicte ecclesie molestari, aut ad reddendum rationem compelli possitis seu teneamini, disponendi, ac omnia et singula, que honori vestro et eiusdem ecclesie ac pro pace (et) quiete incolarum dicti Castri expedire cognoveritis, faciendi, ordinandi et mandandi pariter et exequendi eadem auctoritate facultatem plenariam concedentes, Non obstantibus quibuscunque concessionibus sub quocunque titulo vel forma aut expressione verborum vel litterarum tenore, cum quibuscunque clausulis eciam derogatoriarum derogatoriis quibuscunque personis, et maxime dicto Sigismundo aut eius progenitoribus prefatis per nos vel dictos predecessores nostros Romanos pontifices, seu alios ad id potestatem habentes de Castris, Curiis, territoriis, locis, iuribus et iurisdictionibus terrestribus et maritimis, ac rebus aliis supradictis seu regimine et administracione eorumdem hactenus factis, quas hic pro expressis haberi volumus, ac invalidos et inefficaces penitus esse declaramus, ac quatenus opus sit revocamus, constitucionibus et ordinacionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut vos pro recuperacione eiusdem Castri Montismartiani, ac illius expugnacione et reductione ad gremium ecclesie, quam nuper facere instituimus, quingentos, et postmodum successive durante bello per nos contra eundem Sigismundum, Romane ecclesie patenter hostem, racionabilibus suadentibus causis et suis id exigentibus demeritis indicto, ducentos pedites una cum aliis gentibus armorum ad stipendia nostra militantibus, omnibus vestris stipendiis, sumptibus et expensis sub obediencia Ducis illarum ad nrum beneplacitum retinere, necnon omnem sagittarum et pulveris ad machinas apti pro expugnacione et debellacione dicti Castri et eius arcis necessaria, prout ad id vos sponte obtulistis, adhibere ac Castrum ipsum et eius arcem predictam, postquam sub ditione nostra devenerint, vestris sumptibus et expensis absque apostolice sedis subventione aliqua sub nostra et dicte sedis devocione continuo manutenere, custodire et conservare, necnon nomine canonis sive census pro feudo et Vicariatu huiusmodi Thesaurario pro tempore dicte provincie, pro nobis et ecclesia predicta recipienti, decem florenos auri de Camere annis singulis in festo bea-

torum Petri et Pauli in loco, ubi Rector ipsius provincie cum sua Curia residebit, ac census, affictus sive tallias, et alia onera et regalia beati Petri pro ipso Castro hactenus Camere apostolice solvi consueta solvere et dare teneamini. Mandamus igitur Universitati dicti Castri et eius incolis prefatis, ac aliis, ad quos spectat, quatenus vos tanquam Vicarios nostros ac Rectores et Gubernatores eorum benigne recipiant, vobisque et officialibus, quos ad ipsorum regimen duxeritis pro tempore deputandos, durante huiusmodi Vicariatu, plene pareant et intendant ac studeant efficaciter obedire. Vos autem Castrum predictum, postquam illius possessionem fueritis assecuti, incolas et habitatores sepedictos sic cum tranquillitatis et pacis dulcedine ac iusticie suavitate solicite, fideliter et prudenter regere et gubernare studeatis, quod Universitas, incole et habitatores ipsi utilibus Gubernatoribus ac Rectoribus gaudeant se commissos, vosque apud deum et homines possitis non immerito commendari, ac nostram et apostolice sedis benedictionem et graciam uberius promereri. Volumus etiam, quod si ullo unquam tempore, quod absit, ab obediencia et devotione nostris vel successorum nostrorum Romanorum pontificum canonice intrantium vos deviare contigerit, presens huiusmodi nostra concessio ac omnia et singula in presentibus litteris contenta nullius sint roboris vel momenti. Et insuper, quod vos, antequam presentium vigore Castrorum et aliorum predictorum pacificam possessionem assequamini, per sindicum vestrum ad hoc specialiter constitutum in manibus dilecti filii Ludovici tituli sancti Laurentii in Damaso presbiteri Cardinalis, Camerarii nostri, seu eius locumtenentis fidelitatis debite prestetis in forma solita iuramentum. Nulli ergo etc. nostrorum concessionis, constitutionis, deputationis, declarationis, revocationis, mandati et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice MCCCCLXI. pridie Kal. Maii, Pontificatus nostri anno tercio.

CCCLXV.

Ioanni de Castro pontifex pacta cum Cornetanis et camera apost. de fodendis alumine aliisque mineriis inita confirmat. *Reg. Tom. XV. fol. 72.*

Pius episcopus etc. Dilecto filio Iohanni Pauli de Castro familiari nostro, salutem etc. Grata familiaritatis obsequia, que nobis hactenus impendisti et adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon fidei constantis integritas eximeque devotionis affectus, quibus erga nos et apostolicam sedem clarere dinosceris, merito nos inducunt, ut te paterno confoventes affectu votis tuis, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Nuper siquidem pro parte tua nobis exposito, quod tu nonnulla pacta, conventiones et capitula tam cum Commune Civitatis nostre Corneti, quam cum gentibus Camere apostolice de et super alumine, aliisque mineriis et metallis diversis et sculptis seu non sculptis, que pro tempore in dictis conventionibus contento tam lapides pro dicto alumine, quam etiam metalla alia auctoritate propria, alienius licentia vel consensu minime requisitis, accipere possis tam in territorio Cornetano, quam aliis territoriis nobis et Romane ecclesie mediate vel immediate subiectis, et in quibuscumque proprietatibus ecclesiarum, ac etiam ligna pro predictis construendis, que libere possis accipere etiam absque aliqua solutione, de locis dumtaxat ex proprietate pertinentibus ad dictam Cameram nostram, per te tuosque heredes et socios, quos ad id deputare volueris et comprehensos etiam perpetuis temporibus in dictis conventionibus et pactis reperiendis, componendis et conficiendis, prout fecisti et composuisti in instrumentis tam per ipsam Communitatem Corneti, quam etiam gentes Camere predicte tecum superinde confectis et in dicta Camera nostra registratis plenius continetur: ac pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut ipsa pacta, conventiones ac capitula per te petita et in dictis instrumentis contenta confirmare et approbare dignaremur, et quod de dicto alumine confecto, cum contrahetur, solvantur dumtaxat dicte nostre Camere floreni duo de Camera pro unoquoque miliare ponderis eiusdem aluminis, et de ceteris proventibus ex dictis aliis metallis solvantur dumtaxat floreni quindecim auri de Camera de singulis florenis centum de Camera, quos perceperitis ex ipsis metallis defalcatis tantummodo expensis occurrentibus in constructionibus et extructionibus eorumdem et non ultra, pro omni iure et pertinentia spectante ad dictam nostram Cameram et sanctam Romanam ecclesiam, in utili vero spectante ad dictam nostram Communitatem Corneti, prout ipsi tecum statuerunt, medietas expendatur in fabrica et reparatione murorum dicte nr̃o Civitatis Corneti, et alia medietas in maritandis mulieribus Cornetanis, et una de Castro per te tuosque illis nominatarum perpetuis futuris temporibus. Nos igitur instrumenta predicta ac in eis contenta pacta, conventiones et capitula per te petita in prefata Camera inspici et examinari fecimus diligenter, et quia ea repperimus nobis et ipsi Camere, ac etiam locis, ubi talia per te repperirentur, et tibi utilia esse posse et nulli alicui nociva vel damnosa, tuis in hac parte supplicationibus inclinati pacta, conventiones et capitula huiusmodi, nec non omnia et singula tam in dictis instrumentis contenta, quam in Camera antedicta descripta rata habentes et grata, illa auctoritate apostolica ex certa scientia tenore presentium confirmamus et approbamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan in-

terveneriut in eisdem; et nichilominus universis et singulis Communitatibus, terris et locis nobis et Romane ecclesie mediate vel immediate subiectis, et officialibus eorumdem districte precipimus et mandamus, quatenus te in premissis nullatenus turbent, molestent seu inquietent, quin ymo faveant realiter et assistant, alioquin penis arbitrio ipsius nostre Camere infligendis eos volumus subiacere. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis in contrarium facientibus quibuscumque. Nulli ergo etc. nrorum confirmationis, approbationis, communitionis, suppletionis, precepti, mandati et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Tibure Anno etc. MCCCCLXI. x. Kal. Septembris, Pontificatus nri anno tertio.

CCCLXVI.

Antistitibus ecclesiasticis, ut Ursum de Ursinis aliosque nobiles Romanos a servitiis bella gerentium contra regem Siciliae recedere sub poenis spiritualibus et temporalibus admoneant. *Reg. Tom. XLVII. fol. 73.*

Pius episcopus etc. Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis et Episcopis, ac dilectis filiis Electis, Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Archidiaconis, Archipresbiteris, Scolasticis, Cantoribus, Plebanis, Canonicis, Rectoribus ceterisque personis ecclesiasticis secularibus et regularibus, exemptis et non exemptis, necnon Notariis et Tabellionibus, nostris quoque et quarumcunque Curiarum ecclesiasticarum Nuntiis et Cursoribus, et cuilibet eorum, salutem etc. Nuper siquidem non sine nostri animi displicentia intelleximus, quod nonnulli Romani Domicelli, Nobiles et Barones aliquo diversi nobis et ecclesie Romane mediate et immediate subiecti, presertim Comes Ursus de Ursinis, eorum proprie salutis immemores, dei timore postposito, contra statum Carissimi in Christo filii Fernandi de Aragona Sicilie citra Farum Regis Illustris, a quo etiam noster et ecclesie Romane status, almeque Urbis et aliorum dicte ecclesie subiectorum populorum pax et tranquillitas manifeste pendere dinoscitur, ad stipendia et servicia inimicorum Regis predicti se conducere presumpserunt, eidem Regi et eius subditis guerras et damna plurima intulerunt, et quotidie inferre non desistunt. Quapropter cum ad nostrum spectet officium in talibus providere, pro conservatione nostri pacifici status et quietis Regni predicti, et ad cohercendas insolencias eorum subditorum nostrorum, qui contra nostrum et ecclesie Romane statum aliquid attemptare presumunt, discretioni vestre per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos et quilibet vestrum in solidum tam prefatum Ursum, quam omnes alios et singulos, qui modo premisso militant, ex parte nostra requiratis et moneatis, prout vos etiam tenore presentium requirimus et monemus, quatenus in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis et perditionis feudorum, Vicariatuum et aliorum officiorum, concessionum et dignitatum eis ab ecclesia Romana concessarum, necnon bonorum omnium mobilium et immobilium, rebellionis et inobedientie, criminis lese maiestatis ac decem milium florenorum auri de Camere apostolice applicandorum penis, sententiis et censuris, quas contrafacientes, quotiens contrafecerint, incurrere volumus ipso facto, de quibus quidem sententiis et censuris a nemine preterquam a Romano pontifice, et in mortis articulo constituti dumtaxat absolvi queant, infra spatium quindecim dierum, a die intimationis presentium inchoandorum, teneantur et debeant a serviciis et stipendiis predictis cum omnibus eorum comitivis discedere, ac decetero contra nostrum et ecclesie Romane atque prefati Regis statum nullatenus militare. Quod si secus fecerint, sciant nos ad executionem penarum predictarum esse processuros, quibusvis privilegiis et indultis prefatis, vel alicui eorum sub quibusvis formis et verborum expressionibus per sedem apostolicam, aut alias quomodolibet in genere vel in specie concessis, quibus omnibus, quantum effectum presentium quomodolibet obviare aut retardare vel impedire possent, auctoritate apostolica tenore presentium derogamus expresse, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Diem vero monitionis et requisitionis vestrarum huiusmodi, et quicquid in premissis feceritis, nobis per instrumentum publicum aut vras patentes litteras vestris sigillis roboratas intimare curabitis. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Nonis Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

CCCLXVII.

Constitutio, qua Communibus, nobilibus, clericis et laicis quibuscunque prohibetur, ne quaedam pascua in provincia Patrimonii B. Petri aliis quam camerae apostolicae alienare possint. *Reg. Tom. I. fol. 58.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Inter ceteras curas, quas deo auxiliante mente revolvimus, illam precipuam arbitramur, ut apostolice Camere fructus et introitus, quantum fieri possit, serventur illesi, ut ipsa Camera quotidianas impensas et onera incumbentia valeat facilius tollerare. Sane non sine animi nostri displicentia percepimus, quod fructus, redditus et introitus dohano Patrimonii, qui inter Camere primarios haberi consueverunt, propter nonnulla herbatica tenimentorum consistentium infra limites dohano predicte, que aliis personis quam dohaneriis pro tempore existentibus aliquando vendi et concedi repertum est, presertim a certo tempore citra non modicam receperint lesionem, ex quo Camere predicte fuerunt damna

plurima subsequuta. Predictis igitur obviare volentes, et quod errantes pena temporalis in debito contineat rationis, auctoritate apostolica tenore presentium precipimus et mandamus omnibus et singulis Communitatibus, populis, Universitatibus, Baronibus, dñis, Comitibus, Nobilibus et particularibus personis presentibus et futuris, cuiuscunque status, gradus, ordinis vel conditionis aut dignitatis fuerint, tam clericis quam laicis, etiam Capitulis, Collegiis et quibusvis aliis Universitatibus, quatenus sub interdicti in Communitates, et excommunicationis in particulares personas, necnon mille florenorum auri de Camera et perditionis infrascriptorum animalium apostolice Camere applicandorum, in quamlibet Communitatum, populorum, Universitatum, Collegiorum, Capitulorum, ac quemlibet Baronem, Comitem, dominum et quamcunque particularem personam ecclesiasticam vel secularem, que et qui contrafecerint, penis, quas penas quamcunque predictarum et quemcunque predictorum contrafacientem tociens incurrere volumus ipso facto et exigi, quotiens contrafactum fuerit, decetero non possint, neque valeant vendere aut quovis modo alienare alicui persone, Communi, Collegio et Universitati aliquid de pascuis, tenutis, banditis et herbaticis ad se pertinentibus et infra limites dohane predicte consistentibus, neque in eisdem aut eorum aliquo introducere aut fidare aliquod genus animalium ad pascuandum, et similiter sub penis predictis non sit ex predictis, qui pascua, tenutas, banditas et herbatica predicta in toto vel in parte per se vel alium seu alios quovis quesito colore emere, aut aliquod genus animalium in eisdem introducere vel tenere audeant aut presumant, sine dohanerii vel dohaneriorum pro tempore existentium expressa licentia: verum sub penis predictis teneantur et obligati sint, ea omnia et singula pascua, tenutas, banditas et herbatica vendere et concedere dohanerio seu dohaneriis predictis pro tempore existentibus pro apostolica Camera, et in usum et utilitatem dohane predicte ementibus pro iustis et rationabilibus preciis. Et ut predicta suum debitum consequantur effectum, exnunc dohanerio seu dohaneriis predictis, qui pro tempore fuerint, procedendi vel executionem penarum predictarum contra omnes et singulos predictos, qui quomodolibet contrafecerint, et eos, qui seculares fuerint, in personis et bonis, clericos vero et ecclesiasticas personas dumtaxat in bonis gravandi, et viis omnibus ac remediis oportunis ad satisfactionem penarum incursarum compellendi et astringendi, omnia alia et singula in predictis necessaria et oportuna agendi, gerendi, mandandi, ordinandi, disponendi et exequendi auctoritate et tenore predictis plenam et liberam concedimus facultatem, Constitutionibus et ordinationibus apostolicis, statutis quoque et consuetudinibus ac privilegiis, indultis et exemptionibus quibusvis Communitatibus, populis, Universitatibus, Capitulis, Collegiis, Monasteriis et particularibus personis concessis et concedendis, aut si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Et ne quisquam de predictis ignorantiam pretendere possit, volumus per Civitates Patrimonii publico preconio hec omnia publicari, mandantes ac per presentes decernentes omnes et singulos supradictos astrictos esse ad observationem premissorum, ac si personaliter singulis intimata forent, cum certum sit eos de hiis noticiam habituros, cum fuerint tam publico preconio per dictas Civitates omnibus intimata. Nulli ergo etc. nostrorum precepti, mandati, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Nonis Ianuarii, Pont. nostri anno quarto.

CCCLXVIII.

Abbati monasterii Casemarii Verulanae dioecesis et aliis pontifex concedit, ut auri, argenti aliusve metalli fodinas in Campaniae et Maritimae provinciis instruere possint. *Reg. Tom. XVIII. fol. 309.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Iacobo Abbati Monasterii Casemarii ordinis Cisterciensis Verulane diocesis, et Nicolao Felicis de Trimiliano, ac Iohanni Planque Alamanno, necnon Iordano Pauli de Ursinis, ac Mafeo Petri de Crema, ac Augustino Nicolai de Placentia laicis, salutem etc. Merentur exacte vite vestre studia, quibus ingenio et industria potissime pollere intelleximus, ut illa vobis favorabiliter concedamus, que ad rei publice utilitatem cedere dinoscuntur. Cum itaque, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, vos unacum quibusdam aliis vestris in hac parte collegis post graves labores, solicitudines et industrias, divina tandem favente clementia, in nonnullis Maritime et Campanie provinciarum nobis et Romane ecclesie immediate subiectarum locis quasdam venas auri, sive argenti aut alterius generis metalli reperisse, vel reperire credatis atque speretis; sed quia aurum et alia huiusmodi metalla absque principis licentia fodi non possunt, cum regalia iura existant, vos plurimum dubitatis, ne si vos illa invenire contingat, labores similiter et tempus amittatis, nisi super hoc vobis apostolice sedis auctoritas suffragetur: Quare pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum, ut vobis super hoc oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur vestrum laudabile et rei publice fructuosum propositum in domino commendantes,

ac dignum, ymo debitum existimantes, quod ex eisdem industria et laboribus vestris aliqualem suscipiatis recompensam, huiusmodi quoque supplicationibus inclinati, vobis ac heredibus et successoribus vřis, ut in quibuscumque locis provinciarum predictarum sive publicis sive privatis, satisfacto tamen de pretio privatis personis territorii, ubi vena ipsa reperitur, prout duo homines deputandi extimabunt, vera ipsius vene seu venarum facta consideratione, ad finem et effectum venas auri et aliorum metallorum, ac aurum et alia metalla fodere, illaque laborare, ac fodi et laborari facere absque cuiuscunque, sive quorumcunque cuiuscunque dignitatis, status sive conditionis existentium contradictione sive impedimento libere et licite valeatis, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus et indulgemus. Volumus autem, quod vos teneamini ac heredes et successores vři teneantur, et obligati sitis atque sint ad dandum et consignandum Camere apostolice tertiam partem cuiuscunque metalli, quod ex predictis venis etiam non defalcatis ullis expensis per vos in premissis et circa ea faciendis obveniet. Et insuper omnibus et singulis personis tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis, preheminentie, nobilitatis vel conditionis fuerint, ne in aliquibus locis provinciarum predictarum ad finem venas huiusmodi scrutandi et recipiendi infra annum extunc proxime futurum, et lapso dicto anno prope loca, in quibus vos fodere inceperitis, ad miliaria quinque fodere non possint nec debeant, nisi licentia a nobis prius habita, sub excommunicationis et mille ducatorum Camere apostolice applicandorum penis, quas ipso facto incurrant, eadem auctoritate apostolica districtius inhibemus, Decernentes irritum et inane, si secus per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus indultis et privilegiis per nos vel predecessores nostros quibusvis personis concessis, ac litteris apostolicis a nobis vel sede apostolica emanatis vel forsitan emanandis, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica et expressa mentio, non autem per clausulas generales habenda foret, contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre concessionis, voluntatis, inhibitionis et decreti infringere etc. Si quis autem etc. Datum Viterbii Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, xv. Kalendas Iunii, Pont. nři anno quarto.

CCCLXIX.

Pontifex excommunicationem in destruentes aedificia antiqua Urbis promulgat, et mandat conservatoribus camerae Urbis, ut tales inventos mulctis pecuniariis etc. puniant. *Reg. Tom. XIX. fol. 122.*

Pius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Cum almam nostram Urbem in sua dignitate et splendore conservari cupiamus, potissime ad eam curam vigilem adhibere debemus, ut non solum basilice ac ecclesie eiusdem Urbis et pia ac religiosa loca, in quibus plurime sanctorum reliquie resident, in eorum miris edificiis manuteneantur et preserventur, verum etiam antiqua et prisca edificia et illorum reliquias ad posteros maneant, cum eadem edificia ornamentum et decorem maximum afferant dicte Urbi, et monimenta veterum virtutum et incitamenta ad illorum laudes exequendas existant: et quod etiam magis considerandum est, ex ipsis edificiis ac edificiorum reliquiis rectius intueri licet rerum humanarum fragilitatem, et quod nullo modo in illis sit confidendum, cum eadem edificia, que maiores nostri cum eorum ingenti potentia et sumptibus maximis eum immortalitate certaturn arbitrarentur, vetustate et aliis sinistris casibus diminuta et collapsa etiam esse cernantur. Ex premissis igitur et aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, dilectorum filiorum Conservatorum Camere et capitum Regionum et civium dicte Urbis supplicationibus inclinati, felicis recordationis quorumdam Romanorum pontificum predecessorum nostrorum, qui edificia ipsa dirui vel destrui prohibuerunt expresse, vestigiis inherentes, ac statutum antiquum in eadem Urbe vigens, quo etiam id fieri sub certis pecuniariis penis prohibetur, ratum et gratum habentes ac auctoritate apostolica et ex certa scientia tenore presentium confirmantes et approbantes, sub excommunicationis et pecuniariis in ipso statuto expressis penis, quas contrafacientes eo ipso incurrant, omnibus et singulis tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiuscumque preheminentie, dignitatis, status, ordinis vel conditionis existant, etiam si pontificali aut alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, auctoritate et scientia predictis districtius inhibemus, ne quis eorum directe vel indirecte, publice vel occulte aliquod edificium publicum antiquum, seu edificii antiqui reliquias supra terram in dicta Urbe vel eius districtu existens seu existentes, etiam si in eorum prediis rusticis vel urbanis fuerint, demoliri, destruere seu comminuere aut rumpere, seu in calcem convertere quoquomodo presumant. Quod si quis fuerit, qui contra prohibitionem huiusmodi venire presumpserit, dilectis filiis modernis et pro tempore existentibus Conservatoribus Camere dicte Urbis, qui pro premissis per eorum officiales diligenter inquiri faciant, artifices seu laboratores in opere demolitionis seu devastationis huiusmodi inventos carcerari, eorumque animalia, instrumenta et res alias capi, arrestari et confiscari faciendi, eosque necnon illos, quorum nomine id egerint, ad mulcte solutionem compellendi, plenam et liberam auctoritate et scientia predictis earumdem tenore presentium concedimus facultatem. Volumus autem, quod nullus preter

Romanum pontificem alicui in premissis licentiam dare valeat, huiusmodi vero licentia, nisi per bullas vel brevia apostolica concessa fuerit, nullius existat roboris vel momenti, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum ut predicta omnia ad communem singulorum noticiam deducantur, ne de eis ignorantia pretendi seu etiam allegari possit, presentes litteras per Urbem publice preconizari, at valvis Capitolii dicte Urbis mandavimus fecimusque affigi, decernentes auctoritate prefata, ut huiusmodi littere publicate, et ut prefertur affixe omnes, quos concernunt, perinde arceant, ne si eis forent personaliter et presentialiter intimate, cum non sit verisimile quo ad eos remaneat incognitum, quod tam patenter extitit omnibus intimatum. Nulli ergo etc. nostre confirmationis, approbationis, inhibitionis, concessionis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXII. quarto Kalendas Maii, Pontificatus nři anno quarto.

CCCLXX.

Blasius Spinola Ianuensis principalis fodinae aluminum in Tolfa magister ad viginti annos constituitur cum salario cccc. flor. auri etc. *Reg. Tom. LI. fol. 116.*

Pius episcopus etc. Dilecto filio Blasio Centurionis Spinule civi Ianuensi, Minerie Aluminum circa castrum Tholphe Sutrino diocesis, aliasque partes ibi circumvicinas, ad nos et Romanam ecclesiam pertinentes, pro nobis sanctaque Romana ecclesia et Camera apostolica principali Magistro, salutem etc. Officii nostri cura exigit, et ipse ordo rationis exposcit, ut gesta laudabilia commendantes ea per nostras litteras debita attestatione pandumus, et illorum actores condignis honoribus attollamus, eaque sibi favorabiliter concedamus, per que obsequentium clarescat devotio et remunerantis liberalitas cunctis nationibus innotescant. Sane cum rerum omnium opifex deus ingenium quorumdam adeo acuisset, ut in locis et partibus predictis speciem quamdam aluminum repperissent, neo quisquam haberi posset, qui speciem ipsam te melius illustraret, ita ut exinde alumina ipsa vera facilius extraherentur: nos, qui recreationis causa in Civitate nostra Viterbiensi residemus, habita, prout tante rei qualitas exigebat, cum peritis in huiusmodi exercitio deliberatione matura, et attendentes, sicut ex eorum relatione percepimus, quod alumina ipsa non solum ad Italie, sed etiam ad totius christianitatis commodum et utilitatem maximam, ad Turchorum vero et aliorum christiane fidei inimicorum, ad quorum partes pro huiusmodi habendis aluminibus necesse erat christianos mercatores non sine periculis atque iacturis, magnisque sumptibus et expensis sepenumero navigare, detrimentum gravissimum cedebant, et quod tu, qui solus alumina ipsa ex lapidibus dictorum locorum in presentia nostra confecisti, nec ullus te ad hoc aptior modernis temporibus adhibita omni diligentia inveniretur, de Civitate Venetiarum, ubi pro simili opere cum Venetis inchoando profectus fueras et ibidem residebas, ad nos evocavimus, unde facta per te ante conspectum nostrum de huiusmodi aluminibus vera experientia, et manifeste comperto, te in huiusmodi arte ceteros magistros excellere, ut condignam susciperes recompensam, motu proprio, non ad tuam vel alterius pro te super hoc nobis oblate peticionis instantiam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa scientia te pro nobis sanctaque Romana ecclesia, et Camera apostolica usque ad viginti annos, a data presentium computandos, in huiusmodi aluminum exercitio peritissimum et comprobatissimum principalem Magistrum dicte Minerie Aluminum auctoritate apostolica tenore presentium facimus, constituimus et etiam deputamus, ac salarium Quadringentorum florenorum auri de Camera usque ad dictum terminum Viginti annorum super redditibus et proventibus Camere apostolice tibi singulis annis, videlicet singulis tribus mensibus quartam partem dictorum Quadringentorum florenorum per dictam Cameram et offitiales eiusdem, ad quos pertinet, seu pro tempore pertinebit, omni alia dilatione et exceptione remota, realiter et cum effectu persolvendorum auctoritate et tenore predictis assignamus. Et insuper volumus et decernimus, quod dicto tempore durante Viginti annorum ab officio dicti magistratus a quoquam, cuiuscumque status, gradus et conditionis fuerit, nullatenus valeas amoveri. Preterea etiam volumus, ut ad ea omnia et singula, que ad officium tuum predictum pertinere dinoscuntur, continue et diligenter intendas, aliquando tamen et cum licentia nostra, aut Camerarii nostri vel locumtenentis pro tuis aliis peragendis negotiis possis et valeas te ad alia loca, ubi volueris, transferre, et alium ydoneum in eadem fabrica loco tui tali tempore deputare. Et insuper etiam volumus, ut si interim durante dicto tempore Viginti annorum te ab hac vita migrare contingat, quod uxor et liberi tui, qui superstites fuerint, a dicta Camera officialibusque predictis usque ad consumationem totalem Viginti annorum singulis annis habeant, et habere debeant et recipere pro eorum sustentatione Centum florenos auri de Camera, videlicet singulo semestri medietatem ipsorum Centum florenorum, pro quibus eis persolvendis Cameram predictam et eius bona mobilia et immobilia, ubicunque existant, in eventum predictum auctoritate predicta obligamus et obnoxiamus, inhibentes tibi sub excommunicationis pena, ne absque simili licentia ab exercitio dicte Minerie, ubi deputatus es, discedere quovismodo [non] debeas. Et insuper ut a perturbationibus

securior vivas, te ac uxorem et filios tuos utriusque sexus presentes et futuros cum omnibus bonis vris mobilibus et immobilibus, que impresentiarum habetis et in futurum acquirere poteritis, sub beati Petri protectione suscipimus atque nostra, vosque et bona predicta ad solutionem quarumcunque gravedinum, impositionum et aliorum onerum realium et personalium, ordinariis gabellis dumtaxat exceptis, penitus eximimus et totaliter liberamus, decernentes exnunc irritum et inane, quiquid secus a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptati, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac litteris et privilegiis apostolicis, necnon statutis municipalibus etiam per nos vel sedem predictam concessis, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus specialis et expressa mentio presentibus habenda foret, quibus quoad premissa omnino derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Sic ergo, dilecte fili, circa huiusmodi exercitium te fidelem, sollicitum et fructuosum exhibere studeas, quod personam tuam possimus condignis laudibus commendare, ac te filiosque tuos ad altiora promovere. Datum Viterbii Anno etc. Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, Kalendis Iunii, Pontificatus nostri anno quarto.

CCCLXXI.

Quibusdam mercatoribus Ianuensibus quaedam pacta de aluminibus in Tolfa emptis cum camera apostolica inita pontifex confirmat. *Reg. Tom. XX. fol. 185.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Spectat ad Romani pontificis providentiam ea apostolico munimine roborare, que in Camere apostolice commoditatem processisse noscuntur, ne illa in contentionis scrupulum deveniant, sed sublatis quibusvis obstaculis et dubietatibus, prout decens est et honestum, firmiter observentur. Sane cum dilectus filius Salimanus de Sulimanis, apostolice Camere clericus et in officio Camerariatus locumtenens, et alii apostolice Camere clerici nuper dilectis filiis Eliano Spinule, Lodisio Centuriono et Baldassari Iustiniano civibus et mercatoribus Ianuensibus, seu dilecto filio magistro Bartholomeo de Framura de Ianua scriptori et familiari nostro, pro predictis ementi, stipulanti et recipienti, de mandato nostro vendiderint quantitatem cantariorum aluminum ad valorem viginti milium florenorum auri de Camera, ad rationem quatuor florenorum auri de Camera, prout in contractu superinde confecto plenius continetur, nichilominus Clerici predicti de mandato nostro alium contractum cum prefatis emptoribus eodem die, loco et tempore celebrarunt, quod quodlibet cantarium dictorum aluminum venditorum intelligeretur esse venditum ad rationem trium florenorum auri de Camera, non obstante quod in dicto contractu emptionis continetur, quod ad rationem quatuor florenorum similium venditum fuerit: Quocirca pro declaratione veritatis et eorumdem mercatorum securitate motu proprio, non ad ipsorum emptorum vel alterius pro eis super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra spontanea voluntate et matura deliberatione auctoritate apostolica, et ex certa scientia omnia et singula in dicto contractu contenta tenore presentium approbamus, ratificamus et confirmamus ac presenti scripti patrocinio communimus, supplentes omnes defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac volentes et mandantes per gentes dicte Camere, quam ad id obligatam fore decernimus, quam dictos mercatores inviolabiliter observari, Non obstante dicto priori instrumento ceterisque contrariis quibuscunque. Tenor vero dicti instrumenti contractus, de quo supra fit mentio de verbo ad verbum sequitur et est talis. In nomine domini, amen. Noverint universi et singuli presentes et futuri, quod cum hoc sit, quod anno a Nativitate domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, iv. mensis Septembris, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Pii divina providentia pape II. anno quinto, inter reverendos patres apostolice Camere clericos, videlicet dños Sulimanum de Sulimanis in Camerariatus Sanctissimi domini nostri pape officio locumtenentem, Antonium de Forlivio officium Thesaurariatus eiusdem domini nostri pape regentem, et Thomam de Picco...... bus etc. Nulli ergo etc. nostre approbationis, ratificationis, confirmationis, supplectionis, voluntatis, mandati et constitutionis infringere etc. Si quis etc. Datum Pientie Anno etc. mcccclxii. pridie Nonas Septembris Pontificatus nostri anno quinto.

CCCLXXII.

Philippo et Frederico Centurionis et Brancaleoni de Auria mercatoribus Ianuensibus pacta de quantitate praedictorum aluminum in Tolfa exemptorum cum salvoconductu pontifex confirmat. *Reg. Tom. LI. fol. 135.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Spectat ad providentiam Romani pontificis, ea apostolico munimine roborare, que in Camere apostolice commoditatem processisse noscuntur, ut ne illa in contentionis scrupulum deveniant, sed sublatis quibusvis obstaculis et dubietatibus, prout decens est et honestum, firmiter observentur. Sane cum pro incumbentibus apostolice Camere necessitatibus oporteat nonnullas pecunie quantitates reperire, ac propterea super eiusdem Camere rebus et introitibus recursum habere cogitaremus, per diversas Ytalie partes diligenter inquirere fecimus, siqui reperiri possent, qui aliquam (quantitatem) aluminum ex illis, que ex nova minera aluminum in tenimento Tholfe repertorum, et ad nos et Cameram predictam pertinentium confici debent, emere vellent, et post

longam inquisitionem et diversos cum pluribus et diversis hominibus mercatoribus et personis habitos super vendendis aluminibus predictis tractatus, demum nulli reperti sunt, qui effectualiter maiorem et evidentiorem utilitatem afferrent, quam dilecti filii Philippus et Fredericus Centuriones ac Brancaleo de Auria, cives et mercatores Ianuenses: quapropter dilecti filii Thomas de Picco....bus in Camerariatus nri officio locumtenens, aliique apostolice Camere clerici de mandato nostro quantitatem aluminum predictorum conficiendorum ex dicta minera eisdem mercatoribus, seu dilecto filio Simoni Calvo mercatori Ianuensi, pro eisdem ementi, stipulanti et recipienti, vendiderunt ad valorem et pretium quantitatis viginti milium florenorum auri de Camera, cum modis, pactis, conditionibus, solutionibus et terminis, ac capitulis in contractu superinde confecto contentis: Idcirco pro maiori tam Camere quam Philippi, Frederici et Brancaleonis predictorum securitate, et ut etiam voluntas nostra circa hanc rem cunctis innotescat, motu proprio, non ad ipsorum Philippi, Frederici et Brancaleonis aut Simonis, vel alterius pro eis super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed de nostra spontanea voluntate et matura deliberatione auctoritate apostolica, et ex certa scientia omnia et singula capitula predicta, et in eis nec non quodam Instrumento publico super his confecto contento quecunque tenore presentium approbamus, ratificamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac volentes et mandantes illo tam per gentes dicte Camere, quam ad id obligatam fore eisdem scientia et auctoritate decernimus, quam dictos Philippum, Fredericum et Brancaleonem inviolabiliter observari, ac exnunc auctoritate predicta tutum et liberum salvum conductum eisdem Philippo, Frederico et Brancaleoni, eorumque ministris, nuntiis et factoribus ac navium patronis, rebus et bonis eorum, prout in capitulis infra insertis plenius continetur, concedimus per presentes, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus aliisque litteris apostolicis, necnon guerris, odiis, disturbiis, simultatibus, inimiciciis, damnis, iniuriis, violentiis, offensionibus illatis vel inferendis, ac etiam represaliis quibuscunque in genere vel specie per nos vel alios concessis et quomodolibet concedendis, et sub quibusvis verbis et clausulis etiam talibus, quod eis derogari non possit, etiam si de illis eorumque totis tenoribus cum derogatoriarum derogatoriis presentibus habenda esset mentio specialis, quarum tenores atque formas, ac si de verbo ad verbum presentibus habendi forent, hic pro expressis haberi volumus, quomodolibet concessis vel in posterum concedendis, ceterisque contrariis quibuscunque. Tenor vero dicti Instrumenti, in quo capitula predicta de verbo ad verbum sunt inserta, sequitur etc. Nolli ergo etc. nostre approbationis, ratificationis, confirmationis, suppletionis, voluntatis, mandati, constitutionis et concessionis infringere etc. Si quis autem etc. Dat. Toderti Anno etc. Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo, VII. Kal. Decembris, Pont. nostri anno quinto.

CCCLXXIII.

Communi castri S. Marini feudum quorumdam castrorum et privilegia a Nic. cardinale s. Caeciliae concessa pontifex confirmat. *Reg. Tom. XXV. fol. 259.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Communitati et hominibus terre Sancti Marini provincie nostre Romandiole Feretrane diocesis, salutem etc. Evidentia vero fidelitatis et devotionis indicio, per vos nobis et Romane ecclesie hoc presertim magis oportuno tempore lucidata, et spes eximia, quam de vobis in futurum etiam propensioribus studiis ostenditis, nos inducunt, ut in hiis, que ad vestre Communitatis honorem et commodum cedere valeant, apostolice munificentie dexteram liberaliter extendamus. Sane pro parte vestra nobis nuper exhibita petitio continebat, quod olim dilectus filius noster Nicolaus tituli sancte Cecilie presbitero Cardinali, in provincia nostra Romandiole apostolice sedis Legatus, vobis, ut firmiori mente et animo adversus Sigismundum Pandulphum de Malatestis hostem nostrum et prefate ecclesie bellum iniretis, et in recompensam periculorum ac laborum et expensarum, que propterea subituri eratis, nostro et dicte ecclesie nomine promisit, quod Communitati vestre daretur in dominium Curia Florentini et Castra Mongiardini et Serravallis cum eorum curiis, terrenis et iurisdictionibus, sive in pede ut sunt, sive per terram (sic), in eventum quo dicta Castra caperentur et in nostram et dicte ecclesie potestatem devenirent, quodque eidem vre Communitati daretur in Curiam ab ecclesia Stradoli versus Marechiam, prout protenduntur possessiones vestre, usque ad eamdem Marechiam, nec non quod possessiones vestre, que sunt in locis et terrenis Vicariatus S. Arcangeli, forent exempte, ita et quemadmodum erant, antequam dictus Vicariatus occuparetur a Malatestis; et insuper quod vos possetis libere et absque impedimento quocumque extrahere fructus ex vestris possessionibus, quos habetis in Comitatu Ariminensi ac in locis et terrenis dicti Vicariatus, prout in quibusdam capitulis super huiusmodi promissionibus inter prefatum Cardinalem et vos initis, quorum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, plenius continetur. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, vos tamquam filii devotionis et obedientie adversus dictum Sigismundum bellum moveritis, et eum tamquam hostem tractaveritis, et post receptionem certi brevis nostri, per quod inter cetera

contentos nos esse affirmavimus, quod quicquid ex terris et bonis dicti Sigismundi et sibi obedientium acquireretis, in feudum ab eadem ecclesia vobis concederetur, Castrum Faitani Comitatus et diocesis Ariminensis, cuius homines tunc dicto Sigismundo obediebant et se vobis sponte dederunt, acceperitis et obedientie ac fidelitati nostre et dicte Romane ecclesie acquisiveratis: pro parte vr̃a nobis fuit humiliter supplicatum, ut promissiones predictas ratificare et approbare, ac alias super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis tam per relationem prefati Cardinalis, quam alias plenissime informati, intendentesque vos de bene hactenus per vos gestis remunerare, et aliis quibuslibet, ut de nobis et prefata Romana ecclesia bene promereri studeant, per huiusmodi remunerationem exemplum tribuere, huiusmodi supplicationibus inclinati promissiones predictas ratas et gratas habentes, illas ex certa scientia auctoritate apostolica tenore presentium approbamus et confirmamus; nichilominus pro ipsius promissionis executione vobis ex nunc tam Curiam Florentini et Castra Mongiardini et Serravallis, quam Castrum Faitani predicta, que omnia hactenus acquistata sunt, cum omnibus et singulis eorum curiis, terrenis et iurisdictionibus ac iuribus et pertinentiis in dominium concedimus, et pro Comitatu dicte vr̃e terre donamus, adimentes ipsa Castra et Curias ac loca a Comitatu et Castris, quibus prius annexe erant, preterea ab ecclesia Stradoli predicta versus Marechiam, prout protenduntur vestre possessiones, usque ad ipsam Marechiam vobis et vestre Communitati in Curiam elargimur, eximentes ex nunc omnes et singulas possessiones vestras et singulorum ex vobis, que in Vicariatu predicto eiusque locis et terrenis consistunt, ita et quemadmodum exempte erant, antequam ipse Vicariatus a Malatestis occuparetur, ac volentes, quod vos et vestrum singuli fructus possessionum vestrarum in Comitatu Arimini et locis dicti Vicariatus consistentium libere et absque impedimento cuiusquam inde extrahere valeatis, Mandantesque per quoscumque nostros et dicte ecclesie officiales presentes et futuros premissa omnia et singula vobis, et posteris vestris inviolabiliter observari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac statutis municipalibus consuetudinibusque Civitatis et Vicariatus ac locorum predictorum, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre approbationis, confirmationis, concessionis, donationis, ademptionis, elargitionis, exemptionis, voluntatis et mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, v. Kalendas Iulii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCCLXXIV.

Communitati Arpini Soranae dioec. nonnulla inserta capitula confirmantur. *Reg. Tom. XXVI. fol. 239.*

Pius episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ea que pro felici statu terrarum et Universitatum nobis et sancte Romane ecclesie devotorum provide facta sunt, ut inconcussa perpetuo et illibata persistant, libenter, cum a nobis petitur, apostolico munimine roboramus. Sane proximis temporibus cum terra Arpini Sorane diocesis ad nostram et sancte Romane ecclesie devotionem, obedientiam et deditionem cum prestatione homagii, vasallagii et iuramenti in talibus adhiberi soliti devenerit, et sicut accepimus, Universitas et homines dicte terre pro felici statu et tranquillitate, ac pace dicte terre nonnulla capitula, iuxta quorum tenorem et formam se deinceps nobiscum et cum prefata ecclesia, ac successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intrantibus regere, habere et gubernare habeant, intervenientibus ad hec certis commissariis nostris inierint, ordinarint et confecerint, prout in quodam publico inserto presentibus instrumento plenius continetur: pro parte Universitatis et hominum predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut capitulis predictis pro eorum subsistentia firmiori robur apostolice confirmationis adiicere, ac alias ipsis et eorum statui super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui pacem omnium populorum, presertim nobis et dicte ecclesie devotorum intensis desideriis affectamus, dictorum Universitatis et hominum supplicationibus inclinati omnia et singula capitula et conventiones in huiusmodi instrumento inserta, contenta et inde secuta quecumque auctoritate apostolica tenore presentium et ex certa scientia confirmamus, approbamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenerint quomodolibet in eisdem, Volentes tamen et dicta auctoritate declarantes, Universitatem predictam et singulares ipsius personas, si ratione maleficiorum, excessuum vel delictorum per eos perpetratorum cuicumque in aliquo teneantur, per remissionem in ipsius capitulis contentam et ipsius remissionis confirmationem nr̃am huiusmodi nullatenus esse exemptas et absolutas, quinimo ad satisfactionem de perpetratis huiusmodi obligatas esse et teneri, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac statutis municipalibus et legibus Imperialibus, sive regalibus iuramento, confirmatione apostolica, vel quacumque firmitate alia roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Tenor autem dicti instrumenti sequitur et est talis.

In nomine domini Amen. Infrascripti sono li pacti et capituli, gratie et immunitate chi si dimandano per la Universitate et homini de la terra

de Arpino, et per epsa Comunita a lo Revmo Seg. Messere Laurentio Vescovo de Ferrara, de lo Santissimo Seg. nostro papa Datario et Commissario generale, et allo Illmo et Excellente Segnore, Seg. Neapolione Ursino Conte de Talliacozo et de Alba, et dela sancta Romana chyesia Capitaneo generale, et a lo Reverendissimo Segnore Messere Fortunato Vescovo de Sassina et Commissario de la Santita de nostro Segnore in vice et nome de la prefata Santita.

In primis la Universita et Comnne dela dicta terra de Arpino et singuli homini de epsa promecteno a li prefati Rmi et Illmi Segg. recipienti in vice et nome de la Santita di nostro Segnore et de sancta chiesia essere fedeli et leali, veri et obedienti vassalli et subditi de la prefata Santita et de sancta chiesia et de la sancta sua obedientia et fedelita, non se parteranno per alcuno tempo ne quesito colore, ma che serano obedienti, leali et fedeli, et che teneranno amici de la prefata Santita et de sancta chiesia per amici, et inimici de quella per inimici.

Item la dicta Comnnita et singuli homini de epsa cercano et domandano, che la Santita de nostro Segnore debia tenere et gubernare la dicta terra per la sua Santita et per la sancta chiesia per lo modo et forma tene et guberna le altre citate, terre et luochi de dominio de sancta chyesia, et che non lo debia dare, concedere, ne consegnare ad persona ne Segnore alcuno per alcuno modo ne quesito colore, etiam quando per alcuno se pretendesse havere rasone.

Item che se la dicta terra de Arpino fosse stata per lo tempo passato concedata o promessa ad alcuna persona da qualunca conditione se sia o stato, che la dicta concessione o vero promessione sia cassa, cancellata, et se ne havesse havuto privilegio o scriptura alcuna sia irrita et de nullo valore o forteza.

Item che lo officiale o vero Capitaneo che la Santita de nostro Segnore haveria ad tenere in de la dicta terra de Arpino che sia electo, et cossi sia licito a la dicta Comunita elegerlo, dummodo che sia delle terre de sancta chiesia et non sospecto a la Santita de nostro Segnore, con questo che la prefata Santita o vero suo Governatore ne la dicta terra lo abia ad confirmare et approbare.

Item che tucte et singule gratie, exemptioni, privilegii et immunita che avesse havute la dicta Comunita de Arpino, perche la ha segnoriata per lo passato, li siano inviolabiliter observati, confirmati et approbati.

Item che la Santita de nostro Segnore et la sancta chiesia debia tenere, tractare et gubernare la dicta terra de Arpino come tene, tracta et guverna le altre terre de demanio ne la provincia de Campagna et con quilli privilegii et immunita.

Item che tucti et singuli debiti che la dicta Comunita havesse per le colte non pagato a la Maesta de Re Ferdinando sino allo presente, li siano remissi liberalemente et non li se ne possa dare impedimento, ne molestia alcuna per alcuno modo.

Item che tucti et singuli mali, excessi et delicti commessi et perpetrati tanta per la Comunita, quanto per speciale persona de epsa per fine a lo presente di li debiano essere remissi, cassi et annullati, et sopra de epsi non se possa per alcuno modo procedere.

Item che li presenti capituli et tucte le particularita de epsi debiano essere confirmati, approbati et emologati de la Santita de nro Segnore per soa bolla, o vero breve ed omne termine et requisitione de la dicta Comunita. Li quali pacti, capituli et commissioni foro facti, conclusi, conceduti et firmati per lo Reverendissimo padre et Segnore Messere Lorentio Vescovo de Ferrara, et del Smo Segnore nostro papa Datario et Commissario, et per Illmo et Excellente Segnore Neapoleone Ursino Conte de Talliacozo et de Alba, et de sancta chyesia Capitanio generale, et de lo Reverendo Segnore Messere Fortunato Vescovo de Saxina et Commissario de nostro Segnore lo papa, per la autorita concedutali per la prefata Santita, et in fede de le predicte cose se sono qui socto scripti de loro proprie mano, et sogellati coli loro soliti segilli. Laurentius Roverella Episcopus Ferrariensis Smi dni nostri pape Datarius et Commissarius generalis manu propria subscripsi. Neapuleo de Ursinis manu propria subscripsi. Fortunatus Episcopus Sassinatensis Sanctitatis domini nostri Commissarius propria manu subscripsi. Facta, conclusa, firmata et approbata fuerunt presentia capitula per Rmum in Christo patrem et dnum, dnum Laurentium Epum Ferrariensem et Smi dni nostri pape Datarium et Commissarium generalem, et per Illmum et Excellentem dnum, dominum Neapulionem Ursinum Comitem Talliacozii et Albe, sancte Romane ecclesie armorum generalem Capitaneum, et per Rmum in Christo patrem dominum Fortunatum Episcopum Sassinatensem Smi dni nostri pape Commissarium, et eorum propriis manibus subscriptis, et sigillatis de eorum et cuiusque ipsorum sigillis sub annis dni nostri Iesu Christi Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio, Indictione undecima, tempore Pontificatus Smi in Christo patris et Beatissimi dni nostri, dni Pii divina providentia pape secundi, et die decima presentis mensis Iunii. Datum in ecclesia Sancte Marie Gratiarum extra muros terre Arpini iuxta stratam etc. Iohannes de Palastris de Spoleto predicti Illmi dni Neapolionis Secretarius de communi mandato subscripsi.

Nulli ergo etc. nostre confirmationis, approbationis, communitionis, suppletionis, voluntatis et

declarationis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXIII. VIII. Kalendas Decembris, Pontificatus nostri anno sexto.

CCCLXXV.

Quibusdam nobilibus Romanis nonnulla castra, quibus Iac. de Sabellis propter rebellionem privatus fuit, vendita pontifex confirmat. *Reg. Tom. XXVII. fol. 294.*

Pius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Licet ea, que ex nostra concessione et mandato fiunt, plenam obtineant firmitatem, nos tamen, qui illius, cuius perfecta sunt opera, vices quamquam immeriti gerimus in terris, hiis, que ad eius laudem et gloriam et fidei catholice deffeusionem pia consideratione et matura deliberatione per nos facta sunt, apostolici muniminis robur edicimus, ut eo firmius illibata persistant, quo magis nostro fuerint presidio communita. Dudum siquidem pro summa necessitate fidei catholice, et ex legitimis et rationabilibus suadentibus causis dilectis filiis magistris Georgio de Cesarinis notario nostro, et Lellio de Valle advocato consistoriali, et Philippo artium et medicine doctori ac Iacobo etiam de Valle ipsius Lellii fratribus, necnon Marcello Cincii de Rusticis secretario et familiari nostro nonnulla Castra, terras et dominia in instrumento publico inferius inserto latius specificata et designata vendi et assignari voluimus, mandavimus et ordinavimus, prout in eodem instrumento plenius continetur. Nos itaque cupientes, ut venditio, assignatio ac omnia et singula in dicto instrumento contenta firma et illibata persistant, motu proprio, non ad alicuius supradictorum seu cuiusvis alterius nobis super hoc pro eis oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera voluntate, liberalitate et iustitia et equitate suadentibus, et pro quiete, pace et tranquillitate patrie, et ex legitimis causis de Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio pariter et assensu venditionem, assignationem, concessionem, alienationem, translationem, donationem, remissionem, absolutionem, quietationem et liberationem, ac omnia et singula in eodem instrumento contenta, necnon quecunque inde secuta auctoritate apostolica tenore presentium ex certa nostra scientia confirmamus, ratificamus et approbamus ac apostolici scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceteris contrariis quibuscumque. Tenor vero instrumenti predicti sequitur et est talis.

In nomine dñi nostri Ihesu Christi. Noverint universi et singuli presentes pariterque futuri per hoc verum et publicum instrumentum, quod anno a nativitate eiusdem MCCCCLXIII. Indictione undecima, die quinta mensis Decembris, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pii divina providentia pape II. anno sexto, sedentibus in apostolica Camera Rome de mane hora consueta, ut moris est, Rmo in Christo patre et domino, domino Iacobo miseratione divina tituli sancti Grisogoni sacrosante Romane ecclesie presbitero Cardinali Papiensi, ob solemnizationem celebrationis presentis contractus per Sanctissimum dominum nostrum papam prefatum ad hunc actum et in dicto loco specialiter deputato, Reverendoque in Christo patre domino Alexio dei gratia Archiepiscopo Beneventano, Sanctissimi dñi nostri pape Vicecamerario, ac Reverendis patribus dñis Antonio de Forlivio, prefati Sanctissimi domini nostri pape generali Thesaurario, et Sublimanc de Sublimanis (sic), apostolice Camere clericis, ac Iacobo de Mueiarellis, Curie causarum Camere apostolice generali auditore, necnon presentibus ibidem egregiis doctoribus dñis Iohanne de Baroncellis de Urbe advocato, et Antonio de Eugubio procuratore fisci dicte Camere apostolice, Prefatus siquidem Reverendus pater dominus Alexius Archiepiscopus et Vicecamerarius, me Gerardo notario publico et testibus infrascriptis ad hoc specialiter vocatis et rogatis presentibus, dixit et exposuit, quod Sanctissimus dñus noster papa prefatus, sicut notorium est omnibus, nuper decrevit preparare classem contra Turchos, christiani nominis inimicos, pro tutela et defensione fidei et populi christiani, et in dicta classe, domino permittente, personaliter proficisci, et pro tam salubri proposito expedit magnam pecunie quantitatem reperire, et propterea vendere aliqua de bonis stabilibus Camere apostolice: idcirco ipse Reverendus in Christo pater dominus Vicecamerarius de mandato, ut dixit, prefati Sanctissimi domini nostri pape super hoc vive vocis oraculo sibi facto, ac auctoritate Camerariatus officii, cuius curam gerit de presenti, ac cum licentia et auctoritate prefati Reverendissimi dñi Cardinalis Papiensis ad hoc, ut premittitur, deputati, necnon cum consilio, consensu et voluntate prefatorum omnium et singulorum dominorum dicte Camere clericorum, qui nunc in Urbe sunt presentes, et generalis auditoris Camere ac advocati et procuratoris fisci predictorum omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius, totius, fortius, validius et efficacius potuit et debuit, prefatorum Sanctissimi domini nostri pape sancteque Romane ecclesie et Camere apostolice nominibus vendidit, et venditionis titulo tradidit, cessit, concessit, transtulit et mandavit Reverendo patri domino Georgio de Cesarinis, apostolice sedis Prothonotario, pro una tertia parte de tribus principalibus tertiis partibus infrascriptorum bonorum et iurium venditorum, ac spectabilibus et egregiis viris domino Lelio de Valle doctori et advocato consistoriali, et magistro Philippo artium et me-

dicina doctori, ac Iacobo de Valle ipsius domini Lelii fratribus germanis pro una alia tertia parte, et dño Marcello qnoodam dñi Cincii de Rusticis Secretario apostolico pro una tertia parte, civibus Romanis de Regione sancti Eustachii ibidem presentibus, ac pro se eorumqne et cniuslibet ipsorum beredibus et imposterum successoribus quibuscumque tam masculis, quam etiam feminis, ac etiam pro illo vel illis, cui vel quibus ipsi emptores iura sua vendere, dare, cedere, arrendare, donare, concedere et qnovis alio modo alienare volneriot, ementibus ac rite et legittime stipulaotibus et recipientibus me Notario presente, et nt publica et autentica persona stipnlante et recipiente vice et nomine omnium et singulorum, qnorum noue ioteresset ant in futurum poterit quomodolibet interesse, infrascripta castra, terras, tenimenta et loca, qne fuerunt quondam magnifici domini Iacobi filii quondam magnifici dñi Baptiste de Sabellis, domicelli Romani, per Sanctissimum dominum nostrum papam occasione rebellionis et eriminis lese maiestatis ipsius Iacobi, ac subditorum et vassallorum suorum contra prefatam Sanctitatem et almum Urbem commissornm, et ex iusto bello eidem indicto iuste et legittime acquisita et Camere applicata et confiscata. Qne quidem castra, terre, tenimenta et loca sunt infrascripta, videlicet: Castrum Montisasule cum omni sno tenimento, cui a primo teoent tenimenta Civitatis Reatine, a secondo tenimentum Castri Cotanelli, a tertio tenimentum Castri Vocconis, a quarto tenimentum Castri Turris, a qninto lateribns tenimentum Castri Aspre et alii, si qui sunt plures et veriores confines. Item Castrum Cantalupi cum omni sno tenimente, cni a primo tenet tenimentum Castri Aspre, a secundo tenimentum Arcisantique, a tertio tenimentum Podiicatini cnm Catino, a quarto tenimentum Castri Gavignani, a quinto lateribus tenimentum Castri Silcii et alii, si qui sunt plures set veriores confines. Item Castrum Forani cum omni suo tenimento et cum tenimento Collisnigri, quibus a primo tenimentuoi Castri Stunigliani, a secundo tenimentum Castri Sancti Poli, a tertio lateribus tenimentum Gavignani et alii, si qui sunt plures ant veriores confines. Item Castrum Podiimoiani cum omni suo tenimento et cum tenimento Moiane, quibus a primo tenet tenimentum Montisleonis, et a secundo tenimentum Cerritomarii, a tertio tenimentum Scandriglie, a quarto tenimeotum Rochesoldane, a quinto tenimentum Rochesilicis, a sexto tenimentum Collispiecoli, a septimo lateribus tenimentum Pozi et alii, si qui snot plores aut veriores (confines). Item Castrum Mootorii cum omni suo tenimento, cui a primo teoimentum Castri Nerule, a secundo tenimentum Castri Scandriglie, a tertio tenimeotum Petre, a quarto tenimentum Castri Moriconis, a qninto tenimentum Castris Montislibretti, a sexto lateribus tenimentum Castri Montisfalconis et alii, si qui sunt plures ant veriores confioes. Item Castrum Deodati cum omni seo tenimento, cui a primo tenimentum Castri Palumbarie, a secundo tenimentum Castri S. Angeli in Capoccia, a tertio teuimentum Podii Montisalbani, a quarto tenimentum Cretonis, a quinto tenimentum Mentisrotundi, a sexto tenimentum Mumentane, a septimo lateribus tenimentum Collisabbatis et alii, si qui sunt plures ant veriores confines, necnon omnia alia et singula Castra, terras, tenimenta et loca ipsius qnondam Iacobi de Sabellis, qne occasiooe rebellienis et criminis lese maiestatis per eum, et subditos et vassallos predictos commissi in dicto bello per Sanctissimum domioum nostrum acquisita, et exiode possessa et confiscata fuerunt, quorum omnium et singulorum vocabula, qualitates, terminos et confinia, ae nomina et cognomina partes predicte hic haberi voloerunt pro sufficienter expressis, exceptis Castro Cretonis cum molendino iuxta ipsum Castrum atqne omni eius tenimento, de quibus venditio nuper per Sanctissimum dominum nostrum, seu eius commissarium ad hoc deputatum ipsius Sanctissimi domini nostri papa et Camere apostolice nominibus facta fuit magnifico dño Paudulpho de Sabellis, prout patet per instrumentum venditionis manu mei Gerardi notarii publici infrascripti rogatum et publicatum, et in apostolica Camera registratum, ac etiam Castro Podio Donadei, qnod venerabile Capitulum basilice principis apostolorum de Urbe ex concessiona apostolica obtinet et possidet de presenti, et que quidem omnia et singula castra, terre, tenimenta et loca predicta posita suut in diocesi Sabinensi, ut dictum est, dicti qeondam Iacobi de Sabellis, et impresentiarum ad prefatem Sanctissimum dñum nostrum papam sanctamque Romanam ecclesiam, et Cameram apostolicam occasiooe predicta pleno iure spectantia et pertinentia, et que castra, terras, tenimenta et loca, res et bona sopranominata et confiscata prefatus Reverendus dñus Vicecamerarius quibus supra nominibus dixit vendere prefatis dñis Georgio Prothonotario, Lellio, Philippo, Iacobo et Marcello propter instantem necessitatem prefati dñi nostri pape preparantis se ad prosecutionem expeditionis belli supradicti, et habitis pratica et tractatibus eum diversis aliis magnatibus, domicellis et civibus, non sunt reperti aliqui, qui tantum pro pretio predictorum solvere vellent, quantum prefati emptores etc. *ut de verbo ad verbum in primo libro Capitulorum et contractuum fol. CLXXXVII.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmatiooís, ratificationis, approbationis, communitionis et suppletioois infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Petrum anno etc. Millesimo quadringentesimo sexagesimo tertio IV. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anoo sexto.

CCCLXXVI.

Episcopus Soranus gubernator filiorum, terrarum etc. quondam Adohardi de Columna constituitur.
Reg. Tom. XXX. fol. 100.

Pius episcopus etc. Venerabili fratri Angelo Episcopo Sorano, dilectorum filiorum beredum bone mem. Adoardi de Columpna Ducis Marsie, terrarum, locorum, subditorum ac bonorum omnium dicti quondam Adohardi pro nobis gubernatori, salutem etc. Ad prosperum et tranquillum statum sacrosancte Romane ecclesie, necnon dilectorum filiorum, locorum, terrarum et subditorum premissorum paternis et sollicitis studiis, prout ex debito pastoralis officii tenemur, intedentes, ac intensis desideriis anelantes dilectorum filiorum nobilium virorum natorum et beredum qoondam Adohardi de Columpna, domicellorum Romanorum, terrarum, locorum, subditorum et bonorum regimini cupimus providam et utilem presidere personam, per cuius diligentiam, circumspectionem et providentiam circumspectam ipsorum status conservetur, vigeat ibi iusticie cultus, puritas devotionis, pacis amenitas et obedientie promptitudo. Cum itaque olim dictus Adoardus in ultimis constitutus provide disponens reliquerit nobis curam, gubernationem, protectionem et regimen premissorum filiorum, terrarum locorum, subditorum, bonorumque omnium suorum, nosque huiusmodi gubernationis et protectionis onus paterno susceperimus affectu: ne de fide, spe ac devotione, quem in nos duxit, fallatur, et sub clipeo et umbra nostra ac sedis apostolice dictorum filiorum status detrimentum aliqood patiatur, quem augeri continue iotendimus et desideramus, eapropter ad te Venerabilem fratrem, cuios personam per experientiam longis retroactis temporibus multarum grandiumque virtutum novimus insignitam, ac in aliis magnis et arduis sedis apostolice negotiis iam diu laudabiliter comprobatam, nostre considerationis aciem dirigentes, considerantesque, quod tu eidem Adohardo viventi et morienti acceptus et benevolus fueris, ac sperantes, quod in dies sue familie acceptior eris, te Gubernatorem (et) rectorem filiorum, beredum, terrarum, locorum, subditorum ac bonorum omnium premissorum usque ad nostrum beneplacitum, cum mero et mixto imperio et omnimoda iurisdictione temporali, salario et emolumentis per nos declarandis auctoritate apostolica tenore presentium constituimus, creamus, ordinamus et deputamus, tibi ordinandi, statuendi, mandandi, precipiendi, faciendi, exequendi et exercendi omnia et singula, que ad honorem nostrum, ac dictorum filiorum beredum, terrarum, locorum et subditorum premissorum tranquillitatem et statum prosperum videris expedire, et que ad huiusmodi gubernationis et rectorie officium concernant, dantes tibi facultatem et potestatem, omnes et singulas causas civiles, criminales sive mixtas, et alias quascumque cognoscendi, decidendi et illas committendi summarie, simpliciter et de plano, et commissas seu ordinarias ad te advocandi, contradictores quoque per temporalem districtionem auctoritate apostolica, appellatione postposita, compescendi potestatem ac facultatem plenariam concedentes. Volumus autem, quod omnes et singuli officiales, Capitanei, Vicarii, factores erarii et Castellani terrarum, Rocharum et locorum predictorum ad presens et pro tempore deputandorum creentur, deputentur et nominentur per te, et de consilio et assensu nobilium mulierum Victorie Columpnensis de Malatestis ac Philippe de Canitis, aut saltem alterius earum, alia tamen primitus requisita, quodque de omnibus et singulis introitibus et exitibus terrarum locorum et bonorum premissorum teoearis reddere computum per libros unius seu plurium erariorum factorum, procuratorum, negociorum gestorum, ut premittitur, per te cum consilio et assenso eligendorum, mandantes filiis et beredibus prefatis ac universis et singulis Castellanis, Vicariis, officialibus, Capitaneis, factoribus, negociorum gestoribus terrarum, castrorum, locorum et subditis dictorum filiorum et beredum ac aliis, quorum interest vel intererit in futurum, quatenus tibi durante officio huiusmodi veluti nobis plene pareant et intendant, Non obstantibus contrariis quibuscumque. Datum Ancone Anno etc. Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto, Idus Augusti, Pontificatus nostri anno sexto.

CCCLXXVII.

Paulus PP. II. a civitate Senarum et Ildebrandino de Ursinis comite Suanensi in eorum controversia in arbitrum electum pacem inter ipsos reconciliandam curat.
Divers. Cameral. Tom. XXXIV. fol. 63.

In nomine domini nostri Ihesu Christi, amen. Universis et singulis huius instrumenti seriem inspecturis publice pateat et sit notum, quod anno a Nativitate eiusdem domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, Indictione XIII. die vero Sabbati XXIIII. mensis Maii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pauli divina providentia pape II. anno primo, cum idem Sm̃us dominus noster, dñus Paulus II. predicta providentia pontifex maximus, iam plures sunt menses, intellexisset certas querelas Magnifici Ildebrandini de Ursinis Suane Comitis contra excelsam Communitatem Senarum, et alias paulo post criminationes et calumpnias, quas obiciebat prefate excelse Communitati, et ex eo quod certi homines Senenses ad instanciam Communitatis eiusdem causam et modum dederint morti quondam filii ipsius Comitis, et econtra multas excusationes et rationes dicte Communitatis, sua Beatitudo tamquam verus pastor et conservator concordie et pacis dubitans,

ne aliquid scandali inter dictas partes oriretur, sive ita indecisa remanet, pluries ante dictam calumniam ac etiam post snasit dicte excelse Communitati et suis oratoribus, ac prefato Magnifico Comiti et suis oratoribus simul et de per se, ut pro bono pacis ac pro ipsorum ac illius patrie quiete deberent simul ad aliquem compositionem et concordiam devenire, et ad hunc effectum motu proprio, ut de medio tolleret omnes scandali vias, partes predictas fideliter in domino hortata est. Cupientes huic rei finem et modum imponere, tandem vero constituti in gloriosissimo conspectu sue Sanctitatis, in nostrorumque Notariorum publicorum infrascriptorum, ac testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum presentia, Spectatissimus eques dominus Franciscus Lutius orator dicte excelse Communitatis Senarum et procurator, de cuius mandato et procuratione publico quodam instrumento, signo et subscriptione egregii viri Ser Dominici Christofori, notarii publici Senensis scribeque Consistorii dicte ecclesie excelse Communitatis, per ipsum dominum Franciscum Lutium et procuratorem in medium producto, cuius tenor sequitur in hunc modum, latius continetur —

In nomine domini nostri Ihesu Christi, amen. Anno eh ipsius salutifera Incarnatione MCCCCLXV. Indictione XIII. secundum stilum, morem, consuetunem et praticam Notariorum Civitatis Senarum, die vero XV. mensis Maii, tempore Pontificatus Sm̃i in Christo patris et domini nostri, domini Pauli divina providentia pape II. Regnante Serenissimo Principe et domino, domino Frederico dei gratia Romanorum Imperatore et semper Augusto. Pateat omnibus evidenter hoc publicum instrumentum inspecturis, qualiter Magnifici et excelsi dñi Priores Gubernatores Communis et Capitaneus populi Civitatis Senensis, spectabiles Vexilliferi, Magistri dicte Civitatis et Consiliarii dicti dñi Capitanei populi, ac etiam alii cives infrascripti, quorum Magnificorum dominorum Priorum, Capitanei populi, Vexilliferorum, Consiliariorum dicti Capitanei et civium nomina inferius scripta sunt, simul in Consistorio dictorum Magnificorum dominorum Congregati pro negotiis eorum rei publice expediendis, habentes ad infrascripta omnia plenam auctoritatem et commissionem a Consilio populi et Consilio generali dicte Magnifice Communis Senarum, prout de deliberatione Consilii populi apparet manu mei Notarii infrascripti, et de deliberatione Consilii generalis apparet manu providi viri Ser Iohannis Angeli Minuccii Notarii reformationum dicti Magnifici Communis Senarum, unanimiter et concorditer inter se omni meliori modo, via, iure et forma, quibus magis et melius fieri potest, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt eorum et dicti Magnifici Communis Senarum verum ac legittimum sindicum et procuratorem, actorem, factorem et certum nuntium specialem Spectabilem et generosum equitem dñum Franciscum Iohannis de Lutis de Senis, specialiter nominatum ad tractandum, componendum et conducendum cum Sanctitate summi Pontificis pape Pauli II. super materia Magnifici Ildebrandini de Ursinis de Pitiliano, et ad promittendum et obligandum dictum Magnificum Commune Senarum eidem summo Pontifici in et pro predictis eo modo et forma, prout et sicut dicto Sindico et procuratori videbitur et placebit, et ad recipiendum vice et nomine dicte excelse Communitatis Senarum a dicta Sanctitate omnes promissiones et obligationes in et pro predictis fiendis, et generaliter ad omnia et singula in predictis et circa predicta faciendum, que ipse Sindicus et procurator noverit expedire, et que ipsi constituentes facere possent, si presentes essent, Dantes et concedentes dicto Sindico et procuratori plenum, liberum et generale mandatum cum plena, libera et generali administratione in predictis et circa predicta, Promittentes michi Notario infrascripto tamquam publice persone et officio publico fungenti, presenti, recipienti et stipulanti vice et nomine, quorum interest, intererit vel interesse poterit quomodolibet in futurum, se perpetuo habituros firmum, gratum et ratum totum id et quidquid per dictum Sindicum et procuratorem factum, conclusum et promissum fuerit in premissis et circa premissa, sub obligatione dicti Magnifici Communis Senarum et eius bonorum presentium et futurum, Rogantes me Notarium, ut de premissis publicum conficiam instrumentum. Nomina vero Magnificorum dd. Priorum, Capitanei populi et Vexilliferorum, Magistrorum, Consiliariorum d. Capitanei et aliorum civium, de quibus supra fit mentio, ista sunt, videlicet: Augustinus Iacobi Ser Angeli, Bartholomeus Guidocii, in nomine Bartholomei Nicolai pro T. C., Ser Iacobus Pieri de Humidis Capitaneus populi, Thomas Urbani Iohannelli, Savinus Pieri Francisci Geri, Ser Minus Nicolai de Trincedinis pro T. V. M., dñus Iacobus Benedicti Nerocii eques, Contes d. Christofori Andree, Iohannata Boninsegne Mei pro T. R. Magnifici domini et Capitaneus populi; Laurentius Antonii de Ventanniis Vexillifer T. C., Vierius Nannis Vierii Vexillifer T. R., absente Nello de Cinugliis Vexillifero T. S. M. Vexilliferi; Magistri Iohannes Baptiste Marci, Thomasonus Mariani Thomasoni, Laurentius Scotti, Consiliarii; Magister Bartholomeus Turre artium et medicine doctor, dominus Gregorius Lollius de Piccolominibus doctor, Magister Iohannes Magistri Dominici artium et medicine doctor, dominus Augustinus Dathus eximius doctor, Iacobus Quindini, Bartholomeus Pauli, Leonardus Bartholomei de Benvolentibus, Gaspar Nicolai de Boninsegnis, cives electi super dicta materia, absentibus quibusdam aliis suis collegis, in numero tamen sufficienti congregati. Actum Senis in Consistorio

M. D. predictorum, presentibus viro eloqusntissimo Petro Ser Galgani Funde, Cancellarii Magnifiei Communis Senarum, et Ser Iohanne Antonii Ser Naddi notario de Senis testibus ad predieta habitis et rogatis. Ego Dominicus olim Christoferi civis Senarum, publicus Imperiali auctoritate notarius et Iudex ordinarius, et ad presens notarius et scriba Magnificorum dñorum et eorum Cousistorii, predictis omnibus et singulis, dum sic agerentur, interfui et presens fui, et predicta alteri fideli notario scribenda occupatus committene publicavi et supradieta verba remissa in fine contractus, videlieet „dictum Magnificum Commune Senarum“ que etare debent in decimonono virgula post verbum „obligandum“ manu propria remisi, quia errore erant ommissa, in quorum premissorum me subscripsi et signum meum consuetum epposui.

— Et nobilis vir Cesarius Iohannis de Bandinis orator et procurator dicti Magnifiei Comitis I. pro quo Comite I. de rato et ratihabitione promisit et promittit se facturum et curaturum ita et taliter et cum effectu, quod dictus Comes Ildebrandinus ratificabit omnia et singula suprainserta per totum medium mensem Iunii proximum sub pena Mille ducatorum de Camera, et obligatione bonorum dieti Cesarii, simul et de per se libere remiserunt totam causam predictam in prelibati Summi Pontificis Sanetitatem tamquam in verum Christi Vicarium, et amatorem et conservatorem concordie et pacis et communem eorum arbitrum, Dantes et concedentes diete partes nomine quo supra liberam ac generalem et specialem, quatenus opus fuerit, commissionem sue Sanctitati decidendi et terminandi omnem dictarum partium dicto nomine differentiam, causam et controversiam quomodolibet usque in presentem diem, Promittentes partes prefate nominibus antedictis Sanctitati prefate, et et nobis Notariis infrascriptis tamquam publicis et autenticis personis rite, legittime et solemniter stipulantibus vice et nominibus omnium et singulorum, quorum interest, intererit seu interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, firmum se gratum habituros imperpetuum totum id et quidquid per suam Sanctitatem iudicatum, sententiatum, decisum, pronunciatum et declaratum fuerit, sub ypoteca et obligatione omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum, necnon in animas partium hinc inde, tactis per eos et eorum quemlibet sacrosanctis scripturis, iuraverunt ad saneta dei Evangelia omnia et singula in presenti publico instrumento contenta et descripta tenere et inviolabiliter observare, et nunquam contrafacere, dicere vel venire per se vel alium seu alios publice vel occulte, directe vel indirecte, quovis quesito colore sub pena decem milium ducatorum auri de Camera, ac a sententia sue declarationis infrascripta non appellare, sed eidem acquiescere. Postque et immediate Sanctissimus dominus noster, dominus Paulus antedictus intellecta remissione in suam Beatitudinem, ut prefertur, facta per Spectabilem equitem dominum Franciscum Lutium, oratorem et Sindicum excelse Communitatis Senarum ex una, et Nobilem virum Cesarium Iohannis de Bandinis oratorem Magnifici domini Comitis Ildebrandini de Ursinis de Pitiliano ex altera, cupiens omnem scandali viam de medio tollere, que quomodolibet turbare posset statum sancte Romane ecclesie propter convicinitatem ac patriam illam, necnon statum partium predictarum, et ambas partes in pace ponere vigore remissionis in suam Sanctitatem facte, de qua supra patet manu notariorum infrascriptorum, unde pluries examinatis et intellectis diligenter iuribus et allegationibus dictarum partium, et de eis plenissime informata sua Beatitudo pro tempore preterito et per auditores suos, et intellectis petitionibus dicti Comitis et criminationibus et calumpniis, quas obiciebat dicte Communitati et prefatis Senensibus, et econtra intellectis excusationibus et allegationibus ipsius Communitatis Senarum, et dictis oratoribus pluries simul et de per se etiam in preteritum hac de causa auditis et intellectis, domini nostri Ihesu Christi eiusque gloriosissime matris Virginis nominibus invocatis, talem inter dictas partes declarationem fecit et protulit in hunc modum et formam, videlicet: Quod Magnificus Comes Ildebrandinus debeat habere per manus sue Beatitudinis per tempus unius anni, inchoati sextadecima die presentis mensis Maii iam preteriti, et ita annum hunc inchoatum esse voluit sua Beatitudo et finiendum, ut sequitur, ducatos mille ducentos auri de Camera de quatuor mensibus in quatuor menses, de quibus prefata Communitas Senarum teneatur solvere sue Beatitudini ducatos mille infra dictum tempus unius anni de quatuor mensibus in quatuor menses, per eamdem Sanctitatem vice dicte Communitatis persolvendos, cui ultra dictos mille ducatos Sanctitas sua solvat de suo ex sua propria liberalitate etiam ducentos ducatos similes, et sua Beatitudo pro bono statu partium ac quiete illius patrie, et pro maiori robore presentis contractus promittit se facturum et curaturum ita et taliter cum effectu, quod Comes prefatus, sui filii, descendentes, subditi et fideles dicto tempore tenebunt et reputabunt amicos Communis Senarum pro amicis, et inimicos pro inimicis, et non receptabunt aliquem rebellem Communis Senarum, et non offendent aliquo modo directe vel indirecte Communitatem Senarum, eius terras, subditos, fideles et recommendatos, et eius vel eorum bona. Et econtra simili modo promittit, quod Communitas Senarum non receptabit aliquem rebellem dicti Comitis, intelligendo de illis de Pitiliano et Soano, et non offendent, aliquo modo directe vel indirecte dictum Comitem, eius filios, subditos, fi-

dales, Castra et bona, et tenebit amicos dicti Comitis pro amicis et inimicos pro inimicis.

Item quod Communitas Senarum ad omnem requisitionem sue Beatitudinis debeat mittere illos tres homines Senenses diffamatos, ut prefertur, quos habet detentos et nominatos ad quecunque loca, quo placuerint sue Beatitudini, et dictus Comes teneatur mittere simili modo illum ragazium, quem habet detentum, et quem dicit ministrum veneni porrecti eidem Ludovico filio dicti Comitis.

Item declarat sua Sanctitas, se facturam et curaturum ita et taliter et cum effectu, quod dictus Magnificus Comes Ildebrandinus ratificabit in forma valida totam presentem declarationem supra et infrascriptam cum omnibus suis partibus per totum medium mensem Iunii proximum. Item declarat sua Beatitudo, casu quo infra tempus unius anni proximi iudicaverit, quod Communitas Senatum ope, opera et facto prefatorum hominum Senensium ut supra diffamatorum culpabilis fuerit in morte Ludovici filii dicti domini Comitis, tunc et eo casu per tempus quatuor annorum immediate post primum annum secuturorum dictus dominus Comes debeat habere per manus eiusdem Sanctitatis ducatos mille ducentos auri de Camera, solvendos eo modo, vice et forma et cum illis conditionibus et pactis in primo capitulo presentis declarationis et iudicii latius contentis.

Si vero sua Beatitudo infra dictum tempus unius anni proxime futuri Communitatem ipsam ope, opera et facto hominum predictorum culpabilem esse, ut premittitur, non iudicaverit, declarat, quod dictus Comes cum suis filiis et descendentibus, subditis et fidelibus et Castris per tempus quatuor annorum immediate post dictum primum annum secuturorum sit recommendatus dicte Magnifice Communitati, secundum conventiones contentas in ultimis capitulis inter Communitatem et Comitem predictos per manus domini Francisci Lotii suprascripti habitis et conclusis, dummodo dicta Communitas non teneatur solvere eidem Comiti supra nec infra predictam summam mille florenorum de Camera, et quod similes ducenti floreni per ipsum dominum nostrum de suo, et de sua propria liberalitate quolibet ipsorum quatuor annorum eidem Comiti persolvantur, ad effectum ut idem Comes etiam tunc annuatim habeat in totum florenos de Camera milleducentos. Super quibus omnibus et singulis prefati dominus Franciscus Lutius et Cesarius Iohannis de Bundinis hinc inde procuratores nominibus eorum procuratoriis, quibus supra, sibi a nobis Notariis publicis infrascriptis unum vel plura publicum seu publica fieri petierunt, et quilibet eorum petiit instrumentum et instrumenta. Acta fuerunt hec Rome apud Sanctum Petrum in palatio apostolico, et camera Sanctissimi domini nostri pape, sub Anno, Inditione, die, mense et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem Reverendissimo ac Reverendo in Christo patribus et dominis, dominis Stephano Archiepo Mediolanensi et Theodoro Episcopo Ternisino(?), ac Venerabili fratri domino Corrado Abbate Sancti Laurentii de Aversa, et Eximio artium et medicine doctore Magistro Iacobo del Zocolo cive Romano testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego Leonardus Dathus Canonicus Florentinus, legum doctor, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus Notarius, necnon prefati Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Pauli divina providentia pape II. Secretarius familiaris et continuus commensalis, Quia premissis omnibus et singulis, dum sic ut prefertur per ipsum Sanctissimum dominum nostrum, et coram sua Sanctitate per alios prelatos nominibus quibus supra fierent, dicerentur et agerentur, una cum prenominatis testibus et duobus aliis subscriptis etiam mecum ad hoc rogatis Notariis publicis presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et intellexi: Idcirco presens publicum instrumentum manu infrascripti Ser Pauli diligenter scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Et ego Henricus Dailman Clericus Coloniensis diocesis, publicus apostolica et imperiali auctoritatibus Notarius, ac prefati Sanctissimi domini nri domini Pauli divina providentia pape II. Cubicularius secretus, familiarisque continuus commensalis, Quia premissis omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur per ipsum Sanctissimum dnum nrum papam, et coram sua Sanctitate per alios predictos nominibus quibus supra, una cum prenominatis testibus ac duobus aliis uno supra et alio infrascriptis Notariis presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi: Ideo presens publicum instrumentum per Notarium infrascriptum diligenter scriptum exinde confeci, publicavi, subscripsi et in hanc publicam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi rogatus et requisitus in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Et ego Paulus olim Petri Pauli civis Senensis publicus Imperiali auctoritate Notarius et Iudex ordinarius predictis omnibus et singulis, dum sic agerentur per Sanctitatem prefati summi Pontificis et oratores et procuratores soprascriptos, interfui una cum testibus et duobus Notariis suprascriptis mecum rogatis, eaque omnia et singula sic fieri, vidi et auscultavi: Ideo me suprascripsi et hoc publicum instrumentum propria manu scripsi atque exinde confeci, et in hanc publicam formam redegi, et signum nomenque meum consuetum ap-

posui in fidem et testimonium omnium et singulorum suprascriptorum.

Ego Franciscus Lutius eques et orator Senensis suprascriptus nomine prefate Communitatis Senensis omnia et singula premissa accepto et approbo, et ad fidem eorum me manu propria subscripsi.

Ego Cesareus de Bandinis de Castroplebis, orator Magnifici domini Comitis Ildebrandini de Ursinis suprascriptus, nomine prefati Comitis omnia et singula accepto et approbo, et ad fidem eorum me manu propria subscripsi.

(Pontifex Senenses et illos tres homines de Maliano non fuisse culpabiles de obitu Ludovici filii Comitis Pitiliani de veneno, ut dicitur, defuncti declaravit die xviii. Iunii mccccLxvi.)

CCCLXXVIII.

Cardinali s. Clementis, ut inter Reatinos ac commune Civitatis Ducalis pacem instauret, vel treugas inter eos indicat. *Ex Reg. Secret. Pii II. et Pauli II. Tom. IV. fol. 155.*

Paulus episcopus etc. Dilecto filio Bartholomeo tituli sancti Clementis presbitero Cardinali, salutem etc. Inter cunctos Christifideles, presertim nostros et Romane ecclesie devotos et peculiares filios vigere pacem ac concordiam summis desideriis affectantes, libenter operarias manus apponimus, ut ubi huiusmodi pax adest placide conservetur, ubi vero exigentibus peccatis exulat, ut reducatur, et per modos honestos ac inducias et compositionem equabilem reformetur. Cum itaque non sine animi nři displicentia percepimus inter dilectos filios Communitatem et homines Civitatis nostre Reatine suosque complices, adherentes et sequaces ex una, et Communitatem et homines Civiteducalis Quantalicii Lugnani eorumque complices, adherentes et sequaces partibus ex altera, humani generis inimico procurante, graves dicantur esse suscitate dissentiones, et etiam ad congressus bellicos magnis hinc inde conatibus processum cum partis utrinsque non modico detrimento: Nos, qui partes ipsas utpote nobis et eidem ecclesie precipue devotas sincero complectimur intra viscera caritatis, super dissentionibus huiusmodi paterna pietate commoti, et ad reformandum pacem inter eos solicitis studiis intendentes, cum tu ob alias causas sis ex alma Urbe de presenti discessurus, et per partes illas, ut asseris, transiturus, te virum utique pacis, concordie et iustitie zelatorem, prudentie et circumspectione aliisque virtutibus preditum atque in multis et arduis comprobatum, et partibus ipsis communem amicum, matura deliberatione prehabita huiusmodi tractande et firmande pacis inter partes predictas mediatorem duximus deputandum: quocirca tibi per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus ad easdem partes te personaliter conferens, et inter Communitates et homines predictos sic dissidentes eorumque hinc inde fautores, complices, adherentes et sequaces totis ingenii tui viribus pacem et concordiam auctoritate nostra studeas reformare, atque huiusmodi dissentionum causas inquirere eisdemque dissidentibus predicere grandia et innumerabilia mala animarum et corporum, ac rerum et bonorum dissipationes, que ex talibus dissentionibus subsequuntur, et ex adverso desiderabilia bona, que cum animarum quiete et tranquilla pace proveniunt. Si autem, quod deus advertat, pax huiusmodi propter rerum difficultates forsitan sic de facili reformari non posset, tu eadem auctoritate treugas sub spe pacis indicas inter partes predictas. In qua quidem pace sic tractanda et reformanda seu treugis indicendis tibi omnia et singula opportuna inquirendi, examinandi et investigandi, et partibus ipsis dissidentibus hinc inde, ac omnibus et singulis aliis, quibus tibi videbitur, omnia et singula, que ad effectum huiusmodi concludende pacis vel servandis treugis conducere poterunt, sub excommunicationis aliisque censuris et formidabilibus penis, de quibus discretioni tue videbitur, mandandi et exequi et observari precipiendi, omniaque alia et singula, que tibi in predictis necessaria vel alias quomodolibet opportuna videbuntur, agendi, gerendi, ordinandi, mandandi, disponendi et exequendi plenam et liberam auctoritate predicta tenore presentium concedimus facultatem, mandantes omnibus gentibus nostris armigeris in partibus illis et aliis quibuscumque locis existentibus, ut tibi in omnibus pareant et intendant tanquam persone nře, contradictores, contumaces et inobedientes et rebelles per censuras et penas antedictas, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus si eisdem dissidentibus Communitatibus et hominibus, aut eorum fautoribus, complicibus, adherentibus et sequacibus, vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, ceterisque contrariis quibuscumque. Tua igitur circumspectio, sicut de te spes preconcepta pollicetur, agat taliter, quod huiusmodi pacis reformande nřum desiderium adimpletum esse sentiamus, et apud nos et sedem apostolicam merito valeas commendari. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. mccccLxv. viii. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLXXIX.

Pacta de portandis aluminibus a Tolfa ad Centumcellas inter cameram apostolicam et Petrum Antonium de Macerata inita. *Divers. Cameral. Tom. XXXIV. fol. 60.*

In nomine domini amen. Anno a nativitate dñi Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, Indictione xiii. die vigesima sexta mensis Iulii,

pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, dñi Pauli divina providentia pape II. anno primo.

I. Infrascripta sunt pacta, conventiones et capitula inita, firmata et conclusa inter Reverendum in Christo patrem dominum, dñum Stefanum dei gratia Archiepiscopum Mediolanensem, Sanctissimi domini nostri pape Referendarium, et in eiusdem Camerariatus et Thesaurariatus officiis Commissarium, presentem ac pro Sanctissimo domino nro papa et Camera apostolica agentem, stipulantem et recipientem ex una, et providum virum Perantonium Andree de Macerata ibidem presentem, ac pro se suisque heredibus et successoribus imposterum quibuscunque agentem, stipulantem et recipientem de et super conductione aluminum de locis Tolphe, ubi conficiuntur, ad Civitavetulam et ipsius occasione partibus ex altera, quorum quidem Capitulorum in ydiomate vulgari scriptorum tenor sequitur et est talis, videlicet:

II. In prima detto Perantonio per se et suoi heredi promisse e conviene al prefeto Monsignoro Arcivescovo di Milano, Commissario predicto stipulante et recevente in nome di nro Signore Paulo papa II. et de la Camera apostolica e sancta Romana ecclesia, portare a ogni sua spesa da lochi, dove si fano li Alumi nel tenimento de la Tolfa fino a Civitavechia tutte le quantita de li Alumi, che le serano consignati da li officiali a cio deputati per la Camera fidelmente, senza alcuno dolo, fraude o malitia fino a Civitavechia, et tutti detto quantita consignare a luscio di magazeni a quelli chi serano deputati a riceverli di quello peso proprio, che a lui serano consignati ne lochi, dove si fano detti Alumi.

III. Item foro dacardo dicte parte in nome predetto che la presente conducta dure et durare dega Anni Nove, cominciando questo di, et come sequa finiendo, et che durante detto tempo de nove anni non sia altra persona qualuncha si sia che possa di dicto Alume carrigiare per portare a detto locho di Civitavechia per la Camera apostolica, si non esso Perantonio o chi per esso sera in cio deputato.

IIII. Item promesse detto Perantonio a detto Monsignore Commissario come di sopra presente, stipulante o recevente di fare o far fare in questo tempo di nove anni a tutte sue spese la strada che va da locho de la Lumera a Civitavechia, in tal forma a modo spianare et disponero, che ogevolmente li carri potterano carrigiare e portaro li Alumi, e di mantenere detta via a totte sue spese durante questo tempo di detta sua conducta.

V. Item promesse detto Perantonio fra termine di due mese proximi sequenti haver in ordine tante carra a buffali, che seriano sufficienti a portare de dicta Lumera a Civitavechia ogni quantita di Alume che sia di bisogno, e promesse far fare le dette carra a mantenere a tutte sue spese durante detto tempo di locatione.

VI. Item furo dacordo dette parte che esso Perantonio e suoi deputati cominciao a carrigiare e portare detto Alume da lochi de la Lumera a Civitavechia a di primo di Marzo proximo che seque, e durare per tutto di ultimo di Novembre che sequira, e cossi se intenda li altri anni sequente detta conducta. Inteso che se ne detti mesi di Decembre, Ienaro et Febraro vacanti riccadessi che fussi per alcuno caso bisogno di carrigiare a portare detto Alume a Civitavechia, che essendo rechesto sia tenuto portarlo, non obstante la detta vacatione allui concessa.

VII. Item promesse detto Perantonio ogni anno durante detta locatione sementare nel tenimento e paesi de la Lumera almeno cinque rugla di ghiando per reparatione de le silve che se tagliano, a cio che non manchano legna a detta Lumera.

VIII. Item promessa detto Perantonio fare suo debito e usare ogni sua debita diligentia in portare, a far portare tutto lo Alume se fara da dicto locho de la Lemera a Civitavechia, et in caso che per sua negligentia se guastasse, perdesse o damnificasse alcuna quantita di detto Alume per non haver levato e portato, sia obligato esso Perantonio del danno seguito per non havar a tempo carrigiato.

IX. Item promesse detto Perantonio fra spatio di dui mesi dare sufficiente fermanza al Thesaurere de la Marchia, che sotto pena di ducati duimilia, danni e spese et interessi se obligarano, che esso Perantonio observera quanto ne presenti Capituli e contracto si contene.

X. Et essi da laltra parte il prefato Revñdo Monsignore lo Arcivescovo di Milano, Commissario predicto, per mandato come disse di nostro Signore Paulo papa II. allui per viva voce facto, promisse a detto Perantonio presente, e per se a soi heredi e successori stipulante e recevente dare o pagare, o vero far dare e pagare a esso Perantonio per sua mercede de dicta portatura a conductioni di dinari de la Camera apostolica, o vero di dicta fabrica d'Alume a rasone di tre baiochi e mezzo per cantaro a rasone di libre Centocinquanta lo cantaro di peso Romano, e farli far bono pagamento mese per mese secondo la quantita che portera, si che ad altra spesa non sia tenuta detta Camera apostolica per detta portatura.

XI. Item che buffali e tutti animali di detto Perantonio deputati a tirare detto Alume possino pasculare per tutto territorio di santa chiesa senza pagamento di gabella, datio o altra exactione, ma sia ben tenuto a satisfare, si detti buffali e animali

desseno danno alcuno ad alcuna persona in grano, biada a altre cose.

XII. Item che detto Perantonio e sui depntati per delicti, debiti e qualunche altra cosa non possino essere presi e convenuti se non dal Commissario da la Lumera o altro officiale, che quivi sera deputato da nosto Signore e sui successori, o chi altro piacesse a Signori de la Camera apostolica, e che sia licito a deto Perantonio e sui factori e ministri poter portar arme offendibile a defendibile, mentre serano in exercitio di portar detto Alume senze pena alcuna. Et simile che esso Perantonio e tutti suoi predicti se intendano poter trare victuaglie per loro uso de loco circonstanti senzu pagare gabella, datio o passagio alcuno, e simile dover godere tutti previlegii, indulti, exemptione, franchigie, libertadi e immunitade, che godano tutti li altri officiali deputati al fare detto Alume, durante detta sua conducta.

XIII. Item che sia licito a detto Perantonio, mentre dura detta sua locatione poter edifficare a dirizare in Civitavechia e ne luocho de la Lumera et in ogni altro luocho case, capanna et ogni altro edifficio li piacessi per comodita di se e soi al portare e carrigiare detto Alume, senze altra licentia di qualunche persona, e senza pena, contradictione alcuna, de le quali possa lui a soi heredi disponere come li piacera e paria, senza alcuna contradictione.

XIIII. Item furo dacordo che nessuna altra persona fuor di detto Perantonio e soi factori e ministri non possino cum carro portar o far portare, o carrigiare per detta strada che esso dè aconziare, senza licentia expressa di nostro Signore o di Monsignore lo Camerlengo, o Vicecamerlengo, o chi tali luocho governasse, a pena di venticinque ducati di applicare a la Camera apostolica per tante volte quante si trovera contrafare.

XV. Item che tutte supradicte cuose se intendano a buona fide, senza dolo, fraude e malicia alcuna.

XVI. Pro quibus omnibus et singulis sic attendendis et inviolabiliter observandis prefate partes hinc inde, videlicet prefatus dominus Commissarius omnia et singula apostolice Camere bona mobilia et immobilia, presentia et futura, spiritualia et temporalia ubilibet constituta, dictus vero Perantonius se ipsum eiusque heredes, successores et bona omnia mobilia et immobilia presentia et futura ubilibet constituta, tam sub refectione omnium et singulorum damnorum, expensarum et interesse ob non observationem predictorum quomodolibet incurrendorum ac penis Camere apostolice consuetis, quam in omni alia maiori, meliori et strictiori forma solemniter obligarunt et ypothecarunt, cum submissionibus, renuntiationibus procuratorumque constitutionibus, aliisque modis, formis, tenoribus, solemnitatibus et clausulis in similibus contractibus de iure vel consuetudine poni et addi solitis et consuetis. Insuper prefate partes iuraverunt, videlicet ipse dominus Commissarius supra pectus et conscientiam suam, prefatus vero Perantonius, sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, iuravit predicta omnia et singula attendere et inviolabiliter observare, et contra non dicere, facere vel venire per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse, quovis quesito colore, sub ypotecha et obligatione predictis. De et super quibus omnibus et singulis supradictis prefate partes hinc inde petierunt sibi fieri a me Notario publico infrascripto unum et plura publicum et publica instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt hec Rome apud Sanctum Petrum in palatio apostolico in loco Camere apostolice, assistentibus ibidem Reverendis patribus dominis Sulimano et Falcone apostolice Camere clericis, et Iacobo de Mucciarellis generali Auditore Camere apostolice, consentientibus ac presentibus egregiis viris domino Francisco de Burgo Scriptore Bullarum et Lucha Nicolai de Senis Sanctissimi domini nostri pape familiaribus, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Gerardus etc.

CCCLXXX.

Privilegia et statuta terrae Vetrallae conceduntur et confirmantur. *Reg. Tom. II. fol. 34.*

Pius episcopus etc. Dilectis filiis Communitati et hominibus terre nostre Vetralle, salutem etc. Cum vos nuper ad nfam et sancte Romane ecclesie devotionem et fidelitatem reversi fueritis, nos sperantes, quod in eis de bono in melius continuabitis, inducimur, ut vos paternis gratiis et favoribus prosequamur. Hiis itaque rationibus moti ac inclinati vestris supplicationibus per vos factis in huiusmodi reversione vestra, intendentesque satisfacere vobis iuxta petitiones vestro nomine nobis factas, antequam nobis et dicte ecclesie vos traderetis, omnia et singula statuta vestra, necnon privilegia, exemptiones, gratias et indulta vobis et Communitati vestre per Romanos Pontifices predecessores nostros concessa, quatenus iusta et rationabilia sint et in preiudicium ecclesiastice libertatis non tendant, apostolica auctoritate tenore presentium approbamus et confirmamus, prout hactenus laudabiliter observata extiterunt: et ut alacrioribus animis et quietioribus mentibus in nostra et dicte ecclesie devotione ac fidelitate continuare possitis, intendimus et volumus vos et dictam terram nostram Vetralle tenere et conservare sub nostra et dicte ecclesie immediata subiectione et dominio, nec alicui submittere vel alienare, et ita per nos et successores nostros Romanos Pontifices pollicemur. Insuper omnes et singulos processus et

condempnationes factas per quoscumque officiales contra quascumque personas dicte terre et in ea habitantes, tam ecclesiasticas, quam seculares, et armigeros et alios forenses occasione quorumcumque delictorum usque in presentem diem commissorum tenore presentium cassamus, remittimus et annullamus, ita quod eorum occasione persone huiusmodi nullatenus possint et debeant molestari, exceptis bannitis pro homicidio, quas restituere et remittere non intendimus, nisi pace habita a consanguineis et heredibus occisorum. Concedimus etiam et indulgemus vobis, ut in ipsam terram mittere, ac ex ea pro libito vestro extrahere possitis omne genus victualium libere et impune absque alicuius superioris licentia, et absque solutione alicuius gabelle vel passus, dummodo ex terris ecclesie non advehantur. Ceterum vos et Communitatem vestram eiusque singulares personas, necnon ecclesias et loca pia eius reintegramus et restituimus apostolica auctoritate ad omnia et singula iura tenutarum et possessionum, que per quoscumque quomodolibet usurpata et occupata extiterunt sine alicui iuris preiudicio. Volumus etiam et vobis concedimus, ut banditas vestras consuetas tenere et possidere ac de illis disponere possitis, prout hactenus consuetum est. Insuper volentes vos amplioribus gratiis et favoribus prosequi, vos et Communitatem vestram eiusque homines et personas ecclesiasticas et seculares a solutione subsidiorum, ac omnibus aliis oneribus usque ad decem annos proxime futuros, a data presentium incohandos, excepto sale grosso, liberos, exemptos et immunes facimus per presentes: elapso autem eiusmodi decennio volumus et decernimus esse in nostro ac successorum nrorum Romanorum Pontificum arbitrio et dispositione, an teneamini ad solutionem vintesimi seu subsidii dicte Camere apostolice, decernentes etiam, quod officialis noster pro tempore futurus esse debeat de terris distantibus ab ipsa nostra terra Vetralle ad minus per viginti miliaria, et alias ad eum recipiendum non teneamini. Ceterum intendimus providere, ut omnia animalia vra vobis ablata sive per incursiones, seu alias quovis modo integre restituantur, quatenus in nostris et dicte ecclesie terris inveniantur, concedentes vobis, ut pro defensione dicte terre retinere possitis duas bombardas parvas in ea existentes, quas diligenter servare et custodire teneamini. Insuper concedimus et indulgemus, ut armigeri stipendiati et alii forenses in dicta terra consistentes possint inde libere et secure recedere cum bonis et rebus eorum absque aliquo impedimento, dum tamen restituant subditis nris, quicquid in presenti bello acquisierunt, remittentes ex nunc omnia et singula delicta per vos et singulares personas dicte terre quomodolibet commissa pro preterito contra nrum et apostolice sedis statum: in futurum autem volumus contra delinquentes iustitiam ministrari. Possessiones vero ecclesiarum et aliorum piorum locorum dicte terre, quas ad presens habent et in futurum habebunt, sint libere et exempte in perpetuum a solutione vintesimi. Decernimus quoque et mandamus, ut captivi eiusdem terre, de quibus hactenus exactio pacta non fuisset, libere admittantur absque aliqua solutione talearum, et inter eos comprehendantur presbiter Dominicus de Vetralla archipresbiter Capralice, ser Mandus de Amelia et Iulianus de Gallesio, qui retenti fuisse dicuntur. Ceterum volumus et mandamus, quod omnia animalia vestra per vos recommendata Baronibus et domicellis nostris Romanis, aut aliis subditis nostris et dicte ecclesie, integre et sine diminutione vobis restituantur, et nichilominus omnes et singule possessiones et alia quecumque bona cuiuscumque generis pertinentie hominibus dicte terre, ac in terris nostris et dicte ecclesie consistentia, que in hoc bello occupata fuissent, libere et absque litigio eisdem hominibus restituantur. Postremo volumus et mandamus, ut Ebrei in ipsa terra ad presens commorantes illesi conserventur, prout alii eiusdem terre opidani. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLXV. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno primo.

CCCLXXXI.

Cursus equorum civitatibus Cesenae et Bertonorii conceditur. *Reg. Tom. II. fol. 121.*

Paulus episcopus etc. Dilectis filiis Communitati Civitatis nostre Cesene, salutem etc. Fides et devotio, quam erga nos et sanctam Romanam ecclesiam nuper ostendistis, cum defuncto Malatesta Novello de Malatestis ipsius nostre Civitatis, dum viveret, in temporalibus Vicario nostro, sponte ad nostram et ipsius ecclesie immediatam ditionem et dominium unanimi consensu rediistis, promeretur, ut vos paternis gratiis prosequentes ea vobis concedamus, per que honori vestro et decori ipsius Civitatis consulatur. Itaque inclinati supplicationibus vestris, et ob memoriam publice letitie illius diei, quo ad sancte Romane ecclesie, matris vre et naturalis domine, gremium reversi fuistis, harum serie ordinamus, mandamus et auctoritate apostolica decernimus, ut in perpetuum singulis annis ipso felici die, quo eadem reversio facta est, videlicet die nono Decembris, fiat cursus equorum et victori premium ponatur et detur expensis Camere apostolice unum bravium sive pallium valoris vigintiquinque florenorum auri de Camera, mandantes Thesaurario nostro in provincia Romandiole presenti et pro tempore existenti, quatenus dictos vigintiquinque florenos auri de Camera singulis annis pro huiusmodi pallio de nostris pecuniis quomodolibet ratione sui officii ad manus suas pervenientibus persolvat, quos in suis computis

admitti mandamus per presentes. Nulli ergo etc. nostrorum ordinationis, mandati et decreti infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXV. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno secondo.

Eodem modo Communitati Berteuorii.

CCCLXXXII.

Constitutio, qua cuique in terris ecclesiae praeter cameram apostolicam monetas cudere propter adulterinas pontifex prohibet, et omnes bononinos Marchisanos ad papales grossos et baiochos reduci iubet. *Ex Reg. Secret. Pii II. et Pauli II. Tom. IV. fol. 160.*

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex in superne dignitatis specula militantis ecclesie divina providentia constitutus ad universas fidelium regiones, et precipue Romane ecclesie immediate subiectas sue considerationis intuitum, ut ex debito iniuncti sibi ex alto ministerii pastoralis officii incumbit, provide extendit, earumque commoda tam publica quam privata, et quantum sibi divina gratia suffragante permittitur, pro honore sedis apostolice et subditorum ecclesie indemnitatibus et auxiliis, quibus continuis crescant incrementis, conservare et in meliorem statum reducere summis vigiliis conatur, prout locorum et temporum qualitate pensata id congruentius viderit expedire. Hinc est, quod cum fama vulgari referente ad nostram noticiam devenerit, in provinciis nostris Marchie Anconitane, ducatus Spoletani, Patrimonii et aliis terris atque locis nobis et Rom. ecclesie mediate et immediate subiectis varias adulterinas et reprobas contictas monetas argenteas in tantum ex maliciis hominum in diversis locis fabricatas multiplicatas esse, et impune cursum et valorem habere, quod cum alibi tanquam minus iuste undique sunt prohibite et reiecte, in maximum provincialium et subditorum nostrorum damnum et iacturam nostramque displicentiam non mediocrem: Idcirco volentes super hiis oportune providere, ne subditi Rom. ecclesie ex multiplicatione et cursu similium monetarum, quas bononenos vulgariter appellant, cuiuscumque cunei de presenti currentis ulterius gravioribus afficiantur incommodis, hoc presenti decreto omnibus et singulis Vicariis, Baronibus, Dominis, Communitatibus, Universitatibus Civitatum, terrarum atque locorum, et quibusvis aliis personis cuiusvis status, dignitatis et gradus nobis et Romane ecclesie mediate vel immediate subiectis, etiam si apostolica et quavis alia auctoritate, sive concessione aut privilegio eis quomodolibet concesso monetas cudere antea licuisset, ne ulterius per se vel alios cudere aut cudi facere liceat, et ne a quoquam cudi permittant vel patiantur publice vel occulte monetas aliquas ereas, argenteas sive aureas, prohibemus expresse sub excommunicationis in singulares personas ac interdicti in Communitates et Universitates predictas, nec non omnium et singulorum privilegiorum a sede apostolica et quibusvis aliis concessorum amissionis, ac omnium dominiorum, Vicariatuum et feodorum a Romana ecclesia seu quavis alia privationis, et mille florenorum auri de Camera penis, quas ipso facto, quotiens contrafecerint, incurrere decernimus per presentes. Cudentes vero aut fabricantes Magistri et Ministri, aut alias quovis modo dantes operam, auxilium vel favorem in cudendo monetas aureas, argenteas vel ereas contra huiusmodi nostram prohibitionem ab omnibus Civitatibus, terris et locis sancte Romane ecclesie mediate vel immediate subiectis perpetuo sint exules, et eorum bona omnia ubique eo ipso sint Camere apostolice confiscata, et alias velut falsarii districte legum, constitutionum et statutorum penis coerceantur et puniantur: etiam fautores et receptatores, Vicarios, Barones, Dominos, Civitates vel quasvis Universitates omnibus et singulis penis suprascriptis ipso facto subiacere volumus et tenore presentium decernimus. Ut autem premissa et infrascripta firmius observentur, omnibus et singulis in provinciis, Civitatibus, terris et locis nobis et s. Romane ecclesie mediate vel immediate subiectis, apostolice sedis Legatis, Gubernatoribus, Rectoribus, Potestatibus, Thesaurariis, Iudicibus, Mareschallis, Barisellis, Prioribus et aliis quibuscumque officialibus districte precipimus et mandamus sub penis indignationis et infrascriptis, ut omnia et singula in hiis nostris litteris et capitulis contenta in provinciis, Civitatibus et terris eorum iurisdictioni suppositis faciant, quamprimum hoc eis innotuerit, publicari et inviolabiliter observari, etiam contrafacientes iuxta tenores harum litterarum nostrarum et capitulorum sine ulla remissione puniri: Legatis autem predictis, si predicta dissimulaverint aut exequi neglexerint vel noluerint, omni provisione et salario eis debitis eo ipso sint privati, Rectores vero et Gubernatores ultra amissione salarii etiam penam trecentorum ducatorum, alii vero supranominati amissionem etiam salarii ac penam excommunicationis et centum ducatorum, quotiens in predictis fuerint culpabiles, ipso facto incurrant, et dictis officiis eo ipso sint privati et ad alia habeantur inhabiles, Mandantes Thesaurariis, Camerariis et aliis quibusvis, ad quos spectaret predictas provisiones et salaria solvere, sub penis excommunicationis et privationis officiorum suorum, ut predicta retineant illis, qui quoquomodo illa premissa amisissent, nec ea illis solvere astringantur, quod si contrafacient, ultra premissas penas tantumdem de suo, quantum illis solverint, Camere apostolice solvere teneantur. Volumus autem, ut predictarum penarum tertia pars denuntianti, altera officiali exequenti et alia Camere apostolice applicentur, apostolicis concessionibus seu privilegiis et aliis qui-

buscumque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque derogari volumus per presentes. Ne autem ex decreto huiusmodi ex dispensatione et consumptione monetarum predictarum, quibus provincie nře referte ad modum videntur, subditi nostri nimium in earum dissolutione patiantur incommodum, quin ymo de bonis et iustis monetis in Zeccha nostra cudendis oportune provideatur, volumus et presenti decreto mandamus, quatenus sub penis in capitulis infrascriptis contentis ad dissolutionem monetarum confectarum huiusmodi cuiuscumque cunei preterquam nostri nomine constituti, necnon ad usum et dispensationem monetarum, quas boni auri, argenti et ponderis iusti cudi in Zeccha nostra decernimus, ordo, qui in capitulis infrascriptis describitur, perpetuo inviolabiliter observetur, quorum tenor infra sequitur et est talis.

Et primo quod grossus papalis et baiocchus in terris, Civitatibus et locis nobis et sancte Romane ecclesie mediate vel immediate subiectis recipi et expendi debeant, videlicet grossi decem et duo baiocchi, aut septuaginta duo baiocchi pro uno floreno auri de Camera, aut decem grossi et quatuor baiocchi, vel septuaginta quatuor baiocchi pro ducato papali, nec possint ab aliquo recusari, et valeat grossus bolonenos sex Marchisanos nunc currentes in contractibus et debitis iam factis ad rationem bolonenorum tam publicis quam privatis, nec quovis modo a quoquam pro eo pretio possit recusari.

Item quod bologneni papales cudendi iuxta ordinationem de mandato nostro per Cameram apostolicam factam, quorum duo valeant tres baiocchos et quadraginta octo unum florenorum de Camera, similiter ubique recipi et exponi debeant pro dicto valore, nec ab aliquo possint recusari: et quod similiter quatuor bologneni papales valeant belognenos Marchisanos quinque nunc currentes, nec possint recusari etiam in quibusvis contractibus debitis iam factis tam publicis quam privatis.

Item quod bologneni Marchisani nunc currentes expendi possint et recipi usque ad quatuor menses tantum et non ultra, et pro valore supradicto singuli et non ultra, tam in solutionibus fiendis privatis personis, quam Thesaurariis et Camerariis nostris et Camere apostolice.

Item quod ipsi Thesaurarii et Camerarii nostri omnes faciant solutiones in moneta argentea faciendas, nisi in bologninis seu baiocchis aut grossis papalibus.

Item quod quinque ex illis valeant quatuor papales, et ita recipi et expendi debeant, nec a quoquam possint recusari.

Item quod de cetero infra dies viginti post publicationem presentium omnes contractus, obligationes, provisiones, que fient, ac pene et condemnationes imposite a statutis vel imponende per iudices et officiales, et pretia quarumcumque rerum vendendarum ad minutum vel ad grossum, salaria quorumcumque officialium, stipendia et provisiones de bologninis intelligantur et intelligi debeant de dictis bologninis papalibus, et de illis facta promissio, contractus, obligatio vel condempnatio, ita quod creditor solutionem de dictis bologninis papalibus tantum vel valorem illorum in bologninis Marchesanis, videlicet quinque Marchesanos pro quatuor papalibus, vel in grossis papalibus aut baiocchis ad rationem trium baiocchorum pro duobus bologninis papalibus recipere debeat, et ad huiusmodi solutionem compelli possit et debeat debitor.

Item quod ex contractu quocumque, provisione, obligatione, condempnatione sive ad rationem ducatorum de Camera, sive ad rationem boloninorum quadraginta creditor recusare possit omnem monetam argenteam cuiuscumque alterius cunei, nec illam debeat et teneatur recipere preter papalem, videlicet grossos decem papales et duos baiocchos, aut baiocchos septuaginta duos aut boleninos papales quadraginta octo pro ducato de Camera, aut baiocchos sexaginta vel belouinos papales quadraginta, ad rationem florenorum de bologninis quadraginta vel valorem illorum in bologninis Marchisanis nunc currentibus, videlicet sex pro uno grosso papali vel quinque dictorum bologninorum Marchisanorum pro quatuor bologninis papalibus, et ad huiusmodi solutionem faciendam compelli debeat debitor infra quatuor menses superius pro termino prefinitos.

Item quod Zeccherii durante dicto tempore quadrimestri teneantur et debeant cuique dare pro sex bologninis Marchesanis unum grossum papalem, vel pro quinque ex dictis bologninis Marchisanis bologninos quatuor papales usque ad summam ducatorum quinque, ab inde vero supra non teneantur recipere dictos bologninos Marchisanos, nisi ad pondus et ad eius ponderis valorem argenti solvere in grossis papalibus vel bologninis sive baiochis: post lapsum vero dictorum quatuor mensium nullam quantitatem teneantur recipere nisi ad pondus et tanquam argentum ruptum, nec ulterius quocumque pretio exponi et recipi possint, sed tantum ut argentum in massa habeatur, quinymo si in moneta apud aliquem in quacumque summa reperiatur post tempus predictum, tanquam moneta reproba et vetita fisco applicetur, et in penam centum florenorum auri de Camera eam tenens ipso facto incurrat.

Item quod quecumque persona cuiusvis status, conditionis et gradus prefatos grossos, bologninos papales, baiocchos et bologninos Marchisanos pro alio valore, pretio, modo, forma vel tempore, quam in predictis capitulis et quolibet eorum determinatum est, exposuerit, computaverit, dederit, receperit

sive pro pretio, valore, modo, forma et tempore supra ordinatis refutaverit vel recusaverit, aut aliter contractaverit, amictat monetam illam, quum preter formam et modum suprascriptum exposuerit, receperit, recusaverit, contractaverit, et tantumdem ac etiam eo ipso incidat in penam viginti quinque ducatorum totiens, quotiens contrafecerit, cuius tertia pars applicetur Camere apostolice, altera denuntianti, altera officiali exequenti, et si denuntians ipse in penas predictas incidisset, pro ea vice illas evitet, super quibus officialis denuntiantis iuramento stare debeat et credere teneatur. Ceterum quoniam difficile foret presentes nras litteras ubique locorum exhiberi, volumus et dicta auctoritate apostolica decernimus, quod presentium litterarum transumpto manu notarii publici cuiuscumque episcopalis seu laycalis Curie fideliter transcripto, et signato perinde stetur ac in iudicio et extra ubique fides plenaria adhibeatur, ac si eedem presentes littere originaliter forent exhibite vel ostense. Nulli ergo etc. nostrorum prohibitionis, constitutionis, voluntatis, decreti, precepti et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Marcum Anno etc. MCCCCLXV. Idus Ianuarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCLXXXIII.

Civitas Bertonorii ad immediatam ditionem sedis apostolicae revertitur. *Reg. Tom. II. fol. 67.*

Paulus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Super cathedram preheminentie pastoralis divina clementia constituti etsi multis arduisque negotiis, qua in Romane Curie alveum undique confluunt, circumdamur, circa id tamen vacamus instantius, ut Civitates nostre et sancte Romane ecclesie sub nostra et ipsius ecclesie ditione perpetuo remaneant, et ipsius ecclesie sponse nro Civitates, terras et iura quecumque ab omnibus occupationis alienationisque dispendiis preservemus. Sane cum nuper Civitas nostra Bertonorii, quam quondam Malatesta Novellus de Malatestis, dum viveret, ab eadem Romana ecclesia in Vicariatum in temporalibus obtinebat, per ipsius Malateste obitum, qui nullis relictis liberis ex se genitis, ut dño placuit, excessit e vita, ad nos et dictam ecclesiam devoluta existat tum iure investiture, tum etiam in vim capitulorum per dictum Malatestam dudum cum felicis recordationis Pio immediato predecessore nostro initorum, et iureiurando tam per ipsum Malatestam, quam per dilectos filios cives et Communitatem dicte Civitatis nostre Bertonorii prestito, necnon per dilectos filios aliarum Civitatum et terrarum, Castrorum et Villarum totius dominii ipsius Malateste firmatorum: Quod probe considerantes prefati cives atque Communitas Bertonorii, memoresque huiusmodi iuramenti per eos prestiti in dicta capitulorum confectione sponte, et unanimi consensu ac concordibus animis ad nram et apostolice sedis immediatam ditionem ac dominium, fidelitatem et devotionem reverti decreverunt, prout laudabiliter reversi existunt, et nobis humiliter supplicarunt, sese et Civitatem predictam sub nostra et dicte sedis immediata ditione et dominio huiusmodi perpetuis temporibus regi, gubernari et conservari, nec alicui deinceps in Vicariatum dari, alienari seu quomodolibet submicti. Eapropter nos premissa matura consideratione pensantes, volentesque, ut dignum et equum est, iustis Communitatis et hominum predictorum votis annuere, ac ipsos et Civitatem predictam paterna in domino caritate complecti et confoveri, ut tamquam boni et devoti filii et subditi nostri ad gremium sancte Romane ecclesie eorum sue matris gaudeant se reversos, ac proinde liberioribus mentibus in devotione et fidelitate eorum de bono in melius perseverent, de Venerabilium fratrum nrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio pariter et assensu Civitatem predictam nostram Bertonorii, eiusque cives, incolas et personas sub nostra et ipsius Romane ecclesie immediata ditione, imperio et dominio nostro et dicte ecclesie perpetuis temporibus retinere et conservare, nec alicui deinceps in Vicariatum dare, alienare seu quomodolibet submictere, neque super eis alicuius concessionis, donationis seu alienationis contractum vel litteras celebrare, decernentes nichilominus irritum et inane, quicquid a quovis quavis auctoritate deinceps in premissis scienter vel ignoranter contigerit attemptari, in cuius rei certiorem fidem et perpetuam testimonium has presentes litteras propriis manibus cum annotatione nominis nostri subscripsimus, et prefati Venerabiles fratres nostri similiter subscripserunt. Nulli ergo etc. nostre receptionis, acceptationis, sollicitationis, decreti, annotationis et subscriptionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXV. sextodecimo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

✠ Ego Paulus Catholice Ecclesie Episcopus ss.

✠ Ego Bessarion Epūs Tusculanus Cardinalis Nicenus manu propria ss.

✠ Ego Guillelmus Epūs Ostiensis Cardinalis Rothomagensis manu propria ss.

✠ Ego Iohannes Episcopus Sabinensis Cardinalis sancti Sixti manu propria ss.

✠ Ego Iohannes Epūs Portuensis Cardinalis sancti Angeli manu propria ss.

✠ Ego Latinus Epūs Albanensis Cardinalis de Ursinis manu propria ss.

✠ Ego Alanus Epūs Penestrinus Cardinalis Avinionensis manu propria ss.

✠ Ego Philippus tituli sancti Laurentii in Lucina pbr Cardinalis Bononiensis mpp. ss.

✠ Ego Iohannes tit. sancti Laurentii in Damaso pbr̃ Cardinalis Zamorensis mpp. ss.

✠ Ego Iacobus tit. sancte Anastasie pbr̃ Cardinalis manu propria ss.

✠ Ego Angelus tit. sancte Crucis in Hierusalem pbr̃ Cardinalis Reatinus manu propria ss.

✠ Ego B. tit. sancte Sabine pbr̃ Cardinalis manu propria ss.

✠ Ego Nicolaus Cardinalis tituli sancte Cecilie manu propria ss.

✠ Ego Bartholomeus tit. sancti Clementis pbr̃ Cardinalis Ravennas manu propria ss.

✠ Ego Iacobus tituli sancti Grisogoni pbr̃ Cardinalis manu propria ss.

✠ Ego Rodericus s. Nicolai diaconus Cardinalis Valentinus, sancte Romane ecclesie Vicecancellarius, manu propria ss.

✠ Ego Franciscus sancti Eustachii diaconus Cardinalis Senensis manu propria ss.

✠ Ego Franciscus sancte Marie Nove diaconus Cardinalis de Gonzaga manu propria ss.

CCCLXXXIV.

Bononiensibus nonnulla de eorum civitatis regimine privilegia a Nicolao V. Calixto III. et Pio II. concessa, quibusdam modificationibus adiectis, pontifex confirmat.

Reg. Secret. Tom. II. fol. 70.

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romanis pontificis providentia circumspecta subditorum suorum commodis semper intenta, que pro illorum prosperitate et votivis successibus eis a sede apostolica sunt concessa, ut inconcusse serventur, suo munimine roborat, et nonnunquam declarat et modificat, prout temporum vicissitudine et locorum qualitate ac personarum meritis et conditione pensatis, eorum quieti conspicit in domino salubriter expedire.

Dudum siquidem felicis recordationis Nicolaus papa V. predecessor noster dilectis filiis Antianis, Communi et populo nostre Civitatis Bononiensis pro eorum prospero, felici et tranquillo regimine nonnulla privilegia, gratias capitulaque concedens, et quasdam eorum petitiones admittens inter alia voluit et ordinavit, quod ex tunc de cetero futuris temporibus omnia et singula regimen Civitatis predicte quomodolibet concernentia per Legatum sive Gubernatorem pro tempore, cum consensu Magistratuum deputatorum ad regimen dicte Civitatis deliberarentur, statuerentur ac disponerentur, et deinde felicis recordationis Calistus III. et Pius II. etiam Romani pontifices, predecessores nostri, premissa eorum munimine roborarunt, prout in quibusdam supplicationibus sub capitulorum forma sibidem Nicolao predecessori nomine Antianorum, Communis et populi predictorum exhibitis, et ipsius Nicolai predecessoris ad capitula huiusmodi factis responsionibus, ac publico instrumento superinde confecto manu dilecti filii Petri de Noxeto, eiusdem Nicolai predecessoris secretarii, necnon Calisti et Pii predecessorum predictorum litteris apostolicis, et ad capitula pro parte eorumdem exhibita factis responsionibus manu dilecti filii Gregorii Lollii, dicti Pii predecessoris secretarii, annotatis et in registris Camere apostolice registratis, que diligenter inspici fecimus, plenius continetur. Cum autem, sicut dilecti filii Paulus de la Volta miles et utriusque iuris doctor, ac Iohannes Bartholomei de Guidoctis, cives Bononienses, oratores et sindici Antianorum, Communis et populi predictorum, post prestitam nobis debite fidelitatis ac subiectionis reverentiam, nuper exposuerunt, (quod) Antiani, Commune et populus predicti desiderant premissa omnia pro eorum subsistentia firmiori etiam nře confirmationis munimine solidari, nobisque propterea humiliter supplicarunt, ut illa approbare et nostra auctoritate firmare de benignitate apostolica dignaremur.

Nos, qui prefatam Civitatem Bononiensem, et illius cives peculiares nostros et eiusdem Romane ecclesie filios ac subiectos ob precipuam fidem et devotionem, quam ad nos et ecclesiam prefatam gerere comprobantur, speciali quadam dilectione prosequimur et paterna caritate confovemus, huiusmodi supplicationibus inclinati eorumdemque predecessorum inherendo vestigiis concessiones, gratias, ordinationes privilegia, immunitates, capitula, illa dumtaxat, que per Nicolaum et alios predecessores predictos signata et concessa fuerunt, iuxta concessionem et moderationem ipsorum predecessorum, necnon que per dilectum filium nostrum Angelum tituli sancte Crucis in Hierusalem presbiterum Cardinalem, in Civitate prefata et illi adiacentibus partibus apostolice sedis Legatum, eiusque pro tempore locumtenentem cum hiis, qui prefuerunt officio Sexdecim, gesta et facta, dummodo non tendant in preiudicium Romane ecclesie et ecclesiastice libertatis et Civitatis Bononiensis, ordinata et mandata fuerunt, auctoritate apostolica et ex certa nostra scientia approbamus et confirmamus ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, hac tamen adhibita moderatione et declaratione, videlicet quod, quia intelleximus in eadem Civitate contra mentem eiusdem Nicolai predecessoris, et capitula sibi oblata, presertim quartum in ordine ipsorum, quo cavetur, quod sexdecim deputati ad regimen ipsius Civitatis deberent esse temporales, et finito eorum officio per Legatum sive Gubernatorem pro tempore (et) per ipsos sexdecim deputarentur alii sexdecim in officio successores, quod minime observatum extitit, quinimo ipsi sexdecim officium et regimen Civitatis continuaverunt, quodammodo se perpetuantes in Magistratu atque regimine Civitatis, quod recte et bene institute politie et quieto ac tranquillo statui Civitatis ipsius

non credimus convenire, propterea ipsius Nicolai predecessoris mentem sequentes statuimus et ordinamus, quod deinceps dilecti filii viginti cives Civitatis predicte, qui una cum dilecto filio Iohanne de Bentevoliis, milite Bononiensi, dicto officio sexdecim funguntur de presenti, per Legatum nfum de consensu ipsorum civium, habita consideratione diligenti etatis, morum, prudentie et in rebus agendis experientie cuiusque ipsorum, in duas partes equales infra quindecim dies a die reditus ipsius Legati ad Civitatem Bononiensem dividantur, et ex tunc successores temporibus singulis sex mensibus una pars ex partibus predictis ad ipsum officium, quod olim Sexdecim dicebatur, exercendum alternatim, et cum qualibet earundem partium, videlicet cum decem viris predictis, ita tamen ut unius persone dumtaxat vice et potestate fungatur, continuo prefatus Iohannes de Bentevoliis, quamdiu vixerit, et in devotione et obedientia nostra et Romane ecclesie ac successorum nostrorum perseveraverint, et officium more predicto gubernabitur, deputetur, eligatur et assumetur, et illud sic auctoritate et decreto nostro alternis semestribus medietas viginti civium predictorum cum consueta hactenus potestate et auctoritate et modo et forma servatis officium exerceant.

Et insuper volumus et dicta apostolica auctoritate concedimus, quod si pro quiete Civitatis predicte et meliori regimine Legato, sive Gubernatori et civibus utriusque partis predictarum expedire videbitur, possint et valeant infra eosdem quindecim dies, a die reditus ipsius Legati, ultra predictos viginti unum alios cives ydoneos et benemeritos, de aliis tamen et diversis familiis ab hiis, qui nunc dicto officio funguntur, ad officium huiusmodi usque ad numerum triginta duorum assumere et supplere, et predicto numero viginti unius illorumque consortio aggregare, ita quod alternis sex mensibus sexdecim eorum ad officium deputentur, et alii sexdecim aliis sex mensibus in officio succedant, necnon occurrente obitu vel privatione alicuius ex eisdem viginti uno, aut triginta duobus civibus in eventum amplioris numeri, ut premittitur, alium in locum decedentis vel privati debeant similiter per electionem surrogare, ita tamen quod filius decedentis subrogari non possit, nisi tricesimum etatis annum compleverit, et alias prudentia et gravitate morum commendandus et ad regimen seu officium predictum ydoneus existat, nec in locum morientis aliquis ex decem vel sedecim in alternatis mensibus successoris quomodolibet substitui valeat aut subrogari, decernentes ex nunc irritum et inane quicquid secus super hiis quovis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari.

Statuimus insuper et ordinamus, quod predicti decem deputandi ad officium et regimen predictum, vel ipsi sedecim in casum ampliationis numeri usque ad triginta duos, in primo ingressu officii et antequam ad exercitium admittantur, in manibus Legati seu Gubernatoris prestent debite subiectionis et fidelitatis nobis et successoribus nostris canonice intrantibus, et sancte Romane ecclesie iuramentum, et finito eorum officio alii decem, vel in eventum amplioris numeri sedecim in officio successores, similiter et hii, qui in locum mortuorum substituerentur, simile iuramentum prestent.

Volumus quoque et decernimus, quod tam Antiani, quam ipsi decem aut sedecim et ceteri officiales et Magistratus Bononie tam verbo, quam scriptis et in cunctis publicis et privatis actibus se Romane ecclesie et Romani pontificis subditos ac subiectos ostendant ac profiteantur, Legato aut Gubernatori et aliis officialibus, qui per nos mitti et deputari consueverunt, singulis secundum gradus prerogativam honorem et reverentiam, sicut Romane ecclesie subditos et devotos decet, exhibeant: veterum etiam reprobamus abusum, quo dicti Antiani vel sedecim aut alii sub nomine Communitatis scribentes, se Antianos vel reformatores libertatis Bononiensis appellabant seu scribebant, statuentes, ut deinceps, cum ad nos vel successores nostros litteras scripserint obmisso libertatis nomine, quod subditos dominum iactare non convenit, se humiles servitores nostre Civitatis Bononie officiales appellent atque subscribent: mandamus preterea, quod bulla seu ordinatio nostra, per quam ad relevandas communes necessitates, et presertim ad sublevandas pauperes et egenos crescimoniam substulimus, et olim quedam ordinavimus, modis omnibus inviolabiliter observentur, cuius tenor ad maiorem expressionem infra subiicitur.

Insuper in signum maioris reverentie in moneta aurea, que in eadem videtur Civitate, ab uno latere insignia Romani pontificis maiora et ampliora solito, que unum latus compleant, cum nomine ipsius pontificis imprimantur, et ex alio latere iuxta morem fit imago principis Apostolorum, et in latere dextero ipsius imaginis insignia Legati vel Gubernatoris pro tempore, a sinistro insignia Civitatis nostre Bononie cum inscriptione solita horum verborum ‚Bononia docet' apponantur: in ceteris quoque actionibus suis erga matrem et dominam suam sacrosanctam Romanam ecclesiam, et Romanos pontifices, Legatos seu Gubernatores pro tempore talis obedientie, reverentie ac subiectionis signa publice ac privatim ostendant, ut tamquam peculiares ipsius ecclesie filii atque subiecti de fide et devotione sua possint merito commendari, et sub umbra ecclesiastice ditionis pacis dulcedine perfruantur, ac omnipotentis dei gratiam et apostolice sedis benedictionem et gratiam in dies uberius consequi mereantur. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Tenor vero bulle predicte sequitur et est talis.

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Superne dispositionis arbitrio ad sacram b. Petri sedem licet insufficientibus meritis evocati singulorum fidelium, et presertim nobis et Romane ecclesie subditorum commodis utilitatibusque prospicimus, et eorum statui melius dirigendo, quantum cum deo possumus, libenter intendimus. Sane, sicut accepimus, in Civitate nostra et districtu Bononiensi urgentibus bellicis cladibus, ac fortasse publicis necessitatibus vectigal molendinorum, quod vulgo datium appellant, pro quinta parte adauctum fuit et institutum, ut pro singulis corbis frumenti, pro quibus non nisi quatuor bolendini solvi antiquitus consueverant, quinque deinceps solverentur, quod quidem augmentum crescimoniam appellarunt. Cum autem huiusmodi exactio in magnam pauperum, viduarum, pupillarum et aliarum miserabilium personarum, quarum magnus numerus in eadem Civitate esse dignoscitur, gravem iacturam cedat atque gravamen: nos pauperibus ipsis paterno compatientes affectu, ac intelligentes nos illius vices tenere, cui pauperum et orphanorum est cura relicta, dicente propheta: Tibi derelictus est pauper, orfano tu eris adiutor; augmentum seu crescimoniam prefatam motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis, sed ex nostra mera liberalitate et de apostolica munificentia ex dicta Civitate atque districtu tollimus, relaxamus et penitus abolemus, districtius sub pena anathematis et indignationis nostre gravissima prohibentes, ne deinceps in dicta Civitate atque districtu nomine eiusdem crescimonie aliquid exigatur. Volentes propterea eiusdem Civitatis commodis et publice utilitati prospicere statuimus et ordinamus, ut redditus et proventus eiusdem Civitatis deinceps in publicas necessitates et non privatas utilitates exponantur, qui pro tempore fuerint, sicut etiam per felicis recordationis Nicolaum V. predecessorem nrum fuerit institutum, voluntarias et minime necessarias expensas deinceps fieri per Legatos aut officiales, qui pro tempore fuerint, districtius prohibentes. Insuper, ut in eadem Civitate vigeat norma iustitie et hi, qui presunt, tanta intentius administrandam iustitiam et integritatem servandam incitentur, quanto se noverint administrationis sue rationem reddituros, statuimus et ordinamus, ut Potestates, qui pro tempore Bononiam transmittentur, finito eorum officio in eadem Civitate Bononie sindicatui subiaceant et per deputandos per Legatum vel Gubernatorem et officiales ipsius nostre Civitatis Bononie secundum formam statutorum et reformationum eiusdem Civitatis sindicentur, Legato, qui nunc est et fuerit in futurum, districte mandantes, ut eosdem Potestates secundum formam eorundem statutorum omni excusatione seposita sindicari faciat, nec alicui eorum quevis exemptio aut indultum quo ad hoc aliquatenus suffragetur. Nulli ergo etc. nre relaxationis, abolitionis, prohibitionis, voluntatis, statuti, ordinationis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXIIII. IIII. Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

Nulli ergo etc. nostre approbationis, confirmationis, communitionis, suppletionis, moderationis, statuti, ordinationis, voluntatis, concessionis, decreti, reprobationis et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXV. XII. Kal. Februarii, Pont. nri anno II.

CCCLXXXV.

Cesenatibus ad immediatum Roman. ecclesiae dominium reversis nonnulla privilegia etc. conceduntur
Reg. Tom. II. fol. 121.

Paulus episcopus etc. Dilectis filiis Communitati et hominibus Civitatis nostre Cesene, salutem etc. Cum vos nuper ad nostram et apostolice sedis devotionem reversi fueritis, nos sperantes, quod in ea de bono in melius perseverabitis et ea continue agetis, per que vos veros et devotos filios et subditos nros et sancte Romane ecclesie ostendetis, merito inducimur, ut vos paternis gratiis et favoribus prosequamur. Volentes itaque satisfacere vestris petitionibus nobis factis, et ut in nostra et eiusdem ecclesie devotione et fidelitate quietioribus animis continuare possitis, concedimus vobis et ex beneficentia apostolice sedis donamus omnes redditus dicte nostre Civitatis Cesene eiusque Comitatus et districtus, quos nunc possidetis, et qui de novo impresentiarum vobis per nos conceduntur, sint vestri et ipsius Communitatis cum onere et solutione omnium salariorum et expensarum occurrentium, prout distinctius infra annotabitur. Volumus autem, ut pro annuo censu seu canone imperpetuum teneamini solvere Camere apostolice mille ducentos florenos auri de Camera in terminis inferius declarandis, reservatis eidem Camere sale et omnibus proventibus, qui ex ipso sale quomodolibet provenire possent, et etiam exceptis solutionibus Hebreorum, reservata quoque medietate omnium condemnationum eidem Camere preterquam damnorum datorum quaecumque causa provenientium, decernentes, ut gratie de condemnationibus huiusmodi pertineant ad Gubernatorem vrum pro tempore existentem, et in ipsis gratiis faciendis cessare debeat omnis suspitio passionis: gratias autem huiusmodi per Gubernatorem faciendas intelligi volumus de condemnationibus et penis transcendentibus summam decem librarum denariorum, a qua summa citra volumus, ut Communitas gratiam facere possit; de condempnationibus autem damnorum datorum possit eadem Communitas ad libitum suum disponere: declarantes, quod in predictis introitibus per Communitatem exigendis non intelligatur gabella, que vulgo dicitur Inboctato et

gabella, que dicitur Baractaria, et gabella panis, quas in totum cassari et aboleri volumus, et ex nunc cassamus et abolemus. Insuper omnia et singula statuta vestra, ordinationes, reformationes, nec non concessiones, gratias, privilegia et indulta vobis et Communitati vestre per Romanos pontifices predecessores nostros concessa, quatenus iusta et rationabilia sint, et in preiudicium ecclesiastice libertatis non tendant, tenore presentium approbamus et auctoritate apostolica confirmamus, prout hactenus laudabiliter observata extiterunt. Si qua autem ex statutis annullanda seu reformanda videbuntur, volumus ea cum deliberatione et consensu dicti Gubernatoris vestri reformari seu etiam annullari, dummodo per nos vel successores nostros approbentur. Volentes quoque ampliori gratia vos prosequi, vos et ipsam Communitatem liberos, exemptos et immunes facimus ab omnibus et singulis oneribus realibus et mixtis ac cuiuscumque generis angariis et a personalibus oneribus, et gentibus armigeris tenendis volumus vos similiter exemptos esse, nisi urgens necessitas pro statu Romane ecclesie et ipsius Civitatis immineat, in quo casu volumus vos ad exhibenda dicta onera personalia et ad recipiendum gentes armigeras teneri, prout per nos vel Gubernatorem vestrum aut Commissarios nostros fuerit ordinatum. Electionem preterea Potestatis ipsius nostre Civitatis volumus ad dictam Communitatem pertinere, ita ut de semestri in semestre eligi debeant tres persone et ad nos deferatur electio, qui ex ipsis tribus electis unum confirmare ad arbitrium nrum possimus. Simili modo concedimus vobis ius eligendi alios officiales vros tam in Civitate, quam in Comitatu eius et districtu, dummodo tamen confirmentur per Gubernatorem vestrum, excepto officiali comestabilium portarum, qui deputari debeat per dictum Gubernatorem ex civibus dicte Civitatis. Vicarius etiam gabellarum sit forensis, et eligi debeant tres per Communitatem, quorum unus per dictum Gubernatorem confirmetur, qui exercere debeat officium Vicariatus gabellarum et iudicis primarum appellationum: causas vero secundarum appellationum idem Gubernator commictat in Civitate Cesene, nisi ex bono respectu vel causa probabili aliud sibi faciendum videatur. Deputatio autem Castellani Turris portus Cesenatici et quorumcumque Castellanorum ad nos pertineat vel ad eos, quibus fuerit ad hoc per nos et successores nostros data facultas. Concedimus etiam vobis, ut habeatis sal a Camera apostolica pro eodem pretio, quo datur Fanensibus, et tres uncias plus ad bolendinum. Reintegrantes eidem Communitati ac concedentes totum Comitatum suum, qui quomodolibet occupatus vel alienatus extitisset usque in presentem diem, et specialiter Montem Congurutium, Carpinetam et Bulgariam, salvo tamen semper iure tertii: Castellum vero Montiani, quod ut asseritis, ad dilectum filium Antonium de Assasinis pertinet, et per litteras felicis recordationis Eugenii pape IIII. predecessoris nostri sibi concessum extitisse dicitur, ex nunc si de iure ad eum spectet, sibi adiudicamus et assignamus, quo casu volumus, ut idem Antonius cum ipso Castello sint recommendati prefate Communitati Cesene: sin autem dictus Antonius in predicto Castello ius non habet, concedimus ipsum predicte Communitati in Comitatum. Volumus quoque et decernimus, ut dilecti filii Goctifridus de Isco cum Castronovo, Gambetula et Boscho, Iohannes Galeottus eques cum Castro Linarii, Maynardus de Honestis cum Montecastello et Falcino, Iohannes Franciscus de Ciborio cum ipso loco Ciborii, illi de Tibertis cum Montegiutone, et illi de Vallenutiis sint et esse intelligantur adherentes et recommendati dicte Communitatis Cesene, si tamen eorum ad hoc consensus accedat. Libraria autem sive bibliotheca per quondam Malatestam Novellum de Malatestis in Conventu beati Francisci dicte Civitatis constructa, volumus, ut ibidem perpetuo existat, nec extra libri quomodolibet removeantur, mutentur, auferantur, alienentur seu quomodolibet extrahantur sub pena excommunicationis late sententie: et nichilominus auctoritate apostolica per presentes confirmamus omnes et singulas donationes et concessiones per dictum quondam Malatestam factas tam Conventui predicto, quam pro studio et lectore ibidem deputato ac pro dicte librarie conservatione. Volumus quoque et decernimus, ut omnes et singule donationes, venditiones et concessiones facte per dictum quondam Malatestam Novellum de quibuscumque bonis et rebus, quas ipse iuste et legitime possidebat, in suo robore firme persistant, exceptis tamen terris et fortilitiis, et presertim Civitate Cervie et omnibus iuribus et pertinentiis suis. Concedimus etiam et indulgemus vobis, ut pro maiori amplitudine et capacitate dicte Civitatis Cesene menia eius ampliare et circuitum augere possitis, de consensu tamen Gubernatoris vestri. Placet preterea nobis et per presentes mandamus, ut dilectis filiis Borniolo et Petro Antonio civibus Cesenatibus restituantur possessiones et bona, que possidebantur per Petrum Iohannem eorum patrem in provincia nostra Marchie Anconitane, ac etiam Tumba Castrilealis, prout iustum fuerit, Absolventes harum serie auctoritate apostolica tam Communitatem predictam, quam eius particulares personas a quibusvis excessibus, delictis et criminibus, ac censuris ecclesiasticis et penis quomodolibet incursis. Ceterum decernimus et mandamus, ut omnes et singuli captivi Civitatis predicte et eius Comitatus et districtus, qui capti extiterunt post mortem dicti Malateste, relaxentur et liberentur, refectis per eos expensis sibi factis, prout Venerabili fratri Laurentio Archiepiscopo Spalatensi, Thesaurario et Commissario nostro, videbitur: ani-

malia vero oblata cuiuscumque generis, que apud stipendiatos nostros reperientur, similiter restitui volumus pro pretio per dictum Commissarium declarando; que vero apud subditos nostros non stipendiatos reperientur, volumus libere et absque solutione aliqua restitui: que demum apud quoscumque vendita reperiri possent, restituantur eo pretio, quo empta fuisse legitime, aut saltem medio iuramento emptorum probatum fuerit. Volentes etiam ac decernentes, ut omnes et singule persone dicte Civitatis eiusque Comitatus et districtus possessiones et predia, que habeant in terris nrã et sancte Romane ecclesie, aut Vicariorum nrorum et dicte ecclesie libere possidere et fructare possint, ac fructus et proventus ipsarum recolligere et portari facere valeant ad dictam Civitatem Cesene, solutis tamen que solvi consueverant, decernimus quoque et mandamus, ut dicta Communitas Civitatis nrẽ Cesene et eius homines amicos et benivolos nros et sancte Romane ecclesie, ac Romanorum pontificum successorum nostrorum canonice intrantium pro amicis et benivolis habeant et tractent, et inimicos pariter habeant et tractent pro inimicis: et versa vice nos ipsam Civitatem et homines ac personas pollicemur per nos et successores nostros protegere et defendere a quibuscumque Capitaneis armorum, Communitatibus et aliis eos offendere vel impetere volentibus. Insuper attentis virtutibus et benemeritis dilecte in Christo filie nobilis mulieris Violantis prefati quondam Malateste consortis confirmamus, et sibi concedimus auctoritate apostolica per presentes possessionem et Tumbam Podii Bernorum, Trebii et Poggiani cum eorum iuribus pertinentiis, sibi concessas per dictum quondam Malatestam et usque ad presens per eam possessas, cum exemptionibus, prerogativis et preheminentiis ac iurisdictionibus, quibus possidebat ante bellum per felicis recordationis Pium, immediatum predecesserem nostrum, contra dictum Malatestam gestum, concedentes eidem Violanti ad vitam suam habitandum Palatium Novum nuncupatum in dicta Civitate situm una cum horto, ita ut eius vita durante nullatenus inde amoveri possit. Postremo quia supradiximus inferius annotari expensas per ipsam Communitatem Civitatis nostre Cesene faciendas, et declarari terminum census Camere apostolice solvendi: Ideo ut honor noster et dicte sedis conservetur, ac Civitatis decus augeatur et conservetur, ac pecunie provenientes ad ipsam Communitatem in opus dignum et laudabile convertantur, pro bono pacis et optimo regimine dicte Civitatis harum serie declaramus et decernimus, quod dicta Communitas teneatur et debeat solvere singulo mense Potestati pro tempore existenti florenes auri de Camera quadraginta, Vicario gabellarum et indici appellationum duodecim, Capitaneis duobus Comitatus viginti, officialibus custodie decem et duobus notariis quatuor, depositario Communis sex, comestabilibus quinque portarum triginta, magistris duobus scolarum duodecim, medicis decem, officiali portus quinque, cancellario Communis octo, portui reparando et manutenendo viginti, prioribus octuaginta, plezzariis duodecim, oblationibus consuetis viginti, braviis decem, murorum reparationi et conservationi viginti. Terminus autem annui census solvendi sit in tribus temporibus anni, videlicet tertia pars solvatur de mense Iulii proxime futuri, alia tertia pars de mense Novembris, et alia tertia de mense Martii, et sic successive solvatur singulis annis Thesaurario provincie nrẽ Romandiole pro tempore existenti. Nulli ergo etc. nrorum concessionis, donationis, voluntatis, declarationis, cassationis, abolitionis, approbationis confirmationis, concessionis, reintegrationis, adindicationis, assignationis, constitutionis, decreti, indulti, placiti, mandati et absolutionis infringere etc. Si quis etc. Dat. Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXV. XII. Kal. Februarii, Pont. nostri anno secundo.

CCCLXXXVI.

Contractus cum magistro Antonio Laurentii de Florentia ad amplificandum palatium s. Marci de Urbe initus.
Divers. Cameral. Tom. XXXIV. fol. 81.

In nomine domini, amen. Noverint universi et singuli per hoc publicum instrumentum, quod cum Sanctissimus in Christo pater et dñus noster, dominus Paulus divina provid. papa II. de presenti velit et intendit amplificare palatium sue Sanctitatis, quod est coniunctum ecclesie sancti Marci de Urbe, atque ad hoc opus agendum et prosequendum sua Sanctitas contentetur habere discretum virum Magistrum Bernardum Laurentii de Florentia architectum. Hinc siquidem fuit et est, quod anno a Nativitate dñi MCCCCLXVI. Indictione XIIII. die XXV. mensis Martii, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Pauli divina providentia pape II. anno secundo, In mei Gerardi Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutis spectabili viro domino Francisco de Burgo, scriptore apostolico et Sm̃i domini nostri pape familiare, ac pro prefato Sm̃o domino nostro papa presente, agente, stipulante et recipiente ex una, et supradicto Magistro Bernardo Laurentii pro se suisque heredibus et successoribus ac sociis, si quos in presenti opera habere et nominare voluerit, presente, agente, stipulante et recipiente partibus ex altera, Ipsi siquidem dominus Franciscus et Bernardus nominibus predictis super edificio et opere predicto conficiendo ad infrascripta conventiones, pacta, capitula, in vulgari ydiomata pro maiori eorum intelligentia scripta, concorditer devenerunt, quorum tenor sequitur et est talis, videlicet:

Perche lo Santissimo in Christo patre et Sig. nostro Paule papa II. di presento vuole et intende fare edificare apresso e nela chiesa di santo Marco e nel palaze apostolico, dove al presente fa residentia, sale, camere et altre stantie congiunto con decto palazo, e mettere in volta le due streme navicelle dela decta chiesa di santo Marco, e rifare lo portico che e dinanzi a decta chiesa e murare intorno alo giardino, e qualunque altra opera e lavoro, che piacesse a sua Santita e secondo da esso o altro per lui sera ordinato e disegnato, lo prudente e discreto homo Maestro Bernardo di Lorenzo da Firenze architectore s'e convenuto colo spectabile messer Francesco del Borgo, scriptore apostolico, famiglio de nostro Signore, et per la sua Santita agente et lecante, a tolto a fare conducere, sequire et expedire decti lavori et edifitii con pacti, modi, conditioni et capitoli infrascripti, cioe:

Primo promette decto Maestro Bernardo a decto messer Francesco, presento et agente in nome di decto nostro Signore, a tutte sue spese cavare e far cavare tucti oportuni fondamenti di decti edifitii, quanto sia di bisogno di longheza, largheza profondita e misura che li sera data per parte de decta sua Santita, et che tucto oro, argento, rame o che altra ragione metallo e simile, ogni ymagini, colonne e porfiri o marmi, o tovertini o che altre gioie, pietre e metalli e cose de alcuno pregio, che in decti fondamenti si trovasseno, sieno et essere degano dela Santita di nostro Signore senza alcuna exceptione, e sia tenuto decto Maestro Bernardo a tucte sue spese decti metalli, pietre, marmi et altre cose trovate tirarle di decti fundamenti, con questo che trovando in essi fondamenti alcune pietre di tufo actuate a murare sieno di decto Maestro Bernardo per murare in dicti edifitii.

Item promette decto Maestro Bernardo far decti lavori et edifitii fedelmento a uso, costume e giudicio di ogni buon Maestro, e far bene murare e componere di tucto et a tucto sue spese di buone e sufficienti pietre, calce e pozelana, cola misura che li sia data di grosseza, largheza et alteza, e con ogni sollicitudine et diligentia cominciati decti lavori et edifitii dega proseguire et condurre al debito fine senza commettere alcuna fraude, dolo o negligentia.

Item promette decto Maestro Bernardo di ponere e murare a tucte sue spese tucte pietre di marmo, travertine o che altra ragione si sia lavorato di concio in porte, uscia, finestre et in ogni altro luogho che li fusse monstrato consegnandoli decti conci facti, con questo inteso che tutti vani sieno misurati, poi che seranno posti e murati decti conci, E sieno decti vani misurati per pieno di alteza, largeza e grosseza a ragione di palmi due e non piu, e che vadino decti vani al canto dela misura coli altri muri. E se caso fosse che piacesse a nostro Signore far porre e murare decti conci a sue spese in decti luoghi, rimane contento decto Maestro Bernardo di quanto piacera a sua Santita, Et in tal caso li vani remasi per decti conci non si aranno a misurare ma non solamente le mura facte.

Item promette decto Maestro Bernardo lavorare o far lavorare tucte le volte et testudini che in decti edifitii si aranno a fare, cosi grandi come piccole, a tutte sue spese di armature et ogni altra cosa che in esse bisognasse, e riempiere li fianchi et apianare le soperfitie di sopra desse volte. E cosi promise dare decte volte a tucte altre mura che fara aricciato dentro e di fuora a iudicio di buon Maestro a tucte sue spese.

Item promise decto Maestro Bernardo pigliare tucte pietre e pozolane che fusseno di nro Signore, che fusseno consegnate a esso Maestro Bernardo a uso di decti lavori (et) edifitii, e di poi la stima di decte pietre e pozolane si se dega defalcare del pregio de decti lavori a decto Maestro Bernardo.

Item promette decto Maestro Bernardo portare o far portare tucto terreno, che si trarra di decti fondamenti in nell'orto presso a decta Chiesa ne luoghi che li seranno mostri: E cosi tutti calcinaci e immonditie, che rimaneranno de muri nuovi a tucto sue spese, si che luoghi intorno ali edifitii facti rimanghino puliti e necti.

Item promette decto Maestro Bernardo per piu sicurta di observatione dele predecte cose fra octo di da ogi dare sofficiente banco e sicurta, che promectera e se obbligera per esso Bernardo di observare cio che si contiene in sopra decti capitoli, e simile di tucte quantita di denari, che decto Maestro Bernardo ricevera da decto nostro Signore per cagione di proseguire decti lavori et edifitii, e che li convertera in decte opere et edifitii et non in altro obligandosi per questo in buona forma.

Et daltra parte lo prefato messer Francesco in nome del prefato Santissimo nro Signore promecte a decto Maestro Bernardo presente, stipulante et ricevento dare e pagare, overo far dare et pagare decti lavori et edifitii a ragione di dicenove grossi papali per ciascuno passo di misura Romana, cosi di volte come di mura, E che li sera dati denari e prestati in principio di decti lavori, e cosi di tempo in tempo come verra seguendo lavoro, di che s'abbi a far ragione a buon conto di decti lavori a decto pregio come verra lavorando.

Item promette decto messer Francesco in decti nomi far consegnare a decto Maestro Bernardo uno o piu luoghi liberi, donde si possa trarre le pietre per murare e decti lavori et edifitii senza noia, molestia et impedimento di persona alcuna.

Item furono dacordo decte parti, che finiti lavori et edifitii si dega defalcare di tucta la merce

di decto Maestro Bernardo di decti lavori fino ala quantita di centoinquanta ducati doro di Camera, secondo che vorra e piacera ala predecta Santita di nostro Signore.

Pro quibus omnibus et singulis sic attendendis et inviolabiliter observandis dicte partes nominibus predictis hinc inde se suosque heredes et successores omniaque et singula eorom et cuiuslibet ipsorom bona mobilia et immobilia, presentia et futura nbilibet constituta, tam pro principalibus summis, quam dampnis, expensis et interesse ob non observationem premissorum quomodolibet incurrendis et substituendis sub penis Camere, et in omni alia necnon et fortiori forma obligaverunt et ypotecaverunt, et quilibet eorum obligavit et ypotecavit cum promissionibus, submissionibus, renumptiationibus, modis, formis, tenoribus, solempnitatibus et clausulis in similibus contractibus poni et addi solitis et consuetis. Preterea prefati dñns Franciscus et Magister Bernardus nominibus predictis promiserunt, ac ad sancta dei evangelia, sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, iuraverunt, et quilibet eorum promisit et iuravit predicta omnia et singula in supradictis capitulis contenta attendere et inviolabiliter observare, et contra ea vel aliquod eorum ullo unquam tempore non dicere, facere vel venire per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse quovis quesito colore sub ypoteca et obligatione predictis. De et super quibus omnibus et singulis dicte partes nominibus predictis hinc inde petierunt sibi fieri per me notarium publicum infrascriptum publicum instrumentum unum et plura. Acta fuerunt hec Rome prope Sanctum Marcum in loco residentie Camere apostolice Anno, Indictione, die, mense et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem strenuo comestabili Iohanne Pazalia, providisque viris Iacobo Christofori de Petrasancta architecto, Silvestro Petri Iuvanalis de Urbe et Baptista Zucchella de Novaria testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Et Ego Gerardus Iobannis de Maffeis de Vulterris etc.

CCCLXXXVII.

Treugas quinque annorum inter Asculanos et Nursinos indictas pontifex confirmat. *Reg. Tom. II. fol. 196.*

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. In eminenti sancte sedis apostolice specula divinitus constituti pro statu pacifico et tranquillo quorumlibet, nobis presertim et sacrosancte Rom. ecclesie subditorum, a quibus nos decet omnem turbationis et inquietudinis subtrahere materiam, salubriter dirigendo partes nostre solicitudinis adhibemus, et hiis, que pro ipsorom quiete ac pace provide gesta sunt et ordinata, ut illibata permaneant et firmiter observentur, apostolici roboris libenter adiicimus firmitatem. Sane cum nuper inter dilectos filios Communitatem et populum nostre Civitatis Asculane ex una, ac etiam Communitates terrarum nostrarum Nursie et Arquate partibus ex altera graves discordiarum materie fuissent exorte, ad sedandum illas et providendum, ne exinde maiora subsequerentur scandala, transmisimus ad loca illa Venerabilem fratrem Stephanum Archiepum Mediolanensem, Referendarium domesticum, Commissarium nostrum cum plena potestate et auctoritate providendi, ordinandi, inhibendi, mandandi et disponendi, prout sibi expediens visum foret: qui Archiepus et Commissarius ad loca predicta se personaliter conferens, auditis per eum diligenter partibus predictis ac plene intellectis eorum differentiis, ad obviandum, ne scandala et iniurie succederent aut cedes perpetrarentur, sicut relatione eiusdem Archiepiscopi et Commissarii accepimus, solempni in hoc interveniente partium stipulatione statuit et ordinavit ac fecit, seu statui, ordinari et fieri procuravit inter partes easdem treuguas ad quinquennium, a die factarum stipulationum et deinceps ad nostrum et sancte sedis apostolica beneplacitum duraturas, promictentibus ipsis partibus hinc inde de non offendendo, nec offendi faciendo, permictendo vel consentiendo unus alterum et alter alterum in personis, rebus aut bonis sub pena decem milium ducatorum auri per partem contrafacientem totiens, quotiens contrafactum fuerit, solvendorum, ac Camere apostolice applicandorum, cum plena etiam et libera facultate, quinquennio et beneplacito durantibus huiusmodi, hinc inde vicissim cum quibuscumque bonis, rebus, mercantiis, animalibus et victualibus aut sine, solutis tamen debitis pedagiis, datiis et gabellis, praticandi, eundi, redeundi, standi, pernoctandi ac morandi pro libito voluntatis cuiusque partium predictarum, ac etiam hominum et personarum earumdem, exceptis dumtaxat bannitis et condemnatis, ac quos in futurum banniri et condemnari contingeret propter eorum demerita, cum pacto denique ac conventione et declaratione, quod dictis quinquennio et beneplacito durantibus per unam partium contra aliam non fiant, nec hostiliter vel non hostiliter perpetrentur aut committantur affensiones alique graves, aut per Communitatem vel personas speciales iniurie vel delicta, in quibus interveniret homicidium aut mutilatio membri vel vulnus mortiferum, incurreria, devastatio vel depopulatio agrorom tam in ipsarum partium, quam quorumcumque aliorum territoriis; et in singulis aliis offensis minoribus restituantur ablata et offendentes puniantur secundum formam iuris et statutorum, nec intelligatur treuga ipsa ropta, violata seu fracta esse, nisi per eos modos, quibus de iure communi et secundum formam constitutionum ecclesie rupta intelligitur: ex delictis vero, que hinc inde durante dicto tempore per speciales personas commicterentur, intelligatur Com-

munitas, cuius est ipsa offendens persona, incurrisse predictas penas, si eandem offendentem specialem personam effectualiter non condemnabit secundum formom iuris et statutorum Communitatis, cuius est persona delinquens, et super boo in personam et bona affendentis debitam et veram non faciet executionem: Promisso etiam hinc inde specialiter et expresse, quod neutra partium predictarum temptabit vel presumet, neo de die nec de nocte, clam et per vim aut voluntatem intrare, invadera, tenere, occupare, debellare, depredare, depopulare aut quavis mada perturbare Castrum aliqued sen terram aut villam aliqaam alterius partis sub pena supradicta, quam pars secus agens vel id perpetrans aut committens, seu per se vel alios fieri et pertractari mondans vel cousentiens aut permictens eo ipso, quo contrafactum fuerit, irremisibiliter incurrat, et nichilominus ad restitutionem et relaxationem liberam Castri, terre, ville et loci huiusmodi, bonorumque ac rerum inde subtractarum teneatur et cogatur de facto, prout hec et alia in ipsius Archiepi et Commissarii litteris sea instrumentis publicis superinde confectis per dilectos filios Raphaelem de Birage prepositum de Septara, capellanum eiusdem, ot Petrum Paulum de Montefalco, suum Cancellarium, quorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, habere volumus pro sufficienter expressis, plenius dicitur contineri. Nos igitur, qui pacem et concardium cunctorum, potissime autem nostrorum et prefate ecclesie subditorum supremis affectibus desideramus, et circa hoc nostre salicitudinis partes studiose extendimus, matu propria, nan ad alicuius super hac ablate petitionis instantiam, sed de nastra mera valuntate et ex certa scientia treugam, promissiones, pacta, nec non omnia et singula in litteris seu instrumentis predictis contenta rata habentes et grata, illa omnia et singula ac prout ea concernunt quecumque inde secuta auctoritate apostolica tenore presentium confirmamus et approbamus, ac presentis scripti patrocinia communimus, necaon pro potiaris cautele suffragio treugas et alia premissa de navo indicimus, facimus, statuimus et ordinamus, ab omnibus qnoque inviolabiliter observari volumus atque mandamus per quinquennium et beneplacitum huiusmodi, ac etiam post revocationem beneplaciti predicti per unum mensem ultra sub pena aliarum decem milium ducatorum auri de Camera, applicandorum pro medietate dicte Camere et pro reliqua medietate parti abservanti totiens, quotiens contra factum fuerit dicta, treuga et presentibus nostris litteris in suo robore suaque firmitate quinquennio et beneplacito huiusmodi durantibus nichilominus invialabiliter permansuris et duraturis, supplentes de plenitudine potestatis nostre omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in premissis, Nan obstantibus constitutionibus, ordinationibus ac privilegiis apostolicis, necnon exemptionibus, statutis, et consuetudinibus quibusvis in genere vel in specie concessis, quibus omnibus, etiam si de illis ac earum totis tenoribus de verbo ad verbum specialis, specifica, individualis et expressa mentio presentibus habenda foret, illorum tenores, formas et effectus eisdem presentibus pro expressis habendo, quoad premissorum dumtaxat effectum hac vice derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostrorum confirmationis, approbationis, communitionis, inditionis, statuti, ordinationis, voluntatis, mandati, suppletionis et derogationis infringere etc. Si quis autem etc. Dat. Rome apud Sanctum Marcum Anno etc. MCCCCLXVI. quinto Nonas Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCLXXXVIII.

Pontifex et rex Siciliae et duces Mediolani comitem Montisferetri cum certo armigerorum equitum et peditum numero ad sua stipendia conducunt. *Ex cod. comitum Urbini fol. 186.*

In nomine damini nostri Iesu Christi Amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Indictione quartadecima, die decima mensis Iunii, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris et domini, domini nostri Pauli divina providentia pape II. anno secundo. Cum sit, quod prefatus Sanctissimus dominus noster Paulus papa II. Serenissimusque Princeps dominus Ferdinandus de Aragonia Sicilie citra Farum etc. Rex, et Illustrissimus recolende memorie dominus Franciscus Sfortia Dux Mediolani etc. tuno in humanis agens, de anno proxime preterito Millesimo quadringentesimo sexagesimo quinto, et die sexta mensis Iunii simul omnes concorditer ad eorum servitia et stipendia pro uno anno exinde secuturo conduxerint Illustrem dominum Comitem Federicum Montisferetri, Urbini et Durantis Comitem cum centum quinquaginta armigeris et centumquinquaginta peditibus, cum stipendio et provisione vigintiquinque milium florenorum auri de Camera pro anno predicto eidem Comiti per ipsos conductores, videlicet per quemlibet eorum tertiam partem dicte quantitatis certis terminis persolvendorum, ac cum certis pactis et conditionibus, prout in capitulis superinde confectis, et per me Gerardum notarium publicum infrascriptum rogatis et publicatis plenius continetur. Et cum ipsi Sanctissimus dñus noster papa, Serenissimus Rex Ferdinandus, et Illustrissima domina Blanchamaria Ducissa et Galeazmaria Sfortia Dux Milani etc. supradicti quondam Illustrissimi dñi Ducis Francisci Sfortio successores, manifeste cognoverint, quam strenue et diligenter ipse se habuerit et gesserit in servitiis predictis, ac considerantes quod ad ipsorum omnium statum et universalem totius Italie pacem et quietem plurimum conducat, et satisfa-

ciet ad eadem eorum servitia rehabere, tenere et continuaře prefatum Illustrem dominum Federicum Comitem, insimul concordes fuerunt et statuerunt illum de novo pro uno alio anno ad dicta eorum stipendia reconducere, et propterea coniunctiones et capitula infrascripta occasione predicte refirme coram me Gerardo notario publico, et testibus infrascriptis inita, firmata et conclusa fuerint inter Reverendum in Christo patrem dominum Marcum dei gratia Episcopum Vicentinum, prefati Sanctissimi domini nostri pape Commissarium presentem, ac pro prefato Sanctissimo domino nostro papa Sanctaque Romana ecclesia et Camera apostolica agentem, stipulantem et recipientem ex una, Reverendumque patrem dominum Petrum Guillelmum Rocham, apostolicum Prothonotarium et Referendarium, Serenissimique domini Regis Ferdinandi oratorem et procuratorem, ad hec agendum specialiter constitutum et plenam potestatem habentem, ut edocuit patentibus Regiis litteris magno Regio rotundo sigillo et subscriptione proprie manus Regie roboratis, sub data Capue decimaquinta mensis Maii proxime preteriti confectis, et pro ipso dño Rege ibidem presentem agentem, stipulantem et recipientem ex una alia, et Magnificum Militem dominum Augustinum de Rubeis, prefate Illustris Blanchamarie Ducisse et Galeazmarie Sfortie Ducis Mediolani etc. oratorem et procuratorem, ad hec agendum specialiter constitutum ac plenariam potestatem habentem, ut edocuit patentibus Ducalibus litteris, impressione rotunde Ducalis sigilli roboratis, sub data Mediolani die vigesima sexta mensis Maii proxima preteriti rogatis, (agentem... ex una alia partibus, que tres partes quo ad huno contractum censentur una tantum, et spectabilem virum Petrum Archangelum de Bonaventuris de Urbino, Illustris dñi Federici Urbini etc. Comitis procuratorem ad infrascripta omnia specialiter constitutum, de cuius procurationis mandato constat instrumento publico ....) et pro ipso Comite ibidem presentem, agentem, stipulantem et recipientem partibus ex altera.

In primis siquidem dicte partes hinc inde dictis nominibus convenerunt ad invicem et concordarunt, quod prefatus Illustris dominus Federicus Comes intelligatur, et sit reconductus et confirmatus ad prefata servitia et stipendia Sanctissimi dñi nostri pape, Regis et Ducum predictorum pro uno alio anno proxime sequenti, cum simili stipendio et provisione viginti quinque milium florenorum auri de Camera boni auri et iusti ponderis pro dicto anno: pro qua quantitate prefatus dominus Federicus durante ipsa refirma continuo tenere debeat centum quinquaginta armigeros, qui vulgariter dicuntur homini darme cum armis et equis sufficientibus, aliisque necessariis secundum consuetudinem aliorum armigerorum et famulorum in Italia militantium, et totidem pedites armatos secundum consuetudinem predictorum.

Item quod ipse Illustris dominus Federicus ad requisitionem supradictorum conducentium, vel habentium mandatum ab eis teneatur facere descriptionem, siva monstram de personis ipsorum armigerorum eorumque equis, et armis sufficientibus pro eorum personis dictorum centum quinquaginta peditum post quindecim dies a die dicte prestantie, et post quandocumque eis placuerit: nec teneatur ipse Comes ad aliam descriptionem alicuius numeri determinati equorum quam supradictam.

Item quod ipse Illustris dñus Federicus cum comitiva, statu et terris suis durante presenti refirma reputabit omnes fideles et amicos prefatorum dominorum conducentium, et cuiuslibet eorum pro amicis, et inimicos pro inimicis: et similiter ipsi domini Rex et Duces facient de amicis et inimicis ipsius Comitis; cum autem papa sit dominus et Comes ipse vassallus, de iure papa tenetur eum defendere: itaque tenebuntur et defendent ipsum eiusque statum, Civitates et terras pro posse a quibuscumqua eum offendere volentibus.

Item quod durante dicta refirma prefatus Illustris dominus Federicus cum sua comitiva ibi stabit, et se exercebit et bene fideliter et diligenter serviet, ubicumque per ipsos dños conductores vel aliquem eorum sibi iniunctum fuerit, ad omnem eorum requisitionem vel habentium mandatum ab eisdem.

Item si ipse Illustris dñus Federicus Comes requisitus fuerit ab uno ex prefatis dñis conducentibus, intelligatur requisitus ab omnibus, nisi per alios expresse contradictum fuerit. Quo casu quando ipsi conducentes discordarent, teneatur dare cuilibet eorum tertiam partem dictarum gentium, per eos exercendam ubicunque eis placuerit. Ad hoc autem non sit obligatus Sanctissimus dñus noster nisi quo dicti dñi Rex et Duces vel alter eorum indigent pro manifesta defensione terrarum et locorum suorum, quoniam sua Sanctitas intendit ipsum Comitem potius ad manuteneudam et preservandam pacem Italie operari, quam suscitari per eum novas guerras aut pacem aliquam perturbare.

Item si contingat ipsum dominum Federicum per vim, furtum, tractatum, scalamentum aut quemvis alium modum capere aliquam Civitatem, terram, Castrum, arcem, fortilitium aut alium quemcumque locum ipsorum conducentium, vel alicuius eorum, teneatur menia et stabilia bona restituere illi, ad cuius petitionem talis captura capta fuerit, retentis per se bonis mobilibus et semoventibus et captivis ipsorum locorum, de quibus disponere possit pro libito voluntatis, exceptis subditis ipsorum conducentium, quos teneatur restituere, nec possit illos et eorum bona ponere ad saccomannum sine licentia domini talis loci. Quo attinet ad non subditos, exceptis dumtaxat rebellibus et insignibus

personis, quos teneatur retinere vel relaxare, prout sibi per conducentes fuerit mandatum, recepta tamen prius competenti tallea pro dictis retinendis vel relaxandis ab iis, quorum mandato dicta retentio vel relaxatio fienda esset.

Item prefati Reverendi domini Marcus Epus Vicentinus Commissarius, Petrus Guillelmus Rocha, et Augustinus promiserunt nominibus predictis prefato Petro Archangelo presenti, et ut supra stipulanti et recipienti, quod ipse Sanctissimus dominus noster, domini Rex et duces realiter et cum effectu solvent ipsi domino Federico Comiti pro sua provisione et stipendio dicti anni prefatam firmam viginti quinque millium florenorum auri de Camera, videlicet quilibet eorum tertiam partem per hunc modum, videlicet summa duodecim millium similium florenorum infra spatium viginti dierum proxime futurorum nomine prestantie, videlicet quatuor millia pro quolibet, que quantitas excomputari debeat de paghis debendis ipsi Comiti pro rata dicte provisionis singulo mense: residuum vero usque ad dictam quantitatem viginti quinque millium florenorum teneantur solvere omni mense pro rata incipiendo per totum mensem Augusti proxime sequentem primam ratam, ita quod continuatis mensibus usque in annum perfectum quilibet pro tertia parte dictum residuum integre solvere sit obligatus et cum effectu satisfaciat.

Item si contingat ipsos conducentes vel aliquem eorum exercere personam dicti Comitis cum dicta comitiva in aliqua expeditione, post duos menses et diem dicte prestantie extra provincias Marchie et Romandiole, teneantur ipsi conducentes pro subunctione et conducendis gentibus predictis dare ipsi Comiti octo millia florenorum de Camera, ut supra excomputandorum de dicto residuo, quousque dictum residuum restabit: pro eo vero, quod dicta quantitas octo millium florenorum excederit dictum residuum, teneatur Comes ipse servire etiam finita presenti refirma usque ad integram satisfactionem.

Item quod in presentibus intelligantur infrascripte omnes alie consuete conditiones, videlicet ad dandum stationes, feramina, ligna, victualia ad hibernandum, et quod pro preteritis delictis Comes ipse vel aliquis de sua comitiva non possit cogi, et quod de rixis et causis inter suos ipse solus cognoscat et puniat, et quod ipsi conducentes vel aliqui eis subiecti non possint conducere secum aliquem de comitiva ipsius Comitis sine sua licentia, et quod non teneatur ad datia et gabellas pro transitu cum armis, equis, cariagiis et victualibus, et de promissione reditus dicti Comitis cum suis gentibus ad ipsius terras, quando contingeret, finita dicta refirma, eum reperiri extra dictas suas terras, iuxta formam Capitulorum anno preterito cum dicto Comite factorum (libere transire valeat).

Item quod omnia et singula intelligantur bona fide sine omni dolo fraude et malitia.

Pro quibus omnibus et singulis attendendis et inviolabiliter observandis, ac pro refectione omnium et singulorum damnorum et interesse ob non observationem premissorum quomodolibet incurrendorum prefate partes hinc inde, videlicet dominus Vicentinus Apostolicam Cameram, dominus Petrus Guillelmus dñum Regem et dñus Augustinus antedicti prefatos dños Duces ex alia parte ipse Petrus Archangelus ipsum Illustrem dominum Federicum, eorumque omnium et singulorum predictorum et cuiuslibet ipsorum heredes et successores, ac omnia et singula bona mobilia et immobilia presentia et futura spiritualia et temporalia ubilibet constituta, una pars alteri et altera alteri, sub penis Camere et in omni alio meliori (et) fortiori forma solemniter obligarunt, et ypothecarunt cum submissionibus, renuntiationibus aliisque clausulis et solemnitatibus in similibus contractis poni consuetis. Insuper ipsi domini Episcopus et prothonotarius supra pectora sua, prefati siquidem dominus Augustinus et Petrus Archangelus dictis nominibus, sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, iuraverunt predicta omnia et singula attendere et inviolabiliter observare, (et contra ea vel aliquod eorum ullo unquam tempore non dicere, facere vel venire per se vel alium seu alios directe vel) indirecte, tacite vel expresse quovis quesito colore, sub ypotheca et obligatione predictis. De et supra quibus omnibus et singulis dicte partes hinc inde petierunt sibi, et cuilibet eorum de omnibus habentibus interesse fieri publicum instrumentum unum et plura per me notarium publicum infrascriptum.

Acta, firmata et conclusa fuerunt omnia et singula suprascripta Rome apud S. Marcum in palatio apostolico in Camera paramentorum Anno, Indictione, die, mense et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem Reverendo in Christo patre domino Iohanne de Comite Archiepõ Consano, Venerabilibusque viris dñis Petro Fernandi de Solis Segobiensis diocesis, et Iohanne Roberti Canonico Virdunensi testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Gerardus Iohannis de Maffeis de Vulterris, publicus apostolica et Imperiali auctoritate necnon Apostolice Camere notarius, quia etc.

(Quem contractum anno sequenti renovarunt.)

CCCLXXXIX.

Statutum de salaria camerae Urbis pontifex confirmat. *Ex Reg. Pii et Pauli II. Tom. IV. fol. 183.*

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Hiis, que pro Camera seu dohana salis ad grossum alme Urbis nostre provide statuta et ordinata sunt, ut perpetuo illibata permaneant, ac a singulis, quos concernunt, inviolabiliter observentur, apostolici roboris libenter adiicimus firmitatem

Sane cum inter alia ordinationes et statuta Camere seu dohane salis ad grossum alme Urbis nostre coram nobis nuper exhibita hoc precipue habeatur, quod singule Civitatis, Terre et Castra, que accipiunt sal ex Camera seu dohana predicta, teneantur et debeant solvere dohanerio generali dicte dohane bolendinos quinque pro quolibet rubro salis, de quibus ipse dohanerius teneatur ponere ad introitum eiusdem Camere in libro grosso bolendinos quatuor pro ipsa Camera, et pro suo ac fidelis salario retinere unum dumtaxat, prout in libro statutorum ipsius dohane, quod diligenter inspici et examinari fecimus, plenius continetur: Nos huiusmodi statutum ratum habentes et gratum illud apostolica auctoritate, et ex certa nostra scientia presentium tenore confirmamus et approbamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, nec non per modernos, et qui pro tempore erunt, ipsius Camere seu dohane dohanerios, cuiuscumque dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerint, sub pena indignationis nostre gravissima et privationis ab officio illiusque exercitio, et ducentorum ducatorum applicandorum nře Camere apostolice eo ipso, quo contrafactum fuerit, inviolabiliter observari volumus atque mandamus, supplentes nihilominus omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eodem, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus ac privilegiis, litteris et indultis apostolicis quibusvis personis in genere vel in specie concessis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostrorum confirmationis, approbationis, communitionis, voluntatis, mandati et suppletionis infringere etc. Si quis autem etc. Dat. Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXVI. octavo Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCXC.

Communi terrae Nursiae novam consuetorum officiorum bursam pontifex transmittit. *Ibidem fol. 213.*

Paulus episcopus etc. Dilectis filiis Consulibus et Communi terre nostre Nursie, salutem etc. Ut istam terram nostram Nursie, quam ut filiam dilectam in visceribus gerimus caritatis, cum omni debito ac civili ordine absque ulla dissensione vel discordia in pacis et tranquillitatis amenitate conspiceremus nostris potissime temporibus conservatam, matura consideratione prehabita ac re bene digesta ordinavimus, et per unum ex nostris domesticis habita prius bona a nostris informatione confici fecimus bussulas consuetorum officiorum ex hominibus tam ipsius terre, quam eius Comitatus ad tempus quinquennii, videlicet officium Consulum, quod impallociari iussimus, consilium trecentorum hominum, officium Regulatorum expensarum et Sexdecim ad approbandum secundum formam statutorum eiusdem terre dictas expensas, officium Massariorum Massaricie Communis, officium Notariorum farine, et etiam aliud officium Sexdecim hominum per nos electorum et deputatorum, confidentes exinde nos letitiam, vos autem quietem et consolationem cum bona commoditate vestra suscepturos. Propterea eas bussulas, quas cum presentibus transmittimus, in locis solitis et consuetis iuxta laudabilem vestram in hiis servatam consuetudinem diligenter volumus custodiri, vře devotioni per hec apostolica scripta districtius iniungendo mandantes, ut in locis ad id deputatis, amotis inde penitus et concrematis quorumcumque aliorum quomodolibet antea ordinatorum officiorum bussulis ibidem existentibus cum in eis contentis officiis, que deinceps nulla et invalida decernimus, eorum loco per nos sic, ut prefertur, ordinata officia poni et digno respectu debite conservari faciatis, et studiose caretis pro more dicte terre temporibus ordinatis publicanda, admittentes etiam et nihilominus apostolica auctoritate concedentes, quod deficientibus aliquo vel aliquibus predictorum per nos ordinatorum officialium, vel publicationis sue aut officii eius temporibus, vel etiam ante ipsam publicationem suam, sive casu mortis, sive diutine absentie, quominus adesse ordinato tempore posset, ex tunc officium dictorum Sedecim per nos deputatorum, et si ex ipsis Sedecim aliquem vel aliquos quocumque casu deficere contingat, restantes ex huiusmodi numero Sedecim possint et valeant, simul tamen cum Gubernatore vel Commissario, si quem nostro vel successorum nostrorum et sacrosancte Rom. ecclesie nominibus in terra, seu Comitatu predictis tunc temporis reperiri contigerit et non alias, nullo autem Gubernatore vel Commissario existente, ipsi soli libere in huiusmodi deficientes vel deficientium locum seu loca alium seu alios aptos et ydoneos, illius tamen Guaite — cuius deficientem vel deficientes constiterit fuisse, eligere, surrogare et admittere (possint), quem vel quos exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc pro admisso seu admissis a nobis haberi volumus et reputamus, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXVI. Idibus Martii, Pont. nostri anno tertio.

CCCXCI.

Conventio inter nuntium apostolicum et ducem Burgundiae de alumine, in terra Tolfae tempore Pii II. invento, in cruciatae commodum vendendo inita. *Diversor. Cameral. Tom. XXXIV. fol. 174.*

In nomine domini, Amen. Quia Sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dñus Paulus divina providentia papa II., qui predecessorum suorum vestigiis inherendo multa conatus est, et continue nititur viribus, quibus potest, pro defensione fidei et populi christiani contra impios Turchos, qui omni genere crudelitatis in christianam plebem crassantur, in principio etiam sui Pontifi-

catus Alumen in terris ecclesie divino numine repertum pro defensione fidei dedicavit, ac eius fructus ac proventus totaliter et integraliter sine aliqua diminutione in succursum christianorum ultra alia auxilia, que continue facit, donavit, et pro augmento dicti proventus magna cum instantia Illustrissimum principem et excellentissimum dominum, dominum Karolum dei gratia Ducem Burgundie et Brabantie, Comitem Flandrie etc. requisivit, ut attenta dicta necessitate fidei preberet dictus princeps favores oportunos, ut videlicet quodlibet aliud alumen proscribatur et banniatur, ac decreta sue Sanctitatis super alumine infidelium edita publicarentur, atque alia necessaria et opertuna in subsidium dicti aluminis fierent: eapropter universis et singulis hoc presens publicum instrumentum visuris et audituris notum sit et manifestum, quod idem Illustrissimus princeps dñus Karolus Dux intuitu fidei, et ad complacentiam Sanctissimi domini nostri pape more progenitorum suorum, ut verus eiusdem fidei zelator et catholicus princeps, ac obediens et devotus filius sancte matris ecclesie et Smi domini nostri pape, cui admodum complacere studet, habens etiam rationem patriarum et populorum suorum, quos, quantum cum deo potest, in pace, honore et utilitate conservare nititur, pro se ac pro patriis et subditis suis ex una, ac Venerabilis et egregius vir dñus Lucas de Tolentis Archidiaconus ecclesie Corzulensis, Subdiaconus et Nuntius Smi domini nostri pape prefati, in hac causa Commissarius et procurator, virtute ac vigore mandati ac litterarum et commissionum apostolicarum specialium super hiis sibi specialiter attributarum, duarum videlicet patentium sub bulla plumbea cum cordula canapis impendenti, ac unius Brevis apostolici sub anulo piscatoris clausi —

Quarum videlicet prime bulle tenor talis est:

Paulus episcopus etc. Dilecto filio Luce de Tolentis Archidiacono ecclesie Corzulensis, Subdyacono et Nuntio nostro, salutem etc. Cum pro deferendi et mittendi ad dilecti filii Nobilis viri Philippi Ducis Burgundie dominia nostri aluminis, tempore sancte recordacionis Pii pape II. predecessoris nostri in Patrimonio beati Petri in Tuscia reperti, expeditione et venditione nonnulla nostro et apostolice Camere, necnon (cui omnes eiusdem aluminis proventus in primordiis nře assumptionis libere deputavimus) sancte Cruciate nominibus cum dicto Duce, seu eius ad hoc per eum deputatis forsan vel deputandis commissariis, ac quibuscunque aliis dominis, Communitatibus ac personis in predictis dominiis existentibus iuxta instructiones, quas ad te cum presentibus simul mittimus, occurrant necessarie tractanda: Nos de tua discretione specialem in domino fiduciam obtinentes, ac spem gerentes indubiam, quod que tibi circa premissa duxerimus committenda, velis et scies ad nostrum et **sancte sedis apostolice honorem pro dicte Camere ac sancte Cruciate commodo et utilitate fideliter et studiose promovere, ac cum omni integritate laudabiliter exequi, proinde eidem tue discretioni** secundum nostras instructiones predictas cum Duce, dominis, Communitatibus et personis predictis, ac eorum officialibus quibus supra nominibus quoscunque contractus, compositiones et transactiones iniendi ac transigendi, necnon super expeditione et venditione eiusdem aluminis quecunque pacta faciendi, ac de mensura et pretio concludendi, nec non sic inita, transacta, facta et conclusa auctoritate nřa firmandi, et pro inviolabili eorum omnium observatione, quibus tue discretioni convenire et expediens esse videbitur, penis ac etiam iuramento vallandi, et generaliter omnia alia et singula in et circa premissa necessaria seu quomodolibet oportuna faciendi, promittendi, procurandi, mandandi, disponendi, ordinandi et exequendi plenam et liberam auctoritate apostolica tenore presentium concedimus facultatem, habituri nichilominus ratum inde et gratum, quicquid per te iuxta nostras instructiones predictas provide actum fuerit, seu quomodolibet etiam procuratum vel conclusum, in contrarium facientibus (non obstantibus) quibuscunque. Dat. Rome apud S. Marcum anno Incarnationis dñice Millesimo cccc. quadringentesimo sexagesimo sexto, xv. Kal. Aprilis, Pont. nři anno tercio. Sic sign. super plica inferius, Adrianus, et sub plica, L. Dathus. In dorso autem habetur Registrata in Camera apostolica, Blondus, de mandato etc.

Brevis autem superscriptio hec est in dorso ipsius: Dilecto filio Luce de Tolentis Archidiacono Corzulensi, Nuntio nostro. Tenor vero eius in capite:

Paulus PP. II. Dilecte fili, salutem etc. Misimus te alias ad insignis memorie Philippum olim Burgundie Ducem pro quibusdam nostris, et christiane rei publice negotiis apud eum expediendis et tractandis, que superveniente obitu eius nondum per te expedita et conclusa fuere. Nos cupientes ea omnino, quoniam fidei sunt, finiri et tractari ac ad debitum finem deduci, volumus, ut postquam altissimus predictum Ducem ad se evocaverit, qui etiam maximis laudibus hominum hac vita functus est, eadem apud dilectum filium Nobilem virum Karolum Burgundie Ducem eius natum et successorem continues et perficias, ac si a nobis ad eum missus fuisses et negotia predicta apud eum pertractasses, super quibus plenum tenore presentium concedimus facultatem, ratum et gratum habituri quicquid boni egeris secundum commissionem nostram et instructiones tibi desuper consignatas. Datum Rome apud S. Marcum sub anulo piscatoris die xiiii. Septembris mcccclxvii. Pontificatus nostri anno tercio. Sic sign. L. Dathus.

Alterius vero bulle tenor sic sequitur:

Paulus episcopus etc. Dilecto filio Luce de Tolentis Archidiacono ecclesie Corzulensis, Subdiacono et Nuntio nostro, salutem etc. Cum te dudum pro nonnullis sancte sedis et Camere apostolice negotiis, maxime sanctam Cruciatam concernentibus, ad laudem omnipotentis dei et salutem christiani populi, ac predicte sedis nostrumque honorem laudabiliter pertractandis, et iuxta per nos traditas tibi desuper instructiones utiliter promovendis, ad dilectum filium Nobilem virum Karolum Ducem Burgundie eiusque dominia Nuncium nrum destinaverimus, tibique inter cetera eum eodem Duce seu eius commissariis, ac quibuscunque aliis dominis, Communitatibus et personis in ipsis dominiis existentibus, ipsorumque officialibus quoscunque contractus, compositiones et transactiones ineundi ac transigendi, necnon super expeditione et venditione aluminis nostri dudum in Patrimonio beati Petri in Tuscia reperti, cuius omnes proventus in primordiis nostre assumptionis ad apicem summi apostolatus ipsi Cruciate libere deputavimus, quecunque pacta faciendi ac de mensura et pretio concludendi, necnon sic inita, transacta, facta et conclusa auctoritate nostra firmandi, ac alia circa premissa necessaria faciendi, promittendi, ordinandi et exequendi facultatem concesserimus, cuius pretextu, sicut accepimus, cum prefato Duce et quibusdam eius per eum ad hoc specialiter deputatis commissariis post longum tractatum de sex capitulis hinc inde habitis, initis et factis convenerís de quatuor, videlicet quibus ipse Dux solemniter promittit primo prohibere publico edicto, ne intra terminos dominiorum suorum vendi possit, sive ex quibuscunque partibus tam christianorum quam infidelium, et tam per mare quam per terram quovis quesito colore conduci aliud, quam nostrum alumen per nos ad usum sancte Cruciate, ut prefertur, deputatum, et hoc pro duodecim annis proxime futuris a die date promissionis facte seu fiende; secundo observare et observari facere per penas gravissimas per eundem Ducem imponendas, ne durante huiusmodi termino in dictis dominiis conduci, intromitti, vendi seu mercari, aut uti vel operari aliud quam supradictum alumen nostrum possit, nec etiam illud introduci, nisi per manus deputatorum seu deputandorum per nos vel Cameram prelibatam; tertio bannire et proscribere omne commercium terre specierum et aliarum mixturarum, quas loco aluminis opifices introduxerunt, ac ipsis sub gravissimis penis probibere, ne deinceps huiusmodi mixturis utantur; quarto dare omnem assistentiam et favorem ad publicandum et exequendum, totiens quotiens opus fuerit, decreta nostra prohibentie omne commercium aluminis infidelium, ac omnia alia et singula faciendi, que ad utilitatem et commodum nostre alumerie et ipsius aluminis esse videbuntur. Et de reliquis duobus capitulis, quibus nostro et prefate Camere, necnon super ipsa Cruciata deputatorum nominibus tu promittis primo defalcare forum et pretium aluminis, ac reducere a pretio, in quo est, ad quatuor libras grossorum cum dimidia monete Flandrie caricum seu pondus aluminis eius mensure et ponderis, cuius in oppido Brugis hactenus vendi est consuetum, et non augere dictum pretium nec diminuere mensuram seu pondus huiusmodi durante supradicto termino, nec quocunque modo aut quesito colore aliquod onus seu gravamen super augmento pretii accrescere; secundo quod Brugas conducetur alumen ad usum habundanter et sufficienter pro omnibus patriis et dominiis ipsius Ducis, et vendetur emere volentibus pro pretio librarum quatuor cum dimidia grossorum monete predicte caricum sive pondus iuxta mensuram seu stateram Brugis vendi hactenus consuetam, et non ultra, durante predicto termino duodecim annorum. De quibus quidem quatuor libris cum dimidia assignabuntur per mercatores seu commissarios nostros sex solidi predicte monete pro oneribus incumbentibus Duci et eius officialibus pro conservatione prohibitionis deputatis: de quatuor vero libris et quatuor solidis ipsi mercatores seu commissarii nostri disponent ad nutum nostrum, prout in quodam instrumento publico super huiusmodi capitulis et conventionibus confecto dicitur latius contineri. Nos igitur prefati Ducis devotionem ad nos et sedem predictam, necnon piam mentem ac dispositionem erga meritorium opus ipsius Cruciate plurimum in domino commendantes, ipsaque capitula, prout superius sunt expressa, laudantes, acceptantes, ratificantes et approbantes, discretioni tue ex superhabundanti cautela eadem sic inita et concepta capitula cum Duce et commissariis prefatis auctoritate nostra acceptandi, concludendi et firmandi, necnon sub penis, de quibus tibi videbitur expedire, inviolabiliter observari faciendi atque mandandi plenam et liberam ac specialem tenore presentium facultatem concedimus et potestatem. Datum Rome apud Sanctum Marcum anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo, tercio Idus Decembris, Pontificatus nostri anno quarto. Sic sign. super plica inferius, S. de Spada, et sub plica, L. Dathus. In dorso autem habetur Registrata in Camera apostolica, Blondus.

— Pro dicto Sm̃o domino nostro, pro Camera apostolica ac deputatis super Cruciata ex alia partibus anno dñi Millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo, Indictione prima, mensis Maii die quinta, Pontificatus prefati Sanctissimi domini nr̃i, dñi Pauli divina providentia pape II. anno quarto, In mei notarii publici ac testium infrascriptorum presentia super facto dicti aluminis, quod nuper ipse dñus Lucas cum eodem Illustrissimo principe, et certis ad hoc per ipsum specialiter deputatis

commissariis tractaverat, convenerunt, concordurunt et concluserunt articulos sequentes, videlicet primo:

Quod prefatus dñus Karolus Dux Burgundie et Brabantie, Comes Flandrie etc. publico edicto prohibere promisit, ne intra terminos dominiorum et patriarum suarum vendi possit aliud alumen, sive ex quibuscunque partibus tam christianorum quam infidelium, et tam per mare quam per terram quovis quesito colore conduci, preter alumen quod conficitur in alumeria Tulphe in terris ecclesie pro (a) Sm̃o domino nostro et Camera apostolica deputatum ad usum sancte Cruciate pro expeditione contra Turchos, et hoc pro duodecim annis proxime futuris, incipiendo a die date presentis instrumenti.

Item promisit dictus Illustrissimus dñus Dux observare et observari facere per penas gravissimas per ipsum imponendas, ne intra terminos provinciarum, patriarum et dñiorum suorum conduci, intromitti, vendi seu mercari, aut uti vel operari, durante termino predicto, aliquod aliud alumen quam supradictum alumen Sanctissimi dñi nostri possit aut valeat, nec etiam de eodem alumine Sm̃i domini nostri introduci, nisi per manus illorum de Medicis, videlicet Thome de Porthenariis et aliorum, qui Banchum in Brugis gubernant, et negotia illorum de Medicis in hiis partibus gerunt, seu per alios mercatores aut commissarios per Sanctissimum dñum nostrum papam vel Cameram apostolicam ad hoc iam deputatos seu imposterum deputandos.

Item promisit idem dñus Dux predicto dño Luce pro eodem Sanctissimo domino nostro etiam recipienti, bannire et proscribere omne commercium terre specierum et aliarum mixturarum, quas loco aluminis opifices introduxerunt, ac sub gravissimis penis ipsis prohibere, ne dictis commixturis amplius ullo modo utantur.

Item pro pena etiam spirituali memoratus Illustrissimus dominus Dux dare promisit omnem assistentiam et favorem ad publicandum et exequendum, totiens quotiens opus fuerit, decreta Sanctissimi dñi nr̃i pape prohibentia omne commercium aluminis infidelium, ac omnia alia et singula facienda, que ad utilitatem et commodum alumerie Sanctissimi domini nostre pape et ipsius aluminis esse videbuntur, et de quibus per ipsum Sanctissimum dominum nostrum in hac causa requisitus, fuerit, vel sue Beatitudinis nomine dicto termino duodecim annorum durante, sub tali tamen conditione et hoc salvo, quod ad patrias extra terras dominiorum dicti dñi Ducis immediate vicinas non conducatur aliunde alumen, et maxime alumen, quod conficitur in predicta alumeria Tulphe, quod pro minori pretio, quam sit pretium conventionis huiusmodi, in predictis dominiis prefati Illustrissimi domini Ducis in septentrione positis introduci vel vendi possit, aliter ipse Illustrissimus dñus Dux non sit astrictus ad observationem predictorum, nisi etiam alumen Sanctissimi dñi nostri defalcaretur et deduceretur ad tale pretium, pro quali ex convicinis patriis predictis conduci possit, vel nisi quo ad alia alumina aliqua provisio conveniens adhiberi et inveniri possit. Econverso vero predictus dominus Lucas vigore et pretextu mandati ac commissionum et facultatum superius insertarum, nomine Sanctissimi dñi nostri pope, Camere apostolice et deputatorum super Cruciata predictorum promisit, et addixit memorato Illustrissimo principi dño Karolo Duci Borgundie et Brabantie, Comiti Flaudrie etc. defalcare forum et pretium aluminis et reducere illud a pretio, in quo est, ad quatuor libras grossorum cum dimidia monete Flandrie caricum seu pondus aluminis eius mensure et ponderis, cuius in Flandria in opido Brugensi hactenus alumen vendi consuetum est, et non augere dictum pretium, nec diminuere dictam mensuram seu pondus durante termino sopradicto, nec quocunqee modo aut quovis quesito colore aliquod onus seu gravamen super augmento pretii eiusdem aluminis accrescere.

Item promisit idem dominus Lucas nominibus quibus supra, quod Brugas conducetur alumen ad usum habundanter et sufficienter pro omnibus patriis et dominiis ipsius Illustrissimi dñi Ducis, atque vendetur emere volentibus pro pretio librarum quatuor cum dimidia grossorum monete Flandrie predicte caricom seu pondus, iuxta mensuram seu stateram in Brugis hactenus vendi consuetam, et non ultra durante supradicto termino duodecim annorum. De quibus quidem quatuor libris cum dimidia pretii carici seu ponderis aluminis predicti assignabuntur per mercatores seu commissarios dicti Sanctissimi dñi nostri pape sex solidi grossorum monete Flaudrie supradicte, et hoc pro oneribus incumbentibus ipsi Illustrissimo dño Duci et eius officiariis pro conservatione prohibitionis huiusmodi deputatis: quatuor vero libras et quatuor solidos grossorum dicti commissarii ad nutum Sanctissimi domini nostri pape disponent.

Qoe quidem sex capitula prescripta, quorum quatuor per prefatum Illustrissimum dñum Ducem dicto dño Luce stipulanti et recipienti vice et nominibus quibus sopra, alia vero duo capitula per ipsum dñum Lucam nomine Sanctissimi dñi nostri, Camere apostolice ac deputatorum super Cruciata, ut prefertur, eidem dño Duci econverso promittuntur, dicte partes bine inde quibus supra nominibus acceptarunt et solemniter stipulantes firmaverunt, promittentes videlicet prefatus Illustrissimus dñus Karolus Dux pro se et pro suis patriis, dominiis et subditis in fide et honore principis ex una, dictus vero dñus Lucas nuntius et procurator tam ipsius Sanctissimi dñi nostri pape et Camere apostolice,

quam deputatorum super Cruciata nominibus in fide et verbo pontificis ex alia partibus rata, grata et firma habere, observare et fideliter adimplere, prout eos hinc inde concernunt et concernere poterunt, modo et forma ac durante termino superius declaratis, et non contravenire verbo aut facto, eodem termino durante, modo, medio vel ingenio quibuscunque, omnibus dolo, fraude et malicia seclusis. Volueruntque dicte partes hinc inde, et mandaverunt, ut de predictis omnibus et singulis ego notarius infrascriptus hinc inde rogatus partibus ipsis habere volentibus, et cuilibet earum conficerem unum vel plura publicum vel publica instrumentum et instrumenta manu et signo consuetis mei notarii publici infrascripti approbatis. Acta fuerunt hec omnia et singula supradicta in opido Brugensi Tornacensis diocesis, in palatio Ducali prefati Illustrissimi dñi Karoli Ducis Burgundie et Brabantie, Comitis Flandrie etc. in Oratorio capelle sue ibidem sub Anno, Indictione, die, mense et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem magnifico et generoso viro dño Petro dño de Goux et de Ubedergrate, Cancellario dicti domini Ducis Burgundie, Illustri dño Iacobo de Luxemburgo domino temporali de Chierbourg, necnon generoso ac strenuo viro dño Guidone domino temporali de Humbercourt locumtenente Advocatie generalis Leodiensis, militibus, ac Rñdo venerabilique patre dño Ferrico de Clugny utriusque Iuris Doctore, Archidiacono de Faverneyo in ecclesia Bisuntina, sancte apostolice sedis prothonotario, et aliis testibus fidedignis rogatis ad premissa. Et ego Martinus Steenberg presbiter Cameracensis diocesis, apostolica et Imperiali auctoritatibus notarius publicus, quia conclusioni et acceptationi, necnon stipulationi sex capitulorum prescriptorum, dum per et inter Illmum potentissimumque principem et dominum, dñum Karolum Burgundie et Brabantie etc. Ducem Flandrieque etc. Comitem ex una, et Venerandum egregiumque patrem dñum Lucam de Tolentis, nuncium apostolicum, prefatos ex alia partibus et quibus supra nominibus, modo et forma pre expressis transigerentur et fierent, una cum testibus prenominatis presens interfui, ipsasque fieri vidi et audivi, nec non facultates et commissiones apostolicas originales, predicto domino Luce super hiis directas et attributas, superius incorporatas sanas et integras, non vitiatas, non cancellatas vel suspectas vidi, tenui et palpavi, de ipsisque ad transumptum preinsertum collationem diligentem feci: Idcirco eis in notam per me sumptis, hoc presens publicum instrumentum duplicatum, alia manu propter occupationes meas scriptum, exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis hic me propria manu subscribendo signavi, et roboravi in fidem et testimonium premissorum vocatus et requisitus.

CCCXCII.

Civitati Tudertinae novam officiorum consuetorum bursam ad quinquennium pontifex transmittit, et quaedam statuta adiicit. *Ex Reg. S. Cruc. Tom. IV. fol. 218.*

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Inter curas multiplices, quibus rerum ac negotiorum varietatibus obsidemur, illam libenter amplectimur, ut nostre provisionis moderamine in Civitatibus et terris, nobis presertim et sacrosante Romane ecclesie subditis, in bono et civili ordine, semotis quibusvis inordinatis moribus et depositis partialitatibus, laudabiliter vivatur. Sane nuper attendentes sincere devotionis affectum, ac fidei integritatem dilectorum filiorum Priorum, et Communitatis nostre Civitatis Tudertine ad nos et hanc sanctam sedem apostolicam, quantum etiam superioribus temporibus execranda quorumdam partialitas et sinistra factio detrimenti atque damni universis incolis tam Civitatis quam Comitatus intulerit, ac volentes paterna caritate nostra, qua ipsos complectimur et exinde in visceribus dilectionis gerimus, eorum statui pacifico et bono regimini ad consolationem totius populi illius laudabiliter providere, habita prius super hoc cum sex bonis civibus ex qualibet contrata ipsius Civitatis ad nos convocatis consultatione matura, pro quiete et pace communi tam Civitatis quam Comitatus ordinavimus, et per unum ex nostris domesticis fieri fecimus novum regimen sive bursam consuetorum officiorum pro quinquennio et duobus mensibus, inchoando in Kalendis Maii proxime venturis et ut sequitur finiendo, quod regimen ordinatorum sic per nos officiorum, cum ad bonam pacem collaturam indubie credamus, volumus et mandamus cum debita reverentia ab omnibus suscipi et inviolabiliter observari, cassantes penitus et annullantes quorumcumque aliorum quomodolibet antea ordinatorum officiorum bursas, quas etiam exnunc concremari iubemus cum singulis in eis contentis officiis, quorum loco deinceps a nobis, ut prefertur, ordinata officia retinebuntur pro more dicte Civitatis temporibus publicanda ordinatis. Ut autem ipsa Civitas nostra in unitate et bona concordia civium conquiescat, tollanturque materie, quarum causa frequenter contingit differentias oriri et nasci odiosas factiones, volumus ac presentium tenore apostolica auctoritate ordinamus, quod deinceps Priores eius Civitatis nunc et pro tempore existentes nullum stipendium sive salarium, sed tantum in duabus mensibus pro eorum expensis octuaginta ducatos auri de Camera levandos, ut moris est, habeant seu habere debeant: in recompensam vero ipsius salarii pro ampliori et universali commodo omnium civium et incolarum gabellam macinati, que in dicta Civitate exigitur, de nostra mera liberalitate ex nunc tollimus et amovemus, sine preiudicio tamen Camere.

Insuper intendentes, quod omues factiones et partialitates tam in Civitate, quam in Comitatu predictis omnino extiaguantur, sub pena nostre indignationis ac rebellionis et infamie, necnon omnium bonorum confiscationis late sententie, qnam exnune ferimus in rebelles et hiis nris litteris inobedientes, predicta auctoritate strictissime precipiendo mandamos, ut statim post publicationem huiusmodi nostrarum litterarum in dicta Civitate facienda in spatio trium dierum universi et singuli, medio iuramento in manibus nostri Gubernatoris prestando, publice singulis enis factionibus et partialitatibus, necnon coniurationibus et federibus quibuscumque renuntiare debeant et teneantur, ipsique et quicumque alii cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, cum effectu pronuntiare, quod imposterum continue in ipsa Civitate pacifice et quiete, ac sine aliqua perturbatione alienius laodabiliter vivent atque persistent, rancoribus et odiis quibuscumque hinc ind remissis, nec ullo unquam tempore imperpetuum per se, nec per alios directe vel indirecte aut quovis quesito colore renuntiatas, vel etiam novas coniurationes, factiones aut partialitates suscitabunt vel sectabunt, aut similia presumentibus adherebunt seu auxilia vel favorem quomodolibet prestabunt, sed tales tanquam prediete sedis et Civitatis Tudertine rebelles viriliter, quibus poterunt, insequantur et apprehendent, ac ad nostrum dictique sedis mandatum tamdiu carceratos retinebunt, doneo a nobis vel eadem sede habuerint, quid de similibus statuerimus faciendum.

Preterea auctoritate memorata statuimus et ordinamus, quod deinceps nullus Civis vel Comitativus tam in Civitate quam in Comitatu predictis audeat, vel qualitercumque presumat cuiusvis generis offensibilia vel defensibilia arma deferre, aut aliquam congregationem cum vel sine armis ultra numerum sex personarum etiam sine armis tam de die qnam de nocte in domo vel alibi habere, aut facere sine expressa licentia nunc et pro tempore existentis nostri Gubernatoris, nuptiarum tamen vel funeris causa debitas et honestas bos non intendimus prohibere: quodque nulli ex predictis liceat receptare in domo vel habitatione sua aliquem bannitum vel condemnatum, nec eidem aliquem favorem quomodolibet impeadere. Ceterum solis doctoribus et militibus unum dumtaxat familiarem impune permictimus, aliis vero, ne famulos aliquos seu aliquem post se ducant, penitus inhibemus. Huic antem statuto seu ordinationi contravenientes, vel in delatione armorum vel congregatione vel associatione, ut prefertur, si fuerint nobiles, viginti quinque, si ignobiles et populares vel comitativi, quindecim ducatorum Camere apostolice eo ipso, quo contrafactum fuerit, irremissibiliter persolvendorum penam se incurrisse sciant: receptans vero bannitum seu condemnatum nobilis mille ducatos, ignobilis antem medietatem eius dumtaxat dare eidem Camere sit astrictus. In reliquis omnibus mandamus statuta et consuetudines laudabiles ac approbatas, ipsius Civitatis constitutiones quoque et decreta salubria predecessorum nostrorum Romanorum pontificum observari.

Ceterum pro observatione debita iustitie volumus et etiam mandamus, ut Gubernator seu officiales eiusdem Civitatis nunc et pro tempore existentes unicuique indifferenter absque personarum exceptione expeditam ministrent iustitiam, ac ab aliis ministrari faciant sub privationis emolumentorum suorum, necnon excommunicationis late sententie penis, quas si in hoc negligentes fuerint, eo ipso incurrant, a solo Pontifice Romano dumtaxat absolvendi excepto mortis articulo, Non obstantibus statutis et consuetudinibus ac privilegiis et indultis dicte Civitatis quavis auctoritate vel firmitate roboratis, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nrorum voluntatis, mandatis, cassationis, annullotionis, ordinationis, statuti infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXVII. XVII. Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno tertio.

CCCXCIII.

Castrum Tulfae veteris cum iuribus et pertinentiis suis per Ludovicum et Petrum fratres dominos dicti castri pretio XVIIMCCC. ducat. pontifici venditur. *Divers. Cameral. Tom. XXXIV. fol. 227.*

In nomine domini nostri Ihesu Christi Amen. Noverint universi et singuli presentes pariterque futuri per hoc verum et publicum instrumentum, quod anno a nativitate eiusdem MCCCCLXVIII. Indictione II. die secunda mensis Iunii, Pontificatus vero Sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, dñi Pauli divina providentia pape II. anno quinto, in presentia et ante conspectum prefati Sanctissimi domini nostri pape in anticamera sue Sanctitatis, presentibus et ibidem assistentibus Reverendissimis in Christo patribus et dominis, dñis Latino Epo Tusculano, Marco tit. s. Marci presbitero, Episcopo Vicentino, et Roderico s. Nicolai in carcere Tulliano diacono Vicecancellario sacrosancte Romane ecclesie Cardinalibus, et magnifico viro domino Antonio Cicivello milite, Serenissimi domini, dñi Ferdinandi Sicilie etc. Regis ad prefatum Sanctissimum dñum nostrum papam Oratore destinato, constitutis et genuflexis honorabilibus et providis viris Gaspare de Bacariis de Monteforti Avellinensis diocesis, et Cecho Ser Iohannis de Petilliano Suanensis diocesis, nunciis Illustrissimi domini Ursi de Ursinis Ducis Asculi, et assertis procuratoribus nobilium et magnificorum dñorum Lodovici et Petri fratrum dominorum Castri Tolfeveteris, siti in provincia Patrimonii, pro quibus dicti Gaspar et Cechus de rato et ratihabitione promiserunt sub bonorum

suorum omnium presentium et futurorum obligatione, idcirco dicti Gaspar et Cechus dictis nominibus omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius et forcius, tucius, validius et efficacios potuerunt et debuerunt, vendiderunt et venditionis titulo dederunt, cesserunt et transtulerunt prefato Sanctissimo domino nostro pape presenti, ac pro se sanctaque Romana ecclesia et successoribus suis canonice intrantibus, ac Camera apostolica pro securitate aluminis dicte Tolfe ementi ac rite et legitime stipulanti et recipienti dictum Castrum dicte Tolfe veteris, quod dicti Ludovicus et Petrus fratres tenent et possident, quod quidem Castrum dicti Gaspar et Cechus nominibus predictis vendiderunt prefato Sanctissimo domino nostro pape ementi imperpetuum cum arce et fertilitio eiusdem, ac cum omni suo tenimento, omnibus et singulis membris suis, proprietatibus, iurisdictionibus, dñiis, actionibus, hominibus, vassallis, fructibus, redditibus et introitibus, usibus et utilitatibus, domibus, palaciis, casalenis, campis, vineis, olivetis, silvis, pratis cultis et incultis, arboribus pomiferis et non pomiferis, aquis, aqueductibus, aquarum decursibus, pantanis, vallibus, pontibus, pascuis et cum omnibus aliis et singulis territoriis, pertinenciis, servitutibus, adherenciis ac cum omnibus et singulis usibus et utilitatibus intus et extra ad ipsos dños Ludovicum et Petrum fratres spectantibus et pertinentibus, videlicet ad habendum, tenendum et possidendum, vendendum, donandum, pignorandum, alienandum et quicquid eidem Sanctissimo domino nostro pape et suis successoribus placuerit perpetuo faciendum, ac omne ius et iurisdictionem, merumque et mixtum imperium, ac ipsum Castrum eiusque homines et incolas ac habitatores et quemlibet eorum presentes et futuros regendum, gubernandum, administrandum, punirique et corrigi faciendum, ac in predicto Castro eiusque territorio heredificandum, construendum, erigendum, fabricandum domos, palacia, muros et quicquid ipsi Sanctissimo domino nostro pape placebit. Item dicti Gaspar et Cechus venditores nominibus quibus supra dederunt, cesserunt et transtulerunt omnia iura omnesque actiones reales et personales, utiles et directas, tacitas et expressas, civiles, pretorias, ac omne id et quicquid dicti domini Ludovicus et Petrus fratres habent et eis competunt, habereque et competere possunt quomodolibet in futurum, in, de et super Castro, arce, fortalicio eiusque territorio et tenimento, ac iuribus venditis predictis vel aliqua parte eorumdem, nullo iure nullaque actione dictis Ludovico et Petro fratribus remanentibus sive reservatis, posueruntque ipsum Sanctissimum dominum nostrum papam emptorem et successores suos in locum, ius et privilegium dictorum venditorum, ac dictis nominibus constituerunt ipsum Sñum dñum nrum emptorem nomine quo supra presentem, et acceptantem super predictis ut in rem suam propriam, ita quod exnunc inantea dictus Sñus dñus noster papa emptor et successores sui predicti dictis iuribus dictisque actionibus proprio nomine agant, petant, exigant, recipiant et deffendant, eisque utantur, fruantur et experiantur tamquam utilibus et directis actionibus supradictis. Promiseruntque insuper prefati venditores dictis nominibus eidem Sanctissimo domino nostro pape ementi, et ut supra stipulanti et recipienti permittere ipsum et successores suos imperpetuum pacifice et quiete habere, et tenere et possidere Castrum, arcem, fortalicium ac omnia alia bona et iura predicta sic vendita, ac eis et quolibet eorum uti, frui et gaudere, fructusque, redditus, proventus et emolumenta eorundem petere, colligere, recipere et in suos proprios usus convertere, prout eidem Sanctissimo domino nostro pape et eius successoribus placuerit. Insuper prefati venditores nominibus predictis promiserunt, super huiusmodi bonis vel parte eorum ipsi Sanctissimo dño nostro pape emptori, et suis successoribus nullam movere litem, causam vel controversiam, nec moventibus consentire. Preterea prefati Gaspar et Cechus venditores nominibus quibus supra promiserunt etiam prefato Sanctissimo dño nostro pape ementi ut supra, stipulanti et recipienti, quod Castrum, arx, fortalicia et bona omnia predicta vendita cum iuribus et pertinenciis eorumdem non sunt per eos, aut eorum alterum alicui persone in totum vel in parte vendita, data et donata, cessa, concessa, permutata, pignorata, ypotecata vel obligata, aut quovis alio modo alienata, neque de illo vel parte eorum est factus contractus vel quasi: quod si contrarium aliquo tempore appareret, volunt ipsi venditores dictis nominibus, quod dicti dñi Ludovicus et Petrus fratres sint obligati ipsi domino nostro pape emptori et sancte Romane ecclesie, et Camere apostolice de evictione ut factis propriis, dumtaxat hoc expresse acto, quod non teneerentur de evictione pro iuribus et rationibus, que bone memorie Patriarcha de Vitelleschis vel sui heredes et successores, aut alii quicunque ab eis vel eorum altero causam habentes in predicto Castro, fortalicio et bonis venditis habent et pretendunt. Quam quidem venditionem et omnia et singula supradicta prefati Gaspar et Cechus nominibus predictis fecerunt, et faciunt pro pretio et nomine pretii decem septem milium et trecentorum ducatorum. Quos quidem decem septem mille et trecentos ducatos prefatus Sanctissimus dñus noster papa per societatem de Medicis de Romana Curia promitti faciet, qua promissione per dictam societatem de dicta summa pretii predicti Gaspar et Cechus dictis nominibus possessionem realem, actualem et personalem dictorum Castri, arcis et fortaliciis et omnium aliorum bonorum predictorum venditorum liberam et expeditam tradent et assignabunt prefato San-

ctissimo domino nostro pape, aut illis, cui vel quibus sua Sanctitas duxerit committendum, sine aliqua dilatione, contradictione et exceptione, et ita promiserunt et promittunt. Et dicti Gaspar et Cechus predictis nominibus promiserunt dare operam cum effectu, quod dicti dñi Ludovicus et Petrus fratres pro se suisque filiis, heredibus et successoribus et quibuscunque aliis ab eis vel eorum aliquo causam habentibus, ac etiam dicti Ludovici uxor ratione dotis et aliorum iurium, que habeat seu habere possit super dictis bonis venditis de eiusdem Ludovici consensu, omnes supradicti personaliter seu cum sufficienti procurationis instrumento infra viginti dies proxime sequentes ratificabunt, approbari et confirmari facient cum omnibus et singulis clausulis, cauthelis, renuntiationibus, iuramentis et aliis in similibus contractibus poni et addi solitis et consuetis predictam venditionem et omnia singula in presenti instrumento venditionis contenta. Pro quibus omnibus et singulis sic attendendis, complendis et inviolabiliter observandis prefati Gaspar et Cechus nominibus quibus supra omnia et singula eorum et cuiuslibet ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, spiritualia et temporalia ubilibet constituta eidem Sanctissimo dño nostro pape presenti, et ut supra stipulanti et recipienti in meliori forma Camere obligarunt et ypothecarunt, ac dictis nominibus renunciarunt omnibus et singulis exceptionibus et privilegiis, quibus mediantibus contra premisse teneri (sic) quomodolibet possent, etiam beneficio legis secunde Codice de restituenda venditione, et beneficio restitutionis in integrum, si ullo unquam tempore prefati Ludovicus et Petrus fratres ex presenti contractu lesionem aliquam paterentur, ac omnibus aliis et singulis exceptionibus, iuribus et deffensionibus utriusque iuris cum promissionibus, submissionibus, renuntiationibus, modis, formis, tenoribus, solennitatibus et clausulis in similibus contractibus de iure vel consuetudine poni et addi solitis et consuetis. Insuper prefati Gaspar et Cechus nominibus predictis promiserunt Sanctissimo domino nostro pape emptori, necnon nobis notariis publicis infrascriptis ut publicis et auctenticis personis ibidem presentibus, ac pro ipso Sanctissimo domino nostro papa emptore, ac omnibus aliis et singulis, quorum interest aut interesse poterit quomodolibet infuturum, rite et legitime stipulantibus et recipientibus, sacrosanctis scripturis corporaliter per eos manu tactis, iuraverunt et quilibet eorum iuravit predicta omnia et singula attendere et inviolabiter observare, et in nullo contrafacere vel venire per se vel alium seu alios in iudicio vel extra, directe vel indirecte, tacite vel expresse quovis quesito colore sub ypotheca et obligatione predictis. De et super quibus omnibus et singulis prefatus Smus dominus noster commisit et mandavit nobis notariis infrascriptis, et dicti Gaspar et Cechus requisiverunt, per nos eis fieri et confici unum et plura publicum seu publica instrumentum seu instrumenta.

Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico apud Sanctum Petrum in dicta anticamera prefati Sanctissimi domini nostri pape, Anno, Indictione, die, mense et pontificatu quibus supra, presentibus et assistentibus dictis Rmi dominis Cardinalibus, ac Reverendo in Christo patre domino Petro dei gratia Episcopo Tirasonensi, ac Venerabilibus et providis viris dñis Iohanne Pieti preposito sancti Gangerci Cameracensis, prefati Sanctissimi domini nostri pape Cubiculario, Petro Cola dela Lauro laico dicti Rmi dñi Cardinalis de Ursinis Vicecancellarii, Iohanne de Pari de Sancto Felice, laico dicti domini Antonii Cicivello oratoris etiam cancellario, et Petro Alberti in ecclesia Maioricensi beneficiato, dicti Rmi dñi Vicecancellarii familiari, testibus ad predicta vocatis specialiter et rogatis.

Et me Iohanne Gerones clerico Gerundensis diocesis, publico apostolica et imperiali auctoritatibus ac Camere apostolice notario, qui premissis omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, agerentur, dicerentur et fierent, una cum Venerabilibus viris dominis Antonio Tridento et Sancte de Victorinis de Turrio, Connotariis meis infrascriptis, ac etiam cum prenominatis testibus presens interfui, eaque fieri vidi, audivi et in nota sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum per alium, me aliis legitime impedito negotiis, fideliter scriptum inde confeci, et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi et subscripsi, in fidem et testimonium omnium et singulorum predictorum rogatus et requisitus.

Ego Antonius Tridento presbiter Parmensis, Cancellarie apostolice Notarius, de hiis omnibus et singulis una cum antescriptis notariis rogatus etc. ideo me propria manu cum signo meo hiis subscripsi.

Et ego Sancte de Victorinis de Turrio auctoritate apostolica notarius etc.

CCCXCIV.

Ursus de Ursinis, qui Ludovico et Petro de Tolfa veteri Cornetanae dioecesis in eorum inobedientia contra sedem apostolicam in causa arcis Tolfae auxilium praestiterat, ab hoc excessu absolvitur. *Reg. de Curia Tom. II. fol. 77.*

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Romanis pontificis circumspecta providentia erga illos, qui sincere devotionis affectu Romanam ecclesiam revereri consueverunt, si quando eos aliqualiter hoc cessare contingat, consuetam benignitatem piis exercet affectibus, ut tanto magis sedem apostolicam studeant revereri, quanto illius liberalitatem gustaverint pleniorem. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Ursus de Ursinis Dux Ascu-

lanus, qui nos et ecclesiam prefatam integra fide et sincere devotionis affectu retroactis temporibus revereri solitus fuit, postquam auctoritate nostra ex certis iustis tune expressis causis superiori anno mandatum fuerat dilectis filiis Ludovico et Petro de Tulfaveteri Cornetane diocesis, ut possessionem arcis Tulfe predicte, quam tenebant, data recompensa dimitterent, ipsis Ludovico et Petro, mandatis huiusmodi parere recusantibus, eum aliquibus suis stipendiariis ad perseverandum in possessione arcis predicte, nostraque et Romane ecclesie inobedientia diversimode consilia, auxilia et favores prestiterit; postmodum vero saniori usus consilio curaverit, quod Ludovicus et Petrus prefati mandatis huiusmodi obtemperarent, arcemque ipsam cum bonis immobilibus, que infra limites et districtus illius possidebant, Camere apostolice ad tutelam proventuum minere aluminis eiusdem Camere, ad deffensionem fidei christiane contra immanissimos Turchos per nos deputatorum, consignaverint, recepta pro bonis ipsis a nobis certa pecunie summa: Nos, qui etiam dum Cardinalatus fungeremur honore, eundem Ducem et loca, que in territorio prefate ecclesie habet, sub nostra protectione habuimus, ipsumque speciali dilectione et favore fuimus prosecuti, ex certa nostra sciencia nostraque liberalitate et voluntate eundem Ursum Ducem a premisso, et quibuscumque aliis excessibus, criminibus et delictis per se aut suis mandato, favore, consilio et ordinatione per Ludovicum et Petrum prefatos, et illorum ac Ducis stipendiarios, durante eorumdem Ludovici et Petri inobedientia predicta, quomodocumque et qualitercumque tam contra nos et sedem apostolicam, quam alias commissis et perpetratis usque in presentem diem, etiam si homicidii, sacrilegii, incendii, lese maiestatis et heresis vel rebellionis, aut illis maiora vel minora cuiuscumque generis crimina et delicta forent, necnon a quibuscumque censuris, penis et mulctis spiritualibus et temporalibus, quas ipse Dux propterea quomodolibet incurrerit, excessuum et delictorum huiusmodi qualitates, conditiones, circumstantias, ex quibus atrociora reddantur, ac si specifice et nominatim expressa forent, presentibus pro expressis habentes, auctoritate apostolica tenore presentium absolvimus et totaliter liberamus, abolemusque omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per ipsum Ducem premissorum occasione contractam, ipsumque Ducem ad dignitates, honores et famam, iura, privilegia et immunitates, feuda, exemptiones, gratias, officia et bona omnia, necnon in pristinum et in eum statum, in quo erat, antequam predicta committeret, pristineque benivolentie, qua nos et ipsa eum prosequi consuevit, restituimus, reponimus et plenarie reintegramus, mandantes omnibus, ad quos spectat, ut processus, condemnationes, sententias, mulctas, diffidationes et banna contra eundem Ducem in Romana Curia et aliis Civitatibus, terris ac locis nobis et Romane ecclesie subiectis per nos in Cena dñi, ac quoscumque iudices ecclesiasticos vel seculares lata de quibuscumque libris et codicibus, in quibus apparent, cassent et aboleant, ita quod illorum vigore Dux ipse nequeat decetero in persona vel bonis quomodolibet inquietari, prout et nos illa omnia presentium tenore cassamus, annullamus et irritamus, ac pro prorsus infectis haberi volumus et viribus vacuamus, districtius inhibentes omnibus et singulis Curie ac Civitatum, terrarum et locorum predictorum Potestatibus, Capitaneis et officialibus, quocumque nomine nuncupentur, et quacumque fungantur iurisdictione et auctoritate, ne Ducem ipsum quovis quesito colore directe vel indirecte premissorum occasione molestare vel inquietare presumant, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis per eos aut quoscumque alios scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, illis presertim (quibus cavetur expresse) quod huiusmodi absolutiones nisi sub certa forma inibi expressa fieri non possint, quibus illa, etiam si de eis eorumque totis tenoribus habenda esset mentio specialis, presentibus pro expressis habentes, ipsis alias in suo robore permansuris, quoad premissa specialiter et expresse derogamus, necnon Civitatum et terrarum predictarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. Datum Rome apud S. Marcum Anno etc. MCCCCLXVIII. IV. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCCXCV.

Pontifex Ludovicum et Petrum de Tolfa veteri cum complicibus et adhaerentibus de praedicta inobedientia plenarie absolvit. *Ibidem fol. 78.*

Paulus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Immensa sedis apostolice benignitas et iam casibus ignoscendo prioribus supplicum vota libenter exaudit, et ut optatum sortiantur effectum, sue vigilancie curas interponit. Cum itaque dilecti filii nobiles viri Ludovicus et Petrus de Tulfaveteri Cornetane diocesis, quibus auctoritate nostra ex certis iustis tunc expressis causis superiori anno mandatum extitit, ut possessionem Arcis Tulfeveteris vacuam, liberam et expeditam data recompensa dimitterent, quique mandatis huiusmodi obtemperare per aliquos menses distulerunt, nuper Arcem ipsam et bona, que cum illa in eius districtu possidebant, nobis et Camere apostolice consignaverint: nos ex certa nostra sciencia nostraque mera liberalitate et voluntate eosdem Ludovicum et Petrum, ac eorum familiares, adherentes et fau-

tores quoscumque directe vel indirecte, palam vel occulte ab inobedientia predicta et quibuscumque criminibus, excessibus et delictis per eos illa durante quomodocumque et qualitercumque tam contra nos et sedem apostolicam, quam alias commissis et perpetratis usque in presentem diem, etiam si homicidii, sacrilegii, incendii, lese maiestatis et heresis, rebellionis aut illis maiora vel minora cuiuscumqne generis crimina et delicta forent, necnon a quibnscumqne censuris et penis spiritualibus et temporalibns, quas propterea quomodolibet incurrerunt, familiarium, adherentium et fautorum, cuiuscumque status, gradus, ordinis vel conditionis existant, et quacumque prefulgeant dignitate et auctoritate ecclesiastica vel seculari, nomina et cognomina ac excessuum, delictorum, censurarum et penarum numerum, species, qualitates, circumstantias, reiterationes, illa aggravantia, ac si specifice et nominatim presentibus specificarentur, pro expressis habentes, auctoritate apostolica tenore presentium absolvimus et liberamus, abolemusque omnem[que] inhabilitatis et infamie maculam sive notam per eos premissorum occasione contractam, ac illos ad honores, dignitates et famam, necnon feuda, officia et bona quecumque, ac in pristinum et eum statum, in quo erant, antequam premissa committerent, restituimus, reponimus et plenarie reintegramus, mandantes omnibus ad quos spectat, ut processus, condemnationes, sentencias, multas, diffidationes et banna contra eosdem Ludovicum et Petrum, aut familiares, adherentes et fautores predictos in Romana Curia et aliis Civitatibus, terris et locis nobis et Romane ecclesie subiectis, per nos etiam in die Cene domini, et quoscumque iudices ac officiales ecclesiasticos vel seculares lata de quibuscumque libris et codicibus, in quibus apparent, cassent et aboleant, ita quod illorum vigore Ludovicus, Petrus, familiares, stipendiarii, fautores et adherentes prelati nequeant decetero in personis vel bonis quomodolibet inquietari, prout et nos illa omnia presentium tenore cassamus, annullamus et irritamus, ac pro prorsus infectis haberi volumus et viribus vacuamus, districtius inhibendo omnibus et singulis Curie ac Civitatum, terrarum et locorum predictorum Potestatibus, Capitaneis et officialibus, quocumqne nomine nuncupentur et quacumque fungantur iurisdictione et auctoritate, ne Ludovicum, Petrum, familiares, stipendiarios, adherentes et fautores predictos quovis quesito colore directe vel indirecte premissorum occasione molestare vel inquietare presumant, ac decernendo exnunc irritum et inane, si secus super hiis per eosdem aut quoscumque alios scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, illis presertim, quibus cavetur expresse, quod huiusmodi absolutiones nisi sub certa forma inibi expressa fieri non possint, quibus illa, etiam si de eis eorumqne totis tenoribus habenda esset mentio specialis, ipsis alias in suo robore permansuris, quoad premissa specialiter et expresse derogamus, necnon Civitatum et terrarum predictarum iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumqne. Nulli ergo etc. Datum Rome apud Sanctum Marcum Anno etc. MCCCCLXVIIII. IIII. Idus Iunii, Pontificatus nostri anno quinto.

CCCXCVI.

Pontifex statuta Urbis, quae emendari et in unum volumen redigi fecit, confirmat. *Ibidem fol. 74.*

Paulus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. In supremo militantis ecclesie solio disponente altissimo constituti licet cunctorum fidelium commodis intendere, incongruentia moribus, rebus atque temporibus iura sancire, et cultum iusticie ubilibet servari intensis cupiamus affectibus, in alma tamen Urbe nostra, que orbis caput est et leges dudum condidit, quibus humanorum actuum ordinata voluntas suis contenta limitibus servari, presumptionis vero themeritas debitos fines excedens penali districtione, ut utrobique servaretur equalitas, coherceri posset, eo magis vigere et quantum nobis ex alto conceditur, ampliare cum pacis amenitate appetimus, quo in ea gloriosissimi ecclesiarum omnium patres et apostolorum principes, peracto evangelice predicationis ministerio, iactisque demum pro universorum salute credentium vere fidei fundamentis, inclito martirio coronati cum aliorum innumerabilium pene sanctorum cetu pro ipsius Urbis custodia requiescunt, et velut in arce christiane fidei et religionis fundamento sedes apostolica divina preordinatione consistit, ut bonis institutis et virorum in ea degentium exemplari vita resplendeat, ipsiusque leges et statuta, que pro varietate temporum emendationem et correctionem ad salubrem et tranquillum ipsius Urbis et civium statum directionemque exigere videbantur, nostre ordinationis auxilio congruam reformationem accipiant, publice quoque et private rei utiliter consulatur. Sane dudum plurimorum relatibus certiores effecti, quod inter ipsius Urbis statuta, retroactis temporibus populariter edita et diutius observata, nonnulla ecclesiastice libertati contrarie, quedam inutilia et minus congruentia tempori, quedam vero emendatione, supplemento aut limitatione digna repperirentur, Nos, qui Urbi, civibus et populo predictis utpote peculiaribus filiis nostris paterna caritate afficimur, cupientes, quemadmodum nostro pastorali incumbit officio, ipsorum utilitati, statui et quieti consulere, lites dirimere aut saltem efficere breviores, et quantum humani iudicii verisimilis coniectura permittit, ea, que noxia sunt,

penitus summovere. Hoc non quidem parvum reipublice commodum nonnullis Venerabilibus fratribus Episcopis et prelatis domesticis nostris, ipsius Urbis Conservatoribus et aliis plerisque officialibus et iuris utriusque doctoribus, ut visis et mature discussis singulis statutis predictis, resecatisque superfluis et aliis pro qualitate instantis temporis, prout Civitati, civibus et populo supradictis congrueret, emendatis, illa in unum volumen redigerent, auctoritate apostolica duximus committendum: qui iussioni nostre huiusmodi plenis obtemperantes affectibus pro hiis exequendis sepenumero convenientes in unum, ac etiam in privatis et publicis dicte Urbis consiliis civium eis pluries recensitis approbatisque, statuta tandem predicta pari voto reformata et emendata in nostra presentia retulerunt et additiones, suppletiones, limitationes et correctiones singulas explicarunt. Nos itaque attendentes, qood licet ea, que in nostra fiunt presentia, perpetuo debent stabilitate persistere, ut tamen eo maiorem obtineant roboris firmitatem, quo nostro fuerint communita presidio, statuta predicta auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, eaque omnia et singula decernimus perpetuo inviolabiliter observari. Nulli ergo etc. nostre approbationis, confirmationis, communitionis et constitutionis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXVIIII. pridie Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno sexto.

CCCXCVII.

Processus sive bulla in die Coenae Domini.
Reg. de Curia Tom. II. fol. 93.

Paulus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Consueverunt s. memorie Romani pontifices predecessores nostri ad retinendam puritatem religionis christiane, et sanctam fidelium societatem ab offensione servandam arma iusticie per ministerium apostolatus annis singulis in presenti celebritate exercere. Nos itaque vetustum et solemnem hunc morem tenentes, ex parte omnipotentis dei patris et filii et spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius et nra excommunicamus et anathematizamus omnes hereticos, Gazaros, Patarenos, Pauperes de Logduno, Arnaldistas, Speronistas, Passagerios, Vielevistas seu Ussitas, Fratricellos de Opinione nuncupatos, et quoscumque alios hereticos quocumque nomine censeantur, et omnes fautores et receptatores et defensores eorum. Et licet superiori anno nominatim ob suorum criminum magnitudinem, et ut vitaretur ex contagione ipsius periculum, excommunicaverimus, maledixerimus et anathematizaverimus perditionis alumnum Georgium alias Iersicum de Constat et Pogiebrat tunc totius, nunc vero partis Regni Bohemie occupatorem: quia tamen idem Georgius Sathane eius patris arte seductus pertinacius in sua damnata heresi, in qua se natum et educatum asserit, perseverans, ut eam manifestiorem efficiat, suis erroribus pestiferis non contentus, vicinarum partium et presertim inclite nationis Germanice Christifideles in suum nephandum errorem trahere, eosque propterea invadere ac totis conatibus prosequi non cessat, Nos considerantes, qood tanto sit maioribus penis mulctandus, quanto in sua nephanda heresi dampnabiliter indurescit, eundem Georgium suis gravioribus culpis atque dampnatis erroribus exigentibus auctoritate predicta denuo excommunicamus, maledicimus et anathematizamus, necnon omnes et singulas sentencias, censuras et penas tam a iure, quam a nobis iusto dei iudicio promulgatas aggravamus et reaggravamus, eumque superna maledictione, sicut maledicti fuerunt Dathan et Albiron, quos terra sustinere non valens vivos absorbuit, et sicut Iudas Scharioth, traditor Redemptoris nostri, maledicimus et ut talem ab omnibus vitari mandamus.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos ipsi Georgio heretico adherentes, assistentes, obsequentes ac faventes, et nominatim iniquitatis filium Iohannem Rochezanam heresis eiusdem Georgii alias Iersici precipuum defensorem, et pro administratore ecclesie Pragensis nulla suffultum auctoritate se gerentem, ac ipsi alias auxilium, consilium vel favorem clam vel palam, directe vel indirecte prebentes, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, preeminentie vel nobilitatis fuerint, etiam si pontificali, Regali, Reginali, Ducali, Marchionali, aut alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, et qui secum commercium habent vel habebunt quomodolibet in futurum, necnon omnes et singulos sibi militantes ac arma offensibilia vel defensibilia necnon victualia, cuiuscumque generis sint, ministrantes.

Item excommunicamus et anathematizamus damnate heresis defensorem Gregorium de Heymburg, qui sicut alias iusto iudicio hereticus declarari promeruerit, ita nunc quoque in supradicto Boemie Regno petra scandali et lapis offensionis factus est, et dum post venalitam animam turpi lucro prophanatori illi Georgio alias Iersico adesse non cessat, cornua in sacrosanctam Romanam ecclesiam et sedem apostolicam cunctorum fidelium matrem atque Magistram erigere, et eius mandata contemnere atque canonicas censuras pertinaci spiritu perferre non veretur.

Item excommunicamus et anathematizamus ingratitudinis et inobedientie filium, ac nostrorum et sedis apostolice mandatorum contemptorem atque rebellem Vincentium Relbass, qui pro Culmensi Episcopo et Pomezaniensis ecclesie administratore se gerit, ac Canonicos et subditos ecclesie Warmien-

sis sibi adherentes, pro eo quod censuras et penas ecclesiasticas suis culpis et demeritis exigentibus in eos apostolica auctoritate promulgatas animo sustinentes indurato, provisionem ipsius ecclesie per nos dudum de Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio factam, ut debitum sortiatur effectum, ausu nephario impedire, ipsamque Warmiensem ecclesiam nobis et eidem ecclesie fundationis iure subiectam, eiusque Castra et bona occupata temere detinere in suarum periculum animarum non formidant.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos, cuiuscumque status, gradus, conditionis aut preheminentie existant, etiam si pontificali, Regali, Reginali aut quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate, qui perfidis hereticis Viclevistis, qui in huiusmodi damnata Viclevistarum heresi pertinaciter permanserunt, arma, equos, ferrum, plumbum, lignamen, sal, oleum, vinum, vestes, victualia et alia quacumque ad usum hominum pertinentia, aut quevis alia presidia publice vel occulte subministrant, ac per se vel subditos suos afferri faciunt vel permittunt, cum quibus dicti Vicleviste Christifideles et Catholicos quomodolibet impugnant seu offendere possunt, necnon omnes et singulos Viclevistarum eorumdem adherentes, fautores, defensores et receptores, cuiuscumque status, nobilitatis, excellentie aut conditionis existant, etiam si pontificali, Regali, Reginali aut quavis ecclesiastica vel seculari sint prediti dignitate, aut consentientes vel prestantes eisdem in premissis quomodocumque et qualitercumque auxilium, consilium vel favorem, ipsosque omnes et singulos declaramus continuatores et fautores heresis, atque omni beneficio, dignitate et honore ecclesiastico ac mundano denuntiamus fuisse et esse privatos.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes falsarios bullarum seu litterarum apostolicarum, et supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium per summum pontificem, vel Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum aut officium Vicecancellarii sancte Rom. ecclesie de mandato pontificis predicti signatarum ipsius nomine, seu Vicecancellarii aut regentis officium predictum signantes supplicationes easdem.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos conspiratores aut coniuratores contra personam, statum vel auctoritatem Romani pontificis, etiam si pontificali, Regali, Reginali vel alia quavis ecclesiastica vel mundana dignitate prefulgeant, omnesque complices et fautores eorum, necnon conscios conspirationum et coniurationum huiusmodi et non revelantes, aut eis consilium quomodolibet prestantes, auxilium vel favorem, illisque ex parte omnipotentis dei maledicimus, declarantes eos omni honore at dignitate ecclesiastica vel mundana fuisse et esse privatos.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes violatores ecclesiastice libertatis, et illos presertim, qui contra sacrorum canonum instituta ecclesiis et ecclesiasticis personis sine licencia speciali Romani pontificis collectas vel alia onera, aut quevis gravamina realia vel personalia inponunt vel exegunt, aut imponi vel exigi faciunt aut procurant.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes piratas et latrunculos maritimos, et illos precipue, qui mare nrum a Monteargentario usque ad Terracinam discurrere, et navigantes in illo depredari, mutilare, interficere et rebus ac bonis suis spoliare hactenus presumpserunt et presument, ac omnes receptores eorum et eis auxilium dantes, consilium vel favorem, eisque et cuilibet eorum maledicimus, ipsorumque omnia bona confiscamus et occupantibus libere concedimus et donamus.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui equos, ferrum, arma, lignamina et alia prohibita deferunt Saracenis, Turchis et aliis Christi nominis inimicis, quibus christianos oppugnant.

Item excommunicamus et anathematizamus impedientes seu invadentes victualia, vel alia ad usum Romane Curie necessaria adducentes, vel ne ad Curiam ipsam adducantur vel deferantur impedientes seu perturbantes, at qui talia faciunt vel defendunt, cuiuscumque fuerint ordinis, preeminentie, status, etiam si pontificali, Regali, Reginali vel quavis ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui ad sedem apostolicam venientes vel recedentes ab eadem, necnon illos, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam aliquam non habentes in eadem Curia manentes temeritate propria capiunt, spoliant et detinent, aut ex preposito deliberato verberare, mutilare vel interficere presumunt, et qui talia fieri faciunt seu mandant.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui in Terris suis nova pedagia imponunt vel prohibita exigunt.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis at negotiis recurrentes, illasque in eadem prosequentes aut procuratores, negotiorum gestores, advocatos vel promotores eorum, vel etiam auditores et iudices super dictis causis et negotiis deputatos occasione causarum vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant vel occidunt, aut bonis spoliant, cuiuscumque preheminentie, dignitatis, ordinis, conditionis aut status fuerint, etiam si pontificali, Regali, Reginali aut quavis alia prefulgeant dignitate.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes mutilantes, vulnerantes vel interficientes, seu

capientes et detinentes, seu depredantes Romipetas et peregrinos ad Urbem causa peregrinationis ac devotionis accedentes, et in ea morantes et recedentes ab ipsa, et eis dantes auxilium, consilium vel favorem, eorumque bona confiscamus.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos, qui per se vel alium seu alios directe vel indirecte sub quocumque titulo vel colore occupant, detinent vel hostiliter discurrunt vel invadunt, aut occupare, detinere, discurrere hostiliter presumunt almam Urbem, Regna Sicilie, Trinacrie Insulas Sardinie, Corsice, Terram citra Farum, Patrimonium beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysini, Sabinensis, Marchie Anconitane, Massetrabarie, Romandiole, Campanie atque Maritime provincias et Terras specialis commissionis et Arnulphorum, Civitatesque nras Bononiensem, Ferrariensem, Beneventanam, Perusinam, Ariminensem, Tudertinam et alias Civitates, Terras et loca vel iura ad ipsam ecclesiam spectantia et pertinentia, ac adherentes, fautores et defensores eorum seu in hiis dantes eisdem auxilium, consilium vel favorem.

Item excommunicamus et anathematizamus omnes et singulos collectores et subcollectores aliosque officiales, ac omnes et singulos cuiuscumque dignitatis aut preeminentie fuerint, qui scientes habentes, detinentes aut occultantes res, pecunias aut bona collecta pro expeditione contra infideles seu Cruciata et ad ipsam Cruciatam pertinentia illa assignare, solvere et restituere recusant, negligunt vel contemnunt, aut detinentes et occupantes non revelant, vel illis auxilium, consilium prestant vel favorem. A presentibus autem censuris et penis, que casus prescriptos secuntur, sexum omnino nullum, conditionem hominum nullam eximimus, non Patriarchas, non Archiepiscopos, non Episcopos, non cuiusvis generis prelatos, non Reges, non Reginas, non Duces, non Marchiones, non Comites, non ullius alterius dignitatis vel nominis presidentes, velut quemquam privatum, ita eos obnoxios esse et reos presentium censurarum decernimus, nolentes privilegium ullum, ullam indulgentiam, ullas apostolicas litteras vim quorumcumque verborum habentes processibus hiis nostris obstare. Rogamus omnipotentem et misericordem deum et suppliciter deprecamur, ut animas, que vinculis harum censurarum ligate non sunt, ne ligentur, conservet, que vero ligate sunt, ad salutem et meritum absolutionis convertat. Nos tamen hanc ipsam absolutionem nobis tantum et successoribus nostris Romanis pontificibus reservamus, articulo mortis dumtaxat excepto, in quo etiam satisfactionem vel cautionem canonicam ab eis esse volumus exigendas: simili excommunicationis sententia innodantes sacerdotes illos tam seculares, quam cuiusvis ordinis regulares, qui sic excommunicatos et anathematizatos etiam in ipso mortis articulo constitutos aliter, quam, ut prefertur, absolverint, eisque predicationem, lectionem, administrationem sacramentorum auditionemque confessionum interdicimus per presentes. Ut autem huiusmodi nři processus ad communem omnium notitiam deducantur, litteras apostolicas huiusmodi processus continentes in valvis basilice principis Apostolorum, necnon ecclesie sancti Marci de Urbe affigi faciemus, que processus ipsos suo quasi sonoro preconio et patulo iudicio publicabunt, ut hii, quos huiusmodi processus contingent, quod ad ipsos non pervenerint aut ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem pretendere vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile apud eos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Nulli ergo etc. nostre excommunicationis, anathematizationis, denuntiationis, maledictionis, confiscationis, donationis, constitutionis, declarationis, sublationis, revocationis, innodationis, interdicti et predictionis infringere etc. Si quis autem etc. Dat. Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLXX. terciodecimo Kal. Maii, Pontificatus nostri anno sexto.

CCCXCVIII.

Capitula et pacta societatis etc. inter pontificem et regem Siciliae inita, ut in commune utriusque partis commodum sua alumina insimul venderent. *Diversor. Cameral. Tom. XXXV. fol. 115.*

In nomine domini nostri Ihesu Christi, amen. Anno a Nativitate eiusdem MCCCCLXX., Indictione tercia, die vero undecima mensis Iunii, Pontificatus Sñi in Christo patris et domini nostri, dñi Pauli divina providentia pape II. anno sexto. Noverint universi et singuli hoc presens instrumentum visuri, lecturi pariter et audituri, Quod cum hoc sit, quod idem Sñus dominus noster, dñus Paulus, qui non absque gravi cordis amaritudine, etiam antequam divina favente clementia ad apostolatus assumeretur dignitatem, deplorandas christianorum strages, terrarum et agrorum depopulationes, direptiones ac incendia et alia damna quamplurima Christi fidelibus, prothodolor! Turchorum dux atrocissimus intulerat hactenus, et ferventius inferebat in dies, regna quoque et provincias latissimas in perniciem orthodoxe fidei nefande ditioni sue hostiliter subiugaverat, paterna charitate ingemiscens tam gravem reipublice christianorum iacturam, ac peccatis facientibus miserabilem credentium servitutem egre ferens, calamitatibusque fidelium pie compatiens ipsorum sinistros casus interna sepius meditatione recensebat; ad summi denique Pontificatus apicem ordinatione superna evectus, volens, annuente altissimo, que gestiebat animo ad effectum usque perducere, et omnem operam modumque possibiles adhibere, per quos ipsius vivifice Crucis eversoris cruentissimi conatus re-

primi possent, inter ceteras ipsius ecclesie Romane facultates una cum magnis pecuniarum summis et aliis rebus, quas pro tam sancto opere sponte obtulerat contribueratque, et quarum partem non exiguam in hiis et aliis fidei negotium atque statum fidelium concernentibus successive exposuit, omnes et singulos aluminis fructus et redditus ex minera Tulphe vetule, sub temporali dominio ecclesie constituta, perventuros omnipotenti deo ad ipsius gloriam fidei atque fidelium, et sancte Cruciate opus utilitatemque prompto animo liberaliter dedicaverit, consecraverit, concesserit applicaveritque, ac pro executione tante rei, conservatione et distributione proventuum eorumdem Rmos in Christo patres et dñes, dños Bessarionem Sabinensem, Guillermum Ostiensem, et Iohannem Portuensem Episcopos, eiusdem sancte Romane ecclesie Cardinales, commissarios generales duxerit deputandos, et eodem bone memorie Iohanne Portuensi Episcopo interim de medio sublato, ipsius loco Rmum in Christo patrem dominum Latinum Tusculanum Episcopum subrogaverit: ac novissime idem Smus dñus noster attente considerans eiusdem aluminis pretium eidem sancto operi dicatum ex eo diminui plurimum, quod alumen aliud ex minera Ischana, ad Serenissimum principem dñum Ferdinandum regem Sicilie pertinente, ad easdem mundi partes deferebatur communiter, ad quas Cruciate alumen delatum fuerat aut deferri sepius contingebat, ita ut per concursum et abundanciam aluminis pretium utriusque impediretur ac vilesceret, ordinatumque ipsius sancte Cruciate subsidium deinde minime proveniret, et prefatus Serenissimus dominus Rex cognoscens hec eadem requisiverit suam Beatitudinem, libenter sua Santitas annuit et consensit, ac pro communi utilitate, aut verius commodo et utilitate Cruciate ac rei publice predictarum, ad conventiones, pacta et capitula modo et forma infrascriptis per supra et infrascriptos Rmos dominos Cardinales deveniendum censuit, laudavit et mandavit. Et hinc est, quod Rmi domini Bessarion, Guillermus et Latinus Cardinales, et sancte Cruciate commissarii generales prefati, ipsius sancte Cruciate nomine, ac Rmus in Christo pater dñus Marcus miseratione divina tituli s. Marci presbiter Cardinalis Episcopus Vincentinus nomine Camere apostolice coram eodem Sanctissimo domino nro, in nrorum notariorum et testium infrascriptorum ad infrascripta specialiter vocatorum presentia, personaliter constituti ex una, ac spectabilis dominus Anelus Perocius civis Neapolitanus, prefati Serenissimi domini Regis Ferdinandi procurator et mandatarius, habens ad infrascripta a Serenissimo dño Rege Ferdinando speciale mandatum in forma litterarum patentium in membranis scriptum, per prefatum Serenissimum dominum Regem Ferdinandum eius regia manu propria subscriptum, quod tunc facto exhibuit, et a nobis notariis visum et lectum, cuius tenor inferius est insertus, regii sigilli magni appensione cum cordulis sericeis crocei rubeique colorum munitum, ante pedes eiusdem Smi domini nostri genibus flexis ex altera partibus, promittens niehilominus etiam ad maiorem cautelam idem dominus Anelus de rato et ratihabicione, et se facturum et curaturum ita et taliter, quod prefatus Serenissimus dñus Rex Ferdinandus omnia et singula per ipsum dominum Anelum eius nomine promittenda, et in presenti instrumento contenta hinc et per totum proximum mensem Iulii ratificabit, emologabit et approbabit in omnibus et per omnia, ac per suas litteras regias auctenticas Sanctissimum dominum nostrum papam, vel Rmos dominos Cardinales prefatos certificabit, certa capitula continentia in se conventiones et pacta super societate et intelligentia infrascripta facienda exhibuerunt coram prefato Smo domino nostro. Cuius quidem mandati regii supradicti tenor sequitur, et est talis:

Ferdinandus dei gracia Rex Sicilie, Hierusalem et Hungarie, Universis et singulis presentium seriem inspecturis, tam presentibus, quam futuris. Proximis diebus nonnulla tractavimus cum Smo et Beatissimo domino nostro Paulo II. Pontifice Maximo, pro alumeriis sue Sanctitatis et nostris pro mutua utilitate et utriusque partis commodo, et cum dicte practice satis ac satis hinc inde tractate sint et fere ad plenam concordiam redacte, solumque restet advenire ad ultimam conclusionem, necesseque sit deligere personam fidelem et de hac re informatam, que nostro nomine ad conclusionem dicte pratice seu intelligencie devenire possit: idcirco confisi de fide, industria, diligencia et integritate Anelli Perocii civis Neapolitani, viri egregii et fidelis nobis dilecti, quem in longe maioribus fuimus experti, et de mente nostra plene informati non dubitantes, quicquid eius fidei et industrie commiserimus, recte et probe ab eo gestum iri, serie presentium eundem Anellum Perocium virum nobis fidelem, et de nostra mente in hac re plene informatum nostrum specialem procuratorem et mandatarium ad dictam societatem, seu intelligenciam cum prefato Smo Pontifice et Camera apostolica, seu cum aliis habentibus mandatum et potestatem a prefata Beatitudine et Camera apostolica, quovis nomine censeantur, et quorum nomina habeantur pro expressis, ad tractandum, contrahendum et firmandum cum illis capitulis, temporibus et expressionibus, penis, iuramentis, renunciacionibus, condicionibus, modis et formis, quibus fuerit eisdem contrahentibus bene visum, et prout nos facere possumus, si presentes essemus, ex certa sciencia motu proprio consulto et deliberato, quanto melius et efficacius possumus, nullo ducti errore iuris vel facti facimus, constituimus, ordinamus et deputamus, concedentes eidem Anello in premissis

et quolibet premissorum dependentibus, emergentibus et connexis omnimodam potestatem, facultatem et baliam necessariam et oportunam pro premissis omnibus et singulis adimplendis, promittentes quicquid per dictum Anellum actum, gestum conclusumque fuerit, promissumque, obligatum, inratum et conventum nostro nomine, bona fide et sine fraude, sub verbo et fide regiie et sub obligacionibus, penie et iuramentis, modis et formis per ipsum Anellum firmandis, faciendis et concludendis observaturos et observari curaturos, nec contraventuros aut facturos directe aut per indirectum aut aliquo quesito colore, clausulis, etiliis et formis in presenti mandato necessariis et oportunis habitis pro sufficienter expressis, et illis ex certa sciencia supplentes et suppletum esse decernentes. In quorum fidem presentes nostro magno pendente sigillo munitas ac in indicio et extra valituras fieri iussimus. Datum in Castello Civitatis nostre Neapolis die primo mensis Iunii, Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo.

Ferdinandus Rex.

Que quidem capitula, sicut premittitur, exhibita idem Sanctissimus dominus noster, volens de illis eorumque tenore pleniorem noticiam habere, iussit et mandavit per Reverendum in Christo patrem dñum Angellum dei gracia Episcopum Feltrensem, ex Camere apostolice presidentibus, alta et intelligibili voce ibidem legi ad sue Sanctitatis, Revmorum dominorum Cardinalium et dñi Anelli procuratoris prefatorum nominibus quibus supra, claram intelligenciam, dispensans tamen et mandans presentem contractum celebrari et ipsi indubitatam fidem adhiberi, non obstante festo et solempnitate s. spiritus eadem die celebrata, attento quod hoc ad opus pium et sanctissimum cum eiusdem s. spiritus invocatione fiebat. Quorum capitulorum tenor de verbo ad verbum vulgari sermone hic inferius est insertus, ut sequitur.

Li deputati per nome de la Santita de nostro Signore et de la Maiesta del Re Ferdinando Re de Sicilia convengono insieme compagnia et unione de tutte allumere, sono si de la Santita de nostro Signore et de la Camera apostolica, como de la Maiesta del Signore Re, et similiter de li allumi facti et che si farano, cum pacti, modi et conventioni infrascripte, la quale compagnia et unione habia a durare dal dì del presente contracto per anni vinticinque proximi a venire. Che le allumere de la Santita de nostro Signore et Camera apostolica et quelle de la Maiesta del Signore Re per el tempo supradicto sentendano essere uno corpo o vero anima.

Che tutto lo allome, che nel supradicto tempo se consumera o vero se navichara per diverse parte del mundo per consumpcione et uso de quello, la mitta se intenda et debia essere de quelli allumi de le allumere de la Santita de nostro Signore et de la Camera apostolica, et laltra mitta de quello de le allumere de la Maiesta del Signor Re. Et de cetero quando se habbi a navicare allume per qualuncha parte del mundo, la mitta se habbia a levare da Civitavechia per la parte de la Camera apostolica, et laltra mitta de le allumere del Signore Re per la parte sua.

Che dicti allumi dove se ordinara siano navichati in cadauno loco, si habbino a vendere per dui deputati, uno per la Santita de nostro Signore et Camera apostolica, laltro per la Maiesta del Signore Re, et non si possi vendere per altri, et quello vendessi uno, se intenda la mitta de la vendita esser per conto de nortro Signore et de la Camera apostolica, etiam sel fussi facto per el deputato de la Maiesta del Signore Re, et ita econverso et laltra mitta de la Maiesta de Signore Re, et dicti allumi non si possino vendere ne piu ne meno de quello li sera deputato li precii de la Camera apostolica et de la Maiesta del Signore Re, et si pur accadessi che per minor precio fosse venduto, per quello tale fussi facto tale vendita, si habbi a refare di sui boni quello meno fussi vendito, et per cadanno di quelli serano deputati a retenere et vendere dicti allumi, la Camera apostolica per el suo e la Maiesta del Signore Re per il suo promettino relevare laltra parte senza danno, et similiter de laltre frande o mancamenti fossino commessi per cadauno de li deputati, videlicet cadauna de le parte per il suo.

El retracto veramente de li allumi se habbia a dividere per mitta, cioe la mitta sia de la Santita de nostro Signore et laltra mitta della Maiesta del Signor Re.

Che cadauna de le parte per la sua mitta habia a pagare seperamente le spese in fare fare li sui allumi, navicare et ogni altra spesa occorressi, et similiter tenire sui conti seperamente de intrata et spesa.

Che tante vendite de allumi se farano si habino a fare per quelli serano deputati a vendere a dinari contanti et non abbarato, ne se posse vendere a piu longo tempo de anno uno vel circa, tamen cum idonea fideiussione et non aliter, et per havere de la Santita de nostro Signore et la Camera apostolica certa composicione per certo tempo cum lo Illustre Signor Duca de Borgogna de retinere bene fornite le sue provincie et dominio de allumi, et quelli non si possino vendere ad piu precio de libre quatro et meza la charica.

La dicta composicione se debia observare in omnibus suis partibus, et similiter la composicione facta cum certi merchadanti de soprasedere ad vendere de allumi navicato fin questo di, maxime a Bruza circa cantaro sexanta millia, a Venecia circa cantara trenta millia, ne li quali loci la Maiesta de Signore Re non ha sui allumi, se contenta

la Santita prefata de nostro Signore et Camera apostolica, che na li dicti lochi, fino sera foruito vendersi dicti allumi, la Maiesta de Signore Re debbia participare per la sexta parte de lutile, detractone prima le vere spese costano dicti allumi de canedale ad essa Camera apostolica, et fornito sera de vendere essi allumi, se abbia a uavicare io dicti lochi per mitta, et similiter vendersi ot supra per mitta ne li altri lochi navigasse, et ex uuno vendassi per mitta et questa composicione principia haver locho a die stipulati contractus.

Che uou si possa de questo dì avante per alcuna de le parte vendere, ne fare vendere a particulare persoua alchuna quantita de allumi de quelli fossiuo facti o se facesseuo ne le allumere de la Camera apostolica et la Maiesta de Signore Re; ma tutti allomi facti et che se ferauno nel dicto tempo de supra, se habbi a reservare et uavicare et vendere per uso de la compagnia et per declaracioue de cadauna de le parte, nel reame a l'allumere de la Maiesta del Signore Re abbia arrestare per uome de la Camera apostolica ouo Commissario, et a Civitavechia u le allumere de nostro Signore ouo altro per la Maiesta de Signore Re, li quali cadauuo habbiu a tenire una de le chiave de cadauno de li magazini, et bou conto de li allomi che se feranoo, et che se navicharauo, a li quali Commissarii, et similiter a tutti li altri Commissarii se havesseno a mandare per diverse parte del moudo, cadanno habbia a li soi deputati providere de provisione como meglo parera et piacera, faceudesse assecurare una de le parte per la sua mitta, lo possi fare et otile et spesa sia de la parte, se fara assecurare.

Ogni anuo se habbi a fare generale prohibicione de li allomi de li infideli et dicti allumi cum li navilii siano dati in preda a quelli li preudesseuo, ne li prenditori possiuo essere astretti de ueuna de le parte fare gracia, ue alchona misericordia a quelli fossino presi. E volendo dare li allumi essendo boni et merchantili a la compagnia per la mitta meno de quello se vendera ue li lochi, dove se condurano, la compagnia li debbia acceptare; non volendo darli si possiuo tenire, ma uon vendere in quello locho, dove capitareuo, sotto custodia de li deputati de la compagnia fiu al fine de dicta compagnia, et finito el tempo li possino vendere.

Et perche de sopra he dicto che cadauna da le parte debia ponere la mitta de li allumi, eciam si caso fusse che ad una de la parte li mancasse li allumi, o nou podesse supplire del suo allume fabricato ue soe allumere fino a la mitta per qualuncha accideute podesse advenire, laltra parte possa supplire et per quella rata se pouesse piu habia quella parte supplisse a tirare tanto piu; similiter si a caso fosse che o nel navicare o fabricare allume, o per qualunche altro respecto esso allume recevesse sinistro o uou fussi bono et merchantile, in modo che nel vendere ce havesse ad essere differeucia de precio, et cose simile, el damno ne seguisse sia damno de la parte sono dicti allumi.

Quibus quidam capitulis, pactis et convencionibus per prefatum Reverendum dominum patrem Angelum Episcopum Feltrensem, sicut premittitur, lectis ac statim in uostris uotariorum infrascriptorum manibus de eiusdem Sanctissimi domini nostri mandato, uecnou de voluntate Revm̃orum dñorum Cardinalium et domini Auelli prefatorum exhibitis, prefati Rm̃i domini Cardinales uominibus quibus supre respective, ac prefatus dñus Anellus regius procurator et mandatarius vice (et) nomine prefati Serenissimi dñi Ferdinandi Regis, et pro eo, sicut premittitur, coram prefato Sanctissimo domino uostro papa ut supra coostituti, ac iisdem capitulis auditis, iutellectis et sane rumioatis, predicta capitula, sicut premittitur, lecta hinc inde, et in quantum partem suam concernit, in omnibus et per omnia acceptaverunt, societatemque in ipsis descriptam et uominatam pro tempore, et cum pactis et coudicionibus iu suprascriptis capitulis expressis et couteutis inierunt, contraxerunt et pro iuitis et contractis haboeruot et haberi voluerunt, ac ipsi et quilibet ipsorum, videlicet prefati Rm̃i domini Cardinales vice et nomine Camere apostolice ac sancte Cruciate respective, et prefatus dñus Auellus procurator et mandatarius regius vice et uomine prefati Sereoissimi dñi Ferdinandi Regis et pro eo, partes prefate hinc inde promiserunt, videlicet una pars alteri et altera alteri, et nobis uotariis infrascriptis ut publicis personis preseutibus, recipientibus et stipulantibus vice et uomine omnium et singulorum, quorum interest, intererit aot interesse poterit quomodolibet in foturum, ac etiam iurarunt ad sancta dei evangelia, videlicet prefati Rm̃i domini Cardinales nominibus quibus supra, pectora sua eorum propriie manibus tangendo more prelatorum, et prefatus dñus Anellus procurator et eo nomine, sacrosanctis scripturis propriis manibus tactis, omnia et singula in dictis Capitulis contenta tam coniunctim, quam divisim durante tempore in dictis capitulis expresso attendere et observare, et iu nullo coutrafacere, dicere vel venire per se vel alium seo alios aliqua ratione, exceptione, titulo, modo vel causa de iure vel de facto sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bouorum sancte Cruciate et Camere apostolice, et prefati Serenissimi dñi Regis Ferdiuandi, uec uon eiusdem Serenissimi domini Regis sommarie(sic), et ad penam et sub pena florenorum seu ducatorum auri de Camera quinquaginta milium per partem coutrafacientem tociens, quociens contrafecerit, incurreuda et inremisibiliter persol-

venda, ac parti predicte omnia et singula observanti applicanda, et inter ipsas partes legitime stipulata et promissa, qua tamen pena commissa, soluta, exacta vel non, nichilominus premissa omnia et singula rata sint et plenam teneant roboris firmitatem, Renunciantes insuper dicte partes nominibus, quibus supra, exceptioni dictorum capitulorum non acceptatorum, non approbatorum, societatis non sic inite, doli mali, vis, metus, fraudis in factum, actioni, condicioni indebite sine causa et iniustam (?) seu turpem causam contractus non sic, sed aliter celebrati, et utriusque iuris auxiliis, quibus mediantibus possent se iuvare quomodolibet vel tueri, et specialiter iuridicenti generalem renunciacionem non valere, nisi precesserit specialis. Quibus omnibus, sicut premittitur, gestis et peractis coram Sm̃o domino nostro prefato, idem Sm̃us dominus noster suum consensum prestitit pariter et assensum, nec non sue Sanctitatis auctoritatem interposuit similiter et decretum, Mandans nichilominus predicta omnia et singula in suprascriptis Capitulis contenta et descripta per ipsas partes inviolabiliter observari. De et super quibus omnibus et singulis premissis dicte partes hinc inde nominibus, quibus supra, petierunt per nos notarios infrascriptos unum et plura fieri, et tradi instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico apud S. Petrum in Camera prefati Sm̃i dñi pape Anno, Indictione, die, mense et Pontificatu suprascriptis, assistente ibidem Rm̃o in Christo patre domino Oliverio miseracione divina tituli sanctorum Petri et Marcellini sancte Romane ecclesie presbitero Cardinali Neapolitano, ac presentibus Reverendis in Christo patribus dominis Nicolao Archiepiscopo Sipontino, ac Ludovico Episcopo Anglonensi, et Magnifico milite dño Laurencio de Iustinis de Civitatecastelli iuris utriusque doctore, alme Urbis Senatore, ibidem genibus flexis testibus ad premissa vocatis specialiter et requisitis.

Et me Iohanne Geronnes clerico Gerundensis diocesis, publico apostolice et Imperiali auctoritatibus ac Camere apostolice notario, qui premissis presentacionibus, exhibicionibus, contractionibus, promissionibus, obligacionibus et auctorizacioni, omnibusque aliis et singulis in presenti instrumento contentis, dum sicut premittitur coram prefato Sm̃o domino nostro papa agerentur, dicerentur et fierent, unacum honorabili viro Hieronimo de Saxoferrato collega meo infrascripto, ac etiam cum prenominatis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi, et in notam sumpsi, ex qua hoc presens publicum instrumentum manu dicti mei college fideliter scriptum, inde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum dictorum Rm̃orum dominorum sancte Cruciate Commissariorum, et Camere apostolice sigillorum appensione signavi, et subscripsi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum vocatus et requisitus.

Ac quia ego Hieronimus quondam Iohannis de Andisiis de Saxoferrato, clericus Ariminensis, publicus apostolica et Imperiali auctoritatibus etc.

CCCXCIX.

Instrumentum quo Nicolao Nanni et Cordono de Cordonibus gabellae Civitatis Castelli venduntur. *Diversor. Cameral. Tom. XXXV. fol. 82.*

In dei nomine Amen. Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo, Indictione tercia, die vero xxv. mensis Iunii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Pauli divina providentie pape II. anno sexto. Noverint universi presentes et futuri per hoc publicum instrumentum, quod sedens in apostolica Camera Rome in palacio apostolico apud Sanctum Petrum ad solitum tribunal audiencie Camere apostolice, ut moris est, Reverendis patribus domino Vianesius Prothonotario Bononiensi, Sanctissimi domini nostri pape Vicecamerario, dño Angelo Feltrensi et dño Nicolao Farensi Episcopis, in ipsa Camera de Sanctissimi domini nostri pape prefati mandato presidentibus, et Venerabilibus viris domino Antonio de Forlivio utriusque iuris Doctore, dño Bartholomeo Regas apostolice sedis Prothonotario, domino Baptista Poggio et domino Luca de Lenis clericis eiusdem Camere, prefatus Reverendus dñus Vicecamerarius pro apostolica Camera de mandato Sanctissimi dñi nostri pape prefati sibi, ut asseruit, vive vocis oraculo facto, et auctoritate sui Vicecamerariatus officii, consulentibus et consentientibus prefatis, omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius, tutius, fortius, validius et efficacius potuit et debuit, dedit, vendidit, cessit, transtulit et mandavit eximio Doctori domino Nicolao Nanni Abbreviatori de parco maiori et Cordono Bartholomei de Cordonibus de Civitatecastelli presentibus, et pro se ipsis et suis imposterum heredibus et successoribus ementibus, et stipulantibus et recipientibus gabellas musti et passus Civitatiscastelli eiusque Comitatus, que paulo ante, videlicet die nona mensis Maii proxime preteriti vendite fuerant honorabilibus viris Francisco Petri Antonii Brozzi et Iohanni Petro Angeli Coclani etiam de Civitatecastelli, seu Venerabili viro fratri Bartholomeo Angeli ordinis Predicatorum etiam de Civitatecastelli, eorum asserto procuratori, cum omnibus et singulis lucris, fructibus, redditibus, iurisdictionibus et emolumentis, honoribus et oneribus ad ipsas gabellas et quamlibet ipsarum quomodolibet pertinentibus, secundum laudabilem consuetudinem dicte Civitatis, pro tempore et spacio quinque annorum incipiendorum die, qua finitur predicta locatio Francisco et Iohanni Petro antedictis facta. Ac

dedit idem Reverendus dominns Vicecamerarius, quibus supra nominibus agens, et concessit prefatis dñis Nicolao et Cordono nt supra ementibus, stipulantibus et recipientibus exnunc prout extunc licentiam, potestatem et anctoritntem dicto tempore adveniente et eo durante dictis gabellis, eorumqne lucris, fructibus, emolumentis et iurisdictionibns utendi, fruendi et percipiendi, omniaque alia et singula faciendi, que aliis dictarum gabellarum preteritis emptoribns percipere et facere ac nti licuit ex forma et laudabili consuetudine hactenus in gabellis predictis observata: fuerunt tamen concordes dicte partes bincinde nominibus predictis, quod ipsi dominus Nicolaus et Cordonus aut quivis alius eorum nomine dicto tempore quinque annorum adveniente et durante non possint quovis modo petere, aut exigere aliqnid a transeuntibus et conducentibus ad aliquam dohanarum Sanctissimi domini nostri pape et Camere apostolice qnodvis genus animalium ad pascuandum, et consimiliter in redeundo ex ipsis dohanis et reconducendo animalia predicta occasione alicuius passagii, licet hactenus consuetum fuerit, passagia talium animalium transeuntium colligere, quoniam Sanctissimus dominus noster in favorem dictarum dohanarum passagia predicta nbiqne tolli et amoveri mandavit.

Insuper prefatus Reverendus dominus Vicecamerarius locator dictis nominibus volnit et consensit, quod omnis iurisdictio, potestas, facultas et arbitrium, qnam et qnod Camera apostolica seu Communitas Civitatiscastelli habent et pro gabellis predictis et pro earum actione, lucris, emolumentis, bonoribus et oneribus consuetis, dicto tempore adveniente et eo durante, sit et esse debeat translata et translatum in ipsos ambos conductores aut dictorum eorum heredes et successores.

Promisit etiam dictus Reverendus dominus Vicecamerarius eisdem conductoribus, ut supra, ementibus, stipulantibus et recipientibus hanc venditionem et eius iurisdictionem firmam et ratam habere, tenere et observare durante tempore predicto, et quod ipsi dominus Nicolaus et Cordonus conductores et sui pacifice possidebunt gabellas et iurisdictiones predictas, neque ab aliquo impedientur, quominus ex eis fructus, lucra et emolumenta debita percipere possint. Quam qnidem venditionem et concessionem prefatus Reverendus dominus Vicecamerarius fecit ex eo, qnod predicti dominus Nicolaus et Cordonus promiserunt eidem Reverendo domino Vicecamerario predictis nominibus stipulanti et recipienti dictis gabellis et earum exerciciis nti, frui et ipsas exercere bene, fideliter et laudabiliter arbitrio boni viri absque aliqua fraude, dolo aut machinatione quacumque, neque petent aut exigent passagia, ut predictum est, pro dictis animalibus venientibus in pascua dohanarum Camere apostolice, aut exinde recedentibus: et similiter non facient aliquos novas exactiones et inconsuetas impositiones. Et quia preterea promiserunt solvere realiter et cum effectu prefato Sanctissimo dño nostro pape et apostolice Camere vel illi, cui sua Sanctitas aut presidentes in dicta Camera mandabunt et voluerint, videlicet summam et quantitatem quatuormilium trecentorum et vigintiquinque florenorum auri de Camera in dicta Civitatecastelli currentium, et per emptores, qui hactenus fuerunt, dictarum gabellarum solvi consuetorum, pro pretio seu responsione dictarum duarum gabellarum sic venditarum pro dictis quinque annis integris ad rationem octingentorum sexagintaquinque similium florenorum pro quolibet anno, modo, forma et termino infrascriptis persolvendorum, videlicet in quindecim paghis, id est singulis quatuor mensibus eorumdem, quinque annorum quintamdecimam partem eorumdem quatuormilium trecentorum viginti quinque florenorum de Camera. Et casu quo reperiretur consuetudo, quod in brevioribus terminis sit solitum satisfieri, promiserunt iidem dominus Nicolaus et Cordonus, ad minus quod per spatium unius anni, priusquam incipiatur presens eorum conducta, dabunt apostolice Camere in alma Urbe ydoneos et sufficientes fideiussores, qui se et sua bona solemniter et in amplissima forma Camere obligabunt pro totali observatione omnium in presenti instrumento contentorum, et pro refectione damnorum, expensarum et interesse inde, si forte non observarentur, proventurorum, volentes et per solemne pactum expresse convenientes cum prefato Reverendo dño Vicecamerario ut supra recipienti, quod si intra dictum spacium non dederint fideiussores, ut premittitur, ydoneos et sufficientes, de quibus domini de Camera contentari merito debeant, ut premittitur, ipsi ex tunc censeantur et reputentur non observasse promissa, et teneantur ac sint obligati ad refectionem damnorum, expensarum ac interesse Camere, ut premissum est: et nichilominus liceat prefato Reverendo domino Vicecamerario pro sua voluntate et arbitrio habere hunc contractum pro nullo et infecto, et gabellas prefatas, prout volet, alii vel aliis locare presenti locatione in nullo obstante. Pro quibus omnibus et singulis, sicut premissum est, attendendis et inviolabiliter observandis dicte partes hincinde nominibus predictis, videlicet prefatus Reverendus dñus Vicecamerarius apostolice Camere, dicti vero dominus Nicolaus et Cordonus sua suorumque heredum et successorum bona omnia mobilia et immobilia, presentia et futura ubilibet constituta sub penis et in plenissima forma Camere, et in omni alia maiori et forciori forma solemniter obligarunt, submiserunt, renunciaverunt cum modis, formis, clausulis et solemnitatibus in similibus contractibus de iure vel consuetudine poni et addi solitis et consuetis: insuper

prefatus Reverendus dominus Vicecamerarius super pectus et conscienciam suam nominibus predictis, dicti vero dominus Nicolaus et Cordonus conductores, sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, iuraverunt predicta omnia et singula attendere et observare, et in nullo contradicere, facere vel venire per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse quovis quesito colore sub ypotheca et obligatione predictis. De et super quibus omnibus et singulis diete partes hincinde petiverunt sibi nominibus predictis, et omnibus habentibus interesse fieri publicum instrumentum unum et plura per me notarium infrascriptum. Acta fuerunt hec Rome in palacio apostolico apud Sanctum Petrum in plena Camera apostolica, ut premittitur, presentibus ibidem Venerabilibus viris Magistro Gregorio de Prestomarto ordinis Predicatorum, sacre theologie professore, et dño Christoforo Sanctis de Urbe beneficiato basilice principis apostolorum de eadem Urbe testibus ad premissa omnia vocatis, adhibitis et specialiter rogatis.

Et ego Gaspar quondam clarissimi viri dñi Blondi Forliviensis secretarii apostolici, Sanctissimi domini nostri pape Secretarius et apostolice Camere, ac publicus apostolica et Imperiali auctoritatibus notarius, Quia omnibus et singulis in presenti instrumento contentis et specificatis, dum sic ut premittitur inter suprascriptas partes agerentur, dicerentur et fierent, presens fui, de eis rogatus scripsi et publicavi, signo et nomine meis consuetis apposui in fidem robur et testimonium eorum omnium et singulorum rogatus et requisitus.

CCCC.

Dominico de Catalanis et Bartholomaeo de Sala datium vini etc. civitatis Bononiensis per cameram apostolicam venditur. *Divers. Cameral. Tom. XXXV. fol. 107.*

In dei nomine, amen. Anno dñi MCCCCLXX. Indictione tercia, die vero quarta mensis Iulii, Pontificatus Smi in Christo patris et domini nri, dñi Pauli divina providentia pape II. anno sexto. Noverint universi presentes et futuri per hoc instrumentum, quod in mei et testium infrascriptorum presentia Reverendus pater et dominus, dominus Vianesius Prothonotarius Bononiensis, Sanctissimi domini nostri pape Vicecamerarius, sedens in apostolica Camera apud S. Petrum ad solitum tribunal audiencie dicte Camere, una cum Reverendis in Christo patribus domino Angelo Foltrensi et dño Nicolao Farensi Episcopis presidentibus, necnon Venerabilibus viris domino Antonio de Forlivio, domino Bartholomeo Regas, dño Baptista Poggio, domino Luca de Lenis et domino Andrea de Spiritibus de Viterbio, Clericis prefate Camere, et dño Iacobo de Mucciarellis eiusdem Camere causarum generali auditore, agensque pro Sanctissimo domino nostro papa et apostolica Camera, de mandato, ut asseruit, Smi domini nostri pape sibi oraculo vive vocis facto, ac auctoritate officii Vicecamerariatus supradicti, consulentibus et consensum prestantibus omnibus suprascriptis dñis presidentibus et clericis Camere, omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius, tutius, fortius, validius et efficacius potuit, vendidit et locavit honorabilibus viris Ser Dominico de Catalanis et Bartholomeo de Sala, civibus Bononiensibus, ibidem presentibus, et pro se suisque et cuiuslibet ipsorum heredibus et successoribus stipulantibus, ementibus, conducentibus datium vini Civitatis Boniniensis, ac panis et vini Guardie et Comitatus dicte Civitatis Bononiensis, cum omnibus et singulis iuribus, lucris, fructibus, redditibus, iurisdictionibus, emolumentis, honoribus et oneribus ad ipsum datium quomodolibet pertinentibus, ita tamen quod ipsi emptores vel quivis alter pro eis non possint petere aliquam restaurationem, vel remissionem ratione pactorum consuetorum dicti datii, et in campione novo datiorum et gabellarum dicte Civitatis contentorum, et ratione guerrarum vel pestis, aut consuetudinis aut statutorum, indultorum et privilegiorum, vel quavis alia ratione, occasione vel causa, que dici vel excogitari possit. Quam locationem et venditionem fecit idem dñus Vicecamerarius predictis Ser Dominico et Bartholomeo presentibus, et ut supra stipulantibus et recipientibus pro spatio et termino quatuor annorum, incipiendorum in Kalendis mensis Ianuarii proximi de anno domini MCCCCLXXI. et ut sequetur finiendorum, et pro uno alio anno tunc immediate secuturo, qui erit annus iobelei. Ac dedit idem Reverendus dominus Vicecamerarius quibus supra nominibus, et concessit predictis Ser Dominico et Bartholomeo presentibus, et quibus supra nominibus conducentibus, ementibus, stipulantibus, et recipientibus ex nunc prout ex tunc plenam licentiam, potestatem et auctoritatem dicto tempore adveniente et eo durante dicto datio, eiusque lucris, fructibus et emolumentibus ac iurisdictionibus utendi, fruendi ac percipiendi, ac omnes et singulos officiales consuetos pro eorum arbitrio et voluntate deputandi, et quod alios quacumque auctoritate deputatos et deputandos recipere non teneantur. Et similiter habeant potestatem et auctoritatem procedendi contra debitores dicti datii, contraque delinquentes, ac gravandi, molctandi et puniendi iuxta consuetudinem in locatione nunc currenti debite servatam, aliaque omnia et singula faciendi, prout aliis conductoribus preteritis facere licuit ex forma pactorum et statutorum Communis Bononie.

Insuper voluit ipse Reverendus dominus Vicecamerarius et nominibus predictis consensit expresse, quod omnis iurisdictio, potestas, facultas et arbitium, quod et quam ipsa Camera apostolica vel Camera predicti Communis Bononie habent in et pro datio predicto, et eius exactione, lucris, emo-

lumentis, honoribus et oneribus in forma pactorum predictorum, dicto tempore adveniente et eo durante, sit et esse debeat translata et translatum in ipsos conductores.

Et insuper promisit ipse Reverendus dominus Vicecamerarius nominibus quibus supra predictis conductoribus presentibus, et ut supra stipulantibus et recipientibus hanc locationem et eius iurisditionem firmam et ratam habere, tenere et observare durante tempore predicto, et quod ipsi Ser Dominicus et Bartholomeus eorumque et cuiuslibet ipsorum heredes et successores pacifice possidebunt datium et iurisdictionem predicta, neque ab aliquo impediantur, quominus ex eo fructus, lucra, emolumenta predicta percipere possint: quinymo agent et curabunt cum effectu, quod toto dicto tempore presentis locationis durante nullum novum datium aut impositio per apostolicam sedem et eius officiales fiet extraordinaria, ex qua dictum datium ledatur et eius fructus minuantur in ipsorum conducentium preiudicium. Quam quidem locationem et venditionem prefatus Reverendus dominus Vicecamerarius fecit, quia hidem Ser Dominicus et Bartholomeus conductores quibus supra nominibus ex alia parte per se, eorumque et cuiuslibet ipsorum heredes et successores solemniter promiserunt prefato Reverendo domino Vicecamerario presenti, et quibus supra nominibus stipulanti et recipienti dicto datio et eius exercitio uti, frui et exercere bene et fideliter arbitrio boni viri, omni fraude et machinatione cessantibus, nec aliquas novas exactiones facient aut fieri permittent.

Promiserunt etiam observare omnia et singula decreta, exemptiones, et immunitates hactenus tam a summis Pontificibus, quam Legatis, dummodo quod concessa per Legatos sint auctoritate apostolica roborata, quibusvis Communitatibus, Universitatibus, hominibus et personis concessa et concessas, et que in exercitio et exactione dicti datii per alios preteritos conductores observari consueverunt.

Preterea etiam, quia conductores ipsi eisdem nominibus promiserunt et convenerunt eidem Reverendo domino Vicecamerario presenti, et ut supra stipulanti et recipienti dare, et cum effectu solvere prefato Sm̃o domino nostro pape et Camere apostolice, vel in alma Urbe vel Bononie, cui vel quibus ipse Sanctissimus dominus noster papa mandabit et voluerit, Summam quadraginta quatuor millium librarum Bonendinorum argenti monete Bononie currentis in argento, pro pretio et responsione eiusdem datii pro dictis prioribus quatuor annis, ad rationem undecim millium similium librarum pro singulo eorundem quatuor annorum: et deinde pro quinto anno, videlicet anno iobelei solvere illud plus prefata summa undecim millium librarum, quod per unum annum aut saltim per sex menses ante eius principium declarabitur per dominos de Camera, qui tunc erunt, infra quem terminum prefati conductores deliberasse teneantur et declarasse intentionem suam, si volent continuare ipsam conductam illo anno pro dicto tunc declarato pretio, vel non, et casu quo deliberent velle continuare, teneantur eodem tempore dare ydoneos fideiussores et banchum de solvendo dictam summam tunc declaratam eodem modo, quo facturi sunt pro dicto pretio quatuor primorum annorum. Quod totum pretium promiserunt et convenerunt expresse solvere modo et in terminis infrascriptis, videlicet singulis quatuor mensibus terciam partem dietarum undecim millium librarum, et in anno quinto eius pluris, quod declaratum fuerit, ut premittitur, incipientes primam solutionem die decima mensis Aprilis immediate post principium presentis conducte futuri, et sequendo singulis mensibus quatuor usque in finem conducte, ut sequatur, ita tamen quod si in aliquo terminorum primi anni in toto vel in parte deficiant, solvere teneantur ex tunc, et compelli possint et debeant ad complementum solutionis undecim millium similium librarum pro debito totius anni, et similiter in secundo, tercio et quarto annis predictis, et in quinto, si continuabitur presens locatio, etiam in quinto anno, ut premissum est, omnibus dilationibus et exceptionibus semotis.

Et quod ipsi conductores, ut pretactum est, vel aliquis eorum non possint petere aliquam restaurationem vigore pactorum consuetorum datii predicti, et in campione novo datiorum et gabellarum dicte Civitatis contentorum, seu ratione guerrarum vel pestis, aut vigore consuetudinis aut statutorum, vel privilegiorum aut immunitatum, aut quavis alia ratione, occasione vel causa, neque Camera ad aliquam remissionem teneatur: et sic promiserunt observare dicti conductores dictis nominibus, neque petere, requirere aut sollicitare per se, vel aliom seu alios remissionem aliquam vel restaurationem casibus predictis, aut in quocumque alio casu dici vel ymaginari possit.

Insuper dicti conductores nominibus predictis promiserunt et convenerunt expresse eidem Reverendo dño Vicecamerario quibus supra nominibus stipulanti et recipienti, per totum mensem Septembris proxime futurum dare in apostolica Camera hic in alma Urbe ydoneos expromissores et banchum sufficientem, de quo domini de Camera bene contententur, de solvendo pretium predictum in terminis prenotatis, et de observando omnia et singula in presenti publico instrumento contenta, et ubi deficerent in dando predictas cautiones, sua sponte convenerunt et consenserunt, quod ipso facto sine aliqua monitione vel declaratione incidant et inciderint penam mille ducatorum auri papalium apostolice Camere applicandorum, et possit et va-

leat Smus dominus noster papa ex tunc datium predictum, cui vel quibus voluerit, de novo locare, et conductores predicti ultra predicta teneantur ad refectionem omnium damnorum, expensarum et interesse, que et quas Camera incurreret propter non datas huiusmodi cautiones, et propter novam fiendam locationem. Pro quibus omnibus et singulis attendendis et observandis dicte partes dictis nominibus hinc inde, videlicet ipse Reverendus dñus Vicecamerarius apostolice Camere, dictique Ser Dominicus et Bartholomeus conductores se ipsos eorumque et cuiuslibet ipsorum heredes, successores et bona omnia mobilia et immobilia, presentia et futura ubilibet constituta, sub penis Camere consuetis, et sub quacumque alia meliori et strictiori forma eum submissionibus, promissionibus, renunciationibus, procurationibus, consitutionibus, pactis, modis, formis, clausulis et solemnitatibus in similibus contractibus poni et addi solitis et consuetis solemniter et in solidum obligarunt, volentes dicti conductores, quod unus pro alio teneatur et obligetur: insuper prefatus Reverendus dñus Vicecamerarius supra pectus suum, dicti vero Ser Dominicus et Bartholomeus conductores ad sancta dei evangelia, sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, iuraverunt et quilibet eorum iuravit predicta omnia et singula attendere et observare, et in nullo contradicere, facere, vel venire per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse quovis quesito colore sub obligatione et ypotheca predictis. De et super quibus omnibus et singulis supradictis prefate partes hinc inde petiverunt sibi, et omnibus habentibus interesse fieri per me Notarium publicum infrascriptum instrumentum publicum unum et plura. Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico apud S. Petrum, in Camera apostolica predicta, presentibus ibidem supraseriptis omnibus dominis presidentibus, clericis et auditore Camere, necnon Venerabilibus viris dño Iohanne Fortini Thesaurario Baiocensi, apostolice Camere notario, et domino Baptista da Zuchetta canonico Novariensi testibus ad premissa omnia etc. vocatis, adhibitis et rogatis.

Et ego Gaspar quondam clarissimi domini Blondi Forliviensis etc.

Reverendo patri et domino, domino Iohanni Baptiste de Sabellis, apostolice sedis prothonotario, Bononie etc. Gubernatori, Amico nostro colendo.

Reverende pater et domine, Amice noster colende, Salutem. Licet Ser Dominicus de Catalanis et Bartholomeus de Sala, cives Bononienses, novi conductores datii vini Bononiensis etc. ex pacto nobiscum solemniter inito teneantur dare nobis hic in alma Urbe ydoneos fideiussores et banchum, de quibus ipsi contentemur, qui se pro eis pro observatione omnium contentorum in instrumento dicte conducte expromissores et principales debitores constituant, idque factum iam esse a mense Septembris preterito debuerit, et si vellemus, possemus contra eos ad exactionem convente et commisse pene mille ducatorum papalium procedere: niehilominus eis compatientes, et quantum salvis rebus Camere possumus commodare volentes, etiam ubi oporteat nos a pactis et conventis deviare, contentamur communi Camere consilio et consensu, quod si hidem Ser Dominicus et Bartholomeus dabunt paternitati vestre, seu alteri ab ea deputando isthic Bononie cautiones vel banchum, de quibus peternitas vestra pro suo arbitrio et ad suum proprium sensum bene contentetur, et indicet rebus Camere bene cautum, qui pro eis fideiubeant et se principales debitores, ut premittitur, constituant et promictant, quod in terminis in instrumento contentis persolvent in Romana curia Camere apostolice pecunias debitas, etiam paternitas vestra eiusmodi fideiussiones et expromissiones nostro et dicte Camere nomine recipere ab eis possit et valeat, ipsique censeantur quo ad pactum et conventionem eiusmodi fideiussionum plene satisfecisse prefato instrumento in illa parte, salvis tamen et in suo priore robore et firmitate manentibus omnibus aliis in ipso instrumento utrinque pactis, conventis, promissis et stipulatis, quibus per id nichil preindicii afferri debere intendimus, protestemur. Bene valeat vestra paternitas. Ex Urbe die xv. mensis Novembris mcccclxx.

V(ianesius) Prothonotarius Bononiensis etc.

CCCCI.

Bartholomaeo de Massa, ut de confinii controversia inter Urbevetanos etc. et Senenses inquirat et decidat.
Reg. de Curia Tom. II. fol. 115.

Paulus episcopus etc. Dilecto filio Bartolomeo de Massa decretorum doctori, salutem etc. Capientes paterna diligentia e medio tollere omnem dissensionis materiam inter nostros ac sancte Romane ecclesie subditos, Communitatemque Senensem eorumque subditos, presertim inter Universitatem et homines Capalbii, Manzani atque Figini confinium occasione, seu alias quomodolibet vigentem, deque tua prudentia, integritate rerumque usu singularem in domino fiduciam obtinentes, tenore presentium discretioni tue committimus et mandamus, ut ad loca differentiarum ipsarum unacum Commissario pro parte dicte Communitatis Senensis ad id venturo personaliter accedens, locis ipsius oculata fide inspectis ac partium iuribus diligenter auditis, plenariaque informatione de omnibus habita, omnes et singulas differentias tam inter Urbevetanos, Castrenses et Universitatem Montisalti, alios quoscunque nostros et dicte ecclesie subditos, quacumque occasione vel causa cum Communitate ipsa Senensi dictisque eorum subditis vigentes componas, vel mediante iusticia decidas et termines summarie, simpli-

citer et da plano, sine strepitu et figura iudicii, prout cum deo et iusticia paci et tranquillitati ipsorum partium visum fuerit expedire, super quibus plenam tenore presentium facultatem tibi concedentes, quicquid in premissis unacum dicto Senensi Commissarie egeris et statueris, ratum et gratum habebimus at ab omnibus, quorum interest, faciemus, auctore domino, inviolabiliter observari. Placet nichilominus, ut si quid eiusmodi in differentiis ipsis inveniatur, quod non posset vel commode componi, vel de iure sine scandalo terminari, priusquam aliquid in eo concludas, ad nos plene de rei qualitate informatus revertaris. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLXXI. decimo Kalendas Iulii Pontificatus nostri anno septimo.

CCCCII.

Sixtus PP. IV. Bononiensibus omnia statuta et privilegia per Nicolaum V. et eius successores concessa etc. confirmat. *Reg. Tom. VI. fol. 79.*

Sixtus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Cunctorum Christifidelium statui, ut salubrius congratulentur eventibus, ex apostolice servitutis officio semper intenti hiis, que pro felici gubernatione Civitatum et Terrarum nobis et Romane ecclesie in temporalibus immediate subiectarum, et in illis commorantium personarum provide processisse comperimus, ut illibata perdurent, tanto libentius nostri adiicimus muniminis firmitatem, quanto ille nobis pre ceteris specialiori sunt iure commisse, et de illarum prosperitate frequentius cogitare tenemur. Dudum siquidem fel. recordationis Nicolaus papa Quintus, predecessor noster, dilectis filiis Communi et populo Civitatis nostre Bononiensis pro eorum prospero, tranquillo et felici regimine nonnulla privilegia, gratias capituleque concedens, et quasdam eorum petitiones admittens inter alia voluit et ordinavit, quod ex tunc de cetero futuris temporibus omnia et singula regimen Civitatis predicte quomodolibet concernentia per Legatum, sive Gubernatorem pro tempore cum consensu Magistratuum deputatorum ad regimen dicte Civitatis deliberarentur, statuerentur ac disponerentur: et deinde pie memorie Calistus Tertius et Pius Secundus ac Paulus etiam Secundus Romani pontifices, predecessores nostri, premissa eorum munimine roborarunt, prout in quibusdam supplicationibus sub capitulorum forma eidem Nicolao predecessori nomine Antianorum, Communis et populi predictorum exhibitis, et ipsius Nicolai predecessoris ad capitula huiusmodi responsionibus factis, ac publico instrumento superinde confecto manu quondam Petri de Noxeto, eiusdem Nicolai predecessoris secretarii, necnon Calisti, Pii et Pauli predecessorum predictorum litteris apostolicis, et ad capitula exhibita pro parte eorumdem eidem predecessori factis per dictum Pium predecessorem responsionibus manu dilecti filii Gregorii Solii, dicti Pii predecessoris secretarii, annotatis ac in registris Camere apostolice registratis, que diligenter inspici fecimus plenius continetur. Cum autem, sicut dilecti filii Galeaz de Mareschottis miles et Ieronimus de Ranutiis artium et medicine doctor, cives Bononienses at oratores Communis et populi predictorum, ad nos et sedem apostolicam specialiter destinati, post prestitam per eos nobis debite fidelitatis et subiectionis reverentiam nobis nuper exposuerunt, quod Antiani, Commune et populus prefati desiderent premissa omnia, at que illorum vigore postmodum gesta fuerunt, pro eorum subsistentia firmiori nostra approbationis munime solidari: Nos, qui prefatam Communitatem at illius cives peculiares nřos at eiusdem Romane ecclesie filios ob sincere devotionis affectum, ac fidei constantiam et integritatem, quibus nos at prefatam reverentur ecclesiem, speciali devotione prosequimur et paterna caritate confovemus, eorum in hac parte sopplicationibus inclinati, prefatorumque predecessorum inherendo vestigiis, concessiones, gratias, ordinationes, privilegia, immunitates, capitula, illa dumtaxat, que per Nicolaum et alios predecessores predictos signata et concessa fuerunt, iuxta concessionem et moderationem eorumdem predecessorum, ac etiam que per dilectum filium nostrum Angelum tituli sancte Crucis in Ierusalem pbřum Cardinalem, olim in Civitate prefata apostolice sedis Legatum, et eius legatione finita per dilectum filium Magistrum Iohannem Baptistam de Sabellis clericum Romanum, notarium nostrum, Civitatis eiusdem Gubernatorem, ac tandem per dilectum filium nostrum Franciscum sancte Marie Nove diaconum Cardinalem, in eadem Civitate etiam Legatum, et cuiuscumque eorum pro tempore locumtenentes cum hiis, qui prefuerunt officio Sedecim, gesta et facta fuerunt usque in hodiernum diem, dummodo non tendant in preiudicium prefate Romane ecclesie et ecclesiastice libertatis, ac eorum, que eidem Civitati per sedem apostolicam mandata fuissent, necnon omnia et singula privilegia et indulta a predictis et aliis Romanis pontificibus predecessoribus nostris, et Legatis no nunciis apostolice sedis, et quibusvis aliis a sede prefata potestatem habentibus, sub quacumque verborum forma concessa, et prout illa concernunt, omnia et singula in litteris et scripturis desuper confectis contenta, et inde secuta, ac illa concernentia quecumque auctoritate apostolica et ex nostra certa scientia approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, supplentes omnes et singulos defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac mandantes prefato Francisco et pro tempore existenti Legato et Gubernatori Civitatis predicte, necnon omnibus aliis nostris et dicte sedis officialibus in eadem Civitate pro tempore existentibus, quatenus premissa omnia inviolabiliter observent et faciant, quantum

in sic est, ab omnibus observari, ac decernentes ex nunc irritum et ioane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, que predecessores prefati in dictis eorum litteris voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre approbationis, confirmationis, communitionis, sopplectionis, mandati et decreti infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXI. decimo sexto Kalendas Octobris, Pontificatus oostri anno primo.

CCCCIII.

Civitati Perusinae omnia statuta et privilegia per Martinum V. eiusque successores concessa pontifex confirmat, et quaedam alia adiicit. *Reg. Tom. VII. fol. 145.*

Sixtus episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus artium et Communitati Civitatis nostre Perusii, salutem etc. Provida Romani pontificis circumspectio circa ea precipuam sue solicitudinis vigilantiam convertit, per que omnes Christifideles, et presertim apostolice sedis et Romene ecclesie subditi in pacis et quietis amenitate quiescunt, et in devotione et fidelitate erga sedem et ecclesiam predictam ferventer perseverent. Nos itaque hac ratione inducti volentes vos specialibus gratiis et favoribus prosequi, omnia et singula statuta vestra, reformationes et ordinationes, necnon privilegia, gratias, concessiones, capitula et indulta vobis et Communitati vestre, tam per felicis recordationis Martinum V. Eugenium IIII. Nicolaum V. Calixtum III. Pium II. et Paulum etiam II. quam per quoscumque alios Romanos pontifices predecessores nros concessa, necnon statuta et ordinamenta artis et Collegii Mercantie, Cambii et aliarum artium dicte Civitatis, quatenus iusta et rationabilia sint, et in preiudicium ecclesiastice libertatis non tendant, tenore presentium apprubamus et auctoritate apostolica confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, prout hactenus laudabiliter observata extiterunt.

Omnia insuper et singula ordinamenta, constitutiones et capitula Montis Pauperum Civitatis eiusdem pro commodo et subventione indigentium et egenorum, quantum cum deo possumus, misericorditer tolleramus.

Attendentes preterea, quod in ipsa nostra Civitate Perusii magna est pauperum multitudo, quibus expedit de frumenti abundantia providere, ut sub nostra et dicte ecclesie devotione permanere possint, concedimus vobis ad huno effectum et per presentes assignamus medietatem omnium fructuum Postarum Clusii, que ad Cameram apostolicam pertinent, ad habendum et fructuandum usque ad biennium, a data presentium computandum, libere et absque aliqua solutione seu refectione pretii per vos dicte Camere fienda, cum hoc tamen quod teneamini facere elemosinas annuas frumenti et ordei ecclesiis, monasteriis et hospitalibus solitis, prout per capitulum sextum Nicolai predicti predecessoris nostri disponitur, volentes, quod ipse Poste Clusii cum pertinentiis suis post finitam locationem vestre Communitati factam ad Cameram predictam revertantur.

Simili modo, ut in ipsa nostra Civitate Perusii sit lignorum et carnium abundantia, concedimus et libere absque ulla solutione dicte Camere facienda communantiam Montismalbe cum terraticis et aliis adiacentiis eius, et communantiam Campionis carnium etiam usque ad biennium dumtaxat ab eadem data presentium computandum vobis assignamus.

Ulterius attendentes utilitatem et fructum pacis et tranquillitatis, que ipsa nostra Civitas Perusii habuit mutuo suffragio lige et confederationis inite cum dilectis filiis Communitate Florentie de licentia et consensu, ut asseritis, felicis recordationis Eugenii pape IIII. predecessoris prefati per Communitatem vestram, que per multos annos, ut etiam asseritis, duravit, harum serie concedimus vobis plenam ineundi et firmandi huiusmodi ligam, et confederationem cum Communitate predicte Civitatis Florentie, iuxta formam et continentiam omnium et singulorum capitulorum contentorum in bulla felicis recordationis Pauli pape II. immediati predecessoris nostri, sub data decimo septimo Kalendas Octobris Pontificatus sui anno primo, ad que quidem capitula nos referimus et hic haberi volumus pro expressis, ac si de verbo ad verbum essent presentibus inserta. Concedimus etiam vobis, quod a sententia Legati vel Gubernatoris vestri pronuntiationis aliquam citationem aut inhibitionem ex Romana Curia emanatam contra formam capitulorum et indultorum pontificalium vobis, et dicte Communitati concessorum nullus possit appellare, et si appellaverit et exinde aliqua inhibitoria emanaverit, non teneat ipso iure, peneque et censure in ea contente vane et nulle esse censeantur.

Sportulas insuper causarum, quas immoderate hactenus per Iudices ipsarum causarum exactas fuisse asseritis, volumus, quod Legatus habeat moderari. Item ad tollendas hominum querelas et detrimentum, que ex facili concessione salvorum conductuum in ipsa Civitate oriri consueverunt, inhibemus aliquem salvum conductum per Legatum seu Gubernatorem fieri ultra tempus duorum mensium duraturum, et semel tantum pro qualibet persona, nisi magna causa urgeat.

De principio vero palatii novi siti in dicta Civitate, quod libere vobis concedi petitis pro publicis horreis ibidem construendis, ac de pecuniis annuatim solvendis pro reparatione et conservatione domorum Montis Porte Solis, quo de talibus sanius

deliberare possimus, volumus, quod Legatus se informet et postea nobis referat.

Duas autem apothecas in platea supra muris sitas, unam signatam litera L, alteram litera K, quas pro medietate dicitis ad vos et Communitatem vestram pertinere, volumus, quod Thesaurarius permittat Communitatem rotam suam habere, et illa frui iuxta contractum factum tempore constructionis observatum, ut asseritis, usque ad tempora dicti Pauli predecessoris nostri.

Quantum vero ad constructionem palatii, quam fieri petitis pro residentia Capitanei populi dicte Civitatis, placet nobis, quod Legatus sive Gubernator provideat cum consilio civium, quos elegerit, de notabili situ pro palatio residentie Capitanei predicti, construendo de pecuniis tam per Cameram apostolicam quam Communitatem vestram consuetis exponi in salario dicti Capitanei, reservatis et deductis de pecuniis predictis florenis quinquaginta singulis mensibus pro officio Barigelli, deputandi loco ipsius Capitanei in iudicem recursuum, appellationum et nullitatum ac damnorum datorum, prout erat, antequam Capitaneatus officium restitutum esset, suspendentes dictus Capitaneatus officium usque ad quinquennium et postea ad beneplacitum, donec de palatio pro eius residantia provisum fuerit.

Insuper considerantes ad bonum et utile regimen Civitatis maxime pertinere, quod administratores publicorum officiorum reddant rationem villicationis sue, et quod in officiis per eos administratis si peccaverint, mediante iusticia puniantur, volumus, quod Legatus seu Gubernator adhibeant omnem diligentiam, quantam gratiam nostram coram habent, ut omnes officiales, qui sindicari consueverunt, legitime sindiceutur, quodque Legatus et Thesaurarius de rationabilibus punctaturis illis datis per officiales monstrarum nullatenus satisfaciant, aut remissionem aliquam concedant, nec ipse Legatus cum aliquibus oriundis de locis, ad que Perusini officiales prohibentur accedere, quod officiales Perusini veniant, quovis modo dispenset.

Preterea ad succurrendum de remedio opportuno inopie monetarum parvarum, qua populum Perusinum maxime laborare accepimus, indulgemus per presentes Legato, ut ipse usque ad summam mille ducentorum florenorum dictarum monetarum minutarum providere possit, prout cognoverit expedire.

Ad officia insuper Fancellatus (sic) Conservatorum et Massariorum ac Capitaneorum Comitatus dicte Civitatis bonis respectibus moti volumus, quod Legatus cives Perusinos, quos duxerit idoneos, ipse insaculet et insaculatum neminem mittet sine licentia sedis apostolice nisi ratione alicuius delicti commissi.

Ulterius paterno compatientes affectu inopie et paupertati quamplurimorum, quos in dicta Civitate condemnatos esse accepimus pro damnis datis et cedulis penalibus, volumus, quod Legatus huiusmodi condemnatis usque in presentem diem, si tamen infra mensem a data presentium incipiendum satisfecerint damnum passo et creditori de quantitate debita, totalem remissionem faciat de condemnationibus eorum, hiis tamen exceptis, qui damnum manualiter dederint, quibus tam condemnatis de preterito quam condemnandis in futurum nullam omnino remissionem fieri expresse mandamus, et si facta fuerit, non teneat.

Decretum vero in dicta Civitate factum per dilectum filium nrum Bartholomeum Cardinalem Ravennatem, dum ibi Legatus fuit, circa formam servandam in excutionibus faciendis per officiales, ad eorum immoderatam voraginem reprimendum, nisi illius observantia tendat in noxam, Legatus vel Gubernator, qui pro tempore fuerit, diligenter faciat observari: adhibeat etiam Legatus sive Gubernator omnem diligentiam, ut porte bene custodiantur.

Item pro conservatione Studii nostri Perusini, unde Civitas ipsa maximum honorem et commodum percipit, omnia et singula privilegia et indulta a quibusvis Romanis pontificibus predecessoribus nostris et aliis quibuscumque illi hactenus concessa, necnon exemptiones, libertates et immunitates, quibus morantes in eo Studio vigore et auctoritate ipsorum indultorum frui et gaudere consueverunt, confirmamus et approbamus ac presentis scripti patrocinio communimus. Preterea placet nobis, quod conducte doctorum et magistrorum legentium in dicto Studio annuatim fiant diligenter et accurate cum auctoritate Legati, vel Gubernatoris per sapientes Studii de generali saculo officiorum publicatos iuxta formam statutorum et indultorum apostolicorum, et quod omnis impetratio cathedrarum seu salariorum per aliquem doctorem secus obtenta nullius sit roboris, efficacie vel momenti, nisi ex magna causa Legato vel Gubernatori visum fuerit dispensare: quodque sapientiarii dicti Studii Perusini gradum doctoralem seu magistralem alibi quam in dicto Studio assumere non possint, sub penis et censuris contentis in litteris apostolicis felicis recordationis Nicolai V. desuper editis, quas in hoc tenore presentium confirmamus: et quod nullus insuper scolaris seu studens in dicto Studio obtinere possit aliquam lecturam vel officium in civitate Perusina, nisi datis prius idoneis fideiussoribus de se non doctorando alibi quam in dicto Studio, sub penis quinquaginta ducatorum incurrenda a quolibet contrafaciante tam dante quam accipiente. Mandamus etiam Thesaurario, qui pro tempore fuerit, ut doctoribus legentibus de eorum salario prout debitum fuerit, sine mora satisfaciat.

Ceterum prospicientes saluti animarum committimus Legato, ut quoscumque incursos in dicta Civitate et eius Comitatu censuram excommunica-

tionis, vigore bulle supradicti Pauli predecessoris nostri facte contra alienantes bona ecclesiastica, per aliquem actum eorum dominium transferentes absolvat in forma ecclesie consueta.

Ulterius cum asseratis numerum exbannitorum in dicta Civitate ratione homicidii ita auctum esse, ut credatis expedire Civitati aliquos rebannire, committimus Legato, ut contra quoscumque condemnatos, etiam ratione homicidii, de preterito animadvertat, puniat et componat, ac habita pace absolvat in presentia Thesaurarii prout sibi videbitur, dummodo tamen similes homicide non rebanniantur, nisi fuerint ad decennium relegati, bulla ipsius Pii II. predecessoris nostri alias contra homicidas emanata in suo robore permanente.

Postremo quamcumque electionem per vos et Communitatem vestram factam de dilecto filio Stephano Garnerio Auximano presenti Cancellario vro ad triennium, et deinde ad beneplacitum cum salario, honoribus, oneribus et emolumentis consuetis, tenore presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. nostre tollerationis, assignationis, concessionis, inhibitionis, suspensionis, indulti, voluntatis, commissionis, mandati, approbationis, confirmationis et communitionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXI. sexto decimo Kalendas Martii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCCIV.

Castrum Frascati ad proprietatem s. sedis, annullata quadam concessione de eodem facta, revocatur. *Secret. Tom. I. fol. 12.*

Sixtus episcopus etc. Dilectis filiis Universis incolis et habitatoribus Castri nostri Frescati, salutem etc. Circumspecta sedis apostolice providentia concessiones et commissiones de Terris, Castris aliisque immobilibus bonis ad Romanam ecclesiam legitime pertinentibus pro tempore factas interdum rationabilibus suadentibus causis revocat, et ad statum pristinum consulte reducit, prout rerum et temporum qualitate pensata pro ipsius ecclesie et Camere apostolice commodo et utilitate conspicit expedire. Dudum siquidem, videlicet sub data sexto decimo Kalendas Novembris Pontificatus nri anno primo, Dilecto filio Bartholomeo de Maraschis preposito ecclesie Mantuane, acolito et familiari nostro, Castrum Frescati in partibus Latii situm, et ad nos et dictam ecclesiam legitime pertinens, illiusque regimen, gubernationem, fructus, redditus et proventus, iuxta alias concessiones similes per nonnullos ex predecessoribus nris hactenus factas, auctoritate apostolica usque ad nostrum beneplacitum commisimus, concessimus et donavimus, prout in aliis nostris desuper confectis litteris, quarum tenorem, ac si in presentibus de verbo ad verbum insertus esset, haberi volumus pro expresso plenius, continetur. Cum autem, sicut accepimus, idem Bartholomeus Castrum predictum litterarum earumdem vigore per annum et ultra rexerit et gubernaverit, illiusque fructus, redditus et proventus predictos perceperit et levaverit pro sue libito voluntatis: Nos volentes dictum Castrum decetero sub nostra et ipsius ecclesie ditione et immediata potestate tenere, beneplacitum ipsum necnon de eodem Castro ac fructibus, redditibus proventibusque sibi, ut premittitur, factas commissionem, concessionem, donationem et litteras nfas predictas cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis auctoritate prefata tenore presentium ex certa scientia revocamus, cassamus et annullamus, dictum quoque beneplacitum ac litteras, commissionem, concessionem et donationem huiusmodi decetero nullius roboris vel momenti existere harum serie decernimus et pariter declaramus, presentes litteras vobis intimari et publicari mandantes. Nulli ergo etc. nostrorum revocationis, cassationis, annullationis, constitutionis, declarationis et mandati infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, septimo Idus Novembris, Pont. nostri anno secundo.

CCCCV.

Romanus pontifex statuta super dotibus, iocalibus, ornamentis mulierum et puellarum nubendarum etc. edita confirmat, et mulctam pecuniariam restaurando ponti Sixti applicandam adiicit. *Reg. Tom. XIII. fol. 257.*

Sixtus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex, qui sedem Petri tenet in terris et verus est vicarius Ihesu Christi, imitator, curam habeus gregis dominici tamquam fidelis pastor, non solum animas subditorum, sed etiam ut facultates et bona precipue Rom. populi, quem pre ceteris carissimum et peculiarem custodire tenetur et precavere, ne qui in superbiam, pompam, vanagloriam et lasciviam sua bona consument, sed iuxta salubria statuta et ordinationes statum suum dirigat et reformet, et hiis, que propterea processisse noscuntur, ut firma perpetuo et illibata persistant, apostolici muniminis adiicit firmitatem. Dudum siquidem felicis recordationis Paulus papa II. predecessor noster ad supplicationem et requisitionem tunc temporis Conservatorum, Capitum Regionum et totius populi alme Urbis nostre concessit, ut ipsi officiales et cives Romani per publicum consilium civium ordinarent, et facerent ac conderent statuta et capitula super dotibus, iocalibus, ornamentis mulierum, expensis superfluis matrimonialibus, funeralibus, nuptiis aliisque necessitatibus Urbis, et utilitatem, ordinationes et decreta, ut superflua dotium, iocalium, ornamentorum mulierum et aliarum rerum reformarentur et tollerentur: et ut ad hoc ipse predecessor haberet veram notitiam et informationem, ordinavit, voluit et man-

davit Venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Mediolanensi tunc et Episcopo Feltrensi, ac dilecto filio Vianesio de Albergatis prothonotario apostolico, tunc Vicecamerario suo, ut volentatem populi intelligerent et viderent, et sibi referrent: qui commissarii, visis generalibus consiliis voluntatem omnium civium et populi, prefato predecessori retulerunt, dictusqee predecessor volens pro utilitate civium et puellarum nubendarum ac iusticie cultu populo complacere, mandavit dictis officialibus, ut statuta, ordinationes et capitula conderent et ordinarent: ipsique officiales, habito super hoc maturo consilio, omnia bene discussa et visa ac digesta, aliquibus dignis viris videlicet tredicim civibus, uno de qualibet Regione, qui cives unacum Conservatoribus et Capitibus Regionum tunc existentibes alme Urbis statuerunt et ordinaverunt, ut cives emnes Romani non possint, neque debeant plus dare pro dote quam florenos octingentos in Urbe currentes, ad rationem solidorum qeadragiuta septem pro quolibet floreno, et pro iocalibus florenos similes curreutes sexcentos in ornatu dictarum puellarum, et similiter plures alias reformationes pro utilitate Civitatis et civium, et ita fuit decretum per totum populum ac officiales et ordinatores predictos sub certis penis in dictis ordinationibus contentis. Et deinde dictus Paulus predecessor credens Civitatem Romanam ditiorem esse, addidit in dicta summa florenos similes currentes ducentos exponendos vel in dote, vel in iocalibus secundum voluntatem matrimonia contrahentium. Et deinde postquam nos, disponente divinu clementia, fuimus ad apicem summi apostolatus assumpti, ad supplicationem tunc Conservatorum et Capitum Regionum ac Romani populi predicti requisiti fuimus, ut dicta statuta et ordinationes tempore Pauli predecessoris nostri facta confirmaremus, approbaremus et corroboraremus, ac alias super hiis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos volentes immoderatis affectibes et impensis superfluis obviare, ac civium omnium necessitatibus subvenire et puellis maritandis remedium adhibere, eorem iustis supplicationibus inclinati ordinavimus tunc per nostrum breve, ut omnia statuta facta et ordinata super dotibus, iocalibes et aliis necessitatibus Urbis et civium tempore Pauli predecessoris predicti, ac penas in eis contentas observari debere, hoc addito sub excommunicationis penu de facto incurrenda, a qua contrafacientes non possint absolvi nisi primo soluta pena pecuniaria, prout in dicto brevi latius continetur. Cum aetem, sicut nobis innotuit, sint nonnulli tam viri qeam femine, qui huiusmodi censuras et penas minime pertimescunt, neque mandatis nostris obedire volunt, Nos attendentes, quod mulieres, que fragili natura ac debili complexione existant, et propter superflua iocalium ornamenta atque dotem insupportabilem matrimonii detrimenta patiuntur, et fructus ex eis ad honorem divini nominis ordinatus ex avaritia retardatus nullam perfectionem faciat, nec non puelle ad prolem creandam iam matura etate completa in domibus parentum, consanguineorum et affinium non sine detrimento retente propter insupportabilem dotem atque ornamentum huiusmodi minime valeant maritari, unde Civitas civesque omnes diminuantur et continuo matrimonia retardantur, et propterea volentes, prout velle debemus, quod huiusmodi statuta et ordinationes firmiter observentur, illorumqee transgressores infrascriptis penis puniantur, ad supplicationem eorumdem Conservatorum, Capitum Regionum ac Romani populi predicti omnia statuta, ordinationes, reformationes facta et ordinata super dotibus, iocalibus, funeralibus, nuptiis et aliis rebus ad hec ordinatis in dictis statutis contenta auctoritate apostolica ex certa sciencia presentium tenore confirmamus et approbamus, ac plenum robur obtinere decernimus, supplentes omnes defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem. Et nichilominus omnibus et singulis tam civibus quam feminis, cuiuscumque status, gradus, ordinis, preeminentie aut conditionis fuerint, precipimus et mandamus, quatenus statuta et ordinationes huiusmodi sub infrascriptis, ac aliis penis et censuris in ipsis statutis contentis exigendis perpetuo observare debeant et teneantur, quas penas ipso facto incurrant, et quas eo ipso donamus, concedimus et applicamus fabrice Pontisrocti tunc, nunc Pontissixti irremisibiliter confiscandas, ac sub pena excommunicationis late sententie, a qua absolvi non possint, nisi per Romanum pontificem, preterquam in mortis articulo, et nisi soluta prius pena pecuniaria depositario seu Camerario fabrice pontis predicti. Preterea volumus, quod omnes et singule persone utriusque sexus cuiuscumque conditionis, status, gradus, preeminentie, tam clerici seculares et ordinum quorumcumque regulares, vel alie persone seculares aut prosenete, mediatores seu amici communes, que dictas parentelas praticaverint seu tractaverint vel ad effectum deduxerint, non possint praticare seu firmare pro dote et iocalibus, nisi in dictis statutis contentis, sub excommunicationis pena modo predicto. Et similiter ordinamus, quod notarii et tabelliones tam cives quam forenses non possint, neque debeant facere contractus de dotibus, iocalibus et aliis rebus nisi secundum formam statutorum et ordinationum supradictorum: et similiter fideiussores et testes non possint fideiubere, neque presentes esse in contractu aut cedula sub penis predictis tam ecclesiasticis quam pecuniariis applicandis ut supra. Etiam volumus quod sartores aut alie persone non possint, neque debeant facere vestes tam sirici quam panni lanei, nisi modo ordinato in capitulis et statutis predictis, ac racamatores, racamantes seu nupernatrices non

possint ponere infrisciturias, et aliis locis in capite vel in pectore plus quam perlas ordinatas seu margaritas sub penis predictis, applicandis ponti predicto et fabrice prenominate, ac censuris ecclesiasticis supradictis. Et quia malitia hominum ad cogitandum remedia prona ad malum est, statuimus et ordinamus, quod si aliquis civis Romanus vel femina Romana, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, per aliquam aliam viam seu per apocam, contractum, appodixam seu cirografum aliqua pacta fecerint in scriptis, que ascenderent ad maiorem summam scriptam et ordinatam in statutis et ordinationibus supradictis, aut causa donationis palafreni vel aliqua alia occasione inter se convenerint, seu inter eos testes intervenerint, aut se subscripserint vel fideiusserint, tam ipsi principales quam fideiussores vel testes incidant in penam excommunicationis ipso facto modo predicto, et pecuniariam teneantur solvere penam ponti predicto applicandam, et aliter non possint absolvi, nisi ut supra diximus. Et ut dicte pene celerius exigantur, dictoque ponti et eius fabrice applicentur, ipseque citius perficiatur, volumus, statuimus et ordinamus, quod Senator, qui nunc est et pro tempore erit, teneatur procedere contra inobedientes et contrafacientes, si laici fuerint, supradictis statutis per inquisitionem seu accusationem per suos officiales, iudices, notarios et marescallos ad executionem penarum realium et personalium, quod si secus fecerint, in excommunicationis sententiam incurrant modo supradicto, et in penam pecuniariam supradictam in dictis statutis contentam, tamquam si essent delinquentes aut contrafacientes, que pena defalcetur de suo salario eo exercente officium vel tempore sui sindicatus, applicanda fabrice pontis predicti, et non possint absolvi a sententiis et censuris predictis, nisi soluta pena modo predicto. Et ut ipsi officiales magis soliciti sint, volumus, quod si eorum industria per inquisitionem, denuntiationem vel exactionem ad executionem procederent contra delinquentes statuta et ordinationes predicta, ipsi officiales lucrentur quartam partem dictarum penarum. Et similiter volumus, quod accusatores seu denuntiatores dictorum delinquentium lucrentur et lucrari debeant similiter quartam partem dictarum penarum. Et quia forsan nonnulli aut timore vel aliqua alia causa ducti non auderent publice denuntiare dictos transgressores statutorum, volumus, quod ordinetur una capsa clausa cum seris et clavibus in Capitolio, vel aliis locis plures capse, in quibus liceat unicuique ponere denuntiationem suam, cum testibus contra delinquentes predictos, et Senator eo sui officiales procedere teneantur per inquisitionem sub penis predictis. Preterea, ne aliquis possit se excusare de ignorantia, volumus et mandamus, quod bulle nre huiusmodi ponantur publice et affigantur in valvis Capitolii per tres dies iuridicos, et unicuique liceat legere et transumpta scribere et copias capere, que bulla postea registretur in statutis Capitolii et dominorum Conservatorum per prothonotarios, notarios seu cancellarios ordinatos et deputatos, et ab illo die exactiones penarum intelligantur. Et si aliquo alio persono ydiote et ignave, vel mulieres copiam nostrarum litterarum huiusmodi earumque tenorem non haberent, mandamus omnibus ecclesiasticis tam curatis et non curatis, secularibus quam ordinum quorumcumque etiam mendicantium regularibus, ubi divinum verbum predicator, ac confessoribus seu curam habentibus animarum, ne aliqui eorum ignorantiam habere pretendant, ut predicatores in omnibus ecclesiis teneantur predicare et monere omnes et singulas personas, ne in dictas penas tam ecclesiasticas quam pecuniarias incurrant: et similiter omnes confessores et presbiteri, tam curati quam non curati in quibuscumque ecclesiis confessiones audientes non possint, neque debeant eosdem absolvere transgressores, nisi prius solverint penam pecuniarum Camerario seu officiali pontis prefati, et per eius litteras fidem desuper facientibus et absoluti fuerint a summo pontifice, preterquam in articulo mortis constitutos, sub pena excommunicationis per ipsos confessores ipso facto incurrenda modo predicto. Et nichilominus Venerabili fratri nostro Dominico Episcopo Brixiensi, et pro tempore nostro in Urbe et eius districtu Vicario generali in spiritualibus mandamus, ut postquam ad eius noticiam pervenerit, voluntatem nostram et tenorem huiusmodi nrarum litterarum omnibus et singulis predicatoribus, confessoribus, presbiteris curatis et non curatis, seu penitentiariis tam in basilicis Urbis quam aliis ecclesiis, ut omnibus personis notum faciant de nostris litteris huiusmodi, et quod de cetero debeant se abstinere sub excommunicationis pena, si contrafecerint in predictis vel in aliquo predictorum: et nichilominus contra omnes et singulos alios ecclesiasticos supranominatos, qui censuras et penas predictas incurrerint, ad illarum inflictionem et exactionem procedat modo predicto applicandas, Non obstantibus quibuscumque constitutionibus apostolicis, concessionibus, absolutionibus, brevibus, statutis, privilegiis, confirmationibus et indultis tam generalibus quam specialibus sub quacumque verborum forma concessis, quibus hac vice specialiter et expresse derogamus, aut si aliquibus communiter vel divisim a sede apostolica indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri va-

leat quomodolibet vel differri, et de qua eiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, et que quoad premissa omnia et singula nemini volumus suffragari. Nulli ergo etc. nostre confirmationis, approbationis, constitutionis, supplationis, precepti, mandati, donationis, concessionis, applicationis, ordinationis, statuti, derogationis et voluntatis infringere etc. Si quis etc. Datum Tibure Anno etc. MCCCCLXXIII. decimo septimo Kalendas Septembris, Pont. nostri anno secundo.

CCCCVI.

Pacta inter cameram apostolicam et magistrum Franciscum de Ancona monetarium Marchiae Anconitanae inita.
Diversor. Cameral. Tom. XLII. fol. 42.

In nomine dñi nostri Ihesu Christi. Per hoc presens et publicum instrumentum pateat omnibus, ad quorum notitiam devenerit, quod anno Nativitatis dominice MCCCCLXXIIII. Indict. VII. die Veneris XXV. Februarii, Pontificatus Sanctissimi domini nostri, domini Sixti divina providentia pape Quarti anno tertio, In mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum presentia, Reverendus in Christo pater dominus Vianisius de Albergatis, apostolice sedis prothonotarius Bononiensis, alme Urbis Gubernator ac Reverendissimi in Christo patris et domini, dñi Latini miseratione divina Episcopi Tusculani Cardinalis de Ursinis, dñi pape Camerarii, in Camara apostolica locumtenens, et de ipsius Reverendissimi dñi Camerarii commissione, ut asseruit, sibi facta de mandato Sanctissimi domini nostri pape eidem Reverendissimo dño Camerario vive vocis oraculo facto, ac de consilio et assensu Reverendorum patrum dominorum Thome Episcopi Interamnensis, Sanctissimi domini nostri pape Thesaurarii generalis, Antonii de Forlivio, Falconis de Sinibaldis, Baptiste de Ursinis doctorum eximiorum, Camere apostolice clericorum ibidem presentium, Camere apostolice nomine omnibus melioribus modo, via, iure et forma, quibus melius potuit, dedit, tradit et concessit honorabili viro Magistro Francisco Nicolai de Ancona Zeccherio presenti, stipulanti et recipienti licentiam et facultatem cudendi et cudi faciendi monetas cum pactis, conventionibus et pro tempore in infrascriptis capitulis contentis, quorum tenor vulgari sermone sequitur, videlicet:

In primis che dicto Maestro Francesco Zecchero battera, o fara battere grossi papali de argento da valore de quatrini 30 luno, in li quali da un canto siano le imagine de sancto Pietro e sancto Paulo cum littere intorno, che dicano: Sanctus Petrus, Sanctus Paulus, Macerata; et da laltro canto de dicto grosso siano la arme de la Sanctita de nostro Signore cum la mitra papale sopra et cum littere intorno che dicano: Sixtus Papa Quartus. Et zascuno grosso pesi tri denari et cinque grani et uno quinto, et tenga de liga dargento fino per zascuna libera XI once et tri denari, et LXXXIX grossi et mezo pesino una libra, et habino da remedio zoe da liga tri denari per libra et da peso un denario solo.

Item promese dicto Maestro Francescho Zecchero battere, o far battere tertii de grossi papali de argento da valore de X quattrini luno, et siano ala lega como el grosso papale dicto de sopra, da quali terzi de grossi ducento sexanta octo et mezo pesino una libra, et per onza XXII (et tri octavi) pesa luno denaro uno, grani dui et remedio dinari tri ala liga, et dinari tri al peso: et in la stampa da uno lato l'arma de la Sanctita de nostro Signore cum la mitra papale et littere atorno: Sixtus Papa Quartus; et da laltro lato una figura de sancto Iuliano cum littere atorno: Sanctus Iulianus.

Item promette dicto Maestro Francescho battere o far battere mezi de terzi predicti dargento, di quali mezi de terzi zascuno valera quattrini cinque et seranno ala lega de onze nove et tri quarti per libra dargento fino: Et che quattrocento septantadui fazano una libra, et per onza trentanove et uno tertio, pesa luno grano quindexi et habia de remedio tri dinari ala lega et dinari tri al peso: Et in la stampa da uno lato uno A grande in mezo, cum littere atorno: Macerata; et da laltro canto larme de la Sanctita de nostro Signore cum la mitra et littere como in li terzi de grossi sopradicti.

Item promese dicto Zecchero battere o fare battere bolognini papali dargento de valoro de sei quatrini luno, de li quali ne vadiano XLVIII per ducato de Camera, et siano ala liga de nove onze et tri quarti, et che trecento novantatre cioe CCCXCIII dessi pesi una libra ad raxone de XXXII bolognini cum tri quarti per ciascuna onza, ala quale raxone uno bolognino papale pesara grani XVIII, et dicti bolognini habiano de remedio tri dinari de liga, et tri de peso per ciaschuna libra, et ciascuno bolognino habbia di remedio in lo peso uno grano per forma, che come e detto de sopra CCCXCIII pesa una libra. In la stampa da uno lato sia la imagine de Piero in la navicella cum littere intorno: Macerata; in altro lato sia larme et littere de nostro Signore come di sopra.

Item promise dicto Maestro Francesco che de ogni quantita de argento che fosse messa in Zeccha che non havesse affare grossi papali, fare le due parte terzi et laltra parte mezi de terzi supradicti.

Item che dicto Zecchero a zaschuna persona che mettesse in dicta Zeccha argento puro per grossi, tertii de grossi, o altre monete dargento supradicto da battere infra quindexe di, dal di che se assignara in Zeccha largento, sia tenuto restituire moneta bene cunniata; Et per zascuna libra da argento puro posto in Zeccha sia tannto dare grossi papali novanta tri et mezo de peso et liga supra-

dicte, o vero altre monete dargento supradicto, et tante desse per libra che siano equivalente a dicti novanta tri grossi et mezo.

Item che tutte le sopradicte monete non possano essere differente lnna da laltra piu che uno grano, altramente se debbiano tagliare, pur che ala libra torni el numero como de sopra.

Item promese dicto Maestro Francesco battere o fare battere quatrini, che siano iusti de ramo, et de quali ne vadano vintiquattro per zaschuna onza, et che in zaschuna libra de dicti quatrini debbiano intrare vinti dinari et mezo dargento fino, et che habbiano le stampe et littere atorno como li terzi de grossi papali supradicti da tutti doi lati: et in essi quatrini sia de remedio nel peso dodexe quatrini per libra, et in la liga doi denari per libra, et che siano al valore de li quatrini de Roma.

Item chel peso o vero marcho cum che se hara a pesare datte monete, nanze cha se trazano da Zeccha, sia segnato del segno del peso de la Zeccha di Roma, el quale peso et marcho debbia stare continuamente apresso li officiali che seranno deputati, de quali in li capitoli sequente se fa mentione, ne etiam possano tenere in dicta Zeccha peso o marcho alcuno per pesare argento per recevere, o per dare che non sie sigillato de la Zeccha di Roma, et contrafacendo cada ala pena de ducati L per ciaschuna volta de applicarse ala Camera apostolica.

Item fo dacordo dicte parte, che lo Legato o vero Governatore o Thesaurero, o vero locotenente loro in decta provintia de la Marcha inseme habbia a deputare tre o quattro homini intendenti, et uno Camerlengo che sia per la Camera per revedere le raxone de dicta Camera in decta Zeccha, et similiter uno soprastante et uno sazatore, quali habbiano quello salario che parra a decto Legato, Governatore, Thesaurero o vero loro locotenente in dicta provintie a spexe de dicto Maestro, et durino quanto a dicti Legato, Governatore, Thesaurero o locotenente parera et piacera: li quali officiali deputati dicto Maestro non possa recusare, et debbiano dicti officiali iurare de fidelmente exercitare loro officio, et che siano tenuti quante volte per dicti Maestri fussero recbesti adunarse per facti de dicta Zeccha a pena de x fiorini de Camera per ciaschuno che contra facesse dapplicare ala Camera apostolica per ciascuna volta; li quali officiali a tempi debiti habbino revedere, examinare et indicare tutte le monete che farra dicto Maestro, ebe siano bone et iuste et tenerne conto in uno libretto sottoscripto de mano de tutti: et ogni sei mesi si faccia conto et ratione de tutte le monete, et trovandese el Maestro debitore de liga o de peso, tutto quello sia dela Camera apostolica.

Item che dicto Maestro Zecchero o altri che per lui exercitasse dicta Zeccha, non possa tirar de dicta Zeccha alchuna moneta, se prima da dicti officiali dacordo non e iudicata bona, et licentiata da essi officiali inseme cum lo Camerlengo de la Camera, assagiatore et soprastante ala pena de fiorini D dapplicarse per el terzo ala Camera, el terzo al accusatore, laltro terzo al officiale che ne fara la exeqntione, et che ogni officiale, ad cui appartene, sia tenuto farne debita exeqntione a pena de ducati CC de Camera dapplicarse ala Camera apostolica per ogni volta che contrafacesse.

Item che dicto Maestro et soi non possino in dicto tempo che teneranno decta Zeccha trarre, ne mandare fare, ne abbattere, ne per merchantia o altra casone argento che se mettesse in dicta Zeccha a pena de perdere largento che traesse et de cento fiorini di Camera dapplicarse ala Camera apostolica, per quante volte se trovasse contrafare.

Item chel dicto Maestro de la Zeccha debbia tutti stampe et ferri da cuniare assegnare alo soprastante, elquale debbia tenere in una capsetta sigillata di suo sigillo, et quelli dare quando voglono cuniare, et poi la sera farseli rendere et remettere in dicta capsetta, et la moneta cuniata et largento da coniare el tutto mettere in dicta capsetta, et piu la mattina renderlo al Maestro o lavorante che lavora, et etiam debbie in uno libro scrivere ogni quantita dargento et el di, quando se dà a coniare, et ogni volta dicto soprastante fosse neligente in questo, cada ala pena di fiorini x dapplicarse ala Camera apostolica.

Item che dicto Zecchero poiche havera coniato le monete de qualunche raxone se sia, che sia da vedere et licentiare, sia tenuto consegnarle al soprastante in dicta Zeccha in una capsetta chiusa et sigillita dal sigillo de dicto soprastante, la quale debbia tenere, finche esse monete saranno vedute, examinate, iudicate et licentiate da dicti officiali deputati.

Item che tutti li sagii, che se faranno de dicte monete, se debbia mettere diligentemente in una carta sigillata del sigillo del Legato, Governatore o Thesorero, o chi per loro facesse, et che sia scripto di sopra a dicta carta el peso et lega de dicta moneta licentiata, et debbia essere conservata in una capsetta sotto chiave et sigillo de dicti officiali, et ogni sei mesi una volta la dicta moneta assagiata se debbia inseme fondere et diligentemente sagiare, et tutta quella fosse trovata meno del dovere, sia tenuto dicto Maestro refarlo ala Camera apostolica.

Item che dicti deputati siano tenuti et debbiano havere apresso se copelle et piumbo assagiato per fare saggio predicto in una capsetta sigillata de loro sigillo et del sigillo del Maestro de la Zeccha, a pena de XXV fiorini di Camera dapplicare ala Camera apostolica, et che de altro piumbo che del predicto non se possa fare saggio.

Item che dicto Maestro sia tenuto rendere la moneta coniata e ciaschuno che mettera in dicta Zeccha, fra spatio di xv di, dal di che se mette in Zeccha.

Item che dicto Maestro debbia torre ferri et far fare le stampe da coniare da quello e deputato per la Camera a fare quigli de la Zeccha di Roma, ne possa stampare et coniare cum altri ferri, et contrafacendo cada ala pena de ducati cento per ciaschuna volta dapplicarse ala Camera apostolica.

Item che dicto Maestro nanzi che comenzi a battere, sia tenuto dare al Legato, overo Governatore o Thesorero, o loro locotenente, o qual sia de loro firmeza sufficiente de do milia fiorini de Camera de observare tutto quello si contiene in li presenti capitoli, et de rendere el devere a chi mettera in dicta Zeccha.

Item forono dacordo de parte che esso Maestro tenga dicta Zeccha per tempo de quattro anni cominzando el di che fara la prima tracta dele monete nove chel battera, et affinire como seque, et sia tenuto havere cominzato a trarre di Zeccha monete bone et licentiate come di sopra se dice inante.

Item promese dicto Maestro per se o per altri per alchuno tempo in detta Zeccha non commettere alchuno dolo o fraude, ma exercitarla bene et laudabilmente ad uso de bono et iusto Maestro.

Item che argento che fosse portato per mettere in Zeccha sia libero da ogni gabella et passo, facendo fede dicto Maestro cosi essere, et simile dicto Maestro cum tutta sua famiglia et lavoranti cum tutte loro massarie et robbe usate a uso de loro case et de detta Zeccha siano libere de tutta gabella et passagii durante al tempo de la conducta de detta Zeccha.

Item che la Communita de Macerata, dove se exercitara dicta Zeccha, sia tenuta consignare a dicto Maestro et soi sufficiente stantie per loro habitare et exercitio de dicta Zeccha senza costo alchuno.

Item che non sia alchuno officiale de che stato o conditione se sia, che presuma o ardisca pigliare gravare o dare alchuna noia, molestia et impedimento a dicto Maestro Francesco o alchuno altro di suoi lavoranti et ministri ne luocho de dicta Zeccha, et che dicti Francesco, lavoranti et ministri per salveza de dicta Zeccha et pecunia et de altre cose de dicta Zeccha possono portare arme de di et de nocte, como a loro parra de bisogno senza pena alchuna, et siano exempti da ogni graveza personale, mentre staranno in exercitio de dicta Zeccha.

Item dicto Maestro Francesco habbia dicta Zeccha per tempo di quattro anni cominciando il di che fara la prima tracta de le monete nove che battera, et a finire come seque, et sia tenuto havere comenciato a trarre de dicta Zeccha monete bone et licentiate come di sopra se dice.

Que quidem capitula, conventiones et pacta, per dictas partes visa et lecta ac plene percepta, Reverendus dominus Vianisius locumtenens ac Magister Franciscus supradicti nominibus supradictis, respective quilibet quantum partem suam concernit, in omnibus et per omnia acceptaverunt, et pro solemniter concessis, acceptatis et firmiter contractis omnia et singula in ipsis contenta habuerunt et haberi velle dixerunt, ac ipsi et eorum quilibet nominibus supradictis, videlicet Reverendus dñus Vianisius locumtenens manu dextra pectori suo apposita, ac Magister Franciscus supradictus nominibus supradictis, sacrosanctis scripturis propriis manibus tactis, ad sancta Dei Evangelia iurarunt et promiserunt quelibet pars alteri, et michi notario infrascripto ut publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum, quorum intrest seu interesse poterit quomodolibet in futurum, omnia et singula in suprascriptis capitulis ac presenti instrumento contenta tam coniunctim quam divisim attendere et observare, et per se et successores suos attendi et observari facere sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum Camere apostolice et Magistri Francisci prefatorum: renunciaruntque insuper prefate partes nominibus supradictis utriusque iuris auxiliis ac omnibus et quibuscumque exceptionibus aliis, quibus quelibet pars vel earum altera presenti instrumento in toto vel in parte reniti vel contradicere possent. De et super quibus omnibus et singulis premissis prefate partes petierunt a me notario infrascripto fieri et tradi unum et plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta.

Acta fuerunt hec Rome in Camera apostolica apud S. Petrum, sedentibus pro tribunali prefatis dominis, sub Anno, Indictione, die, mense et pontificatu suprascriptis, presentibus ibidem Venerabilibus viris dominis Iohanne Balistarii, Thoma Eszner et Viviano Remensi, Sanctissimi domini nostri pape familiaribus et cursoribus, testibus ad premissa vocatis, habitis et rogatis.

Et Ego Hieronimus Saxoferatensis, Camere apostolice notarius etc.

CCCCVII.

Conceditur omnibus domos aedificantibus in Urbe et eius districtu, ut ad decem miliaria possint de dictis domibus et aliis aedeficiis pro sua voluntate disponere. *Bullar. divers. cod. membran. fol. 86.*

Sixtus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi universis Romane ecclesie dominio temporali subiectis Civitatibus pro earum statu prospero, et incrementis felicibus apostolica nos deceat provisione consulere, alme tamen Urbi nře sanctorum apostolorum Petri et Pauli martirio consecrate

que (est) ipsius Petri sedes, sacerdotii principatus et Christiane religionis caput, eo nos convenit ampliori cura prospicere, quo ipsa sacerdotalis civitas cunctis aliis prelata, nobisque peculiaris filie et paterna dilectione coniuncta existit. Cupientes igitur pro instauratione dicte Urbis, que causantibus sinistris eventibus in civibus, incolis et edificiis plurimum diminuta est, ut annuente altissimo virorum copia instauretur, et quantotius ipsius structure et edificia refectionem et reparationem pro eius venustate et decore consequantur, suisque statui et necessitati opportunis remediis consulatur, de Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio et assensu, ac perpetua valitura constitutione statuimus et ordinamus, quod omnes et singuli tam nostri curiales Romanam Curiam sequentes, quam alii cuiuscumque dignitatis status, gradus, ordinis, preminentie vel conditionis existant, etiam si Cardinalatus honore, aut patriarchali, archiepiscopali, episcopali, abbatiali vel quavis alia ecclesiastica vel mundana dignitate fulgeant, etiamsi regulares fuerint, amministrationem aut dignitatem obtineant, que palatia, domos, casalia, sive alia edificia urbana vel rustica edificarunt, edificaverunt eut edificabunt, seu edificari et fundari fecerunt vel fecerint in futurum, aut edificata et constructa emerunt aut emerint seu ement, aut ille vel census annuos, iura et quevis immobilia bona in dicta Urbe vel extra aut prope eam ad miliaria decem alio quovis iusto titulo tam ex bonis et pecuniis propriis, quam omnium fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum beneficiorum, ad eos spectantium, provenientibus acquisiverunt hactenus, vel acquirent in posterum, de eisdem casalibus, domibus, palatiis, edificiis, censibus, iuribus nec non territoriis, domibus, feudis, iurisdictionibus et bonis aliis quibuslibet, dummodo ad ecclesias, monasteria et alia loca aliter quam ex fructibus earum, ut prefertur, de quibus ad effectum presentium licere volumus eis pro voto disponere, non pertineant, in vite ipsorum et mortis articulo, prout eis videbitur disponere, testari, codicillari eaque legare, relinquere seu inter vivos et causa mortis, aut pro remuneratione laborum eut obsequiorum eis impensorum quibusvis personis, cuiuscumque status, gradus vel conditionis fuerint, etiam si alias heredes, legatarii, donatarii, universales aut particulares heredes, successores aut persone alie, ad quas ex dominorum voluntate illa pervenerint, filii, nepotes, consanguinei, affines, familiares vel alii etiam incapaces et inhabiles sint, et inhabilitate vel capacitate quacumque notati, dummodo crimine lese maiestatis rei aut ecclesie Romane predicte hostes non existant, erogare, donare, legare, relinquere ac etiam in pios et alios quoscumque usus convertere: et si ipsas ecclesiasticas aut dignitatem seu amministracionem habentes regulares personas de bonis predictis aliter non dispositis decedere contigerit, palatia, domus, casalia et alia ipsorum bona in Urbe predicta, vel infra miliaria huiusmodi consistentia ad proximiores suos, etiam si agnati, cognati et minus capaces vel inhabiles fuerint, ut prefertur, salva tamen gradus prerogativa iuxta dispositionem iuris, si aliter de ipsorum decedentium voluntate non constet, bona predicta deveniant, Ipsique proximiores sive agnati vel cognati in eis succedere possint et debeant in omnibus et per omnia, ac si descendentes filii, nepotes, agnati et cognati habiles, capaces et heredes scripti existerent, ac palatia, domus, casalia et reliqua bona ipsorum ex labore vel industria, non autem ex fructibus, redditibus et proventibus ecclesiasticis acquisita fuissent, auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientie concedimus, eisque facultatem et potestatem testandi, codicillandi, legandi, concedendi, donandi, erogandi proximioribus vero necnon agnatis et cognatis predictis etiam incapacibus et defectum natalium patientibus in eis, ut prefertur, succedendi licentiam liberam impartimur, districtius inhibentes dilectis filiis Camere apostolice clericis et aliis nostris ac Curie et Urbis predictarum officialibus, necnon ecclesiarum, monasteriorum et aliorum omnium ecclesiasticorum locorum prelatis, capitulis, conventibus, prioribus, prepositis, plebanis, rectoribus aliisque quocunque nomine nuncupentur, ne de bonis per eosdem, ut premittitur, relictis, legatis seu donatis quovis modo se intromittere, aut illa petere, vendicare, seu heredes et successores decedentium personarum earundem illorum occasione impetere aut molestare quoquo modo presumant, ac decernentes irritum et inane quicquid per quemvis quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Nulli ergo etc. nostrorum statuti, ordinationis, voluntatis, concessionis, elargitionis, inhibitionis et constitutionis infringere etc. Si quis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXIIII. Kalendis Ianuarii, Pontificatus nostri anno quarto.

CCCCVIII.

Racanatensibus conceditur, ne gentes armorum nisi tempore belli recipere teneantur. *Bull. divers. Tom. XIX. fol. 749.*

Sixtus episcopus etc. Dilectis filiis Prioribus populi et Communi Civitatis nostre Rachanatensis, salutem etc. Eximie devotionis affectus, quem ad nos et Romanam geritis ecclesiam, non indigne promeretur, ut votis vestris, quantum cum deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane pro parte vrã nobis nuper exibita petitio continebat, quod licet Civitas nostra Rachanatensis insignis, famosa et de principalioribus Civitatibus provincie nr̃e Marchie Anconitane existat, limites tamen Comitatus eius inspecta qualitatate dicte Civitatis admodum angu-

sti sunt, et infra illos non est aliquod oppidum muris et vallo munitum preter unum, sintque possessiones eius domesticis arboribus plurimom referte, et tum propter nundinas, que anno quolibet in Civitata predicta celebrantur, tum ob crebra miracula, que meritis et intercessione Virginis gloriose altissimus continne operari dignatur in ecclesia sancte Marie de Laureto sita intra limites predictos, ad Civitatem ipsam continue confluit populi multitudo, et eapropter grave admodom et durum est vobis recipere gentes armorum et retinere in Civitate aut Comitatu predictis, etiam gentes ipse plurima damna inferunt, et illarum metu Christifideles a solita frequenti visitatione dicte ecclesie abstinent, dum in partibus illis gentes armorum collocantur et degunt, et presertim in Civitate et Comitatu predictis: Quare pro parte vestra nobis fuit bumiliter supplicatum, ut vobis et confluentibus ad ecclesiam predictam in premissis oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui ad ecclesiam ipsam specialem gerimus devotionis affectum, et illam cupimus congruis frequentari bonoribus, ac vos vestris exigentibus meritis speciali dilectione prosequimur et gerimus in visceribus caritatis, et de confluentium ad nundinas predictas securitate solertem curam habere tenemur, consideratione etiam dilecti filii nostri Antonii Iacobi tituli s. Viti presbiteri Cardinalis pro vobis et Civitate vestra, unde sibi origo est, nobis soper hoc bumiliter supplicantis, et eiusdem Cardinalis ac vestris in hac parte supplicationibus inclinati, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, nisi tempore guerre in dicta provincia nr̄a Marchie, aut de nostro vel successorum nr̄orum per nostras et eorum litteras speciali et expresso mandato gentes armorum pedestres aut equestre, recipere et in Civitate aut Comitatu, territorio et districtu predictis retinere non teneamini, et ad id inviti compelli non possitis, liceatqoe vobis mandatis, si qua in contrariom a Legatis apostolice sedis, Gubernatoribus seu locumtenentibus, aot gentium armorum capitaneis et conductoribus vobis fierent, contraveoire libere et impune, apostolica auctoritate presentium tenore concedimus, et quod per quascumque speciales vel generales ordinationes nostras aut successorum nostrorum, in quibus de presenti concessione mentio non ficret specialis et individua, non autem per generales clausulas id importantes presentibus statuto, ordinationi et concessioui derogatum non censeri eadem auctoritate decernimus, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre concessionis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto, VII. Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno quarto.

CCCCIX.

Cornetanis ad promovendam apud ipsos agriculturam confirmantur privilegia de extrahendis grano et blado.
Reg. Tom. XXIV. fol. 307.

Sixtus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi cunctos Romane ecclesie subditos apostolice sedis copiosa benignitas graciosis favoribus prosequatur, illorumqne occurrat dispendiis ac necessitatibus oportunis consulat: illis tamen propensius graciam sui muneris impartitur, ac de illorum prosperis successibus solerter cogitat, a quibus grata devocionis obsequia iuxta ingruentium negociorum exigenciam certa experiencia se noverit recepisse. Cum itaque, sicut fidedigna relatione accepimus, incole Civitatis nostre Cornetane et illius cives, qui agriculture intenti esse et in territorio predicto, cuius loca pre ceteris locis illarum partium fertilia fore noscuntur, magnam frumenti et aliorum bladorum quantitatem colligere, et tam alme Urbis Rome, quam illi adiacentis provincie nostre Patrimonii beati Petri in Tuscia incolarum necessitatibus abundanter subvenire consueverunt, ex eo ab agriculture prefate laudabili ac pernecessario exercitio paulatim retroactis temporibus cessaverint et in dies magis cessent, quia ab ea incuria et inertia nostrorum et sedis apostolice pro tempore officialium retrahuntur, qui nulla interdum vigente necessitate eis tractas interdicont, et ad mercandom, sicut alias consueverunt, eorum utilitate omnino posthabita illis se opponunt, ita ut plerumque ad vendendum etiam minori pretio, quam eis constet, cogantur, sicque de sudore eorum vultus alii utilitatem consecuti locrifaciant, et eis non parum damni obveniat, propterea que ab huiusmodi agriculture exercitio retrahuntur, et habitantes et incole inde abire et ad alibi habitandum secedere sit necesse: Nos attendentes, quod inter alia, que rei publice gubernacioni permaxime conveniunt, illud non in postremis habetur, sed inter precipua anteponitur, quod semper sint victualium habundantia et opulentia facultatum, ac volentes, sicut tenemur, subditorum nostrorum indigencie providere illorumqoe imminentibus periculis obviare, ac dicte nostre Civitatis Corneti necessitatibus soccurrere et commoditati oportuna adhibere remedia, ut copia et rerum opulentia succrescat simul, et populi frequentia multiplicit ibidem, motu proprio, non ad dilectorum filiorum Commonitatis Cornetane vel alterius pro eis nobis super hoc oblata peticionis instanciam, sed de nostra mera liberalitate et ex certa nostra sciencia presentium tenore statuimus et ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus civibus et incolis Civitatie et territorii predictorum annis singulis de omni grano, quod apud eos reperiri contigerit, deducta quantitate eis necessaria pro victu et sustentacione eorum, et pro

seminando loca culta eo anno arbitrio Priorum pro tempore, et decem civium Cornetanorum ad hoc per Communitatem predictam deputandorum, iuratorum tamen prius de equo et fideliter providendo et distribuendo in manibus dilecti filii Dohanerii tractarum et salis Civitatis, declaranda, ordinanda et providenda, de cuius tamen provisionis sufficientia eundem Dobanerium certificent, qui etiam si quem eorumdem civium forte gravari a premissis Prioribus et civibus ut supra deputatis in maiori quantitate grani pro huiusmodi causa exponenda aut conservanda, quam eius facultates eut debita rata sue paterentur, et ideo apud ipsum conqueri contigerit, errorem sive iniquitatem huiusmodi emendare, reformare et ad equitati consonantiam restituere illico auctoritate nostra procuret, liceat pro cuiusque eorum nutu et voluntate extrahere de Civitate et territorio predictis per se, vel alios tam per terram quam per mare simul vel successive duas partes de tribus partibue eiusdem grani et bladi, habita tamen desuper licentia et bullettino more solito a Dohanerio pro tempore deputato, qui soluta per eos tracta, que solvi pro tempore consuevit, bullettinum et licentiam huiusmodi extrahendi, cum petierint, denegare nullatenus possit aut debeat, dummodo volentes extrahere certificent ipsum Dohanerium, quod pro singulis duabus mensuris frumenti seu bladi extrahendi remaneat apud eos una alia similis mensura grani seu bladi, et promittant et caveant idonee de ea quantitate grani seu bladi, ad quam ascendet ipsa tertia mensura conservanda et consignande Camere apostolice, seu ipsi Dohanerio aut aliis dicte Camere officialibus pro ea per totum mensem Martii cuiuslibet anni, aut interim etiam quandocumque ante finem dicti mensis Martii. Et si contingat Cameram ipsam huiusmodi tertia parte in totum, vel pro aliqua rata eius vere indigere pro necessitate curialium aut incolarum Urbis, vel aliarum terrarum provincie predicte, predicti, qui huiusmodi licentiam obtinerent, pro tempore requisiti intra et per totum dictum mensem Martii a Camera prefata, aut aliis dicte sedis officialibus super hoc deputatis, ut huinsmodi tertiam partem frumenti assignent vel conservent ulterius pro Camera ipsa in totum vel pro parte deferendam ad Urbem, vel loca dicte provincie per ipsam Cameram vel eius officiales, teneantur et debeant eandem tertiam partem in totum vel pro rata, prout contingeret eos requiri, ex tunc pro ipsa Camera assignare vel conservare, et eidem Camere cum petierit in dicta Civitate Corneti dare et consignare, recepto tamen prius illius pretio tempore consignationis, si ante elapsum predictum mensem Martii de prefata tertia grani requisitionem et consignationem fieri contingeret, alias in fine predicti mensis Martii, si requiri et ante eiusdem mensis exitum non consignari contigerit, ad computum pro quolibet modio duorum florenorum auri de Camera, ad rationem bolendinorum septuaginta duorum pro quolibet floreno. Si vero per totum dictum mensem Martii a Camera vel aliis dicte sedis officialibus de alteriori conservatione dicte tertie partis in totum, vel pro rata requisiti non fuerint, liceat eis etiam eandem tertiam partem pro se retinere, vel extrahere habito bullettino et facta solutione tracte debite pro extractione predicta. Huiusmodi quoque tertie pars usque ad diem requisitionis periculo dominorum illius, post factam vero requisitionem predictam in totum, si de tota requisitio fuit, alias pro ea rata, pro qua requisitio facta fuerit, Camere periculo teneatur, et perinde omne periculum eius ad Cameram pertineat post requisitionem huiusmodi, ac si Camere prefate mensurata, tradita et consignata fuisset actualiter: debeatque idem Dohanerius huiusmodi permissiones et certificationes, quas desuper habuerit, in speciali libro conficiendo facere per Notarium suum describi, ut appareat quantum frumenti et bladi quilibet eorumdem extrahentium ratione huiusmodi tertie partis Camere prefate dare unusquisque debeat et teneatur eo anno. Et si contingeret Cameram prefatam pro instantis temporis necessitate pro sustentacione incolarum, Urbis et provincie predicte maiori quantitate grani et bladi vere indigere, quam foret tertia pars pro causa huiusmodi conservanda, ut prefertur, tunc et eo casu Cornetani prefati de dictis duabus partibus, quas extrahere possunt, unam integram tertiam pro eorum nutu et voluntate soluta debita tracta et cum bullettino, ut prefertur, libere extrahere possint, et desuper directe vel indirecte nullatenus impediantur: reliquam vero et postremam tertiam partem, si ipsi Cornetani nomine Camere interpellabuntur, Camere predicte pro pari pretio, pro quo extrahendum vendi continget per eos, dummodo pretium huiusmodi per Cameram ipsam tunc eis exolvatur in pecunie numerata, vendere et tradere ibidem illico teneantur, et aliter aut alio modo ad huiusmodi aliam tertiam vendendum dicte Camere vel conservandum pro ea compelli, aut quominus illam libere extrahere impediri nullatenus possint. Et si Camera vellet, quod post solutum pretium huiusmodi alterius tertie ipsa eadem tertia adhuc apud eos, quibus pretium solveret, remaneret ad tempus, remaneat periculo Camere prefate perinde ac si illi mensurata et consignata fuissent modo de ipsa conservanda et consignande idonee caveant: liceat tamen Camere prefate tam messium quam aliis temporibus emere granum et bladum a volentibus vendere pro pretiis, de quibus concordabit cum eisdem, quod sic emptum predictis condicionibus non subiaceat, et ad computum dicte tertie, quam Cornetani prefati conservare tenentur,

nt prefertur, non admittatur, ita tamen qnod per hoc capitulis et condicionibus supra expressis preiudicium non generetur, districtius inhibentes sub excommunicationis pena tam Cornetanis predictis, quam etiam aius districtus incolis, ne ultra duas partes frumenti et bladi eis restantes, deducto eo anno pro victu et semine, nec illos aliter qnam prefertur, videlicet prestita cautione predicta de assignando et conservanda reliqua tertia parte, in fraudem extrahere de Civitate vel territorio predictis per terram aut mare, necnon Dohanerio dicte provincie ac dicte sedis et Camere officialibus quibuscumque nunc et pro tempore existentibus, ne videlicet Dohanerius licentiam hniusmodi aliter quam nt supra ordinatum est concedere, et ipse ac officiales prefati, na sedam et Cameram predictas grano huiusmodi indigere mendaciter asserere, et eosdem Cornetanos super dicta tertia parte iu concedenda in totum vel pro parte, quando vere non immineret necessitas, subveniendi incolis Urbis et terris provincie predicte requirere, ant super ipsa tertia parte alios quam illos, quibus licentie concessa fuerit, et eorum fideiussores seu pro eis obligatos, et presertim Communitatem predictam inqnietare qnoqnomodo presumant, ac decerneutes Dohanerios et officiales, quos huiusmodi tertiam partem non subsistente necessitate, nt prefertur, negotiationis et mercature causa, aut alias petere vel hebere contigerit, ed ipsorum Cornetanorum, a quibus illam habuissent, damna et interesse teueri, atiam si id quod lucrati fuisseut exinde in dicta Camere ntilitatem couvertisse docerent, nec nou ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicte Civitatis iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia vallatis statutis et consuetudinibus, privilegiisque et indultis ac litteris apostolicis a sede prefata coutrariis quibuscumque, seu si aliqnibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas uou facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hec autem non denegamus, quin liceat eisdem Cornetanis dare illis, a quibus pro eorum usu habuerint usque ad ducentas vegetes vini quolibet anno, titulo permutationis et cambii, seu in solutum pro dicti vini pretio equivalens frumentum usque ad summam trecentorum modiorum tantum, et illud facta solutione debita pro tracta Dohanerio predicto extra Civitatem et territorium predicta cum licentia dicti Dohanerii, que eis nullatenus quavis occasione vel causa denegari possit aut debeat, per se vel alios extrahere, absque eo qnod pro singulis duabus mensuris premissis de aliqua tertia conservata aut conservanda teneantur, aut alias caveant, ut prefertur. Et nt huiusmodi vinum debite distribuatur inter eos, inhibemus Dohanerio predicto, ne licentiam ipsam concedat alicui nisi ad litteras et requisicionem Priorum Civitatis Corneti, qui pro tempore erant, retineaturque unus liber apud Priores ipsos et alius apud Dohanerium prefatum, in quibus nomina eorum describantur, quibus licentia concessa fuerit, ut eodem vel sequenti anno reliquis civibus et incolis Cornetanis, qui licentiam hanc non habuissent, concedatur equaliter, inspecta necessitate et qualitate eorum. Et similiter per premissa denegare non intendimus, quin liceat prefate Communitati Cornetane quolibet anno extrahere de Civitate et territorio predictis granum proveniens ex redditu molendini eius publici, quod molitura vulgo appellatur, absque alicuius tertie partis etiam consignatione aut conservatione predictis, et absque aliqua solutione rationa tracte Camere apostolice facienda pro illius extractiona huiusmodi, prout per fel. recordationis Calistum papam III. predecessorem nostrum comperimus eis fuisse concessum, dummodo anno quolibet granum huiusmodi moliturarum ducenta et quadragiuta modia non transcendat. Volumus tamen, quod propterea debeant anno quolibet exponere in reparationem murorum Civitatis predicte, aut aliorum edificiorom publicorum dicte Communitatis summam centum viginti quinque florenorum auri de Camera, et de huiusmodi expositione Cameram predictam vel deputandum ab ea, sive Dohanerium prefatum in fina cuiuslibet anni certificare et rationem veram reddere teneantur. Nulli ergo etc. uostrorum statuti, ordinationis, inhibitionis, coustitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXV. III. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

CCCCX.

Bulla, ne quis Corsus immorari possit in Urbe atque eius districtu, nec in aliis civitatibus et locis Rom. ecclesiae subiectis, nec possit conduci, nisi CC. ducat. cautionem de eoe inferendo damno etc. dat. *Bullar. divers. cod. membran. fol. 114.*

Sixtus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Romani pontificis, qui in alma Urbe et locis ac terris aliis Romane ecclesia ditioni subiectis utriusque potestatis monarchiam obtinet, sollicitudo requirit, nt ita spiritualis negocii gerat curam, quod etiam temporalis principatus providentia non uegligatur: sed bonis premia, malis vero pena statuatur opportuna, ita quod pro merendo virtus accrescatur in bonis, et puniendo malorum compescatur audacia. Sana non sine animi nr̄i displicentia plurimorum, tam Gubernatorum quam aliorum officialium terrarum et locorum nostrorum relatione

percepimus, quod postquam ex insola Corsica quam grandis illorum hominum multitudo ad laborandum in rebus rusticis tam in territorio Urbis, quam aliis terris et locis Romane ecclesie subiectis accessit, diversa et varia homicidia, rapine et alia flagitia et scelera quam plurima per Corsos predictos perpetrata reperiuntur, et perpetrarent in dies, non sine gravi civium et incolarum et habitatorum tam alme Urbis quam aliarum urbium, terrarum et locorum predictorum iniuria, damno, dispendio pariter et iactura. Et licet plures ex dictis Corsis in fragrantibus reperti criminibus diversis penis, prout iusticie ordo requirebat, extremo iudicio dampnati fuerint, tamen reliquorum a similibus perpetrandis non refrenatur audacia. Igitur (nos), ad quos spectat Christifidelibus universis, et presertim subditis nostris quietem dare, et nrīs presertim temporibus statum procurare felicem, huiusmodi morbo, ne serpat ulterius providere volentes, de premissis plenius informati, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatis petitionis instantiom, sed ex nrā certa scientia ac mera voluntate, et perpetua valitura constitutione sancimus, qood deinceps nullus Capitaneus aut gentium armorum condoctor seu comestabilis, seu miles vel stipendiatus ad servitia nostra et ecclesie Romane militans, ac etiam Baro seu dominus temporalis possit sive debeat habere vel tenere aliquem de natione Corsice ad eius servitia, nisi talis Corsus infra terminom unius mensis se obligaverit et promiserit sub pena ducentorum ducatorum, quod non irrogabit alicui persone subdite Romane ecclesie mediate vel immediate, seo alteri aliquod damnum, seu committet aliquod furtum, incendium, rapinam seo depredationem, neo committenti prestabit auxilium, consilium vel favorem. Et casu quo infra terminum predictum dictus Corsus obligationem predictam cum fideiussione opportuna non fecerit, patroni illos ad eorum servitia retinentes ipso facto ad penam docentorum ducatorum pro quolibet Corso sint obligati, et ultra hoc ad satisfaciendum duplum cuiuscumque damni per tales Corsos illati: et nichilominus dictus damnificor seu damnificatores pena condecenti plectantur, et habeantur ao tractentur tamqoam rebelles nrī et Rom. ecclesie per omnes Gubernatores et officiales nostros. Preterea qood nullus civis seu mercator et habitator Civitatum, terrarum et locorum nobis ac dicte Romane ecclesie mediate vel immediate subiectorum in territorio Romane Urbis, Maritime, Campanie, Patrimonii, Ducatus Spoletani et Terrarum specialis commissionis possit tenere et habere aliqoem hominem dicte nationis Corsice pro aliquo exercitio rustico vel urbano, seu alio servitio, nisi talis retinens et habens se pro dicto Corso sub pena ducentorum ducatorum predicta solemniter obligaverit et promiserit, quod dictus Corsus non committet nec perpetrabit aliquem excessum, neo perpetranti prestabit auxilium, consilium vel favorem, nec committenti aderit seu consuluerit, dictus patronus prestabit duplum damni et dispendii tunc illati et irrogati. Et nichilominus si lapso dicto termino repertus fuerit aliquis tenens aliquem Corsum, non facta dicta promissione, intelligatur ipse retinens obligatus et cadet in penas supradictas ipso facto, eiusqoe bona universa fisco applicentur et Corsus rebellionis et aliis penis puniatur ut supra. Quodqoe nullus Corsus post prestitas cautiones antedictas ad servitia receptus, ut prefertur, in terris vel extra stando in campis, vel eundo per viam possit deferre aliquod telum vel eiusdem seu aliud genus armorum aptum ad offendendum sub pena decem ducatorum, qootiens fuerit arma deferens antedicta repertus seu detulisse probatum, ad quam penam solvendam patronus, ad cuius servitia dictus Corsus commorabitur, sit adstrictus. Et quod quicunque dicte nationis, qui saltim ab annis duobus citra habitaverit cum familia eius usque ad tertium gradum habens bona immobilia usqoe ad valorem ducentorum ducatorum, vel si non habuerit, emerit infra unius mensis spatium, seo prestiterit cautionem idoneam ducentorum ducatorum de excessibus non committendis vel consentiendis ut supra, possit libere et licite habitare in terris et locis predictis, dummodo in eisdem terris vel extra etiam in campis, seu per vias ambulando arma non deferant antedicta. Preterea quod nullus natione Corsus possit venire ad habitandum, seu ad faciendum aliquod exercitium rusticum vel urbanum, aut ad serviendum in re aliqua, nisi prius se presentaverit officiali terre, in qua ipse Corsus habitare seu stare intenderit, cui dictus officialis licentiam dare debeat cum promissionibus et obligationibus antedictis, aliter repotetur et tractetur sicut rebellis et simili pena plectatur. Et si dicti homines Corsi venient Romam peregrinationis, voti vel occasione negociationis, seu mercature vel alia iusta causa, possint libere venire et stare, dummodo in via eundo et redeundo non stent seo moram faciant ultra unam dietam naturalem in qualibet terra sive loco, nec aliquod armorum genus secum deferant sub pena predicta, qoam eos et quemlibet ipsorum incurrere volumus ipso facto. Demum qnod omnes pene supradicte pro quarta parte spectent ad denuntiantem malfactores, seu contrafacientes et eis prestantes auxilium, consilium vel favorem, pro alia quarta parte ad officialem, qui de premissis criminibus et excessibus executionem fecerit, pro reliquis vero duabus partibus ad Cameram apostolicam, ita tamen qood pene predicte tam pro duabus Cameram contingentibus, quam pro aliis duabus partibus predictis modificari possint secundum tempora et loca ac excessuum qualitates, prout nobis et officialibus dicte Camere videbitur secundum deum et equitatem salubriter expedire. Volumus insuper

quod de premissis servandis et conveniendis tales Corsi et eorum patroni coram Potestatibus seu officialibus terre sive loci, in quibus erunt, vel habitare seu servire deliberaverint, solemnem obligationem per Cancellarium Communitatis dicte terre recipiendum facere teneantur: quodque officialis quilibet dictarum terrarum seu locorum pro observatione premissorum summarie, omissis solemnitatibus iuris, procedere possit et exequi alias iustitia mediante, prout ei videbitur: quodque nullus Gubernator, Potestas aut officialis noster et ecclesie Romane, quocumque nomine censeatur et quacumque dignitate seu potestate munitus, et si presentibus expresse derogaretur, possit seu debeat premissis capitulis contravenire, aut in aliquo derogare absque speciali et specifica licentia nostra sub pena excommunicationis late sententie, quam contrafacientes et contravenientes incurrere volumus eo ipso, a qua absolvi nequeant nisi per Romanum pontificem vel in mortis articulo constituti. Ceterum quia difficile esset presentes litteras ad terras et loca singula Romane ecclesie subiecta pro illarum publicatione facienda deferre, volumus et apostolica auctoritate decernimus, quod presentium transumpto manu publica subscripto et sigillo dilecti filii Ludovici de Agnellis notarii nostri, et provincie Patrimonii beati Petri in Tuscie pro nobis et Romana ecclesia Gubernatoris munito perinde stetur, et fides adhibeatur in omnibus et per omnia tam in iudicio quam extra, ubicumque fuerit exhibitum vel ostensum, ac si presentes littere cum bulla plumbea exhiberentur et publicarentur. Nulli ergo etc. nostre sanctionis, voluntatis et constitutionis infringere etc. Si quis autem etc. Dat. Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXV. Nonis Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

CCCCXI.

Bulla super confinibus inter Bononienses et Imolenses.
Reg. Tom. XXIV. fol. 249.

Sixtus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Debitum pastoralis officii nobis licet immeriti divina dispositione commissi exigit, ut Universis nostre vigilantie creditis, presertim nobis et Romane ecclesie in temporalibus subditis, iurgiorum contentionumque sublatis dispendiis, pacis et quietis presidia eis feliciter ministremus. Sane orta dudum inter dilectos filios Bononiensis et Ymolensis Civitatum nostrarum Communitates super confinibus territoriorum earumdem Civitatum, nos tunc paterna caritate considerantes, quod ex huiusmodi litibus, que super confinibus territoriorum oriuntur persepe, dum utraque pars possessioni incumbere et iura sua tueri nititur, rapine, incendia, hominum cedes et alia gravia damna et dispendia succedunt, et ne inter predictarum Civitatum incolas peculiares nostros et ecclesie prefate filios, quos exigentibus eorum sincere devotionis affectu et integra fide ad nos et Romanam ecclesiam specialius gerimus in visceribus caritatis, talia ex huiusmodi lite incommoda evenirent, occurrere volentes, prefatis Communitatibus, ut amicabili compositione et tractatu invicem concordarent, suasimus, personam idoneam eis gratam ad tractandum et concludendum huiusmodi concordiam inter eos ad partes illas transmittentes. Postmodum vero cum concordia huiusmodi tractata, ad optatum tamen votive conclusionis exitum deducta non esset, eisdem Communitatibus mandavimus, ut eorum sindicos et iura ad causam finium huiusmodi facientia ad nos transmitterent: et eisdem sindicis cum iuribus huiusmodi comparentibus coram nobis, Venerabili fratri Angelo Episcopo Penestrino, qui olim in partibus illis pluribus annis legationis officio prefuit, et dilectis filiis nostris Philippo tit. sanctorum Marcellini et Petri presbitero, ac qui inibi impresentiarum legationis officio fungitur, Francisco de Gonzaga sancte Marie nove diacono Cardinalibus commisimus, ut utriusque Communitatis Sindicos et iura audirent ac diligenter examinarent, et que ad huiusmodi cause decisionem facientia invenirent, nobis referrent: qui sindicis predictis coram eis evocatis et iuribus per eosdem sindicos coram ipsis Episcopo, presbitero et diacono Cardinalibus predictis diligenter examinatis, intellectoque tractatu concordie alias inter Communitates ipsas habito, ut prefertur, omnia nobis fideliter retulerunt, et qualiter lis ipsa sopiri deberet, eorum concordi iudicio explicare curarunt. Nos igitur habita huiusmodi eorumdem Cardinalium relatione fideli, omnem controversiam huiusmodi de medio submovere, ac paci et tranquillitati Communitatum predictarum oportune consulere volentes, et eorumdem Cardinalium in hac parte consilium sequentes, ex certa nostra scientia et motu proprio auctoritate apostolica presentium tenore declaramus, territoria predicta Bononiensis et Ymolensis Civitatum incipiendo a loco, in quo via Lecti seu Medexani nuncupata iungitur cum flumine Silari, et ab inde infra usque in valles et flumen Padi terminari, dividi et separari ab invicem mediantibus viis, terminis, finibus et locis infrascriptis, videlicet quia incipiendo in loco predicto, in quo dicta via Lecti vel de Medexano nuncupata iungitur cum dicto flumine Silari, dicimus et declaramus viam ipsam, prout a dicto flumine protenditur versus domum et ecclesiam sancti Iohannis Baptiste ordinis fratrum heremitarum sancti Augustini, usque ad locum, in quo via Cardeti nuncupata prope et subtus domum et ecclesiam predictam sancti Iohannis Baptiste iungitur cum dicta via Lecti seu Medexani, dividere et terminare inibi territoria predicta, includendo in territorio Ymole omnia loca, que sunt intra dictas vias Lecti et Cardeti a latere versus Ymolam, et opidum Ducie Comitatus Ymole, prout ipsa via

Cardeti, quam declaramus fuisse et esse terminum et confinem inter territorium Ymole et pertinentias Castelli Guelfi a latere versus meridiem et dictum opidum Ducie, directo protenditur a dicta via Lecti seu Medexani descendendo versus (orientem), Ymolam et dictum flumen Silari usque ad locum, in quo via predicta Cardeti iungitur cum via Ducie nuncupata iuxta possessionem dilecti filii Alexandri de Tartagnis de Ymola, ita tamen quod pro possessionibus, que sunt inter predictam viam Cardeti et flumen Silari ac Canale, per quod aqua dicti fluminis divertitur ad certum molendinum situm prope dictum Castellum Guelfum, a latere videlicet dicte vie Cardeti versus dictum flumen, Ymolam et opidum Ducie, et a dicto Canali infra versus dictam viam Ducie illarum domini, qui de Civitate vel districtu seu territorio Bononie sunt vel pro tempore erunt, ad aliqua onera perferenda in Civitate Ymole aut opido Ducie predicto, seu alias in territorio Imole gravari non possint, excepto censu seu affictu, si quem solvere soliti sunt Communi Ducie pro eisdem. Liceatque incolis dicti Castelli Guelfi et circumvicinorum locorum per loca ipsa inclusa inter Canale et viam Cardeti huiusmodi ducere eorum animalia ad dictum flumen Silari pro eorum nutu et voluntate, dummodo in possessionibus inibi sitis damnum non inferant, et fluminis ageres non destruant: et si secus egerint, damna ipsa emendare teneantur, et in Civitate predicta Ymole ad id compelli possint et debeant. A dicto autem loco, in quo via predicta Cardeti iungitur cum dicta via Ducie, ut prefertur, volumus, quod ipsa via Ducie, prout protenditur directo versus dictas valles et flumen Padi usque ad limitem Tricenti nuncupatum, sit terminus et confinis inter Ymolam et pertinentias Castelli Guelfi predicti, ac dividat et separet eius pertinentias a terreno seu territorio Ymole, ita quod liceat Ymolensibus possidere quidquid est a dicta via Ducie intra versus dictum flumen Silari inclusive, et illis de Castello Guelfo vel in ipsius Castelli Guelfi pertinentiis possessiones habentibus quidquid est a dicta via Ducie exclusive versus et usque dictam viam Lecti sive Medexani: et ut hominibus et incolis dicti Castelli Guelfi seu in ipsius Castelli Guelfi et aliorum circumvicinorum locorum pertinentiis possessiones habentibus non desit commoditas ducendi eorum animalia ad flumen predictum, quod defluit a latere dicte vie Ducie in territorio Ymole, volumus, quod ordinetur in locis intermediis inter dictum limitem Tricenti et viam Ducie ac flumen predictum una via de novo in loco utrique parti commodo, et quod per illam et viam, que nunc est, in eisdem locis et via nova nuncupatur liceat predictis de Castello Guelfo et aliis subditis Bononiensibus, et in eo pro tempore habitaturis eorum animalia ducere ad flumen predictum, ita tamen ut damnum non inferant et ageres fluminis predicti non destruant, et si intulerint vel destruxerint, resarcire teneantur, ut supra de aliis locis dictum est. A prefato autem limite Tricenti infra versus valles predictas volumus, quod dicta via Ducie, prout directo protenditur usque ad locum, in quo vie predicte Ducie et Lecti simul iunguntur, iuxta Casellam de Tricento nuncupatam prope et supra locum Triviumasini nuncupatum, et ex dicto loco a Trivioasini procedendo inferius versus dictas valles via currium, carrata Monasterii nuncupata, prout ipsa via currium seu carrata protenditur directo ex dicto Trivioasini versus dictas valles inter Monasterium Zacharie de Tricento Ymolensis diocesis et locum, qui dicitur Arginellus seu Aggerellus Tassorum, usque ad locum, qui dicitur portus novus et olim portus Tricenti nuncupatum, in quo ipsa via seu carrata Monasterii, a qua canalis dicti portus simul iunguntur, et a dicto portu infra usque in dictas valles aqua dicti portus, prout directo defluit et intrat dictas valles, et exinde illius cursus directo respicit Padum, sint termini et loca dividentia territoria predicta Bononiense et Ymolense, ita quod quicquid est ab eisdem viis Ducie et currium seu carrate ac portu (et aqua eius) illiusque recto cursu infra versus occidentem et ecclesiam sancte Marie de Tanaglis ac Castrum Medexine, sit et esse debeat de territorio Bononie, et quidquid est ab eisdem viis Ducie, carrate Monasterii, portu et aqua eius illiusque recto cursu predicto infra versus orientem et Castrum Consilicis Ymolensis diocesis, sit et esse censeatur de territorio Ymole. Et quia dilecti filii Universitas dicti opidi Medexine, quod Bononiensibus est subiectum, asserebant locum Buschete situm esse iuxta predictum portum a latere adiudicato supra Ymolensibus, et ad eos etiam pertinere quoad proprietatem, Ymolenses vero asserebant locum ipsum Buschete esse a latere dicti portus adiudicato Bononiensibus, volumus, quod a dicto portu infra versus dictas valles iuxta dictum portum et aquam eius, prout protenditur in dictas valles, a latere adiudicato Ymolensibus consignetur dicte Universitati Medexine una possessio, que ascendat ad tertiam partem eiusdem Buschete, ita tamen quod non excedat numerum quingentarum Tornaturarum terre in totam mensure illarum partium, que protendatur per longitudinem usque ad valles predictas iuxta predictam aquam dicti portus, per latitudinem vero tantum quantum erit expediens ad complendum numerum predictarum Tornaturarum: que possessio quoad proprietatem et dominium tantum pleno iure pertineat ad Universitatem predictam Medexine, sit tamen de iurisdictione Ymole, sitque exempta ab omni onere Civitatis et Comitatus Ymole: si tamen possessio per huiusmodi longitudinem assignanda alicui partium predictarum incommoda

redderetur, liceat prefato Francisco de Gonzaga Cardinali et Legato illam dicte tamen mensure minus longam et plus latam, prout sibi videbitur assignari facere. Districtius inhibentes partibus ipsis ne declarationi nr̄is huiusmodi quoquomodo contravenire presumant directe vel indirecte, sub pena quinque millium ducatorum auri de Camera, eo ipso per illos qui contrafecerint incurrenda ac Camere apostolice applicanda, ac decernentes ex nunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, et nichilominus prefato Francisco Cardinali et pro tempore existente Legato et Gubernatori Bononie per apostolica scripta mandamus, quatenus per se vel alium seu alios utrique partium earumdem in premissis efficacis defensionis presidio assistens, et premissa, ubi et quotiens expedire cognoverit, fueritque desuper per aliquam partium predictarum legitime requisitus, solemniter publicare faciat, terminos et limites predictos ac alia premissa inviolabiliter observari, et illos, quos penam predictam ei incurrisse constiterit, ad illius solutionem compellat, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, necnon dictarum Civitatum statutis iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, ac privilegiis, capitulis et litteris apostolicis dictis Communitatibus seu alteri earum per sedem apostolicam vel alias concessis contrariis quibuscumque, seu si aliquibus communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo etc. nostre declarationis, inhibitionis, constitutionis, mandati et voluntatis infringere etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXV. III. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno quinto.

CCCCXII.

Constitutio ad diminuendas monetas extraneas in terris ecclesiae a pontifice editur. *Bull. divers. cod. membran. fol. 138.*

Sixtus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Decet Romanum pontificem sic rerum causas discutere, sicque vices pensare temporum et ingruentia summovere gravamina, ut subducendo, quod officit, ab ipsis cognoscatur effectibus apostolicam providentiam non minus curiose prodesse singulis quam preesse generaliter universis. Sane sicut accipimus, a pluribus annis citra in provinciis, terris et locis temporali dominio sancte Romane ecclesie subiectis delate fuerunt, et continuo deferuntur in dies varia genera monetarum forensium, que extra provincias, civitates, terras et loca predicta et in ipsis cuduntur, et sic delate in provinciis, civitatibus, terris et locis predictis non nunquam pro maiori summa, quam valeant in locis, in quibus cuduntur, publice exponuntur, non sine gravi iactura reipublice nostre et Camere apostolice, ac incolarum provinciarum, civitatum, terrarum et locorum omnium predictorum, ac impedimento non parvo cursus monetarum, que auctoritate sedis prefate cudentur in illis: Volentes igitur super hiis opportunum adhibere remedium, et ut huiusmodi monete, et presertim grossi Florentini, qui gossoni nuncupantur, et in vero plus quantitatibus infrascriptis valere creduntur, de cetero ex locis, in quibus cuduntur, non deferantur ad provincias, civitates et loca predicta, et que delate sunt, reportentur ad illa, ex quibus portate fuere, seu alia loca deferantur, providere motu proprio, non ad cuiusvis nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nostra mera deliberatione et ex certa nostra scientia auctoritate apostolica presentium tenore statuimus et ordinamus, quod dicti grossi Florentini, qui grossoni nuncupantur, et communiter in civitatibus, terris, provinciis et locis predictis pro quinque baiochis monete Romane exponuntur, post tres dies a data presentium computandos in provinciis, civitatibus, terris et locis predictis expendi nequeant pro maiori (quam) summa decem et septem quatrenorum papalium nuncupatorum pro quolibet, sub pena unius ducati auri pro singulo grossono, qui aliter expenderentur, eo ipso incurrenda et de facto exigenda ab illis, qui eos exponerent, ac pro una prefate Camere et pro alia accusatori, cuius assertioni cum iuramento et uno teste stari et nomen secretum teneri debeat, et pro reliqua tertia partibus ipsius pene officiali, qui penam ipsam ab eodem expendente exiget, applicanda. Grossi vero Florentini et Senenses, qui grossi antiqui nuncupantur, et hactenus communiter pro quatuor baiochis similibus pro quolibet expendi soliti sunt, de cetero exponi nequeant pro maiori quantitate quatuordecim quatrenorum papalium, sive trium baiochorum cum dimidio similium, sub simili pena, ut prefertur, exigenda et applicanda. Quodque Bononeni, qui Marchisiani nuncupantur, cunii Pisauriensis, qui usquemodo pro quinque quatrenis similibus consueverunt expendi, de cetero expendi debeant pro quatuor quatrenis, seu uno baiocho simili(bus) dumtaxat et non ultra: et similiter Anconitani predicti cunii Pisauriensis, qui hucusque valere consueverunt quatrenis decem similibus, pro octo quatrenis seu duobus baiochis similibus dum-

taxat et non ultra expendantur, sub pena in expendentes grossonos Florentinos contra presentium litterarum tenorem, ut prefertur, inflicta pari modo exigenda et dividenda. Et ut quatreni, qui in Zecchis apostolicis cudi consueverunt et pro tempore cudentur, et papales nuncupantur, in provinciis, civitatibus, terris et locis prefatis habeant eorum debitum cursum, et sint pre ceteris quatrenis privilegiati, quod amodo nullus quatrenus, cuiuscunque cunii sit, exceptis predictis papalibus, expendi possit aliter quam pro medio quatreno papali: ita ut in una quoque solutione duo ex alterius cuiuscunque cunii quatrenis unum dumtaxat quatrenum papalem, et octo alii quam papales quatreni unum baiochum constituant et non ultra, sub pena unius carolini papalis pro quolibet quatreno non papali, quem aliter exponi contingeret, pari modo exigenda et applicanda. Et ad tollendum confusionem, que exoritur ex usu nummorum, qui Piccioli nuncupantur, et diversorum cuniorum ac ut plurimum adulterini existunt, quod decurso proximo futuro mense a die date presentium Piccoli huiusmodi cuiuscumque alterius cunii, quam papalis, in provinciis, civitatibus, terris et locis predictis nullatenus expendantur, ac nullum cursum penitus habere possint quoquo modo: interim vero octo ex eis pro uno quatreno papali dumtaxat et non ultra exponi possint. Et ut Carolini papales nuncupati in suis primevis bonitate et valore debitis conserventur, obvieturque, ne tundantur aut alias in debito pondere minuantur, similibus motu, scientia et auctoritate districte precipiendo inhibemus, ne de cetero quispiam cuiuscumque status, ordinis, conditionis vel preeminentie existens audeat exponere aliquos Carolinos papales, qui tunsi aut alias in eorum pondere et valore diminuti quomodolibet existant: et si quis contrafacere repertus fuerit infra quintam decimam diem dicti mensis a die date presentium, possint huiusmodi Carolini sic tunsi vel diminuti libere a quocumque incidi vel alias destrui, ita ut amplius exponi non possint, et sic incisi vel destructi penes ipsum expendentem dimitti debeant: decursa vero die predicta tales Carolini tunsi, rasi vel alias diminuti, quos expendi contigeret contra huiusmodi inhibitionem, non solum incidi, sed etiam expendentibus illos auferri libere et licite possint a quocumque, et auferentis lucro cedunt, penis intundentes, radentes vel alias diminuentes monetam a iure statutis nichilominus in sua firmitate remanentibus. Preterea ut valor monetarum auri in provinciis, civitatibus, terris et locis predictis cursum habentium omnibus innotescat, pari motu, scientia et auctoritate statuimus, quod de cetero ducatus Papalis nuncupatus iusti ponderis ad septuaginta septem, et omnis alius ducatus cuiusvis cunii factus pro ducato largo ponderis papalis ducati ad septuaginta sex, reliqui vero ducati, qui stricti nuncupantur, ad septuaginta quinque baiochos in baiochis vel carolinis aut aliis monetis papalibus quibuslibet dumtaxat ascendant: et obligati ad huiusmodi ducatos, quamdiu parati erunt, solvere eorum valorem predictum in monetis papalibus predictis, ad solvendum illos in auro compelli nequeant, nisi ad solvendum ducatos auri in auro se obligassent, quo casu illos in auro iuxta obligationis formam solvere teneantur: et quod obligati ad solvendum ducatos auri de Camera simpliciter illos ad computum septuaginta duorum baiochorum pro quolibet in predictis papalibus monetis solvere teneantur, nisi se ad solvendum ducatos auri de Camera in auro obligassent, quo casu septuaginta quinque baiochos pro quolibet ducato in dictis papalibus monetis solvere debeant. Et insuper ut ducatus cunii papalis, qui in pondere, materia et forma ac omni alio respectu non est inferior aliquo alio ducatu cuiuscumque cunii, gaudeat in provinciis, civitatibus, terris et locis predictis eius debita prerogativa, motu, scientia et auctoritate predictis decernimus et declaramus, quod qui in futurum obligabuntur ex aliquo contractu vel alias ad solvendum ducatos auri Venetos et cunii Ducis et dominii Venetorum, possint et eis liceat illorum loco solvere ducatos papales predictos in auro, nec liceat alicui recusare eosdem ducatos papales loco Venetorum, non secus quam si obligatio de ducatis papalibus et non de Venetis, aut de aliis facta fuisset: et si quis huiusmodi ducatos papales recipere pro aliis quibuslibet, etiam Venetis qui debebuntur, in futurum, ut prefertur, recusare presumpserit, centum ducatorum auri penam ad instar pene expendentium grossonos Florentinos contra presentium tenorem exigendam et applicandam eo ipso incurrat. Et ut monetarum papalium cursus et usus peramplius augmententur, quod de cetero in eisdem provinciis, civitatibus, terris et locis conventiones et contractus, tam in scriptis quam sine, in quibus de alia moneta quam aurea agi continget, ad papalem monetam fieri debeant: alioquin non valeant et agentibus ex illis ius non reddatur per aliquem officialem, et notarii, quos rogari continget de talibus tractibus, penam vigintiquinque ducatorum pro quolibet contractu incurrant, que exigatur et applicetur ut alia pena predicta. Preterea quia parum foret premissa statuisse, ordinasse, inhibuisse et decrevisse, nisi per officiales nostros, ad quos spectant premissa, ad actualem observantiam deducantur, pari motu, scientia et auctoritate statuimus et ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus Thesaurarii, Camerarii et executores ac depositarii nostri et sedis predicte, nec non conductores seu emptores proventuum, salariarum aut dohanarum gabellarii, aut alii officiales quicunque deputati ad exigendum vel solvendum pecunias nomine Camere prefate, qui nunc sunt et in fu-

turum erunt pro tempore in provinciis, civitatibus, locis et terris predictis, et quilibet eorum ac etiam depositarius generalis omnium pecuniarum Camere prefate nnnc et pro tempore existens non possint, nec debeant recipere aut solvere aliqoo modo aliam monetam argenti seo rami, qnam monetam cunii papalis, nec etiam illam nisi solum et dumtaxat pro preciis et valore ordinatis io Zecchis alme Urbis, et non pro maiori aut minuri precio sive valore: et qui contrafacere reperti fuerint in premissis tam recipiendo qoam solvendo, penam privationis officiorum huiusmodi, qne tunc exercerent, ac perditionis salariorum eis pro dictis officiis exercendis ordinatorum, tamqoe nsque tunc a principio eorumdem officiorum iam forsan recepissent, quam eorum qne deberentur io posterum, ita nt totum id quod recepissent nsque tunc, et postea etiam reciperent, debeat eis retineri per prefate Camere clericos, ant alios ad qnos pro tempore pertioeret revidere computa eorumdem, similiter eo ipso incurrant, et nichilominus exinde remaneant inhabiles ad qnevis officia ab apostolica sede sen dicta Camera dependentia in posterum obtinenda. Et si tales contrafacientes forent gabellarii seo alii officiales, qui salarium aliquod non haberent, incidant eo ipso in penam nuins dncati pro qualibet moneta tam recepta quam soluta per eos contra ordinationem huiusmodi, qne exigi et applicari debeat eo modo, quo exigi et applicari voluimus penam predictam expendeotinm grossonos Florentinos contra tenorem presentinm litterarum. Et sub eadem pena, ut prefertur, applicanda, inhibemns omnibus et singulis becchariis et tabernariis, qui ratione eornm exercitii becharie sen taberne gabellas solvunt, ne aliam monetam quam papalem pro carnibus et vino et aliis rebns per eos pro tempore venditis recipiant, et si alie moneto argenti aut rami apnd eos reperiantur, possint eis de facto auferri, et debeant incidi, et applicentur incidentibus eas, etiam si ipsi becharii et tabernarii illas aliunde quam ex eorum exercitiis predictis habuisse asserent, nisi legittime probarent illas aliunde haboisse. Et qoicunque denuntiaverit aliquem de predictis Thesaurariis, depositariis, executoribus et aliis officialibus salariu ratione suorum officiorum huinsmodi percipientibos, lucretur exinde medietatem salarii qoo privabitur talis officialis, que medietas eidem denuncianti solvi debeat effectu et favore. Rursus quia ex huiusmodi mutatione et variatione monetarum exoriri possent varie dobitationes et diversi scrupuli, volumus, quod huiosmodi dubitationes et scrupnli per eos, ad qoos spectat in talibus iudicare, decidantur iuxta presentium litterarum continentiam et tenorem, et qoe ex illis colligi poterunt, mentem et intentionem nostram. Postremo ut statuta et ordinata per nos, nt prefertur, efficaciter observentur, et si non observarentur, possit super illorum observatione opportune provideri, etiam volumus, qnod omnium provinciarum, civitatum, terrarum et locorum huiusmodi legati, gubernatores et thesaurarii, ac eorum locumtenentes in virtote per eos prestiti pro tempore inramenti de eorum officiis probe et laudabiliter exercendi teneantur singulis mensibus perpetuis fnturis temporibus Cameram apostolicam certificare, an et qualiter in provinciie, civitatibus, terris et locis predictis statuta et ordinationes huiusmodi observentur: et qui in significando negligentes fuerint et remissi, preter periurii huiusmodi reatum penam perditionie salarii sins mensis, in quo defecerint, incorrant eo ipso. Et nt usus monetarum forensium tanto magis impediatur, quanto magis officialibns illas incidendi fuerit attribnta facultas, volomus, qnod omnes et singuli locorum officiales post lapsum doorum mensium terminum possint, et eis liceat grossos et grossonos Florentinos et Senenses, ac Bononenos et Anconitanos Pisaurienses, neonon qoatrenos et picciolos non papales penes quoscunque repertos incidere, et illos sic incisos penes illum, penes qnem reperti fuerint, dimittere, nisi ille maluerit eorum valore habere: quo casn officiales sic eos incidens debeat eis valorem huiusmodi dare ad computum de qno snpra, preterquam pro picciolis, qui cum sint totaliter reprobati, sio incisi ad officialem incidentem pertineant. Per promissa aotem litteris fel. recordationis Pauli pape II. predecessores nostri, per quas inhibit, ne quis presumeret aliquod genus monete auree vel argentee cudere in provinciis, civitatibus, terris et locis predictis, et nonnulla circa monetarum cursum et valorem statuit et decrevit, quateous premissis non contrariantur, non intendimus in aliquo derogare: immo illas et in eis contenta motu, scientia et auctoritate predictis approbamus, et robur firmitatis obtinoisse ac obtinere debere iuxta earum contiuentium atque formam decernimus per presentes. Non obstantibns constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et provinciarum, civitatum, terrarum et locorum huiusmodi iuramento, confirmatione apostolica vel quavis alia firmitate vallatis statutis et consuetudinibus, nec non concessis illis privilegiis et litteris apostolicis, quibus illa, etiam si de eis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum, sen qnevis alia expressio habenda esset, et in illis contineretur expresse, qnod eis certo modo inibi expresso dumtaxat derogari possit, et non aliter, presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, qoo ad premissa specifice et expresse derogamus, ceterisqne contrariis qnibuscunqoe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre ordinationis, precepti, inhibitionis, statuti, constitutionis, declarationis, voluntatis, approbationis, decreti et derogationis infringere, vel ei ausu etc. Siqnis aotem etc. Datum

Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXVI. pridie Kalendas Novembris, Pont. nri anno sexto.

CCCCXIII.

Portus Cesenaticus ad proprietatem ecclesiae Romanae revocatur. *Bull. divers. cod. membran. fol. 142.*

Sixtus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Romanus pontifex in specula militantis ecclesie constitutus vigilis more pastoris ad illa sue diligentie curas dirigere tenetur assidue, per que status et honor apostolice sedis cum illius conservatione bonorum continuum suscipiant incrementum. Sane etsi Civitates et loca omnia infra provinciam nostram Romandiole consistentia temporali dominio Romane ecclesie sint subiecta, prout est adeo notorium, quod nulla potest tergiversatione celari; prefataqua ecclesia tam per se quam per suce in temporalibus Vicarios in Civitatibus et locis ipsis deputatos ea omnia a tempore, cuius initii memoria non existit, tenuerit et possederit; et demum quondam Dominico de Malatestis, tunc in Cesenate et nonnullis aliis adiacentibus Civitatibus, terris et locis nostris pro eadem sede in temporalibus ultimo Vicario, Vicariatu predicto pariter et vita functo, dicta ecclesia Civitatem prefatam Cesene et illius Comitatus, ac loca alia quamplura illi circumvicina, et presertim sinum seu locum in littore maris Adriatici situm, portum Cesenaticum nuncupatum, que Dominicus prefatus et eius predecessores de domo et familia de Malatestis, in partibus illis dicte sedis in eisdem temporalibus Vicarii, longissimo tempore tanquam Vicarii tennerant et gubernaverant, tunc cum eorum iuribus et pertinentiis universis, ac personas in illis degentes seb immediata successione et obedientio eiusdem sedis esse ac regi voloerit, et rexerit atque tennerit iam annis duodecim et ultra, prout illa regimus et tenemus ad preseus pacifice et quiete: qoio tamen, sicut nuper accepimus, nonnulli oopiditate sedocti in portu, littore et sinn predictis, vel salinis aut pertinentiis eiusdem exquisitis mediis improbas manos extendere moliuntur, falso asserentes in eis vel ipsorum aliquibus ius habere, nos attendentes facti notorietatem et veritatem rei huiusmodi, continuatam quoque tot annorum etiam post obitum eiusdem Dominici ultimi Vicarii et pacificam dicti portus possessionem, quodque si in eo aut suis pertinentiis unquam aliquis ius habuisset, et quo ecclesia Romana predicta centenarie scilicet prescriptionis privilegio muniretur, a iuris huiusmodi prosecutione eum penitus exclusisset, ac volentes indempnitati ecclesie Romane et Camere apostolicarum providere, portum predictum cum suis iuribus et pertinentiis universis iuris beati Petri esse, et ad nos Romanamque ecclesiam antedictam plene iure pertinuisse spectareque ac pertinere, ac nulli alii etiam patriarchali, archiepiscopali, seu cathedrali aut alteri ecclesie, monasterio seu pio loco in eis vel ad illa ius competere, auctoritate apostolica tenore presentium declaramus. Et nichilominus pro potioris cautele suffragio portum ipsum cum omnibus iuribus et pertinentiis supradictis ab omni iurisdictione, dominio, potestate, dependentia et superioritate cuiusvis alterius quam eiusdem Romane ecclesie, etiam si patriarchali, metropolitica vel alia quavis dignitate prefulgeant, ac etiam monasterii seu alterius loci ecclesiastici, sive mense episcopalis, vel capitularis fuerint, auctoritate et scientia similibus prorsus eximimus, separamus, dismembramus atque dissolvimus, districtius inhibentes quibusvis ecclesiarum Prelatis, patriarchali vel alia quavis dignitate fungentibus, monasteriorum Abbatibus, commendatariis et amministratoribus, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis seu conditionis fuerint, ne contra declarationem ant inhibitionem et litteras nostras huiusmodi aliquid attemptare, aut ea, que asserunt se habere, iura qeovis quesito colore in alios transferre sive pacisci cum eis, seo de portu, iuribus et pertinentiis aetedictis etiam per modum locationis vel alterius contractus se intromittere sob excommunicationis late sententie, et privationis regiminis et amministrationis ecclesiarum vel monasteriorum, quibus tunc prefuerint, penis, quas contrafaciendo ipso facto incurrant, quoquo mode presumant. Nos vero ex nunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum fersan est hactenus, vel in posterum contigerit attemptari, presentes quoque litteras, absque eo quod aliter in Cancellaria apostolica aut audientia contradictarum poblicentur, perinde o data presentium omnes artare post earum affixionem in valvis basilice principis Apostolorum de Urbe, ac si poblicate et insinuate personaliter extitissent, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibos ac privilegiis et indultis apostolicis contrariis quibuscumque, seu si Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis et Abbatibus prefatis, vel quibusvis aliis communiter vel diviaim a sede predicta indultum existat, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de huiusmodi mentionem. Nulli ergo etc. Dat. Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLXXVI. VIII. Kalendas Decembris, Pont. nri anno sexto.

CCCCXIV.

Bulla, qua conceditur, ut ad frumentum uberius comparandum omnibus sub certis conditionibus liceat agros etiam alienos arare et colere in districtu Urbis, quamvis ab eorum dominis licentiam non obtinuerint etc. *Bull. divers. cod. membran. fol. 145.*

Sixtus episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Inducit nos humanitatis cum omnibus ho-

minibus communicatio, ut omnium consiliorum ea ducamus potiora et pre ceteris capiamus, que sustentationi et victui hominum magis conducere videantur. Ideo attendentes, quod a pluribus annis citra omnis regio nostre alme Urbi finitima frequenter habuit steriles frumenti et bladorum proventus cum gravi populorum in ea degentium iactura et afflictione, considerantesque id preter et ultra celi naturalem cursum et dispositionem patissime etiam provenire ex raritate culture agrorum, qui propter aliquam forte maiorem utilitatem inde provenientem eorum dñis potius sinuntur inculti, ut sint in pascua animalibus brutis, quam colantur aut coli sinantur in alimentum et sustentationem hominum, et volentes, prout nr̃o incumbit officio, tanto errori obviare ac predictis populis, quorum incommodo paterna nos caritas commonet et sollicitat, de opportuno remedio providere, auctoritate apostolica harum serie statuimus et ordinamus, quod deinceps perpetuis futuris temporibus liceat omnibus et singulis agros arare et colere volentibus in predicte nostre Urbis territorio, et Patrimonii beati Petri in Tuscia ac Campanie et Maritime provinciis rumpere et arare ac colere, alias debitis et consuetis temporibus tertiam partem uniuscuiusque tenimenti seu tenute, quam eligendum duxerit, tam ad quevis monasteria, capitula seu alias ecclesias et pia loca, quam ad quasvis privatas et particulares personas cuiusvis status et conditionis spectantis seu pertinentis petita tantum, licet non obtenta, eorum ad quos spectabit licentia, dummodo infrascriptorum iudicium aut alicuius eorum auctoritas interveniat, Mandantes propterea omnibus et singulis tenimentorum seu tenutarum huiusmodi dñis tam ecclesiasticis quam secularibus, cuiusvis status vel conditionis existant, et quavis dignitate prefulgeant, ut absque ulla prorsus renitentia sinant omnes et singulos sic colere volentes tenutas ipsas pro eorum arbitrio et voluntate iuxta nostri presentis decreti et statuti tenorem et formam rumpere et arare, nullum omnino eis aut alicui eorum, seu ipsorum famulis et ministris per se aut alios impedimentum aut molestiam inferentes. Et nichilominus Venerabili fratri Laurentio patriarche Antiocheno moderno et pro tempore existenti dicte Urbis Gubernatori, ac dilectis filiis Preceptori hospitalis sancti Spiritus in Saxia eiusdem Urbis, et Lellio de Fraiapanibus ac Baptiste de Saglia civibus Romanis, et illis deficientibus per eosdam Gubernatorem et Preceptorem eorum loco surrogandis, per apostolica scripta mandamus, quatenus quotiens a dictis colere volentibus aut duo eorum fuerint requisiti, eis efficacis favoris presidio assistentes faciant eos huiusmodi decreti et statuti nostri libera fruitione gaudere, Contradictores et rebelles, si qui fuerint, tam per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia, quam per impositionem et realem exactionem penarum pecuniariarum, prout eis placuerit visumque fuerit expedire, compescendo. Volumus tamen, quod tam super tempore rumpendi, quam super electione partis tertie huiusmodi tenutarum, qua arari debebunt, ac responsione pro arata et culta parte dominis facienda, et super aliis quibuscunque differentiis et controversiis, si forte aliquas differentias seu controversias super his quovis modo oriri contigerit inter eos, qui arare et colere volent et quorum tenute arabuntur; precipue vero super damnis et interesse, si qua forte hoc primo anno pretendere possent predicti domini tenutarum, seu eorum conductores se ex insperata earum cultura pati, utraque pars prefatorum iudicum, aut duorum ex eis iudicio et determinationi stare ac acquiescere teneantur, nec possint aut debeant se mutuo super huiusmodi, aut quibusvis aliis differentiis ex huiusmodi nostri decreti et statuti tenore quovis modo provenientibus coram quibusvis aliis iudicibus convenire, aut iudices ipsi, quacunque etiam potestate et auctoritate fungantur, eos audire, vel se de controversiis impedire. Et si secus forsan actum fuerit, id totum irritum et inane ac nullius roboris vel momenti fore et esse decernimus, Statutis et consuetudinibus dictarum Urbis et provinciarum ac locorum in eis existentium, ceterisque in contrarium forsan facientibus, quibus, in quantum premissorum effectui contraria sint, eadem auctoritate specialiter et expresse derogamus, ipsis tamen alias in suo robore permansuris, (non obstantibus) contrariis quibuscunque. Et ne quemquam de premissis hesitare, aut ignorantiam allegare forsan in posterum contingat, volumus pariter et decernimus, quod presentium litterarum tenor per omnia loca publica dicte nr̃e Urbis solemniter publicari ac preconizari debeat, et sic publicatus ac preconizatus a die, qua publicatus fuerit, proinde artet omnes, quos concernit, ac si singulis eorum personaliter intimatus extitisset. Nulli ergo etc. nostre ordinationis, statuti, mandati, decreti, derogationis, constitutionis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto, Kalendis Martii, Pont. nostri anno sexto.

CCCCXV.

Fabiano de Monte Politiano, ut inter Anconitanos et Auximanos pacem instauret. *Reg. Tom. XXXV. fol. 170.*

Sixtus episcopus etc. Dilecto filio magistro Fabiano de Montepolitiano apostolice Camere clerico, et ad Anconitanam et Auximanam Civitates nostras nuntio et commissario nostro, salutem etc. Ad apostolice dignitatis apicem superna dispositione vocati ex pastoralis officii debito ad removenda scandala, ponendam concordiam et nutriendam quietem inter subditos eo propensius studium exhibemus, quo dissensio eorum fore dispendiosior compro-

batur. Cum itaque, (quod) non sine animi molestia accepimus, dilecti filii Anconitane et Auximano Civitatum nostrarum Communitates occasione controversie finium territoriorum eorumdem nuper ad arma devenerint, et cumulatis sibi hinc inde aliorum favoribus eorum territoria huiusmodi vicissim invadere et bella gerere, agrorum depopulationi intendere, et incendio ferroque excrescentes in illis arbores et fructus vastare curaverint, successeruntque exinde quamplurimorum hominum cedes, membrorum mutilationes aliaque gravissima damna, nec cessent adhue ab offensa: Nos volentes, ut debemus, huiusmodi scandala submovere, et eidem controversie, unde sumpserat initium, finem imponere, ac sumentes de tuis litterarum scientia et integritate, ac in sedandis similibus discordiis circumspectione et industria sepius per nos et sedem prefatam experientia comprobata fiduciam specialem, et firmiter credentes, quod voles, scies et poteris huiusmodi dissensiones et scandala in quietis et concordie ac mutue caritatis bonum commutare, statum quoque quarumcumque causarum inter Communitates predictas pendentium forsan premissorum occasione coram quocumque Iudice pro expresso habentes, illasque ad nos harum serie advocantes, discretioni tue per apostolica scripta mandamus, quatenus quanto celerius poteris ad provinciam nostram Marchie Anconitane, de qua Civitates ipse existunt, te personaliter conferas, et tam huic, quam de finibus, quam quibuscumque aliis litibus et controversiis, quas verti posse intelliges quomodolibet inter easdem Communitates, aut incolas unius cum incolis seu Comitatu alterius Civitatum predictarum, finem imponere, et inter Communitates prefatas ac adherentes hinc inde pacem et concordiam facere studeas. Nos enim tibi Communitatibus prefatis et illarum singularibus personis, ut arma deponant et ab offensionibus quibuscumque desistant, ablata hinc inde restituant, et de damnis debitam satisfactionem impendant, et earumdem Communitatum adherentibus et fautoribus, cuiuscumque status vel conditionis existant, etiam si aliarum Civitatum et terrarum Communitates et Universitates, aut in illis pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicarii fuerint, ne de cetero alicui partium predictarum adherere seu favere, neve de earumdem Communitatum controversiis huiusmodi aliter, quam ad pacem et quietem procurandam inter eas se impendant, missosque per eos equestres vel pedestres stipendiarios ac prestita per eos ad premissa quecumque auxilia retrahant et revocent, et quibuscumque in earumdem Communitatum favorem hinc inde sive per ipsas Communitates conducti, sive per alios ad favendum missi sint, et de Civitatibus et territoriis predictis recedant, et neutrius partium predictarum obsequiis et stipendiis amplius insistant, sub censuris ecclesiasticis ac perditionis privilegiorum, Vicariatuum, iurium et bonorum, que a prefata ecclesia obtinent, et aliis formidabilibus, de quibus videbitur tibi, penis mandandi, confinium et alias causas huiusmodi tam pendentes, illas in statu debito reassumendo, quam alias quascumque, quas partes ipse movere voluerint qualitercumque, summarie, simpliciter et de plano, sine strepitu et figura iudicii, sola facti veritate inspecta, in loco, de quo tibi videbitur, audiendi, cognoscendi et decidendi, et pro premissorum executione Communitates ipsas, ut per earum sindicos seu oratores, earumque particulares personas, de quibus tibi videbitur, ut per se ipsas coram te in huiusmodi loco per te eligendo compareant, monendi et requirendi, etiam per edictum publicum in locis publicis affigendum, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad ipsorum monendorum noticiam possint monitiones ipse pervenire, eosdemque particulares cives sic monitos et requisitos arrestandi et detinendi, terminos affigendi, contradictores quoslibet et rebelles per censuram ecclesiasticam et alia iuris remedia compescendi, predictas et alias Civitates et loca quecumque, de quibus tibi videbitur, ecclesiastico interdicto subiiciendi, et si opus fuerit auxilium brachii secularis contra inobedientes invocandi, et generaliter omnia et singula in premissis et circa ea necessaria, seu quomodolibet oportuna faciendi et exequendi plenam et liberam tenore presentium concedimus facultatem, mandantes Venerabili fratri nostro Episcopo Lucano, dilecti filii nostri Iuliani tituli sancti Petri ad Vincula presbiteri Cardinalis in provincia predicta apostolice sedis Legati locumtenenti, ac eiusdem provincie Thesaurario, et tune generalis (sic) provincie eiusdem Iudicibus, Marescallo ac in eadem provincia consistentium Civitatum, terrarum et locorum quorumlibet Communitatibus, Universitatibus, Potestatibus, Vicariis et Officialibus quibuscumque, ac arcium quarumcumque in eadem provincia consistentium Castellanis, ac gentis armorum ad nostra et dicte sedis stipendia militantium Capitaneo, conductoribus, squadreriis et comestabilibus, ac aliis quibuscumque nostris et dicte sedis subditis in virtute sancte obedientie, et sub predictis censuris et penis, ut eum pro parte tua fuerint requisiti, pro tibi facte commissionis huiusmodi executione tibi assistant et intendant, ac oportunos et eis possibiles favores prebeant sine mora, Non obstantibus privilegiis et litteris apostolicis Civitatibus et Communitatibus predictis concessis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Tu autem solito more tuo sic studeas discordias huiusmodi tollere, et ut decet pacis angelum partes ipsas ad concordiam inducere, quod ex tuis laboribus optati fructus, quietis et pacis proveniant, taque possis exinde non immerito commendari. Datum Rome apud S. Petrum Anno etc.

MCCCCLXXVII. pridie Kalendas Augusti, Pontificatus nostri anno sexto.

CCCCXVI.

Hieronymo de Riario in civitate Imolas vicario, ut monetam cudere possit. *Reg. Secret. Tom. II. fol. 8.*

SIXTUS EPISCOPUS etc. Dilecto filio Nobili viro Ieronimo Vicecomiti de Reario in Civitate nostra Imole eiusque territorio et districtu pro nobis et Romana ecclesia in temporalibus Vicario, sal. etc. Dum ad fidei coustanciam eximieque devotionis affectum, quibus erga nos et sedem apostolicam clarere dinosceris, nostre dirigimus considerationis intuitum, et attenta meditatione pensamus continuos labores, quos nostris insistens obsequiis in biis, que pro prospero et felici regimine temporalis status Romane ecclesie in hiis, que tibi pro tempore committuntur, fideliter perferre non cessas, ad illa tibi et propter te tuis posteris concedenda merito inducimur, per que tibi et illis honor accrescat, et eiusdem ecclesie temporali dominio subditorum commoditatibus valeat salubriter provideri. Hac igitur consideratione inducti tibi tuisque posteris et successoribus, qui pro tempore erunt in Civitate nra Imole eiusque Comitatu et districtu in temporalibus Vicarii, cudendi seu cudi faciendi in Civitate, Comitatu et districtu predictis, et quibusvis aliis locis tuo et illorum temporali dominio subiectis quodcumque genus monete tam aurce quam argentee seu raminis, et in illis eiusdem Romane ecclesie ac tua et eorumdem successorum arma et insignia, tuumque et successorum nomen imprimendi, et cum peritis in arte huiusmodi desuper paciscendi et conveniendi perpetuis futuris temporibus facultatem concedimus per presentes, decernentes monetam huiusmodi tam auream et argenteam, quam quamcumque aliam, quam presentium vigore cudi continget, perpetuis futuris temporibus monetam prefate ecclesie, cuius auctoritate videtur fore, nominari ac reputari debere, et in quibuscumque reprobationibus, constitutionibus et prohibitionibus, quas super aliis quam Romane ecclesie monetis a sede prefata emanare continget, non includi, sed una cum Romano ecclesie et apostolice sedis moneta ubicumque illa excipietur, exceptam intelligi, et quascumque clausulas et derogationes contra hoc nullatenus suffragari posse vel debere, necnon irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac circumvicinis locis et in illis per sedem predictam deputatis pro tempore Vicariis concessis forsan per dictam sedem privilegiis et litteris apostolicis, quibus, etiamsi de illis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum seu quevis alia expressio habenda esset, presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, quoad premissa specialiter et expresse derogamus. Volumus autem, quod huiusmodi presentium vigore cudenda moneta in pondere, materia et forma illi, que in Urbe cudatur pro tempore nomine dicte sedis, monete alias per omnia sit conformis: quodque si, quod absit, te tuosque posteros ab eiusdem sedis obedientia et devotione deviare contingat, presens nra concessio nullius sit roboris vel momenti. Nulli ergo etc. nostre concessionis, constitutionis, derogationis et voluntatis etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXVII. octavo Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno septimo.

CCCCXVII.

Constitutio, qua legati provinciarum, gubernatores locorum, officiales et magistratus reformantur, et reducuntur ad constitutiones Egidii cardinalis Albornotii sedis apostolicae in partibus Italiae legati etc. *Bull. divers. cod. membran. fol. 158.*

SIXTUS EPISCOPUS etc. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi de cunctorum Christifidelium prosperis successibus ex assidue pietatis officio cogitare teneamur, de incolarum tamen provinciarum, Civitatum, terrarum, Castrorum et locorum temporali dominio Romane ecclesie immediate subiectorum prospero et felici regimine tanto propensiorem curam gerere, et ad illorum regimen deputatorum pro tempore officialium vitam, ritus et mores solertiori cura ordinare debemus, quanto illorum cura nobis specialius immediate dinoscitur esse commissa, nosque eos utpote peculiares dicte ecclesie filios pre ceteris gerimus in visceribus charitatis. Dudum siquidem, cum ad aures nostras pervenisset, quod nonnulli ex presidentibus provinciis, Civitatibus, terris, Castris et locis prefate ecclesie immediate subiectis, et in eis Magistratus pro nobis et eadem ecclesia gerentes, ac alii officiales proprie salutis obliti variisque affectibus prepediti nonnulla committere non expaverant, que in opprobrium prefate ecclesie et subditorum nostrorum damnum pariter et iacturam redundare noscebantur, nos tunc nonnullos viros probos ex multis electos sindicos et commissarios ad inquirendum de vita, moribus et regimine Gubernatorum et aliorum officialium quorumcunque in provinciis, Civitatibus, terris, Castris et locis predictis quevis officia exercentium, et quocunque nomine nuncupatorum, ac quavis dignitate et honore fungentium, et audiendum querelas omnium et singulorum de eis palam vel secrete conquerentium, et nobis que invenirent fideliter referendum, ad universas provincias, Civitates, terras, Castra et loca predicta duximus destinandos. Ex quorum postmodum relatione fideli cognovimus Legatos etiam de latere, Gubernatores, Rectores, Potestates et alios officiales tunc et pro tempore deputandos

in provinciis, Civitatibus, terris, Castris et locis predictis in multis e iure communi et tradita eis norma, forma et ordine per provinciales constitutiones a summis pontificibus predecessoribus nostris et Legatis, qui in provinciis ipsis pro tempore fuerint, circa suorum officiorum executionem deviasse et deviare, prout nobis relatum fuit ante missionem sindicorum eorumdem. Cupientes igitur, emendatis preteritis, ne talia perpetrentur in posterum, pro posse opportunum adhibere remedium, ac salubri in perpetuum valitura constitutione statuimus et ordinamus, quod qui nunc sunt et pro tempore erunt in provinciis, Civitatibus, terris, Castris et locis predictis deputati Legati etiam de latere, Gubernatores, et eorum Locumtenentes teneantur et debeant firmiter et inviolabiliter observare, et quantum in eis est per alios, ad quos spectat, tenaciter observari facere omnes et singulas provinciales constitutiones predictas a summis pontificibus predecessoribus nostris ac Legatis, ut prefertur, editas, et dudum per bone memorie Egidium Episcopum Sabinensem in eisdem provinciis, Civitatibus, terris, Castris et locis apostolice sedis Legatum in unum volumen in sex libros distinctum collectas et reductas, cum additionibus, modificationibus et correctionibus, que desuper emanarunt a bone memorie Gabriele tituli sancti Clementis presbitero Cardinali, et Iohanne tituli sancti Clementis etiam presbitero Cardinali, et Anglico Episcopo Albanensi, ac Philippo Epo Portuensi tunc tituli sancte Susanne presbitero Cardinali, et Iohanne tituli sancti Clementis etiam presbitero Cardinali in provincie nostra Marchie Anconitane dicte sedis successive Legatis, et a nobis nostrisque successoribus Romanis pontificibus pro tempore emanebunt, et presertim sub quinta decima de prohibitione cassationis processuum sine Thesaurario, ac decime octava quod nullus gratis ad instantiam alicuius officialis debeat aliquid portare in primo, necnon sub quarta de vita et bonestate ac habitatione Rectoris et suorum officialium, maxime dum inhibet officialibus, ne ultra exigentiam victus victualia emanent a subditis, et cum nostris modificationibus infrascriptis sub undecime de officio et mercede Notariorum Camere Rectoris et sigilli, a tertia decime de solutione Notarii Thesaurarii, necnon quinta decime de sigillis pertinentibus ad banchum et eorum solutionibus. In secundo libro dicti voluminis et sub undecima de mercede notariorum per scriptores, et ultima contra homicidas rubricis inter dicti Iohannis Legati additiones collocate fuisse noscuntur. Et que contra eosdem homicidas a sancte memorie Pio II. et Paulo etiam II. Romanis pontificibus predecessoribus, et ab eodem Paulo predecessore super prohibitione receptionis munerum, et remissione penarum, ac demum a nobis super prohibitione reiterationis visitationis provinciarum, et receptione procurationum ratione visitationis huiusmodi ac sportularum pro causarum decisione emanarunt littere et constitutiones. Et de hiis omnibus, ut prefertur, observandis et observari faciendis firmiter Legati de latere in nostris, reliqui vero Gubernatores et eorum Locumtenentes prefati iam deputati et officia sua exercentes infra mensem post publicationem presentium, et in posterum deputandi ante quam officia ipsa incipiant exercere, in Romana Curia presentes per se ipsos, absentes vero per legitimum procuratorem ad hoc speciale mandatum habentem in Camera apostolica diebus, quibus Camera tenetur, sedentibus ibidem Camerario et prelatis presidentibus ac clericis eiusdem Camere, preter solitum, quod propterea non obmittatur, specifice et nominatim in eiusdem Camerarii, seu Vicecamerarii vel Locumtenentis manibus prestare teneantur et debeant iuramentum ac idoneos fideiussores: et si illos transgredi comperti fuerint, preter periurii reatum excommunicationis late sententie penam eo ipso incurrant, a qua preterquam in mortis articulo constituti (ab) alio, quam Romano pontifice, proprio ore specialiter errorem suum detegendo, nequeant absolutionis beneficium obtinere. Et quia nonnulla persepe occurrunt, super quibus per easdem constitutiones non videtur esse sufficienter provisum, constitutioni collocate in eodem primo libro sub rubrica de non exercendo officium in terris ecclesie ubi requiritur confirmatio per Rectorem, nisi fuerit confirmatus, et dicte constitutioni secundi libri sub rubrica quarta de vita et honestate et habitatione Rectoris et suorum officialium, dum prohibet familiares Rectorum et Gubernatorum, familiaritate durante, et ea finita infra annum ad aliquod officium assumi, ad aliqua officia adiicimus, quod Legati, Rectores et Gubernatores prefati ab eis, qui pro tempore electi, assumpti vel deputati fuerint ad aliqua officia, aut aliis pro eis etiam sponte solventibus et offerentibus directe vel indirecte electiones eorum fieri procurando, vel eorum confirmationes malitiose differendo, seu illas confirmando nil ultra recipiant aut recipi permittant, quam per constitutiones sit permissum, nullamque super participatione de ipsorum officiorum salario et emolumentis pactionem ineant, aut iniri permittant per quoscunque, presertim domesticos familiares suos, sub eadem sententia excommunicationis, ut prefertur, incurrenda. Constitutioni vero predicte primi libri sub rubrica de officio et mercede notariorum Camere Rectoris et sigilli eadem auctoritate adiicimus, quod pro litteris supplicationum sive rescriptis super salvoconductu, moratoria aut securitate quacunque civili vel criminali negocio pro singula persona quatuor baiochos; et si plures fuerint persone, ultra primam pro qualibet persona unum baio-

chum dumtaxat recipiant, dummodo in totum quotcunque sint persone ultra quam decem et octo baiochi non exigantur ab eisdem; nec fiant maliciose pro singulis littere, ubi pro eodem negocio eis conceduntur iudicie. Pro litteris autem represaliarum solvatur medietas eius, quod continetur in constitutione predicta; et pro litteris et sigillo eiuscunque percepti non quatuor Anconitani, ut in constitutione continetur, sed sex baiochi exigantur, et tantundem pro littera, rescripto, mandato, precepto et sigillo, quod supersedeatur in aliquo processu, et similiter pro littera et sigillo mandati quod tollatur processus contra singularem personam factus; et si contra plures esset pro qualibet ultra primam unus baiochus exigatur, ita quod quotcunque sint ultra quam decem et octo baiochi pro omnibus non recipiantur, sive una sive plures littere fuerint pro eisdem; et si contingat in eadem causa plura rescripta emanare, facta solutione pro primo, pro reliquis et eorum sigillo non solvatur. Et quia circa contenta in constitutione primi libri predicti sub rubrica de viagiis Iudicum, officialium et maiorum commissionum salaria, ut accipimus, frequenter exceduntur, inhibemus Legatis, Gubernatoribus, Rectoribus et Locumtenentibus predictis sub eadem excommunicationis late sententie pena, ut prefertur, incurrenda, ne pro causis et negociis, pro quibus viagia concedi contingat pro tempore iuxta constitutiones, mittere presumant alios quam Iudices generales Curie, ad quos ratione suorum officiorum, quo obtinent, pertinet cognitio causarum et negociorum eorumdem, nec de proventibus viagiorum huiusmodi quicquam sibi et suis appropriare directe vel indirecte quovis quesito colore presumant, faciantque constitutionem ipsam et desuper factam a dicto Iohanne Cardinali declarationem quoad salariorum ex inde provenientium solutionem firmiter observari. Et ut compositiones et mandata de supersedendo super processibus criminalibus, omni corruptele suspitione cessante, procedant, dicta auctoritate statuimus illa nullius esse roboris vel momenti, nisi consentiente Thesaurario provincie pro tempore existente emanaverint, et forma constitutionis secundi libri predicti sub quinquagesima septima rubrica de compositionibus super maleficiis seu processibus et condemnationibus servata fuerit in eisdem. Nec liceat de cetero Legatis, Gubernatoribus et Locumtenentibus predictis provenientes ex criminibus, excessibus et delictis quibuslibet penas et multas ad alterius quam Thesaurarii manus sub colore depositi ad finem illas convertendi in reparationem edificiorum vel alium usum facere quomodolibet provenire: sed etiam si exponendi in alios usus huiusmodi licentiam et facultatem haberent, eas per manus Thesaurarii recipi et exponi facere teneantur, sub pena duplici eius quod aliter deponi vel solvi contingeret, per Thesaurarium de eiusdem contrafacientis salario retinenda. Abstineant preterea Legati, Gubernatores et Locumtenentes prefati penitus a commissione et delegatione quarumcunque causarum in prima illarum instantia iuxta nostrarum predictarum continentiam litterarum, et etiam in secunda, quotiens ad illas audiendum in loco esse contigerit ordinarios Iudices deputatos, nisi in prima instantia supplicantis persone miseria sive debilitas, et adversarii potentia id exposcat, et in secunda instantia ad ipsos contingat appellari: quibus casibus causas ipsas delegent illis dumtaxat Iudicibus, qui alias essent ordinarii in eisdem, nequeantque delegati ipsi tunc delegationis huiusmodi pretextu aliquid emolumenti a conlitigantibus exigere vel habere, etiam quantum licite eis per predictas litteras nostras seu alias diceretur esse concessum. Nec similiter ipsi Legati, Gubernatores et Locumtenentes aliquid petant pro cognitione et decisione causarum, que eis per sedem prefatam in quavis instantia cum earum advocatione a Iudicibus, coram quibus sunt introducte, vel sine illa pro tempore delegate, seu alias ex quavis causa remittitur ad eos. Et ut predicte tam nostre, quam predecessorum constitutiones, ac omnia in presentibus litteris contenta eo firmius observentur, quo sepius fuerint publicate, eadem auctoritate statuimus, quod Legati, Gubernatores et Locumtenentes predicti, nunc et pro tempore existentes, in supradicto volumine predecessorum et nostras predictas ac presentes litteras inseri et describi, convocatisque officialibus et curialibus Curiarum suarum ac populi multitudine constitutiones ipsas, necnon litteras predictas annis singulis Kalendis mensis Octobris cuiuslibet anni publice alta et intelligibili voce de verbo ad verbum legi faciant et publicari. Ne autem Gubernatores, quos dicta sedes nonnunquam non in provinciis, sed in Urbe, specialibus civitatibus, terris et locis deputare consuevit, quocumque nomine deputati, et eorum Locumtenentes et Thesaurarii et officiales in illis pro tempore deputati a constitutionum, additionum, modificationum ac predictarum et presentium litterarum observatione eo pretextu se excusent, quod in ipsis de Legatis, Gubernatoribus et Rectoribus provinciarum ac Thesaurariis, Iudicibus et officialibus, et in illis dumtaxat caveatur, illique tantum ligentur per easdem, dicta auctoritate constitutiones, additiones, modificationes et litteras predictas, ac omnia et singula in eis contenta ad Urbem, civitates, terras et loca specialis commissionis, et in illis nunc et pro tempore deputatos Vicecamerarium, Gubernatores, Thesaurarios, Potestates, Iudices et officiales, quatenus ad eos adaptari possint, absque tamen preiudicio statutorum et consuetudinum Urbis, Civitatum, terrarum et locorum specialis commissionis

huiusmodi, et illorum Communitatibus ac Universitatibus concessorum indultorum quorumlibet, quibus alias non derogetur, extendimus, ac volumus et mandamus illas in eisdem Urbe, Civitatibus, terris et locis specialis commissionis sicut in provinciis firmiter observari sub censuris et penis contentis in eisdem, Non obstantibus premissis et aliis apostolicis constitutionibus, indultis, privilegiis et litteris, quibus, quatenus contentis in presentibus litteris contrarientur, expresse et specialiter derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostrorum statuti, ordinationis, adiectionis, inhibitionis, extensionis, mandati, derogationis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXVIII. III. Kalendas Iunii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCCCXVIII.

Pontifex declarat omne alumen per Laurentium de Medicis vel per suos institutores in provincia Patrimonii factum ubique inventum esse confiscatum camerae apostolicae. *Bull. divers. cod. membran. fol. 214.*

SIXTUS EPISCOPUS etc. Ad futuram rei memoria. Ad onus apostolice servitutis superna dispositione vocati ambiguitates, ex quibus apostolice Camere et aliis quibuslibet possint damnosa provenire dispendia, summovere cupientes ut debemus, de Venerabilium fratrum nrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio et assensu auctoritate apostolica presentium tenore declaramus, in confiscatione bonorum perditionis filii Laurentii de Medicis, civis et mercatoris Florentini, qui olim Romanam Curiam sequens per nonnullos suos institutores in eadem Curia degentes, suque mercature et negociationis prepositos onus fabrice et venditionis aluminis nostri in provincia nostra Patrimonii beati Petri in Tuscia per Cameram prefatam sibi, seu dictis suis institutoribus committi obtinuerat, suis exigentibus demeritis, confiscatorum alumen huiusmodi inibi fabricatum ubicunque consistens, et credita quecunque ad ipsius aluminis negociationem quomodolibet pertinentia comprehensa et confiscata fuisse, et sic per quoscunque auditores et iudices in quavis causa interpretari et iudicari debere, sublata eis quavis aliter interpetrandi ac iudicandi facultate et auctoritate, necnon irritum decernimus et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan est hactenus, vel in posterum contigerit attemptari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, quodque institutores predicti onus fabrice et venditionis huiusmodi proprio forsan nomine palam assumpsissent, cum veritate inspecta, de qua plenam notitiam habemus, omnia premissa negociationis predicte nomine agerentur, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre declarationis et decreti infringere. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCLXXVIII. octavo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno octavo.

CCCCXIX.

Nucciolo de Risis de Narnia confirmantur pacta de purgando flumine Tiberonis ad idem navigabile reddendum cum camera apost. inita, concediturque eius filio officium bullatoris pannorum in Urbe pro summa XL. ducat. auri annuatim solvenda. *Divers. Cameral. Tom XLII. fol. 137.*

IN dei nomine amen. Noverint universi presentes et futuri per hoc presens publicum Instrumentum, quod anno Navitatis dominice Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, Indictione duodecima, die tertia mensis Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, dñi Sixti pape IIII. anno octavo, Reverendo in Christo patre dño Iacobo dei gratia Episcopo Perusino, Reverendissimi in Christo patris et domini, dñi G. miseratione divina Episcopi Ostiensis sacrosancte Romane ecclesie Cardinalis Rothomagensis, domini pape Camerarii, locumtenente et Vicecamerario, assistentibus etiam sibi Reverendis in Christo patribus et dominis, dño B. Episcopo Civitatis Castelli, Sanctissimi domini nostri pape prefati in Camera Commissario et depositario, dño P. Episcopo Calagurritano, eiusdem Sanctissimi domini nostri pape generali Vicethesaurario, dño A. de Forlivio, dño Fal. de Sinibaldis, dño L. de Lenis ac dño B. de Ursinis apostolice Camere clericis et presidentibus, in Camera apostolica prefata, ut moris est, congregatis, pro tribunali sedentibus, et super rebus Camere consulentibus, Quoniam Nucciolus de Risis de Narnia, mercator in Romana Curia, de purgando flumen Tiberonis usque ad pontem Mamulum sub certis conditionibus et pactis, in contractu super hoc celebrato expressis, se iam obligavit, ab eadem obligatione non recedendo, ymmo illi potius inherendo, intendens ipsum opus ulterius protendere, sponte, ex certa eius scientia nulloque dolo ductus aut aliter circumventus, et presertim ex causa et ratione infrascriptis prefato Reverendo dño Iacobo Episcopo Perusino locumtenenti et Vicecamerario, cum assistentia et consilio prefatorum Reverendorum dominorum presidentium et clericorum prefate Camere apostolice, vice et nomine ipsius Camere et illorum, quorum interest vel interesse poterit quomodolibet infuturum, legitime stipulanti, recipienti et acceptanti realiter promisit, ipsius Nuccioli sumptibus et expensis predictum flumen Tiberonis, a dicto ponte Mamulo usque ad fossam Prati longi inclusive, omnibus lignaminibus et quibuscunque obstaculis ac impedimentis purgare, et ipsa impedimenta evellere ac taliter aptare, quod barchia,

naves sive barche pro qualitate ipsius fluminis ab eo, ut prefertur, purgandi libere et expedite navigare, ac calce, lapidibus, frumentis, lignaminibus et quibuscunque bonis et rebus ad almam Urbem et Curiam Romanam, et pro earum usu et oportunitate devehendis onuste absque impedimento conduci poterunt, ita quod indicio rei huiusmodi peritorum ad effectum predictum flumen ipsum pro dicto spatio bene et sufficienter purgatum, et navigabile ac expeditum erit, et id adimplere efficaciter pro tempore et infra terminum duarum estatum proxime sequentium se facturum sollemniter, ac omni meliori modo, via, iure, causa et forma, quibus potuit et debuit, et sub ypoteca et obligatione omnium bonorum ipsius se obligavit, et sub pena ducentorum ducatorum auri ipso facto Camere apostolice memorate applicandorum, si quovis modo contrafecerit, et quod supra per eum promissum est, non adimpleverit. Et ideo prefatus Reverendus dñus Episcopus locumtenens et Vicecamerarius promissionem et obligationem, ut premittitur, per ipsum Nucciolum factam et ab eo acceptatam, ad commodum prefate alme Urbis et Curie ac evidentem utilitatem et ad relevationem expensarum Camere apostolice cedere animadvertens, cum assistentia ac consilio prefatorum Reverendorum dñorum, et de mandato Sanctissimi domini nostri pape prefato Rm̃o dño Camerario super hoc vive vocis oraculo facto, ac auctoritate Camerariatus officii Dominico Antonio dicti Nuccioli filio officium bullatoris pannorum in districtu dicte alme Urbis, per ipsum Dominicum Antonium sine alio collega exercendum, cum facultate et omnimoda potestate officium ipsum libere, et prout officiales et bullatores pannorum huiusmodi hactenus tam de iure, quam de consuetudine officium ipsum exercuerunt, exercendi, ac omnia alia et singula faciendi atque gerendi, que ad officium ipsum spectant et quomodolibet pertinent, et cum honoribus, oneribus et emolumentis hactenus consuetis, solutis tamen per ipsum Dominicum sive Nucciolum predictum, prout ipse obtulit, Camere apostolice ducatis quadraginta auri de Camera singulis annis, quibus dictum officium exercet, quoniam tantumdem singulis annis ipsa Camera ex dicto officio eiusque proventibus percipere consuevit, et ad vitam ipsius Dominici Antonii duraturum, et incipiendo quamprimum ad illud exercendum se contulerit, ac ut sequitur et ut supra finiendo, quibuscunque concessionibus de dicto officio quibusvis personis et quomodolibet iam factis vel fiendis, quarum tenores hic habeantur pro sufficienter expressis, annullatis et penitus extinctis ac revocatis, tenore presentis contractus omni meliori modo, via, iure, causa et forma, quibus melius potuit et debuit, concessit, ipsumque Dominicum absentem tamquam presentem officialem et bullatorem, ut prefertur, fecit, constituit, creavit ac etiam deputavit, atque in et ad possessionem veram et actualem officii huiusmodi admitti voluit et mandavit, quam capiendi et ut supra retinendi propria auctoritate facultatem dicto Dominico concessit, volens nichilominus ac mandans omnibus et singulis, ad quos spectat, ut ipsum Dominicum Antonium ad exercitium officii predicti libere admittant, omni exceptione et replicatione remotis, sibique pareant, obediant et oportune assistant sub pena arbitrii memorate Camere apostolice, et quod, antequam dictum officium exercere incipiat, de eo fideliter et iuste exercendo et de non recipiendo aliquod genus muneris secundum formam iuris Communis, in manibus ipsius Rm̃i domini Camerarii debitum prestet in forma solita iuramentum, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Pro quibus omnibus et singulis in presenti instrumento contentis, et hinc inde per ipsas ambas partes promissis et concessis, ac stipulatis et receptis firmiter tenendis et inviolabiliter observandis ipse ambe partes predictis nominibus, videlicet prefatus Reverendus dñus Vicecamerarius apostolice Camere prefate, dictus autem Nucciolus sua dictique Dominici Antonii et aliorum ipsius filiorum, heredum et successorum omnia et singula bona mobilia et immobilia, temporalia et spiritualia, presentia et futura sub penis predictis sollemniter sibi invicem obligaverunt et ypothecaverunt, cum omnibus et singulis aliis modis, formis, conditionibus, penis, clausulis et solemnitatibus in similibus contractibus in pleniori forma Camere de iure vel consuetudine poni et addi consuetis ac oportunis: et insuper iuraverunt ambe partes predicte quibus supra nominibus, videlicet ipse Reverendus dominus Vicecamerarius in conscientiam suam supra pectus, dictus autem Nucciolus, sacrosanctis scripturis corporaliter manu tactis, supradicta omnia et singula attendere et observare, et in nullo contrafacere vel venire per se vel alios publice vel occulte, directe vel indirecte, tacite vel expresse quovis quesito colore sub ypotheca et obligatione predictis. De et super quibus omnibus et singulis ipse ambe partes petierunt fieri sibi et omnibus habere volentibus unum, et plura Instrumenta per me notarium infrascriptum.

Acta fuerunt hec Rome apud Sanctum Petrum in publica Camera apostolica, existentibus ibi omnibus supranominatis dñis presidentibus et clericis Camere, Anno, Indictione, mense, die et Pontificatu suprascriptis, presentibus ibidem pro testibus magnifico viro dño Miliaduce Cigala Sanctissimi dñi nostri pape depositario, et Antonio Laurentii eiusdem Sanctissimi dñi nr̃i pape Cursore ad id adhibitis, vocatis et rogatis.

Et ego Phylippus de Pontecurvo Camere apost. Notarius, quia predictis omnibus et singulis, dum sicut premittitur, agerentur et fierent, interfui etc.

CCCCXX.

Pacta inter cameram apostolicam et magistrum Ioannem Klug Saxonum de plumbo, argento etc. in provincia patrimonii B. Petri in Tuscia effodiendis inita.
Divers. Camer. Tom. XLIII. fol. 258.

In dei nomine amen. Anno salutis christiane Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, Indictione duodecima, die vero decima mensis Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Sixti divina providentia pape IIII. anno octavo.

Infrascripta sunt pacta, conventiones et capitula ad laudem et gloriam omnipotentis dei et gloriosissime Virginis Marie eius genitricis, ac beatorum Apostolorum eius Petri et Pauli inita, facta, conclusa et firmata inter Reverendum in Christo patrem et dominum, dominum Iacobum Episcopum Perusinum, Vicecamerarium, de speciali et expresso mandato sibi per Sanctissimum dominum nostrum papam facto, et auctoritate sui Vicecamerariatus officii cum presentia, consilio et assensu Reverendorum in Christo patrum dñi Bartholomei Episcopi Civitatiscastelli, Magistro domus, domini Petri Epi Calaguritani et Calciatensis, generalis Vicethesaurarii eiusdem dñi nostri pape, presidentium, necnon eximiorum doctorum domini Antonii de Forlivio et dñi Falconis de Sinibaldis, ac dñi Luce de Lenis et dñi Baptiste de Ursinis apostolice sedis prothonotarii, clericorum Camere apostolice, pro prefato Sanctissimo domino nostro papa et sancta Romana ecclesia ac Camera apostolica ex una, et honorebilem virum Magistrum Iohannem Klug laicum Friburgensem Misnensis diocesis Magistrum montium et minerarum fodiendarum pro seipso et omnibus ac singulis sociis, quos eligendos et nominandos duxerit, suisque et eorum imposterum heredibus et successoribus quibuscunque ex alia partibus paciscentes, convenientes, capitulantes, stipulantes et recipientes inde, et super negocio infrascriptarum minerarum argenti et aliorum metallorum. Quorum capitulorum tenore sequitur et est talis, videlicet:

In primis cum nuper dei munere et gratia in provincia Patrimonii beati Petri in Tuscia in locis proximis minere aluminis sancte Cruciate, quam eadem dei et Salvatoris nostri benignitas superioribus annis revelari concessit, repertum fuerit principium cuiusdam minere plumbi et argenti, quam tam diversi alii eiusmodi rerum periti opifices, quam dictus Magister Iohannes Klug asseruerunt et asserunt habere signa habundantis divitisque minere, idemque Magister Iohannes obtulerit et offerat habere eius diligentem et fidelem cum omni sinceritate et integritate curam: hinc est, quod ipsi Rev. dominus Vicecamerarius et Magister Iohannes Klug nominibus supradictis omnibus melioribus modo, via, iure et forma, quibus magis, melius, validius et efficacius de iure fieri potuit ac debuit, agentes super ea fuerunt concordes et pacto expresso convenerunt: Quod prefatus Magister Iohannes ex tunc sit et esse debeat supradicte minere plumbi et argenti, et propter ipsam et eius bonam directionem ac gubernationem omnium et singularum aliarum minerarum cuiusvis generis metalli in quibusvis provinciis et locis dominio sancte Rom. ecclesie mediate vel immediate subiectis repertarum hactenus, et quas forte in futurum reperiri contigerit, supradicta minera aluminis et alia minera vitrioli in certo alio loco eiusdem provincie Patrimonii beati Petri in Tuscia iam dudum reperta dumtaxat exceptis, primus et generalis magister et ductor atque director et pro suo nutu et arbitrio ordinare ac disponere possit et debeat de modo, tempore et forma, secundum quam fodi et laborari imposterum debeat tam in predicta, quam in alia quacunque minera in dicto toto dominio iam reperta, seu que interim reperiri seu revelari contigerit.

Item similiter fuerunt concordes et pacto expresso convenerunt, quod totius eius, quod ex predicta et quibusvis aliis mineris predictis haberi et extrahi continget, una integra medietas sit et esse debeat supradictorum Sanctissimi dñi nostri pape et sancte Romane ecclesie ac Camere apostolice, reliqua vero medietas sit et esse debeat ipsius Magistri Iohannis et eius sociorum predictorum, quotcunque et qualescunque fuerint: sic quod idem dñus noster papa et Camera apostolica sicut habere et percipere debebunt totius fructus et proventus medietatem, sic solvere debeant et teneantur medietatem expensarum in fodiendo et materiam ad suum finem perducendo faciendarum; reliquam autem medietatem (teneantur) et debeant (solvere) iidem Magister Iohannes et dicti eius socii.

Item convenerunt, quod dictus Magister Iohannes et dicti eius socii et eorum successores prefati non teneantur, neque debeant de dicta ipsorum medietate solvere predicte Camere apostolice, nisi integram decimam usque ad quatuor annos proximos, a die, qua incipiet in ipsa minera fodi et fabricari, computandos et ultra, donec contingat ipsam mineram saltem mediocriter copiosam reperiri. Cum primum autem post lapsum dictorum quatuor annorum fuerit dicta minera effecta mediocriter copiosa, ut prefertur, incipiant et teneantur imperpetuum ac efficaciter obligati sint solvere eidem Camere pro dicta eorum mediate integram octavam partem absque ulla fraude vel deceptione.

Item ut servetur laudabilis consuetudo laborantium in eiusmodi mineris in partibus ultramontanis, et detur altissimo omnium bonorum datori primitia tanti muneris ab ipso concessi, fuerunt concordes ipse ambe partes, quod de omnibus et singulis proventibus unius fovee, quam contigerit in predicta minera primam fieri, imperpetuum detur et dari debeat Venerabili hospitali sancti Spi-

ritus in Saxia de Urbe nna trigesima secunda portio integra in perpetuam elemosinam amore dei, sio quod si quandn forte cessaretur ab eiusmodi elemosine datione, liceat ipsi hospitali et eius Preceptori seu sindico pro tempore existenti ipsam trigesimam secundam portionem integram exigere, etiam in iudicio, tamqnam sibi optimo iure debitam, quamdiu in ipsa fovea laborabitur aut extrahetur aliquid ex ea.

Item concordaverunt et pacto convenerunt, qnod omnes et singule concessiones fodiendi eiusmodi metallorum et aliarum quarumvis rerum mineras in terris sancte Romane ecclesie mediate, vel immediate subiectis quibusvis personis hactenus qnnvis auctoritate facte casse et irrite ac revocate esse intelligantur et sint, neque in eis ant aliqua earum fodi vel laborari possit, nisi per ipsum Magistrum Iohannem aut ex eius ordinatione, exceptis semper predictis aluminis et vitrioli mineris, que nullo modo comprehendantur sub ista concessione.

Item idem Reverendus dñus Vicecamerarius promisit eidem Magistro Iohanni nt supra recipienti, quod habebit et babeat ac habere debeat in perpetuum pro se et omnibus operantibus, ac laborantibus in predicta et aliis mineris, quas, nt premissum est, reperiri contigerit, et quamdiu in ipsis laborabitur actu, usum lignandi in locis finitimis foveis faciendis pro ipsorum omnium et dicti operis necessitate liberum absque ulla solutione, proviso tamen, quod non possint neque debeant destruere nemora necessaria pro dictis alumeriis sancte Cruciate, neque inferantur non necessaria dampna privatis dominis lignorum.

Item quod ipse Magister Iohannes et eius pro tempore successor in dicto magisterio, et dicti socii et operarii et ministri ipsorum in dicto opere, qui pro tempore erunt, non teneantur, neque possint aut debeant compelli ad ullam gabello aut cuiusvis alterius oneris solutionem, sed sint et esse debeant in omnibus et singulis locis sancte Romane ecclesie mediate, vel immediate subiectis perpetuo liberi et immunes ab omni dictarum gabellarum et onerum solutione, tam pro quibusvis rebus et bonis cuiuscunque generis vel speciei ad eorum usum et victum in eiusmodi opere necessariis ducendis et reducendis, quam pro distributione et venditione seu negociatione metallorum et aliorum quarumvis rerum de predictis mineris et fodinis quomodolibet proventurarum et extrahendarum.

Item ad finem qnod idem Magister Iohannes commodius possit ducere ex Germania operarios practicos et expertos ad loca predictarum minerarum ad laborandum, idem Reverendus dominus Vicecamerarius promisit, quod dabuntur ei littere passus Sanctissimi dñi nostri pape pro se et dictis operariis usque ad numerum quinquaginta, et tam pro veniendo, quam pro redeundo in bona forma.

Item fuerunt concordes et pacto convenerunt, quod idem Magister Iohannes et eius pro tempore in dicto primatu magisterii successor ex tunc cum decem ex predictis sociis seu ministris operis, quos ipse et dicti eius successores pro tempore duxerint nominandos, et actu presentaverint Revmo domino Camerario pro tempore existenti seu Camere apostolice, sint et esse debeant veri familiares pape et utantur ac gaudeant, et uti et gaudere debeant omnibus et singulis libertatibus, privilegiis, indultis, immunitatibus et prerogativis, quibus ceteri familiares pape utuntur et gaudent, et utentur ac gaudebunt, seu gaudere debebunt pro tempore.

Item fuerunt concordes et pacto expresso solemni stipulatione interveniente convenerunt, quod tam ipse Magister Iohannes, quam dicti eius socii, quos nominabit ad predicte eius medietatis participationem, et ipsorum heredes ac successores imperpetuum possint singuli eorum ratas et portiones, pro quibus erunt recepti in socios seu participes, vel pro quibus successerint receptis, cui vel quibus voluerint, vendere, cedere, dare, donare, concedere, legare et de eis libere, prout ipsis et ipsorum cuilibet, ac ipsorum successoribus predictis imperpetuum placitum et visum fuerit, tamquam de rebus et bonis ipsorum liberis et propriis optimo iure et titulo quesitis disponere et ordinare ac facere, semper tamen accedente consensu dicti Magistri Iohannis et eius in dicto primatu magisterii pro tempore successoris, tantummodo quoad electionem extranearum et alienarum personarum, non autem venientium ex ordinaria successione.

Item supradictus Reverendus dñus Vicecamerarius promisit eidem Magistro Iohanni Klug et pacto expresso cum ipso convenit, quod liceat ei ducere secum tam in alma Urbe, quam in quibusvis aliis civitatibus et locis sancte Romane ecclesie usque ad numerum octo familiarium seu sociorum, quos elegerit, cum quibusvis armis pro eius persone custodia.

Item fuerunt concordes et pacto simili convenerunt, quod certa Capitula edita in provincia Saxonie super negocio eiusmodi metallorum fodiendorum, et que quemadmodum idem Magister Iohannes asseruit, illic actu servantur, quaeque ipse promisit presentare Camere apostolice prefate in auctentica forma, debeant ultra omnia premissa circa supradictas fodinas minerarum perpetuo inviolabiliter observari, in hiis dumtaxat partibus, in quibus non sunt contraria alicui premissorum.

Que omnia et singula dicte ambe partes nominibus predictis promiserunt sibi invicem et vicissim, solemni stipulatione interveniente, perpetuo firma, rata et grata habere, tenere, attendere et observare, et contra ea aut aliquod eorum ullo unquam tempore non dicere, facere vel venire per se, neque per alios publice vel occulte, tacite vel

expresse, in iudicio, neque extra iudicium quovis quesito colore, Obligantes propterea et hypothecantes sibi invicem et vicissim, et mihi notario ut publice et auctentice persone vice ipsarum partium et cuiuslibet earum, earumque et cuiuslibet ipsarum heredum et successorum, necnon omnium et singulorum aliorum, quorum interest, intererit vel interesse poterit quomodolibet in futurum, legittime stipulantibus et recipientibus, videlicet dictus Reverendus dñus Episcopus Perusinus Vicecamerarius apostolice Camere, dictus vero Magister Iohannes Klog sua et suorum sociorum, ac eorum et cuiuslibet ipsorum heredum et successorum predictorum omnia et singula bona mobilia et immobilia, presentia et futura, spiritualia et temporalia nhilibet constituta, sub penis, sententiis et censuris et in valida atque efficaci forma Camere, cum submissionibus, renunciationibus, procuratorum irrevocabilium constitutione, et omnibus aliis clausulis in contractibus obligationum in forma Camere venire et poni consuetis, Iurantes insuper ipse ambe partes, videlicet idem Reverendus dñus Vicecamerarius supra pectus et conscientiam suam more magnorum Prelatorum, dictus autem Magister Iohannes Klug ad sancta dei evangelia, sacrosanctis scripturis manu tactis, premissa omnia et singula perpetuo firma, rata et grata habere, tenere et observare, eisque nulla via, ratione vel colore seu titulo [non] contradicere vel venire, sub obligatione et ypotheca predictis. De et super quibus omnibus et singulis ipse ambe partes petiverunt et rogaverunt fieri per me Notarium predictum unum vel plura publica Capitulorum Instrumenta uniformia ad futuram rei memoriam.

Acta fuerunt hec in palatio apostolico apud Sanctum Petrum in loco Audientie secrete et discussionis negociorum Camere apostolice, presentibus ibidem Venerabilibus viris Georgio Ferrabant clerico Misnensis diocesis, Petro Pepponeruther clerico ..... diocesis, et Reginaldo Campi ac Iohanne Theodani Sanctissimi dñi nostri pape Cursoribus testibus etc.

Et ego Gaspar filius quondam clarissimi viri dñi Blondi notarius etc.

CCCCXXI.

Herculem ducem Ferrariae vicariatu etc. pontifex privat. *Bull. divers. cod. membran. fol. 218.*

Sixtus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ad compescendos conatus nefarios perversorum, qui, dei timore posposito, contra Romanam ecclesiam, quam pro eorum honore et dignitate liberalem et gratiosam invenerunt, arma sumere non verentur, tanto magis nos decet opportuno remedio providere, quanto peramplius eorum detestanda inquisitas tendit in divine maiestatis offensam, et ex eorum excessibus, qui ab aliis facile in exemplum trahuntur, possent ecclesie prefate maiora scandala provenire. Sane quod non sine magna animi displicentia referre cogimur, iniquitatis filius Hercules ex marchionibus Extensibus, quem dudum ducali dignitate et honore decoravimus, et in nostra Civitate Ferrariensi eiusque Comitatu et districtu Vicarium in temporalibus generalem constituimus, quique dum de Vicariatu huiusmodi investiretur, fidelitatis debite solito per procuratorem ad id ab eo specialiter constitutum prestito iuramento promisit, quod ipse fidelis foret beato Petro apostolorum principi et nobis ac pro tempore existenti Romano pontifici Ihesu Christi in terris vicario, et que nobis et eidem Romano pontifici periculum afferre possent, pro posse impediret, vel si impedire nequiret, ad nostram et ipsius Rom. pontificis deferret notitiam, et nunquam esse verbo vel facto directe vel indirecte, publice vel occulte per se vel alium contra nos et eundem pro tempore existentem Romanum pontificem ac prefatam ecclesiam, sed quod adiutor esset ad conservandum et defendendum civitates, terras, castra, villas, bona et iura prefate ecclesie, et ad occupata per quoscumque recuperandum, et recuperata defendendum, et in suo pleno iure conservandum, et nunquam operari verbo, consilio vel consensu, quod aliqua Communitas seu quivis alius assumeretur in dñum vel rectorem civitatum, terrarum, castrorum vel locorum prefate Romane ecclesie aut alicuius ipsorum, et non facere, nec fieri procurare invasiones, depredationes et offensiones contra aliquos prefate ecclesie fideles, subditos et devotos, nec illos invadere seu damnificare volentibus prestare auxilium, consilium vel favorem, nullamve coniurationem contra nos et prefatum pro tempore existentem Romanum pontificem dictamque ecclesiam facere seu fieri procurare. Postquam ob violatam libertatem ecclesiasticam per iniquitatis filium Laurentium de Medicis civem Florentinum, et tunc Priores et Vexilliferum iusticie Civitatis Florentine eorumque complices et fautores, qui plurimos ecclesiasticos notabiles viros, Archiepiscopali etiam dignitati et ordini non parcentes, nequiter interimere, et dilectum filium nostrum Raphaelem sancti Georgii ad Velum aureum diaconum Cardinalem detinere non expaverant, eosdem Laurentium et tunc Priores et Vexilliferum, et qui eis in Prioratus et Vexilliferatus officio soccesserant et detentionem huiusmodi continuabant, eorumque complices et fautores predictos nonnullas tunc expressas in talia perpetrantes, presertim per fel. record. Bonifacium papam VIII. predecessorem nostrum et Viennense consilium promulgatas ecclesiasticas censuras, et penas tunc expressas incurrisse per quasdam declaramus, et illis huiusmodi censuras et penas contemnentibus pro dei et apostolice sedis honore, ac eiusdem libertatis ecclesiastice defensione contra eos ad temporalia remedia et secularis

brachii usum iustissime devenientes, universis et singulis Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Domicellis feudatariis, Vicariis et Vassallis, ac aliis et in temporalibus prefate Romane ecclesie mediate vel immediate quomodolibet subiectis, ne ad stipendia dicti Laurentii et complicum eius aut dominii Florentini, vel eis faventium militare aut eorum stipendia capere, sive ad stipendia ipsa, aut alias se cum illis locare, eisque et alicui eorum aliquod auxilium, consilium vel favorem quomodolibet prestare auderent, quin imo si qui ad eorum stipendia tunc militabant, infra certi expressi temporis spatium ab eis omnino recedere, et ad ipsius Romane ecclesie terras venire deberent cum effectu, districte precipiendo per alias nostras litteras mandaveramus, et in contrafacientes excommunicationis sententiam protuleramus ac eos crimine lese maiestatis reos esse decreveramus, et eorum terras, Universitates, populos, Communitates, Castra, villas et loca ecclesiastico supposueramus interdicto, ipsosque et eorum quemlibet, quacumque dignitate aut gradus prerogativa fulgerent, omnibus feudis, dominiis ac bonis, nec non privilgiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus, honoribus, officiis, iuribus et iurisdictionibus, que ab ecclesia et sede predictis obtinebant, privaveramus, et ad illa et similia obtinendum eos et eorum descendentes inhabilitaveramus, eorumque bona omnia confiscaveramus, prout in predictis et super Vicariatu huiusmodi confectis litteris, ac publico prestiti iuramenti predicti instrumento plenius continetur: posteriorum litterarum nfarum predictarum, (quo) debite publicate fuerunt, non ignarus contra iuramentum ac nostra mandata huiusmodi temere veniendo, dei timore postposito et eius honore impudenter abiecto, ad eorumdem Florentinorum et eis faventium stipendia se locare, et eisdem Florentinis eorumque fautoribus bello huiusmodi per nos indicto contra eos durante contra nos et prefatam ecclesiam matrem suam, a quibus tali dignitate et honore decoratus fuerat, ut prefertur, nostrasque gentes armorum fovere et auxiliari cum certo tunc expresso armatorum numero promittere, et ad id se obligare, ac dux belli huius et gentium armorum eorumdem Florentinorum per eos constitutus onus huiusmodi assumere, stipendia et preterea promissa recipere, et ab eadem Civitate nostra Ferrariensi discedens ad loca eorundem Florentinorum temporali dominio subiecta cum gentibus suis armigeris se transferre non erubuit, periurii et fracte fidei reatum ac lese maiestatis et rebellionis crimina damnabiliter incurrendo, ac ad eorumdem Florentinorum seu eis faventium stipendia sic militando agrum Senensem, qui in huiusmodi bello nobis favente de nostro mandato arma sumpserunt, invadere et depopulari, castra et loca eius obsidere, occupare, deripere, animalia et alia bona incolarum eiusdem in predam abducere, incolas ipsos captivare, et plurima alia deteriora committere non expavit in anime sue periculum, prefate ecclesie maximum detrimentum perniciosumque exemplum et scandalum plurimorum. Nos igitur, qui eiusdem Ihesu Christi, qui iudex est vivorum et mortuorum, vices gerimus in terris, attendentes quod premissa, que adeo notoria sunt, ut nulla possint tergiversatione celari, surda aure et clausis oculis pertransire sine divine maiestatis offensa nullatenus possumus, ut prefatus Hercules excessus huiusmodi continuare, et alii eiusdem exemplo perterriti in consimilis erroris devium, calcata dicte sedis reverentia, probabili vereantur (sic), eiusdem quoque ecclesie alii Vicarii et subditi, qui in sua fidelitate et devotione persisterunt, non habeant ob toleratam huius Herculis perfidiam in illius declinare nequitiam, ex illius impunitate incenditivum delinquendo pariformiter assumendo, providere, ac etiam his, eo quo in notoriis facti permanentis criminibus, que nullis excusationibus excusari vel defendi possunt, de quorum numero premissa sunt et esse decernimus per presentes, modo ut decet et tantorum excessuum magnitudo exigit, ad declarationem earum, quas Hercules ipse incurrit premissorum occasione, penarum dumtaxat procedere volentes, habita super hoc cum Venerabilibus fratribus nostris deliberatione matura, et de illorum consilio et assensu prefatum Herculem rebellem et criminis lese maiestatis reum, ac penis, quas in rebelles et huiusmodi criminis lese maiestatis reos iura statuunt, subiectum, nec non periurum, promissorum violatorem et fidei fractorem et maioris excommunicationis sententie mucrone ligatum, ac Ducali dignitate Vicariatuque prefato, nec non omnibus feudis, dominiis, bonis, privilegiis, indulgentiis, gratiis, immunitatibus, honoribus, officiis, iuribus et iurisdictionibus, que ab ecclesia et sede predictis, dum predicta commisit, obtinebat, privatum, et cum filiis et nepotibus suis ad illa et similia in posterum obtinenda inhabilem, et eiusdem Herculis bona confiscata. Predictam vero Civitatem Ferrariensem eiusque Comitatum et districtum, ac Castra et loca Comitatus et districtus eorumdem, Vicariatu huiusmodi iam cessante, ad prefatam ecclesiam libere devolutam, libere cum illorum civibus, incolis et habitatoribus immediate subesse, et eosdem incolas et habitatores ad obediendum eidem Herculi eiusque locumtenentibus et officialibus, et ad prestiti eidem Herculi per eosdem incolas fidelitatis iuramenti cuiuslibet observationem non teneri, sed liberos et absolutos fore auctoritate apostolica tenore presentium declaramus, Districtius inhibentes universis ecclesiis etiam regularibus et aliis personis in Civitate Ferrariensi eiusque Comitatu et districtu predictis degentibus, ne eundem Herculem periurum, fidei fractorem, criminis lese maiestatis reum, re-

bellem, privatum et excommunicatum de cetero in Vicarium et superiorem recognoscant, neve eiusdem Herculis officialibus quibuslibet pareant et intendant, immo utpote ab eiusdem Herculis subiectione prorsus liberati se, Civitatem Ferrariensem ac Comitatus et districtus, eiusdem Castra et loca quecunque subtrahant, quantum in eis est, ab omni obedientia eiusdem, ac nos et pro tempore existentem Rom. pontificem in eorum immediatum dominum et superiorem recognoscant, ut tenentur, infra quindecim dies postquam presentes littere fuerint publicate, quorum quinque pro primo, quinque pro secundo, et reliquos quinque dies pro ultimo et peremptorio termino eis et cuilibet eorumdem incolarum, canonica monitione premissa, assignamus, sub interdicti ingressus ecclesie, si Episcopi et Superiores, et sub excommunicationis late sententie pena, si alii ab (sic) eisdem Episcopis fuerint, qui in hoc negligentes vel remissi extiterint, et quominus id fiat, suaserint et operati fuerint directe vel indirecte, eo ipso incurrenda, qui preter illam, si ecclesiastici et religiosi fuerint, ac quavis ecclesiastica, etiam Epali dignitate prefulgeant, a suarum ecclesiarum regimine suspensi, alii vero ab eis dignitatibus, personatibus, administrationibus et officiis, aliisque beneficiis ecclesiasticis cum cura et sine cura, qui in quibusvis ecclesiis sive locis, et tam illi, quam alii etiam laici et seculares bonis aliis, que a prefata Rom. et aliis ecclesiis quomodolibet obtinent, necnon dignitatibus in quibus constituti forsan sunt privati, insuccessibiles et ad quoscumque actus legitimos inhabiles existant eo ipso. Et ut eiusdem Herculis sic privati et rebellis pena sit potentior, ac cives et incole prefate Civitatis Ferrariensis ac terrarum, Castrorum et locorum, Comitatus et districtus eorumdem moniti, ut prefertur, de premissis nequeant ignorantiam allegare, quia hec nostre littere in prefata Civitate Ferrariensi ac eius Comitatu et districtu predictis propter ipsius Herculis potentiam nequeunt impresentiarum tute publicari, eas in valvis basilice principis apostolorum de Urbe et apostolice Cancellarie affigi iubemus, ac omnibus et singulis ordinariis locorum circumvicinorum Ferrariensi Civitati, et in eisdem locis circumviciniis consistentium secclesiarum quarumlibet cathedralium et non cathedralium, monasteriorum, prioratuum et domorum ac locorum religiosorum ordinum quorumcunque, etiam mendicantium, exemptorum et non exemptorum, capitulis, Canonicis, Abatibus, Prioribus, conventibus, guardianis, fratribus et aliis ecclesiasticis quibuscunque et ipsorum cuilibet, ita quod alter alterum in his exequendis non expectet, sub similibus suspensionis, excommunicationis, privationis censuris et penis dicta auctoritate mandamus, quatenus ipsi et quilibet eorum, cum desuper fuerint requisiti, has nras litteras seu illarum transumptum autenticum manu publici notarii subscriptum in ipsarum ecclesiarum valvis affigant, et alias etiam in eorum sermonibus ad populum publicent et predicent in locis, de quibus sit verisimilis coniectura, quod ad civium et incolarum Civitatis Ferrariensis illiusque Comitatus et districtus predictorum possint notitiam verisimiliter pervenire. Volentes, quod ipse presentes littere et illarum transumptique huiusmodi publicatio ex tunc post affixionem et publicationem predictas factas in eisdem Basilice et Cancellarie ac diocesi Ferrar. Civitati vicine (sic) ecclesie Bononiensis valvis, ipsos cives et incolas sic monitos perinde arctent, ac si littere ipse eisdem monitis et eorum cuilibet intimate personaliter extitissent, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque, seu si eisdem monitis vel quibus aliis communiter vel divisim a dicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Nulli ergo etc. nostrorum declarationis, inhibitionis, assignationis, iussionis, mandati et voluntatis infringere etc. Dat. Rome apud S. Petrum Anno etc. MCCCCLXXVIIII. XVI. Kalendas Septembris, Pontificatus nostri anno octavo.

CCCCXXII.

Ligam cum Senensibus initam pontifex confirmat.
Reg. Secret. Tom. IV. fol. 268.

Sixtus episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Inter cetera cogitationum nostrarum studia, quas in ecclesia sancta dei nos habere continuo oportet, nichil est, quod nos magis sollicitos reddat, quodque magis ad officium commissi nobis publici regiminis pertinere arbitremur, quam omnium ope, et ut quantum animo prospicere et viribus complecti possumus, studia ipsa nostra pacem populis et tranquillitatem, domino id largiente, pariant, in quo cum omnium, tum illorum cause maxime elaborandum est, quos assidua fides et religiosa devotio, piaque et vehemens quedam affectio optime de nobis ac de sancta apostolica sede meritos efficeret, nec illud solum a nobis fieri convenit, ut dulces pacis fructus nostra opera consequantur, sed et id non minus agendum est, ut hii nobis adiuncti et veluti novo quodam et certo federe coniuncti nris semper presidiis auxiliisque, quantum licuerit, quantumque in nobis fuerit, tuti securique reddantur, atque ita quod est vel precipuum iustitie munus, pro meritis digna recipiant. Cum igitur dilectorum filiorum Senensium pios erga nos et iamdudum semper erga sanctam apostolicam sedem animos clare perspectos habeamus, nec nos lateat eorum fides ac devotio, satisque nobis atque satis compertum sit eosdem esse vel in infimis bene de nobis et de ipsa sede apostolica me-

ritos, presertim quos locorum propinqnitas nobis convinctiores facit, eqnum visum nobis est et ad officium nostrum pertinere, ut hos digna caritate complecteremur, et eorum supplicibus votis annueremus, que dilecti filii Laurentius de Lantis et Guiantouius de Boninsignis, dilectorum filiorum Communis et populi Civitatis Senensis sindici et procuratores ad infrascripta cum plena potestate, ut nobis pleue constitit, specialiter constituti, eorum vice ac nominibus aperuerunt, hoc est, Civitatis Senensis universam fidem antiquam ac devotionem, veteremque affectionem ac maiorum suorum vestigia sequi permaxime cupientes, nimium optant pro ipsius Civitatis re publica utilius quietiusque dirigenda vero ac certo intelligentie confederationisque nexu, quemadmodum cum predecessoribus nostris felicis recordationis Martino papa V. et Nicolao papa V. actum extitit, cum nobis et Romana ecclesia hoc tempore colligari, et ob id omnibus melioribus via, iure, modo et forma, quibus melius et efficacius potuit, ipsum Commune ac populum predictos de maturu deliberatione inter se conclusisse, ut nobiscum cum sequentibus Capitulis liga, intelligentia et confederatio iniatur et fiat, ac penitus perficiatur, et proinde nos supplicibus votis orare, ut ad infrascripta attendere et inclinari dignaremur.

Nos itaque ob eas, quas supra memoravimus, causas, honestas quidem ac iustitie meritorum plenas, pro nobis et successoribus nostris canonice intrantibus, proque nostris adherentibus, recommendatis, Vicariis, sequacibus, subditis et stipendiariis huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium consilio pariter et assensu, Communi et populo Senensi prefatis pro eorum status et libertatis conservatione, necnon manutentione et defensione Civitatis eiusque presentis regiminis, territorii, districtus, castrorum, villarum et locorum omnium, que tenent et possident, et in quibus habent auctoritatem vel preheminentiam, ac recommendatorum et censualium suorum dare favores et auxilia necessaria iuxta posse, ac similiter dictam Civitatem et eius loca defendere contra quoscumque Reges, Principes vel Tirannos, Communitates, Universitates, societates et gentes compagnas, et alias quascumque personas, cuiuscumque excellentie, status, gradus, preheminentie, ordinis, sexus, conditionis, qualitatis aut dignitatis fuerint, qui predictam Civitatem ac omnia et singula illius loca, terras, castra et omnia superius antedicta non lacessiti temptarent offendere, turbare, inquietare, molestare, vel contra ea aut eorum aliquod guerram facere vel movere, talesque offendentes, turbantes, inquietantes et molestantes repellere et impedire omnibus modis oportunis, etiam si opus fuerit, vi armorum promittimus per presentes. Et ita vice versa Commune et populus antedicti, prout **procuratores eorum nominibus promiserunt et convenerunt, durante inter nos et ipsos intelligentie seu confederationis huiusmodi tempore non pos**sint dare, neque dent aliquo casu conductum, receptum, transitum, passum, allogiamentum seu victualia aliquibus gentibus armorum, equestribus sive pedestribus non lacessitis, neque provocatis volentibus venire seu venientibus ad damna, offensam (et) iniuriam nostram, vel contra nostras et ecclesie predicte Civitates, terras, loca, castra, res et bona quecunque, quibuscunque nominibus censeantur, nostrorumque successorum et aliorum nominatorum, seu in favorem vel servitium quorumcunque emulorum, adversariorum seu inimicorum nostrorum et dicte ecclesie: quin ymo toto posse etiam bona fide resistere impedireque ac prohibere passum et transitum, necnon denegare victualia et omne auxilium et favorem fideliter debeant et teneantur iuxta posse. Et idem etiam nos reciproce promittimus eidem Civitati et populo Senensi, videlicet non dare durante dicto tempore aliquo casu conductum, receptum, transitum, passum, allogiamentum seu victualia aliquibus gentibus armorum equestribus sive pedestribus non lacessitis, neque provocatis volentibus venire seu venientibus ad damna, offensam, iniuriam dicte Civitatis et eius presentis regiminis, vel contra Civitatis predicte loca, castra et res ac bona quecunque, quibuscunque nominibus censeantur, seu in favorem vel servitium quorumcunque emulorum, adversariorum seu inimicorum, exititiorum seu rebellium predicte Civitatis Senensis: quinymo promittimus toto posse resistere, impedire ac prohibere passum et transitum, necnon denegare victualia ac etiam omne auxilium et favorem iuxta posse. Promiserunt etiam predicti procuratores et sindici, quod Commune et populus Senenses predicti debeant et teneantur continuo tenere, et de facto teneant durante liga, confederatione et intelligentia huiusmodi suis sumptibus et expensis Centum lanceas hominum armigerorum computando modo Italico, videlicet Tres homines et totidem equos pro lancea: quas quidem lanceas teneantur et debeant ad dictam nostram et ecclesie requisitionem pro terrarum, civitatum, castrorum et locorum quorumlibet dicte ecclesie defensione ad Patrimonium beati Petri in Tuscia, Civitatem ac Comitatum Perusinum et Civitatem Castelli, et alias quascunque provincias et terras ecclesie predicte per dictam ecclesiam hodie possessas et tentas, preterquam ad Regnum, Bononiam, Romandiolam et terras ultramontanas, mittere et destinare contra omnes offendentes, turbantes seu molestantes, aut offendere et inquietare volentes nos nostrosque successores et alios supranominatos, undecunque venerint, cuiuscunque gradus et dignitatis existant, etiam si tales essent, de quibus necesse esset mentionem facere specialem,

sive offensa fieret per terram sive per mare vel aliter quovis modo, dummodo offendentes, turbantes, molestantes aut offendere et inquietare volentes huiusmodi lacessiti, vel ad id provocati non fuerint, neminem lacessentem vel provocantem excipiendo, preterquam pro tribus annis proxime futuris, in quibus dicta Communitas et populus, attentis guerris et etiam dissentionibus civilibus dicte Civitatis, non teneantur pro dicto tempore dictas lanceas mittere extra Comitatum, territorium et iurisdictionem Senenses. Et insuper dicti Commune et populus dent et dare teneantur quibuscunque gentibus nris et ecclesie predicte, non euntibus ad offensam alicuius dicte Communitatis et populi colligati seu confederati, et lige de proximo inite inter dictam Communitatem et rempublicam Florentinam, nisi fuerimus a dictis colligatis et liga predicta provocati aut lacessiti, quandocunque et quotienscunque nos eas vocare vel mittere contigerit, salvum conductum et liberum transitum, necnon pro pretio rationabili victualia et alia necessaria in omnibus terris quomodocunque subditis dominio seu iurisdictioni dicte Civitatis Senensis, quando nos ipsas gentes voluerimus ad terras ecclesie predicte mittere. Et nichilominus liga seu intelligentia huiusmodi duret et durare intelligatur ad vigintiquinque proxima futuros annos a data presentium computandos.

Item pro maiori quiete et pace dicte Communitatis Senensis promittimus, quod exititios et rabelles dicte Civitatis non permittemus ire, stare seu habitare in aliquo loco nostro et ecclesie Romane propinquo ad fines Comitatus, territorii seu iurisdictionis dicte Communitatis ad viginti miliaria, quinymo eos maxime ad omnem requisitionem dicte Communitatis de dictis locis propinquis expellere.

Item quod in aliqua impresia, quam decetero aliquis ex nobis colligatis non lacessitus vel provocatus faceret, vel moveret sine consensu et deliberatione alterius confederati, alter colligatus non teneatur ipsi facienti vel moventi dare aliquod auxilium vel favorem, nec in hoc casu ad aliquod per presentem ligam sibi teneatur, sed in aliis dicta liga habeat suam observantiam et effectum. Per predictam autem ligam, intelligentiam, conventionem vel confederationem seu contenta in eis libertati dicte Civitatis Senensis, vel eius presenti statui et regimini nullum volumus preiudicium generari, quinymo illesam et inviolatam capimus preservari, observatis tamen Capitulis presentibus, quibus ex nostro pariter et dicte Communitatis assensu conventum est nil derogare aut obstare posse, et quod neque nos neque dicta Communitas devenire possimus ad aliquam aliam intelligentiam sive ligam cum aliqua potentia Ytalica, nisi de communi consensu, vel nisi sine preiudicio et derogatione, et cum reservatione presentium Capitulorum, quibus nullo pacto liceat derogari.

Volumus autem, quod supradicta liga, confederatio et intelligentia intelligatur et sit contracta, firmata et facta sine preiudicio et derogatione, et cum reservatione Capitulorum lige contracte Rome de mense Decembris, anni Millesimi quadringentesimi octuagesimisecundi proxime preteriti, inter nos et Carissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Sicilie Regem Illustrem, et dilectos filios nobilem virum Ducem Mediolani, ac Communitatem Florentinam, et nobilem virum Ducem Ferrarie ac ceteros in dicta liga comprehensos, necnon similiter et pari modo sine preiudicio et derogatione, et cum reservatione Capitulorum lige de proximo inite, quatenus Capitula predictarum ligarum reservatarum et contenta in eis, seu aliquod eorum non contradicerent aut adversarentur presentibus Capitulis inter Florentinam et Senensem Communitates predictas, ceterosque in eadem liga comprehensos, quibus quidem ligis nullo pacto intelligatur per predicta vel infrascripta derogatum. Et quoniam in superioribus Capitulis continetur de transitu et auxilio prestando contra lacessentes et provocantes, et dubitatio posset oriri inter nos, quis dicatur provocatus seu lacessitus, convenimus, ut orta guerra super huiusmodi dubitatione quis lacessitus existat, observari debeat in omnibus et per omnia Capitulum Vicesimum nonum in ordine factum in liga generali Rome contracta, ut prefertur, perinde ac si dicta Communitas Senensis esset una de colligatis in dicta liga generali, quoad istum articulum dumtaxat providendi et declarandi super dubitatione predicta et non aliter. Cuius quidem Capituli tenor de verbo ad verbum talis est:

Item quia in primo Capitulo supra continetur de auxilio prestando offenso contra offendentem non lacessitum nec provocatum, et dubitatio posset oriri inter ipsos colligatos, qui inter se decertarent, quis eorum lacessitus aut provocatus esset, ad tollendam huiusmodi dubitationem convenerunt partes predicte, ut orta guerra de hoc dubitatione quis colligatorum lacessitus existat, confestim ad aliorum confederatorum requisitionem arma deponantur, spoliati restituantur, omnes inter eos novitates facte revocentur, et dicta causa per alios colligatos cognita, illi fiat restitutio, cui per ipsos fuerit adiudicatum: que cause cognitio fieri debeat per deputandos a reliquis colligatis et mittendos ad locum, ubi Sanctissimus dominus noster reperietur. Qui quidem Sanctissimus dñus noster tamquam pater et protector presentis lige unacum ipsis deputandis et mittendis providere debeat omnibus remediis, quod eorum determinatio observari debeat et debitum sortiatur effectum, et alias in casu renitentie providere de subsidiis per omnes alias partes principales colligatas mittendis contra eum, qui renitens fuerit dictam determinationem observare.

Ceterum certificamus et pollicemur eisdem Communitati et populo Senensi, quod ea omnia per nos et successores nostros et ecclesiam integraliter, auctore domino, servabuntur et executioni mandabuntur iuxta continentiam predictorum. Nulli ergo etc. nostre promissionis, conventionis, certificationis et voluntatis infringere etc. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo octuagesimo tertio, XIX. Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno duodecimo.

CCCCXXIII.

Innocentius PP. VIII. per cardinalem camerarium Antonio de Palatio et sociis mercatoribus Florentinis dohanam mercium apud S. Eustachio de Urbe VIIIM. ducatis ad annum concedit. *Diversor. Cameral. Tom. XLIX. fol. 126.*

RAPHAEL sancti Georgii ad Velum aureum diaconus Cardinalis, Sm̄i dñi nr̄i Camerarius, Spectabilibus viris Antonio de Palatio et sociis Mercatoribus Florentinis Romanam Curiam sequentibus, salutem etc. Quoniam Sanctissimus dominus noster et Camera apostolica propter graves expensas, quas hoc tempore sustinent, intendunt ex introitibus ad ipsam Cameram pertinentibus, et presertim ex dohana mercium apud Sanctum Eustachium, quos possunt, nunc et ante tempus recipere et habere: quapropter ut conventio inter vos et ipsam Sanctitatem ac Cameram prefatos facta suum sortiatur effectum, de speciali mandato eiusdem Sanctitatis etc. ac auctoritate etc. communicato etc. presentium tenore omnes et singulos fructus, introitus et proventus dohane mercium predicte vendimus, tradimus et concedimus, videlicet ut pro uno anno futuro et incipiendo immediate finito anno, pro quo ipsi introitus venditi fuerunt spectabilibus viris Andree Cicero et Alexandro Sauli ac socio Mercatoribus Ianuensibus dictorum introituum emptoribus, et ut sequitur, pro uno integro anno, ita quod dictos introitus eiusdem dohane per vos vel alios nomine vestro exigere, recipere et habere, ac penes vos retinere possitis, absque eo quod de dictis introitibus in dicta Camera aliquam rationem et computum reddere teneamini, et omni vr̄o risico, carico, periculo et fortuna. Et quod si contingat per vos aliquod damnum ex dicta dohana quovis modo reportare, nullam defalcationem, restaurationem ac recompensam ab eadem Camera petere possitis, nec ipsa Camera vobis in aliquo teneatur. Statuta autem et constitutiones dicte dohane in omnibus et per omnia observare teneamini, ita quod ultra id quod exigi consuevit, vos (nec) exigere nec exigi facere presumatis durante dicto anno et venditione huiusmodi. Hanc autem venditionem et assignationem introituum predictorum vobis ideo facimus, quia vos eidem Camere et Sanctissimo domino nostro in numerata pecunia summam octo milium ducatorum de Carlenis, decem pro quolibet ducato, solvere promisistis: de qua quidem summa nunc ducatos duo mille solvistis, prout patet ad ordinarium Introitum eiusdem Camere libro ... et fol. ... et tres mille solvere in principio dicti anni emptionis huiusmodi, aliosque tres mille, hoc est residuum dicte summe octo milium, solvere promisistis et ita teneamini infra sex menses, postquam dictum annum inceperitis, et ad hoc in plena forma Camere et more mercatorio obligati sitis. Concedentes etiam vobis exercendi, recipiendi, exigendi, omniaque et singula faciendi, gerendi, administrandi et disponendi in dicta dohana, queque ad ipsam dohanam quomodolibet spectant tam de iure quam de consuetudine, et cum honoribus, oneribus et emolumentis consuetis, et quemadmodum per Andream et Alexandrum Sauli ac socium predictos dictorum introituum emptores fieri, exerceri et disponi potuit, plenam vobis presentium vigore concedimus facultatem atque arbitrium, deputantes etiam vos dicte dohane Dohanerios sive Camerarios, quibus pareatur et obediatur in omnibus et per omnia, et perinde ac si Officiales et Dohanerii a Camera apostolica fuissetis deputati, necnon prefati Presidentibus et Clericis aliisque omnibus et singulis, ad quos spectat, ut vobis circa ministerium huiusmodi faveant, oportune assistant et auxilientur, faciantque vobis in omnibus hiis, que ad dictam dohanam pertinent, efficaciter favere et oportunas fieri executiones, non permittentes vos modo aliquo in dicta dohana eiusque exercitio contra premissorum tenorem perturbari sub pena nostri arbitrii, irritum decernentes et inane, si secus fiat. In quorum fidem etc. Datum Rome in Camera apostolica die decimaseptima Septembris MCCCCLXXXVII. Pontificatus Sanctissimi domini nostri Innocentii pape VIII. Anno Quarto.

CCCCXXIV.

Alexander PP. VI. Bononiensibus omnia privilegia etc. per Nicolaum V. eiusque successores concessa confirmat. *Reg. orig. Tom. I. fol. 50.*

ALEXANDER EPISCOPUS etc. Ad perpetuam rei memoriam. Cunctorum Christifidelium statui, ut salubribus congratulentur eventibus, ex apostolice sedis officio semper intenti, hiis que pro felici gubernatione Civitatum et terrarum nobis et Romane ecclesie in temporalibus immediate subiectarum, et in illis commorantium personarum prouide processisse comperimus, ut illibata perdurent, tanto libentius nil adiicimus muniminis firmitatem, quanto ille nobis pre ceteris specialiter sunt cure commisse, et de illarum prosperitate frequenter cogitare tenemur. Dudum siquidem felicis recordationis Nicolaus papa V. predecessor noster dilectis filiis Communi et populo Civitatis nostre Bononiensis

pro eorum prospero, tranquillo et felici regimine nonnulla privilegia, gratias capitulaque concedens, et quasdam eorum petitiones admittens inter alia voluit et ordinavit, quod extunc de cetero futuris temporibus omnia et singula regimen Civitatis predicte quomodolibet concernentia per Legatum, sive Gubernatorem et eorum locumtenentes pro tempore cum consensu Magistratuum deputatorum ad regimen dicte Civitatis deliberarentur, statuerentur et disponerentur: et deinde pie memorie Calistus III. et Pius II. ac Paulus etiam II. necnon Sixtus IIII. ac Innocentius VIII. Romani pontifices, predecessores nostri, premissa eorum munimine roborarunt, prout in quibusdam supplicationibus sub Capitulorum forma eidem Nicolao predecessori nomine Antianorum, Communis et populi predictorum exhibitis, et ipsius Nicolai predecessoris ad capitula huiusmodi responsionibus factis, ac publico instrumento superinde confecto manu quondam Petri de Noxeto, eiusdem Nicolai predecessoris Secretarii, necnon Calisti, Pii ac Pauli, Sixti et Innocentii predictorum litteris apostolicis, et ad capitula exhibita pro parte eorumdem eidem Pio predecessori factis per dictum Pium predecessorem responsionibus, manu quondam Gregorii Lolii dicti Pii predecessoris Secretarii annotatis, ac in registris Camere apostolice registratis, que diligenter inspici fecimus. Cum autem, sicut dilecti filii Antonius Galeaz Bentivolus Notarius dicte sedis, Ludovicus de Castro sancti Petri, et Minus de Rubeis cives Bononienses et Oratores Communis et populi predictorum, ad nos et sedem apostolicam specialiter destinati, post prestitam per eos nobis debite fidelitatis et subiectionis obedientiam nobis nuper exposuerunt, Antiani, Commune et populus prefati premissa omnia dessiderent, et que eorum vigore postmodum gesta fuerunt, pro eorum subsistentie firmiori nostre approbationis munimine solidari: Nos, qui prefatos Communitatem et illius cives peculiares nr̃os et eiusdem Rom. ecclesie filios ob sincere devotionis affectum et fidei constantiam et integritatem, quibus nos et prefatam ecclesiam reverentur, speciali dilectione prosequimur et paterna caritate confovemus, eorum in hac parte supplicationibus inclinati, prefatorumque predecessorum inherendo vestigiis concessiones, gratias, ordinationes, privilegia, immunitates, capitula, illa dumtaxat, que per Nicolaum et alios predecessores predictos signata et concessa fuerunt, iuxta concessiones et moderationes eorumdem predecessorum, ac omnia, que per bone memorie Angelum tituli sancte Crucis in Ierusalem presbiterum Cardinalem, olim in Civitate prefata apostolice sedis Legatum, et eius legatione finita per dilectum filium Iohannem Baptistam sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum Cardinalem, tunc dicte sedis Notarium et Civitatis eiusdem Gubernatorem, ac per bone memorie Franciscum sancte Marie nove diaconum Cardinalem, ac Venerabilem fratrem Iulianum Episcopum Hostiensem, maiorem penitentiarium nostrum, in eadem Civitate successive etiam Legatos, et tandem per dilectum filium Ascanium Sfortiam Vicecomitem sancti Viti Cardinalem, Vicecancellarium nostrum, in eadem Civitate Legatum, et cuiuscumque eorum pro tempore locumtenentes, cum hiis, qui prefuerunt officio Sexdecim dicte Civitatis, pro bono regimine eiusdem Civitatis gesta et facta sunt usque in hodiernum diem, dummodo non tendant in preiudicium Romane ecclesie et ecclestiastice libertatis, ac eorum, que eidem Civitati per sedem apostolicam mandata fuissent, necnon omnia et singula privilegia, concessiones et indulta a predictis et aliis Romanis pontificibus predecessoribus nostris, et Legatis ac nuntiis apostolice sedis, et quibuscunque aliis a prefata sede potestatem habentibus sub quacunque verborum forma concessa, et prout illa concernunt, omnia et singula in litteris et scripturis desuper confectis contenta, et inde secuta, ut prefertur, bonum regimen dicte Civitatis concernentia quecunque, in simile preiudicium non tendentia, auctoritate apostolica et ex nostra certa scientia approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, ac volumus observari, quamdiu Antiani, Commune et populus prefati in nostris et Romane ecclesie observantia et devotione nostris mandatis pro tempore parendo permanserint, supplentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac mandantes prefato Ascanio et pro tempore existenti Legato et Gubernatori Civitatis predicte, necnon omnibus aliis nostris et dicte sedis officialibus in eadem Civitate existentibus, quatenus premissa omnia firmiter observent et faciant, quantum in eis est, ab omnibus observari, ac decernimus exnunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac omnibus illis, que predecessores prefati in dictis eorum litteris voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo etc. nostre approbationis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. Millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, VI. Nonas Octobris, Pont. nr̃i anno primo.

CCCCXXV.

Civitati Racanatensi eam, qua nobiles et doctores a regimine eiusdem civitatis excluduntur, constitutionem pontifex confirmat et quaedam adiicit.
Reg. Tom. CVIII. fol. 166

Alexander episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi de cunctarum Civitatum temporali dominio Romane ecclesie subiectarum statu pacifico et tranquillo, ac prospero et felici regimine

cogitare nos deceat, ad nostram tamen Civitatem Rachanatensem provincie nře Marchie Anconitane, illiusque civium et incolarum quietem tanto accuratius aciem nostre considerationis extendere nos convenit, quanto illa inter alias illius provincie Civitates insignis et famosa existit, et illius cives et incole nos et apostolicam sedem sincere devotionis affectu et inconcussa fidelitate revereri prompta voluntate et indefessa solicitudine non cessant. Sane pro parte dilectorum filiorum Communitatis civium dicte Civitatis Rachanatensis nobis nuper exhibita petitio continebat, quod ipsi alias provide considerantes, quod sicut experientia efficax rerum magistra iamdiu apertissimis monumentis eos edocuerat, si Nobilium dicte Civitatis persone cum popularibus ad reipublice Rachanatensis gubernationem admitterentur, nobiles ipsi ob sanguinis atque prosapie nobilitatem ceteris anteferri debere putantes, ad seditiosum tandem exitum Civitatem ipsam perducere consueverant, nec minor ambitionis suspicio laborabat de civibus eiusdem Civitatis in dignitate constitutis, ne proprio, quod preminentie iure popularium vota sibi usquequaque vendicare posse arbitrarentur, studerent atque conarentur, et quod propterea omnes huiusmodi nobiles et in dignitate constituti iamdiu fuerant a regimine et officiis eiusdem Civitatis exclusi, eaque consuetudo merito non nisi iustissimis rationibus introducta tanto fuerat tempore in viridi observantia, ut eius initii amplius memoria non existeret, et eo maxime comprobata, quia consuetudo ipsa, donec omnium regentium par popularisque conditio extiterat, in statu semper quieto ac pacifico Communitatem ipsam non modo diutissimis armorum periculis preservaverat, sed etiam aliquando ab ipsis nobilibus perturbatam et tyrannico quodam conatu quasi funditus eversam maleque labentem erexerat sustinueratque, ac tanta iusticie observantia comprobaverat, ut ipsius iustissimi regiminis magna preconia ad exteras usque nationes pervenissent, et quod nonnulli cives eiusdem Civitatis sanguine nobiles, nonnulli quoque in dignitate constituti super premissis insolita quedam non sine futuri scandali timore moliri, ad ea Communitatis prefate iura, que firmissimam a centum annis et ultra interpretationem et observantiam in Civitate predicta habuerunt, tollere conati fuerant, ac volentes adversus huiusmodi conatus oportunum adhibere remedium, revolutis iam annis duodecim vel circa, quadam in perpetuum valitura apostolica auctoritate firmanda lege sanxerunt: Quod quemadmodum in preterito consuetum fuerat, ita et in futurum nullus Miles aut Nobilis, nullusve Doctor in quacumque facultate sive Comes posset esse de regimine dicte Civitatis, nec per aliquem de regimine predicto posset aut valeret quomodolibet proponi, vel arrengari de aliquo ex predictis admittendo, vel retinendo ad dictum regimen sub certis penis tunc expressis per existentes de dicto regimine, qui proponendo, arrengando aut aliter quovis modo verbo vel facto, necnon per Nobiles, Milites, Doctores et Comites prefatos, aut eorum quemlibet, qui per se vel alium singulariter vel coniunctim, communicato consilio plurium ex eis, dicto eorum sanctioni quovis quesito colore derogari palam vel occulte, aut per vim cum comitiva et armis vel sine contra predicta, vel aliquod predictorum venire temptarent, eo ipso incurrendis. Rescripta vero derogatoria, que contra statutum ipsum obtinerentur, aut quovis alio modo emanarent, tanquam surrepticia nullius essent roboris vel momenti, nisi in eis specialis de verbo ad verbum fieret mentio de premissis, et maxime causis et rationibus antedictis. Revelans vero infra triduum a die scientie aliquem seu aliques contra predicta vel aliquod predictorum attemptantem seu attemptantes, sive complex fuerit, sive non, ab omni pene incursu, si quam forte incurrisset, relevaretur, et nihilominus lucraretur de ere Communitatis prefata ducatos centum auri. Potestas autem, qui pro tempore foret, teneretur de predictis inquirere et procedere sine strepitu et figura iudicii, et omni iuris solemnitate omissa, et repertos culpabiles penis punire predictis. Decreverunt insuper irritum et inane quidquid contra predicta vel aliquod predictorum attemptari vel fieri contingeret, illudque viribus evacuarunt. Proinde pro parte dicte Communitatis civium nobis fuit humiliter supplicatum, ut legi et sanctioni predicte honeste, iuste, possibili et quieti eiusdem Civitatis convenienti non pro aliquo privato commodo, sed pro communi civium dicte Civitatis prospero ac felici regimine firmiori robur nostre perpetue confirmationis adiicere, et que per eos, ut prefertur, statuta et sancita ac prohibita sunt, de novo cum adiectione penarum, quarum metu unusquisque a contraveniendo abstineat, apostolica auctoritate statuere et ordinare, aliasque eis super hoc et soliti regiminis predicti inconcussa observatione oportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui Civitatem predictam et illius cives peculiares eiusdem Romane ecclesie filios paterna diligimus in dño caritate, et in illorum prosperitatis votive successibus gratulamur, huiusmodi supplicationibus inclinati legem, sanctionem, constitutionem et statutum predicta, ac prout illa concernunt omnia et singula in scripturis autenticis desuper confectis contenta auctoritate apostolica presentium tenore confirmamus, et approbamus et presentis scripti patrocinio communimus, supplemusque omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem. Confirmamus insuper et approbamus et laudamus dicta auctoritate prefatum salubrem, quietum, pacificum et tranquillum regiminis eiusdem Civitatis tam diutino tempore observatum modum,

et sanctiones et ordinationes desuper hactenus editas, et quas per ipsius regiminis cives edi continget in futurum, laudabiles tamen et honestas, ipsius regiminis et numeri nonaginta sex civium eius in dictis ordinationibus contenti manutentionem, conservationem et temporibus solitis renovationem et quietem eiusdem Civitatis concernentes, et pro potiori cautela, ut eum non virtutis amore, saltim pene formidine a perturbatione tam salubris regiminis abstineant in futurum. Quod de cetero perpetuis futuris temporibus nonaginta sex cives prefati ad regimen predicte Civitatis iam assumpti et loco deficientium pro tempore surrogandi solita ibidem potestate et auctoritate fungantur, et eorum numero ac regimini predicto nobiles, milites, comites et in quacumque facultate litterali graduatos, qui nunc sunt et pro tempore erunt cives dicte Civitatis, vel aliquem eorum ullo unquam tempore in futurum aggregari et de illo esse, vel ad regimen ipsum recipi et admitti etiam quovis quesito colore nullatenus posse dicta auctoritate statuimus, et illos ex eisdem nobilibus, militibus, comitibus et graduatis, qui singulariter vel coniunctim et communicato consilio inter eos, vel aliquos eorum statuti predicti derogationem quavis etiam apostolica auctoritate querere, et se ad regimen huiusmodi recipi et admitti publice vel occulte per se vel alium seu alios, aut ut id fiat cum comitiva vel sine, cum armis vel sine, verbo vel facto querere, et qui eis ad id auxilium, consilium vel favorem prestare directe vel indirecte presumpserint in futurum, eam quam oppugnate patrie et perduellionis criminum rei de iure incurrerunt capitalem et confiscationis bonorum eorumdem Camere Communis illius Civitatis penam ex ipso incurrere eadem auctoritate decernimus: illos vero, qui de numero predictorum nonaginta sex nunc sunt et pro tempore fuerint, et de eorumdem sic a regimine predicto exclusorum, aut alicuius eorum admissione ad illud in totum, vel pro parte in eorum consiliis et congregationibus proponere, vel ut id fiat consulere, seu ut eorum verbis utamur arrengare, aut alias quovis modo, verbo vel facto directe vel indirecte tractare vel persuadere, seu ut id fiat consentire non formidaverint, ultra capitalem et confiscationis bonorum penas predictas excommunicationis late sententie, a qua ab alio quam Romano pontifice, preterquam in mortis articulo constituti, nequeant absolutionis beneficium obtinere, ac inhabilitationis ad regimen ipsum et quoscumque actus legitimos cum eorum descendentibus usque in tertiam generationem penam incurrere volumus eo ipso. Mandamus quoque eadem auctoritate universis et singulis confratribus confratriarum laicorum Civitatis predicte, etiam in quibus non solum laici, sed etiam clerici admittuntur, de quorum numero aliqui eorumdem nobilium impresentiarum existunt, ut eosdem nobiles, quos ab eorum confratriis ex certis causis segregamus et separamus, de cetero pro confratribus eorum non habeant, nec teneant, neve ut tales in eorum congregationibus et conventionibus recipiant et admittant, sed ut exclusos ab illis penitus pertractent, et infra triduum, postquam pro parte Priorum dicte Civitatis fuerint desuper requisiti, eorumdem sic iam in confratres eorum receptorum nomina et cognomina de ipsorum libris et matricula cassent, aboleant et cancellent, et a receptione eorumdem nobilium, qui nunc sunt et pro tempore erunt in Civitate predicta, in eorum confratriis proponendo quoque et consulendo de illorum aut alicuius ipsorum receptione in eorum confratres penitus abstineant, sub privationis privilegiorum et gratiarum quarumcumque spiritualium et temporalium eisdem confratriis non parentibus in communi concessarum, et excommunicationis late sententie per singulares confratres earumdem contravenientes, et ipsorum ac eorum descendentium in tertiam generationem perpetue exclusionis ab illis et aliis confratriis Civitatis et Communitatis eorumdem penis per eos, qui non paruerint, eo ipso incurrendis.

Prohibemus insuper prefata auctoritate dictis exclusis a regimine predicto, cui exclusioni eorum conditio et mores causam prestant, ne in eiusdem exclusionis recompensam aliquam immunitatem ab oneribus dicte Civitatis in totum, vel in partem, aut aliam prerogativam seu gratiam querere, et eis in genere vel alicui eorum nominatim et in specie etiam motu proprio quavis etiam apostolica auctoritate concessa uti presumant, neve quispiam, ut id fiat, consulere vel alias temptare, et ad id eis aut alicui eorum assistere, seu consilium vel auxilium prestare audeat: et si qui contrarium fecerint, in singulis casibus predictis pro modo culpe Potestatis eiusdem dicte Civitatis pro tempore existentis arbitrio puniantur, et obtenta exemptio, immunitas et prerogativa quelibet etiam a sede ipsa nullius efficacie existat, teneanturque tales contrafacientes onera eis incumbentia in Civitate predicta ad decennium tunc proxime futurum duplicata perferre. Et quia, sicut accepimus, in prima congregatione consilii Civitatis eiusdem, que fit post initium officii Potestatis dicte Civitatis bis quolibet anno, prefati Priores et cives de regimine ac populares eiusdem Civitatis ex antiqua consuetudine, seu statutaria dispositione Civitatis eiusdem soliti sunt fidelitatis debite per eos sancte Romane ecclesie prefate, et Romano pontifici pro tempore existenti, ac de favendo ipsi pacifico et quieto regimini Civitatis predicte in eiusdem Potestatis presentia interveniente pacis osculo inter eos solemne prestare iuramentum iuxta formam circa id traditam: volumus, quod huiusmodi laudabilis consuetudo imposterum perpetuis futuris temporibus sobservetur, et quod tam predicti de numero nonaginta sex de regimine quam

alii populares iuramentum huiusmodi prestare soliti, et etiam confratres dictarum confratriarum huiusmodi fidelitatis etiam de favendo regimini predicto, ac etiam de observando contenta in presentibus litteris iuramentum prestare teneantur et debeant solitis temporibus, et qui illud prestare recusaverint aut malitiose distulerint, vel illud sic per eos prestitum quovis modo violaverint, excommunicationis late sententie penam eo ipso incurrant, et preter illam dicti Potestatis arbitrio puniantur, et nichilominus ad illius prestationem per ipsum Potestatem districtione qua convenit compellantur. Et si forte contingeret per nos aut successores nostros Romanos pontifices, seu sedis prefate Legatos, aut Gubernatores dicte provincie pro tempore existentes presentibus litteris in aliquo derogari, vel earum vim et effectum in totum vel pro parte perpetuo vel ad tempus suspendi, quoad omnes predictos sic exclusos nunc et pro tempore existentes, aut aliquem eorum volumus, et dicta auctoritate declaramus derogationem et suspensionem huiusmodi nemini suffragari posse vel debere, nisi dum et quotiens presentium litterarum de verbo ad verbum in litteris derogationis et suspensionis huiusmodi inserto tenore, non autem per clausulas generales etiam huiusmodi insertionem importantes derogatio et suspensio predicta emanaverit, et ad id omnium civium predictorum de regimine dicte Civitatis tunc existentium, nemine discrepante, expressus accedat assensus, et non alias, nec alio modo, intelligaturque eidem derogationi et suspensioni ea conditio adiecta, ut illis, pro quibus emanaret, ita demum suffragetur, si ad id assensus huiusmodi accedat, quia nre incommutabilis intentionis existit, quod premissa omnia pro illius nostre Civitatis predicte pace et quiete provide statuta, ordinata, prohibita et decreta inconcusse serventur, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam in dicta provincia editis et edendis, ac reliquis dicte Civitatis confirmatione apostolica vel quavis firmitate vallatis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nre confirmationis, approbationis, communitionis, suppletionis, statuti, decreti, mandati, segregationis, separationis, prohibitionis, declarationis et voluntatis infringere. Si quis autem etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MCCCCXCIII. XIII. Kal. Iunii, Pontificatus nostri anno primo.

CCCCXXVI.

Capitula foederis inter Alexandrum PP. VI. et Ferdinandum de Aragonia pro se et rege Siciliae suo patre inita ad tuendos ecclesiae Rom. status contra regem Francorum, et de Zizim sultano in regnum Siciliae transferendo etc. *Ex originali.*

Noi Don Ferrando de Aragona Duca di Calabria, regio primogenito et Vicario generale etc. Promettemo al Sanctissimo et beatissimo in Christo patre et Segnore nostro, Segnore Alexandro per la divina providentia papa VI. inviolabiliter observare le cose infrascripte, quale promittemo ad sua Sanctita per nome et parte del Serenissimo Segnore, Segnor Don Alfonso de Aragona per la gratia divina Re de Sicilia, Hyerusalem etc. Segnore et patre nostro Colendissimo et nostra, et la prefata Maesta ratificara et approbara infra termino de di dece, el fara con effetto observare, videlicet:

In primis volendo la Sanctita prefata per la invasione facta ale terre dela sancta ecclesia per Re de Fransa evitare et fugere la ira et impetu del prefato Re, in lo regno del prefato Segnor Re nro patre li promictimo che sempre possa sua Sanctita intrare, demorare et exire liberamento senza damnificare ne impedire, ma con la persona et statu servire et adiutare sua Sanctita, lo sacro collegio de Rmi Cardinali, li Officiali, Cortesani et tutte altre cose de sua Sanctita, et precipue le persone deli Rmi Cardinali Vicecancellero et Sanseverino, de lo Illre Prospero Colonna et de lo Illmo Zem Soltano fratre del gran Turco, et tutti altri presenti, de li quali se ne habia ad fare liberamente la volunta dela prefata Sanctita, ante la sua Sanctita et ciascuno de pronominati sempre saranno securi et senza timore de damnificatione alcuna, offrendo in questo ultra la promessa dela prefata Maesta et nostra per maiore sicurita de sua Sanctita la promessa del magnifico et religioso Don Grassia Tasso de la Vega, oratore deli Sermi et Illmi Segnori Re et Regina de Castiglia. „Placet."

Item promettemo nomine quo supra in nullo tempo abandonare la prefata Sanctita, ante per sua defensione exponere le forze del prefato Segnor Re et nre, et che la prefata Maesta no possa pigliare accordio ne con Re de Franza, ne con altri potentati in le cose di sua Maesta, si prima no stabilisce et acconcia le cose dela prefata Sanctita et cum eius expresso consensu. Et versa vice la prefata Sanctita promette ala Maesta predicta et ad noi de no abandonare la prefata Maesta et noi, ante essere in nostro adiuto et favore in questa impresa, et che no pigliara accordio con Re de Franza senza consensu dela prefata Maesta et nostro. Et ulterius promettemo nomine quo supra, che Roma et tucte le altre citta, terre, castelli con loro fortellise, quale sua Sanctita perdesse per causa dela presente impresa, la Maesta del Segnor Re prefata et noi con tucto el suo et nostro possibile potere et faculta le reenperara ala prefata Sanctita et reintegrali ad sua Beatitudine et ad sancta ecclesia. „Placet."

Item promittemo nomine quo supra donare ad sua Sanctita quolibet anno per la vita et sustentatione sua, finche sara nel regno, durante questo necessita ducati cinquanta milia de oro de camera,

comenzando dal di intra nel regno, et dare ad sua Beatitudine per la vita et spesa del prefato Zem ducati decemilia euri de camera, pagandoli da doi in doi mesi, overo mese per mese pro rata come piacera ad sua Sanctita. „Placet."

Item promittemo nomine quo supra, attento la prefata Sanctita heve da menare con se Zem Sultan fratre del gran Turcho, per sicurita del prefato Zem assignare el castello di Caieta in potere del Rm̃o Segnore Cardinale de Valentia, el quale tenera in nome de sue Beetitudine, finche el prefato Zem sara nel dicto castello, et dal prefato Cardinale la Maesta del Segnor Re nr̃o patre et noi habia de recepere iuramento et fede homagii di tenere ala fidelita di sue Maesta dicto castello, et nullo tempo deviare da quella, intendendose tucta via tenerlo ale obedientia de nostro Segnore per conservatione del Turcho, servata sempre la fidelita ala prefata Maesta. Et in casu che la Sanctita sua, quod absit, havera finiti soi di felici, o vero che se partisse dal regno, o vero chel prefato Zem moresse o se partesse, la prefata Sanctita et Rm̃o Cardinale de Valentia iurara et promettera rendere el ditto castello in potere dela Maesta del Segnore Re nostro patre, o nostro, o de altri legitimi procuratori dela prefata Maesta, o nostri. Verum che morendo sua Sanctita el ditto Rm̃o Cardinale de Valentia habia da tenere dicto castello fine in tanto sia creato el novo pontifice, al quale il ditto Cardinale consignara el prefato Zem Turcho, al castello ala prefata Maesta et soi heredi. „Placet."

Item per meglior guardia et custodia del ditto Turcho, et anche perche lo ditto Cardinale de Valentie in la citta di Caieta sie obedito et reverito, la prefata Maesta sara contenta chel ditto Cardidinale da Valentia in nome di sua Maesta governe et sia locumtenente in la prefata citta dela detta Maesta facendoli dare plena obedientia. „Placet."

Item le prefata Sanctita inseme con lo prefato Rm̃o Cardinale de Valentia promette ala Maesta de Segnor Re nostro patre et ad noi tenere lo prefato castello de Caieta ale fidelita de sua Maesta et nostra, come de supra e ditto, et quando se deviasse per lo castellano da tenerese per la ditta Sanctita et Cardinale de Valentia, dal quale castellano recepera la Maesta del Segnor Re et noi fede homagii in la maniera supradicta, in quello casu possa la Maesta prefata et noi, deviendo come se dice de supra, recurrere supra le ditta persona del dicto Reverendissimo Segnor Cardinale de Valentia. „Placet."

Item che la prefata Sanctita (et) el Rm̃o Cardinale de Valentie bebiano da star in Napoli o in Cupua, o in Aversa, o vero in altra citta et loco dele prefata Maesta che paresse megliore per sua Sanctita, mentre li piacera stare nel regno. „Placet."

Item promettemo che la Maesta del Segnor Re pagara al ditto Cardinale de Valentia la provisione solita da dare al castellano del preditto castello da Caieta, et le altre spese et guardie si per lo Turcho como per maiore guardia del castello le habia ad fare sua Sanctita. „Placet."

Et per observantie de tucte et singule cose de sopra contenute io Don Ferrando de Aragonia, Duca di Calebria etc. me sono soptoscripto de mie propria mano, iurando e sancti dey evangelii, che se observara tucto el supradetto, et per magiore securita de sua Sanctita promectemo in termine de dudeci di la Maesta del Segnor Re nostro patre rectificara(sic) et eproparra. In Roma e di vinticinco de Dicembro 1495.

(L. S.) Ferrando.

CCCCXXVII.

Civitatem Ferrariae ducatus titulo pontifex decorat, eaque Herculem Estensem eiusque primumgenitum Alphonsum et descendentes investit, censu annuo eisdem ad C. flor. auri, descendentibus vero ad M. reducto.
Reg. Tom. C. fol. 47.

Alexander episcopus etc. Ad futuram rei memoriam. Ex superne providentia maiestatis in apostolice dignitatis specula meritis licet imparibus constituti, ad ea libenter aciem nr̃e considerationis extendimus, per que sancte Rom. ecclesie Civitates presertim preclare et insignes, ac persone illas castraque, terras et loca alia ab eadem Romana ecclesia in Vicariatum obtinentes de illa benemerite, illorumque in eis successores tanquam nostri et eiusdem Rom. ecclesie peculiares filii et devoti, ac de quibus firma spes non immerito haberi potest, quod more progenitorum suorum Civitates, terras, castra ac loca predicta prospere et feliciter ac in pacis dulcedine gubernare, conservare, ampliare, adaugere, protegere et defendere curabunt, condignis gratiis, commoditatibus, honoribus ac dignitatum titulis attollantur, et ab oneribus eis impositis, quantum fieri potest, releventur, quo in dies melius, commodius et ferventius bono et felici regimini, et conservationi, ampliationi, augmento, protectioni et defensioni Civitatum, terrarum, castrorum et locorum predictorum intendere possint. Dudum siquidem felicis record. Sixtus papa IIII. predecessor noster quondam Borsio Estensi, dum in humanis ageret, in nostris Civitate Ferrarie ac Masse Lombardorum, Consilicis, Ronchadelle, Zeppe, Scantamantelli, Bagnacavalli, Sencteagathe, Barbiani, Cincii et Zangovarie castris, terris atque locis pro Romane ecclesia in temporalibus Vicario generali, ac Ducali dignitate in dicta Civitate Ferrarie fungente vita functo, dilectum filium nobilem virum Herculem eiusdem Ferrarie ducem, fratrem suum, quamdiu vitam duceret in humanis, et post eius obitum filios et nepotes suos legitimos et na-

turales per rectam lineam descendentes usque in tertiam generationem in Civitate Ferrarie, castris, terris et locis predictis, illorumque Comitatibus, territoriis et districtibus in eisdem temporalibus Vicarios generales de fratrum suorum tunc eiusdem Romane ecclesie Cardinalium, de quorum numero tunc eramus, consilio et assensu, cum illorum mero et mixto imperio ac omnimoda iurisdictione temporali, que inibi per dictam ecclesiam vel alium pro ea exerceri consueverat, ac alias sub certis modo et forma tunc expressis auctoritate apostolica fecit, constituit et deputavit, ipsiusque Herculis personam titulo et insignibus Ducalibus voluit prefulgere, ut et ipsius ac eiusdem Borsii ducis, dum viveret, parificatio dignitatis, gratie et honoris in cunctis haberetur et Dux Ferrarie nominaretur, Volens et decernens, quod Hercules dux, filii et nepotes predicti ratione Ferrarie Quinque millia, retentis per eos pro eorum provisione mille, ac aliorum castrorum, terrarum et locorum predictorum Centum florenos auri de Camera boni et iusti ponderis, ac unam liberam argenti puri respectivo singulis annis, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, nomine Census in Romana curia suis sumptibus, periculis et fortuna deferendos Camere apostolice dare et persolvere tenerentur, prout in diversis ipsius Sixti predecessoris litteris, quarum tenores, ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, haberi volumus pro sufficienter expressis et insertis, plenius continetur. Cum autem, sicut evidentia rei clare demonstrat, prefatus Hercules dux more maiorum et progenitorum suorum, qui Civitatem predictam in huiusmodi Vicariatum ab eadem Romana ecclesia a longissimo tempore citra obtinentes, illam ac eius territorium et districtum plurimum repararunt et meliorarunt, Civitatem ipsam Ferrarie tempore suo mirum in modum non sine maximis et gravissimis impensis, suaque dexteritate, diligentia et opera accuratissima adauxerit, arcibusque et fossis amplissimis, ac muris et menibus muniverit, ac melius solito munire ceperit, locaque quamplura territorii dicte Civitatis Ferrarie sterilia et inculta ad maximam habitantium utilitatem ad culturam ac fertilitatem reduxerit, et in illa aliisque terris, castris et locis predictis plurima ad eorum firmissimam tutelam, defensionem et conservationem effecerit, propter que aliis Civitatibus, castris et terris eiusdem Romane ecclesie tamquam illorum antemurale maximum profecto presidium facile afferri, iusque eiusdem Romane ecclesie non immerito adauctum satis dici potest; et pro totali omnium premissorum perfectione ac Civitatis Ferrarie aliorumque castrorum, terrarum et locorum predictorum conservatione, tutela et defensione in dies non parva sit opus impensa, ad quam faciendam prefatus Hercules dux omni studio intendere non cessat, et propterea dignum et conveniens fore noscatur, ut Hercules dux, qui etiam in ipsa Civitate Ferrarie ex sua pia devotione multa Monasteria et religiosa loca tam virorum, quam mulierum de propriis bonis suis opera quidem sumptuoso fundari, erigi et construi, ac iam fundata, erecta et constructa instaurari curavit, ac filii et nepotes sui prefati propter ea, que Hercules dux ac maiores et progenitores sui predicti pro decore, ornamento, instauratione, melioratione, ampliatione, munitione, conservatione, defensione et tutela predictis tot gravissimis impensis, studiis et laboribus suis effecerunt, et ipse Hercules dux facere non desinit, a tanti census onere releventur, quo ad alia maiora et utiliora peragenda in dies magis atque magis alliciatur: Nos premissa omnia, que notoria sunt, attenta meditatione pensantes, ac tam Herculem ducem, filios et nepotes suos prefatos pro huiusmodi benemeritis, quam Civitatem ipsam Ferrarie adeo insignem et preclaram pro illius dignitate et decore aliquibus specialis gratia favore, honore et prerogativis, prout convenit, prosequi et decorare, ac a tanto census onere relevare, et quibus possumus liberalitate et gratia uti volentes, sperantes quoque, quod Hercules dux ac filii et nepotes sui prefati in suis fidei sinceritate ac devotione erga nos et eandem Romanam ecclesiam more eorundem progenitorum suorum perseverabunt, ex premissis et certis aliis rationabilibus causis ad hoc animum nostrum inducentibus, habita super hiis cum Venerabilibus fratribus nostris eiusdem Romane ecclesie Cardinalibus deliberatione matura, Civitatem predictam Ferrarie in Ducatum ad instar provinciarum quarumcumque et aliarum Civitatum Ducali dignitate fulgentium, de similibus consilio, assensu, scientia, potestatis plenitudine et auctoritate tenore presentium perpetuo erigimus, ac omni Ducatus iure, facultate, nomine, titulo, insigniis, honoribus et praeminentiis universis insignimus et decoramus, ac Herculem ducem, filios et nepotes prefatos eiusdem Ferrarie duces successive ordine infrascripto facimus, constituimus et creamus, statuentes et ordinantes, quod Civitas ipsa Ferrarie deinceps perpetuis futuris temporibus Ducatus Ferrarie, et tam Hercules dux quam filii et nepotes prefati Ferrarie Duces successive existant, et pro talibus ab omnibus censerentur, nominarentur et haberentur, gauderentque omnibus Ducalibus insigniis, iuribus, honoribus et preeminentiis, plenaque, libera et omnimoda Ducali dignitate, potestate, iurisdictione, auctoritate et concessione, etiam cuiuscumque gradus suppremi, meri et mixti imperii, omniumque et singulorum iurium Regaliorum nuncupatorum, ac quibuscunque aliis gratiis, privilegiis, libertatibus, favoribus, prerogativis, indultis, immunitatibus et exemptionibus, quibus alii Ducatus et Duces etiam quantumcunque magni de iure, consuetudine, privilegio vel alias quomodolibet

utuntur, potiuntur et gaudent, seu uti, potiri et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, que omnia, tenores et effectus eorum, ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, pro sufficienter et specifice expressis et insertis habentes, Herculi duci filiisque ac nepotibus prefatis de similibus consilio, assensu, scientia, auctoritate et potestatis plenitudine harum serie de uberioris dono gratie plenissime et expresse potiori pro cautela excessive concedimus, donamus et elargimur, volentes et decernentes similibus consilio, assensu, scientia, potestatis plenitudine et auctoritate, quod in Civitate Ferrarie, castris, terris et locis predictis pro illorum maiori quiete ac meliori regimine et gubernatione, ac dissensionibus, que verisimiliter tempore procedente, quod deus avertat, evenire possent, evitandis, prefato Hercule duce vita functo, dilectus filius nobilis vir Alfonsus eius primogenitus, ipsoque Alfonso decedente, etiam dicti Alfonsi primogenitus, et ex ipso primogenito primogenitus, et eo siue filiis deficiente secundogenitus, et sic successive ex linea dicti Alfonsi descendentes, illisque omnibus deficientibus secundogenitus prefati Herculis ducis, et eo defuncto sine filiis etiam terciogenitus suus, et sic successive et similiter alii prefati Herculis ducis filii modo premisso in Ducatu, Civitate Ferrarie, castris, terris ac locis predictis cum pari potestate et auctoritate omnino succedant, ita quod semper successio huiusmodi ad primogenitum, et eo sine filiis decedente ad secundogenitum, et successive ad alios servato ordine predicto deveniat. Et insuper Censum predictum deinceps perpetuis futuris temporibus, quoad Herculem ducem ac eius Alfonsum primogenitum, necnon ex ipso Alfonso primogenito et dilecta in Christo filia nobili muliere Laurentia de Borgia, Ducissa Biselli, eius uxore descendentes masculos, quamdiu vitam duxerint in humanis, ad Centum, et eis deficientibus quo ad alios successores in ipsis Civitate Ferrarie, Ducatu, castris, terris ac locis ad Mille florenos similes dumtaxat singulis annis dicte Camere persolvendos eisdem consilio, assensu, scientia, potestatis plenitudine et auctoritate ex nostra mera et sedis apostolice gratia et liberalitate, premissis attentis, gratiose reducimus, limitamus et moderamur, eisdem Herculi duci, Alfonso primogenito et aliis descendentibus suis, ac successoribus prefatis totum residuum remittentes, donantes et elargientes, eosque ab ipso residuo absolventes, quietantes et liberantes, ac decernentes eos ad aliam solutionem quam dictorum Centum quoad Herculem ducem et Alfonsum primogenitum, ac ex eo et uxore prefata descendentes, et quoad alios successores prefatos quam dictorum Mille florenorum annis singulis eidem Camere deinceps faciendam non teneri, nec a quoquam quavis auctoritate astringi aut compelli posse, ac ob non solutionem maioris summe huiusmodi aliquas sententias, censuras et penas etiam privationis, vel alias in dictis litteris contentas non incurrere, ac limitationem, moderationem, reductionem, remissionem, donationem, absolutionem et quietationem predictas vim, robur et efficaciam vere solutionis habere, irritum quoque et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, ac mandantes dilecto filio Raphaeli sancti Georgii ad Velum aureum diacono Cardinali, nostro et pro tempore existenti Camerario, ac dicte Camere presidentibus, clericis ac officialibus etiam pro tempore existentibus, ne Herculem ducem, Alfonsum primogenitum, ac ex eo et eius uxore predicta descendentes, ac deinde successores prefatos contra presentium tenorem ad aliam solutionem faciendam ullatenus compellere, gravare aut molestare quoquomodo presumant, Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, etiam in Conciliis generalibus editis, concessiones et alienationes similes fieri prohibentibus, legibus quoque Imperialibus ac statutis municipalibus Civitatis Ferrarie, terrarum, castrorum et locorum omnium predictorum ac provinciarum, in quibus consistunt, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, natura quoque et consuetudine feudi vel censuum, omnibusque et singulis in litteris predictis contentis ac expressis, necnon iuramento, quod secundum litterarum predictarum tenorem de observandis omnibus et singulis capitulis, modis et conditionibus contentis in illis prefatus Hercules dux prestitit, ac dictum Alfonsum descendentesque et successores prefatos imposterum prestare contigerit, quod quoad censum huiusmodi iuxta moderationem, limitationem, reductionem, absolutionem et remissionem predictas eis omnino relaxamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum erectionis, insignitionis, decorationis, constitutionis, creationis, statuti, ordinationis, concessionis, donationis, elargitionis, voluntatis, decreti, reductionis, limitationis, moderationis, remissionis, absolutionis, quietationis, liberationis, mandati et relaxationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo primo, xv. Kal. Octobris, Pontificatus nostri anno decimo.

✠ Ego Alexander Catholice Ecclesie Episcopus ss.

✠ Ego D. Epūs Sabinensis S. R. E. Card. Neapolitanus mpp. ss.

✠ ....

✠ Ego C. Epūs Tusculanus Card. Portugalensis mpp. ss.

✠ Ego Io. Epus Penestrinus Card. Rachanatensis mpp. ss.

✠ Ego L. Epus Albanensis S. R. E. Card. Beneventanus mpp. ss.

✠ Ego A. S. R. E. presb. Card. tituli s. Praxedis manu propria ss.

✠ Ego Io. Card. Montisregalis mpp. ss.

✠ Ego B. Card. de Ursinis mpp. ss.

✠ Ego Iohannes Card. Alexandrinus ss.

✠ Ego B. Card. s. Crucis subscripsi.

✠ Ego Io. Card. Agrigentinus ss.

✠ Ego D. Card. Grimanus mpp. ss.

✠ Ego Iac. tit. s. Clementis presb. Card. Arborensis manu propria.

✠ Ego F. tit. s. Cecilie presb. Card. Cusentinus mpp. ss.

✠ Ego Io. tit. s. Balbine Card. Salernitanus mpp. ss.

✠ Ego L. tit. s. Agathe presb. Card. Caputaquensis mpp. ss.

✠ Ego Io. Baptista tit. s. Crisogoni presb. Capuanus mpp. ss.

✠ Ego F. s. Eustachii diac. Card. Senensis subscripsi.

✠ Ego Io. s. Marie in Domnica diac. Card. de Medicis mpp.

✠ Ego F. s. Theodori diac. Card. de Sancto Severino ss.

✠ Ego Hyppolitus s. Marie in Silice diac. Card. Estensis manu propria ss.

✠ . . . .

✠ . . . .

✠ Ego Iulianus diaconus Card. de Cesarinis manu propria subscripsi.

✠ Ego A. ss. Cosme et Damiani diac. Card. de Farnesio mpp. ss.

✠ Ego L. Card. de Borgia mpp. ss.

✠ . . . .

CCCCXXVIII.

Cessionem civitatis Penestrinae vicinorumque castrorum a Francisco de Columna camerae apostolicae factam pontifex recipit, atque ei eiusque descendentibus annuam pensionem DC. ducat. super aluminibus cruciatae assignat. *Ibidem fol. 194.*

Alexander episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Apostolice sedis providentia circumspecta ad ea libenter intendit, per que civitates et loca Romane ecclesie subiecta sub statu prospero et tranquillo valeant salubriter regi et feliciter gubernari: ad illos quoque, quorum sincera devotio et integra fides erga eandem Romanam ecclesiam comprobari, et quos de ea benemeritos esse cognoscit, dexteram sue liberalitatis extendens illa eis favorabiliter concedit, que earum commoditatibus fore conspicit oportuna. Cum itaque dilectus filius nobilis vir Franciscus de Columpna, domicellus Romanus, ex certis ad id animum suum moventibus causis omni iuri (sic), quod sibi ac heredibus et successoribus suis in Civitate Penestrina et Castro novo Gallicano, Passarano et Penne cum eorum arcibus, ac omnibus et singulis aliis castris, oppidis, terris, locis, territoriis, districtibus, casalibus, possessionibus, domibus, vineis et aliis immobilibus bonis quibuscunque tam in alma Urbe et eius districtu, quam alias ubilibet consistentibus, eorumque dominio, regimine, gubernatione, iurisdictione, fructibus, redditibus, emolumentis et pertinentiis universis, vel ad illa et eorum singula quomodolibet competebat et competere poterat, in manibus nostris sponte et libere cesserit, illaque omnia et quascunque actiones sibi desuper competentes nobis et Camere apostolice donaverit, concesserit, et in nos ac eamdem Cameram transtulerit, nosque cessionem, donationem, concessionem et translationem huiusmodi illas ratas et gratas habentes duxerimus admittendas: Nos Civitatem Penestrinam, castra, oppida, terras, loca, arces, territoria, districtus, casalia, possessiones, domos et alia bona, iuraque et actiones huiusmodi, quorum omnium denominationes, situationes, vocabula, designationes, quantitates, qualitates et veros valores presentibus pro sufficienter expressis haberi volumus, ex certa scientia nostra et apostolice potestatis plenitudine predicte Camere harum serie perpetuo applicantes et appropriantes, volentesque predicti Francisci bonam fidem et singularem erga nos et eandem Romanam ecclesiam devotionem recognoscere, eique ac eius filiis masculis, et eorum heredibus et successoribus ab eis per lineam masculinam descendentibus imperpetuum, ut commodius sustentari valeant, de alicuius subventionis auxilio providere, habita super hiis cum Venerabilibus fratribus nris sancte Romane ecclesie Cardinalibus deliberatione matura, et de eorum unanimi consilio pariter et assensu predictis Francisco, quoad vixerit, et post eius obitum eius filiis masculis, eorumque heredibus et successoribus ab eis per lineam masculinam descendentibus, ut prefertur, sexcentos ducatos de Carlenis, decem videlicet carlenis pro quolibet ducato computatis, super aluminibus sancte Cruciate ad dictam Cameram spectantibus eis annis singulis de mense in mensem pro equali parte, seu rata integre persolvendos de scientia et potestatis plenitudine similibus auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo concedimus, constituimus et assignamus, Decernentes predictam Cameram et dictorum aluminum appaltatores nunc et pro tempore existentes ad integram solutionem sexcentorum ducatorum huiusmodi Francisco et filiis, ac heredibus et successoribus predictis annis singulis, ut prefertur, faciendam fore efficaciter obligatos, et ad id quibusvis oportunis iuris remediis com-

pelli posse et debere, et in eventum, in quem dicti appaltatores propter guerras vel alios sinistros eventus aut quascunque alias causas ratione aluminum huiusmodi dictos sexcentos ducatos solvere non tenerentur, predictam Cameram et etiam alia eius bona quecunque ad illos, ut premittitur, persolvendum omnino teneri et obligari, Mandantes appaltatoribus prefatis et eorum singulis, ut de dictis sexcentis ducatis Francisco et filiis ac heredibus et successoribus predictis imperpetuum, vel eorum procuratori legitimo ex pretio appaltatus aluminum huiusmodi absque aliquo alio mandato, quibuscunque exceptione et excusatione cessantibus, annuatim, ut premittitur, integre respondeant et realiter satisfaciant, necnon dilectis filiis Camerario et Thesaurario nostris et Romane ecclesie ac Clericis Camere predictarum etiam nunc et pro tempore existentibus, ut premissa omnia firmiter observent et observari faciant in omnibus et singulis, ut prefertur, ac sexcentos ducatos huiusmodi eisdem appaltatoribus, qui illos, ut prefertur, persolverint, in eorum computis recipiant et admittant, Non obstantibus premissis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac statutis, consuetudinibus et observantiis dicte Camere, etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, necnon quibusvis privilegiis, indultis et litteris apostolicis Francisco, filiis, heredibus, successoribus, Camere et appaltatoribus predictis vel quibusvis aliis communiter vel divisim sub quibusvis verborum formis et clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis irritantibusque decretis concessis, vel imposterum forsan concedendis, quibus, etiam si de illis eorumque totis tenoribus pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas Id importantes mentio, seu quevis alia expressio habenda foret, et in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus aut nonnisi sub certis inibi expressis modo et forma derogari possit, eorum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes, quoad premissa dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, specialiter et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre applicationis, appropriationis, voluntatis, concessionis, constitutionis, assignationis, decreti, mandati et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo tertio, VI. Idus Maii, Pontificatus nostri anno decimo.

✠ Ego Alexander Catholice Ecclesie Episcopus ss.

✠ . . . .

✠ Ego G. Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Portugalensis manu propria ss.

✠ . . . .

✠ Ego L. Episcopus Albanensis S. R. E. Card. Beneventanus manu propria ss.

✠ Ego A. Episcopus Tusculanus S. R. E. Card. s. Praxedis manu propria ss.

✠ Ego Iohannes Card. Montisregalis mpp. ss.

✠ Ego Ioh. Ant. Card. Alexandrinus ss.

✠ Ego B. Card. s. Crucis in Hier. mpp. ss.

✠ Ego Iohannes Card. Agrigentinus mpp. ss.

✠ Ego D. Card. Grimanus manu propria ss.

✠ Ego Iohannes Card. Arborensis mpp. ss.

✠ Ego F. tit. sancte Cecilie presbiter Card. Cusentinus manu propria ss.

✠ Ego Iohannes tituli s. Balbine presbiter Card. Salernitanus manu propria ss.

✠ Ego L. tit. s. Agathe presbiter Card. Caputaquensis manu propria ss.

✠ Ego Ioh. Stephanus tituli s. Vitalis presbiter Card. Bononiensis manu propria ss.

✠ Ego F. s. Eustachii diac. Card. Senensis ss.

✠ Ego Iohannes sancte Marie in Domnica diaconus Card. de Medicis manu propria ss.

✠ Ego F. sancti Theodori diaconus Card. de Sancto Severino ss.

✠ Ego Iul. diac. Card. de Cesarinis mpp. ss.

✠ Ego A. s. Nicolai diaconus Card. Dalbreto manu propria ss.

✠ . . . .

✠ Ego L. Card. Borgia manu propria ss.

CCCCXXIX.

Iulius PP. II. statuta et privilegia civitatis Bononiensis confirmat. *Reg. Tom. VII. fol. 25.*

Iulius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Etsi ex commisso nobis meritis licet imparibus pastorali officio teneamur circa singulos Christifideles nostre cure commissos intendere, illorum tamen, qui nobis et Rom. ecclesia immediate subiecti (....) eorum fidei eximia constantia promeruerunt, ut in precipuos et peculiares filios eiusdem Romane ecclesie recepti sub illius et sedis apostolice tutela existerent, cura propensius nos hortatur et urget, ut ea, que pro felici pacifico et concordi regimine ipsorum eis etiam per predecessores nros Romanos pontifices et sedem eandem concessa fuerint, etiam munimine nostro roboramus, ut illa firmius persistant, quo fuerunt sepius sedis eiusdem protectione circumfulta. Dudum siquidem fel. recordationis Nicolaus papa Quintus, predecessor noster, dilectis filiis Communi et populo Civitatis nostre Bononiensis pro eorum prospero tranquillo et felici regimine nonnulla privilegia, gratias capitulaque concedens, et quasdam eorum petitiones admittens inter alia voluit et ordinavit, quod ex tunc de ce-

tero futuris temporibus omnia et singula regimen Civitatis predicte quomodolibet concernentia per Legatum sive Gubernatorem, at eorum locumtenentes pro tempore cum consensu Magistratuum deputatorum ad regimen dicte Civitatis deliberarentur, statuerentur et disponerentur: et deinde pie memorie Calistus Tertius et Pius Secundus, ac Paulus etiam Secundus, necnon Xistus Quartus ac Innocentius Octavus, et Alexander Sextus Romani pontifices, predecessores nři, premissa eorum munimine roborarunt, prout in quibusdam supplicationibus sub capitulorum forma eidem Nicolao predecessori nomine Antianorum, Communis et populi predictorum exhibitis, et ipsius Nicolai predecessoris ad capitula huiusmodi responsionibus factis, ac publico instrumento superinde confecto manu quondam Petri de Noxeto, eiusdem Nicolai predecessoris secretarii, necnon Calisti, Pii ac Pauli, Sixti, Innocentii et Alexandri predecessorum predictorum litteris apostolicis, et ad capitula exhibita pro parte eorumdem eidem Pio predecessori factis per dictum Pium predecessorem responsionibus, manu quondam Gregorii Lolii dicti Pii predecessoris annotatis, ac in registris Camere apostolice registratis, que diligenter inspici fecimus, plenius continetur. Cum autem, sicut dilecti filii Magistro Antonius Galeaz Bentivolus clericus Bononiensis, noster et dicte sedis notarius, et Iohannes de Marsiliis ac Ieronimus de Castro sancti Petri cives Bononienses et oratores Communis et populi predictorum, ad nos et sedem predictam specialiter destinati, post prestitam per eos nobis debite fidelitatis et subiectionis obedientiam, nobis nuper exposuerunt, quod Antiani, Commune et populus prefati premissa omnia, et que eorum vigore postmodum gesta fuerunt, desiderent pro eorum subsistentia firmiori nostre approbationis munimine solidari: Nos, qui prefatam Communitatem et illius cives nostros et eiusdem Romane ecclesie filios peculiares ob sincere devotionis affectum, ac fidei constantiam et integritatem, quibus nos et prefatam ecclesiam reverentur, speciali dilectione prosequimur et paterna caritate confoventes, eorum in hac parte supplicationibus inclinati, prefatorumque predecessorum inherendo vestigiis concessiones, gratias, ordinationes, privilegia, immunitates, capitula illa dumtaxat, que per Nicolaum et Paulum cum additionibus in litteris eius de super confectis contentis, ac alios predecessores predictos signata et concessa fuerunt iuxta concessionem et moderationem eorumdem predecessorum, ac omnia, que per bone memorie Angelum tituli sancte Crucis in Ierusalem presbiterum, Iohannem Baptistam sancti Nicolai in Carcere Tulliano diaconum, tum dicte sedis notarium et Civitatis eiusdem Gubernatorem, ac per bona memoria Franciscum sancte Marie nove etiam diaconum Cardinales, ac nos tunc Episcopum Ostiensem, necnon dilectum filium nostrum Ascanium Mariani sancti Viti in Macello martirum diaconum, sancte Rom. ecclesie Vicecancellarium, ac etiam bone memorie Iohannem sancte Marie in Vialata similiter diaconum, et Baptistam tituli sanctorum Iohannis et Pauli presbiterum Cardinales successive in Civitate predicta eiusdem sedis Legatos, et cuiuscumque eorum pro tempore locumtenentes, necnon Venerabilem fratrem nřum Cesarem Episcopum Ameliensem, nunc eiusdem Civitatis apostolica auctoritate deputatum Gubernatorem, cum hiis, qui prefuerunt officio Sexdecim dicte Civitatis pro bono regimine eiusdem Civitatis gesta et facta sunt usque in hodiernum diem, dummodo non tendant in preiudicium Romane ecclesie et ecclesiastice libertatis, ac eorum que eidem Civitati per sedem apostolicam mandata fuissent, necnon omnia et singula privilegia, concessiones et indulta a predictis et aliis Romanis pontificibus predecessoribus nostris, ac Legatis et nuntiis apostolice sedis, et a quibuscumque aliis a prefata sede potestatem habentibus sub quacumque verborum forma concessa, et prout illa concernunt, omnia et singula in litteris et scripturis desuper confectis contenta et inde secuta quecumque, in simile preiudicium non tendentia, auctoritate apostolica et ex nostra certa scientia approbamus et confirmamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, ac volumus observari, quamdiu Antiani, Commune et populus prefati in nostris et Romane ecclesie obedientia et devotione nostris mandatis pro tempora parendo permanserint, supplentes omnes et singulos defectus tam iuris quam facti, si qui forsan intervenerint in eisdem, ac mandantes prefato Cesari Episcopo et pro tempore existenti Legato et Gubernatori Civitatis predicte, necnon omnibus aliis nostris et dicte sedis officialibus in eadem Civitate existentibus, quatenus premissa omnia firmiter observent et faciant, quantum in eis est, ab omnibus observari, ac decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac omnibus illis, que predecessores prefati in dictis eorum litteris voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo etc. nostre approbationis etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum Anno etc. MDIII. pridie Kalendas Decembris, Pont. nostri anno primo.

CCCCXXX.

Bononienses per pontificem a Bentivoliorum tyrannide liberati in gratam huius rei memoriam spondent quotannis XVI. millia ducatorum pro stipendiandis in defensionem status ecclesiastici militibus solvere. *Ex cod. Lib. rerum memorabilium fol. 118.*

In dei nomine Amen. Anno a Nativitate dñi nostri Iesu Christi Millesimo quingentesimo octavo,

Indictione undecima, die sextodecimo Augusti, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, dñi Iulii divine providentia pp. II. anno quinto. Universis et singulis presens hoc publicum instrumentum visuris, lecturis et audituris pateat evidenter et sit notum, quod Magnifici dñi Quadraginta Consiliarii Ecclesiastici Status Civitatis Bononie, considerantes quantum ipsi et Bononienses omnes ac tota civitas Smo in Christo patri et domino nro, dño Iulio divina providentia pope II. debeant, et quanto studio, veneratione et affectu ipsi teneantur et eorum posteri tenebuntur, Sanctitatem suam summis honoribus, pietate, religione et armonie colere sempiterna, cum per suam Beatitudinem a tante tyrannidis, qua opprimebantur, iugo liberati, patriam, facultates, salus et bona denique omnia eidem accepta referant, et propterea ipsi quadraginta Consiliarii et eorum Collegium congregati in eorum Camera solite residentie in palatio diete Civitatis, pro sua et dicti status ecclesiastici ac totius populi Bononiensis devotione, fide et observantia erga prefatum Sanctissimum dominum nostrum sanctamque sedem apostolicam volentes, prout sacrosancte Romane ecclesie subditos et peculiares filios decet, se erga dictam Sanctitatem et sedem apostolicam gratos exhibere de immensis et immortalibus beneficiis huiusmodi ab ipsa Sanctitate in eos et dictam Civitatem collatis, infrascriptum partitum inter eos ad scrutinium votorum et fabarum sponte et ex certa scientia et mera deliberatione posuerunt, quod quidem partitum, ut infra patebit, libere obtentum est, videlicet per omnes viginti unam fabas albas in dicto eorum scrutinio, quod partitum plenum et validum est ex eo, quia per quamdam constitutionem nuper per dictos dominos quadraginta Consiliariis factam, quam ipsi dñi quadraginta Consiliarii, perinde ac si de verbo ad verbum presentibus insereretur, pro inserta et sufficienter expresse haberi voluerunt, decretum et statutum est, quod decem et octo fabe albe sufficiant et satis sint ad obtinendum unum quodque partitum, decreverunt et statuerunt, quod pro stipendiis quorumcumque militum Sanctissimo dño nostro et sancte Romane ecclesie militantium, et pro conservatione ecclesiastici status Sanctitatis sue et sancte sedis apostolice, et pro servitio ipsius Sanctitatis sexdecim millia ducatorum auri in auro largorum seu illorum valor ex datiis, gabellis aliisque redditibus, proventibus et pecuniis Camere dicte Civitatis Bononie primum et ante omnia, et ex illorum primis melioribus et pinguioribus, omnibus aliis rebus et necessitatibus eorum postpositis, deinceps singulis annis per ipsos XL. Consiliarios, et per successores in eorum officio vice et nomine eorumdem quadraginta status ecclesiastici, populi et Civitatis Bononie predictorum omnino et cum effectu solvantur cum retentionibus consuetis prefato Sanctissimo domino nostro Iulio pp. II., seu eius Commissariis per Sanctitatem suam deputandis, ac aliis summis Romanis pontificibus dicti Smi domini nostri pp. Iulii II. successoribus pro stipendiis prefatorum militum, pro conservatione ecclesiastici status, populi et Civitatis Bononie et status Sanctitatis sue aliorumque Rom. pontificum et sancte Romane ecclesie, ac pro eorumdem servitio, ut prefertur. Cui quidem partito et scrutinio interfuerunt viginti unus de numero dictorum dñorum quadraginta, Priore existenti domino Hannibale de Saximo Equite, absentibus Comite Alexandro de Pepolis, Alexio de Ursis, domino Iohanne Baptista de Castello, Alberto Carbonesio, domino Carolo Grato, domino Hercule Felesino, Cornelio Lambertino, Eliseo Cattaneo, Hyeronimo Blanchetto, Iacobo de Armis, Melchione de Mazolis, Ovidio Bargelino, Petro de Ysolanis, Raynaldo de Ariostis, Antonio de Palironibus, domino Virgilio de Chisileriis, domino Iohanne Antonio de Gozadinis, Io. Francisco de Aldrovandis et Virgilio de Poctis. Mandantes michi notario infrascripto ac rogantes predicti viginti unus de numero dictorum dñorum quadraginta totum eorumdem Collegium representantes, ut de predictis omnibus publicum in forma autentica conficerem instrumentum, muniendum sigillo prefatorum dominorum quadraginta Consiliariorum ecclesiastici status et Communis dicte Civitatis. Datum et actum Bononie in palatio suprascripto in predicta Camera eorum residentie Anno, Indictione, mense, die et pontificatu suprascriptis, presentibus ibidem Reverendo patre domino Andrea Piperario clerico Cremonensi iuris utr. doctore, Rmi dñi Cardinalis Papiensis Bononie etc. Legati secretario, ac apostolice sedis prothonotario, Sanctissimi domini nri cubiculario, et egregio viro Camillo de Paleotis, uno ex notariis et scribis dictorum dominorum quadraginta Consiliariorum, testibus ad premissa adhibitis vocatis et rogatis.

Ego Bernardus quondam Iacobi de Fasaninis civis Bononiensis, publicus apostolica, Imperiali et Communis Bononie ac Curie Epalis Bononiensis auctoritatibus notarius, et prefatorum Magnificorum dñorum quadraginta Consiliariorum Cancellarius, quia etc. una cum supradictis testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi et audivi et in notam sumpsi: ideo ipsa omnia manu alterius fideliter scripta exinde confeci, subscripsi et in hanc publicam et autenticam formam redegi, signoque et nomine meis consuetis signavi in fidem et testimonium premissorum de mandato rogatus et requisitus.

Die Veneris prima Septembris 1508. suprascriptum instrumentum de mandato Smi domini nostri domini Iulii pp. II., et coram Sanctitate sua in sacro Concistorio lectum fuit per Reverendum in Christo patrem, et dñum Antonium de Monte Archiepiscopum Sipontinum, Curie causarum Ca-

mere apostolice generalem Auditorem, de cuius et Reverendorum patrum dominorum Camere apostolice presidentium et clericorum mandato. Ego Dominicus de Iovenibus Camere apostolice notarius in presenti libro de verbo ad verbum registravi et collationavi, ipsumque originale Instrumentum prefato Reverendo dño Archiepo auditori restitui.

CCCCXXXI.

Instrumentum confoederationis, foederis et ligae inter Ferdinandum Aragonum et utriusque Siciliae regem et ducem ac dominium Venetorum pro recuperandis et defendendis dominiis Iulii PP. II. et S. R. E. contra Bentivolios etc. cum pactis et capitulis per dictas partes subscriptis.

Ex cod. Lib. memorabilium fol. 143.

In nomine dei Amen. Notum sit omnibus hoc presens instrumentum inspecturis, quod Anno a Nativitate dñi nri Iesu Christi Millesimo quingentesimo undecimo, Indictione quartadecima, die vero quarta mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris et dñi nostri, dñi Iulii divina providentia pape II. anno octavo, In cuius presentia et ante pedes constituti Magnificus et Nobilis vir dominus Hieronimus de Vich miles, orator et procurator Serenissimi et invictissimi principis domini Ferdinandi Aragonium et utriusque Sicilie Regis Catholici etc., de cuius mandato inferius inserto constat, necnon Magnificus dominus Hieronimus Donatus doctor, orator et procurator Illmi Ducis et dominii Venetorum, de cuius mandato etiam inferius inserto constat, ad infrascripta confederationem, fedus et ligam pro recuperatione et defensione status, dignitatis, auctoritatis et dominii sue Sanctitatis et sancte Romane ecclesie cum conventionibus, conditionibus, pactis et Capitulis per dictas partes subscriptis cum sua Sanctitate devenerunt. Quorum Capitulorum et Bulle desuper confecte tenor est:

Iulius etc. Cum Civitas nostra Bononiensis sancte Romane ecclesie immediate subiecta, et ad eam pleno iure pertinens et spectans, quam a iugo tirannidis quondam Iohannis Bentivolii filiorumque eius magnis nostris laboribus et impensis liberavimus, et ad pacis tranquillitatem ac iusticie cultum reduxeramus, opera nonnullorum perfidorum civium a nra et eiusdem ecclesie obedientia se subtraxerit, et ad iugum pristine servitutis reducta sit, monitisque nris paternis parere et ad solitam debitamque obedientiam redire contempnat: Nos considerantes quam periculosum nostro et sancte Romane ecclesie statui sit Civitatem tam insignem et opulentam a rebellibus nostris, et hostibus sancte Romane ecclesie detineri et occupari, et propterea, pastorali hoc a nobis officio exigente, desiderantes illam ad veram et immediatam obedientiam nram et apostolice sedis reducere, statuimus recuperationem tam Civitatis predicte eiusque Comitatus et districtus, quam aliarum quarumcunque Civitatum, Terrarum, Arcium et locorum ad eandem ecclesiam mediate vel immediate pertinentium et spectantium, a quocunque et qualitercunque occupentur, diutius non differre. Quia tamen nre et apostolice sancte sedis vires et facultates adversariorum potentie, qui Civitatem predictam et alia loca nobis et ecclesie antedicte, ut prefertur, indebite detinent occupata, pares non sunt, Carissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Aragonum et utriusque Sicilie Regem Catholicum, administratorem Regnorum Castelle et Legionis, nobis et sancte Romane ecclesie antedicte obsequentissimum filium, dilectumque filium Nobilem virum Leonardum Lauredanum Ducem et dominium Venetiarum in auxilium nostrum pro recuperatione huiusmodi invocavimus, ut recuperatione ipsa facta tranquilla pax toti Italie reddi, ac sancta et necessaria expeditio contra salutifere Crucis hostes, in qua animus noster semper defixus est, et quam semper optavimus et quesivimus in Concilio generali per nos apud Lateranum indicto, decerni possit. Agimus gratias omnipotenti deo, quod Rex et Dux ac dominium prefati pro eorum eximia pietate singularique ad nos et apostolicam sanctam sedem defensione(?) se nobis pro recuperatione huiusmodi et defensione personе nostre, ac conservatione auctoritatis, dignitatis et libertatis sancte sedis apostolice unioneque sancte Romane ecclesie, et occasione scismatis tollendi affuturos benigne professi et polliciti sint, prout ex autenticis mandatis eorum sigillis munitis oratoribus suis apud nos et eandem sedem agentibus super hoc missis et recognitis constat. Quorum mandatorum tenor est —— quia tamen inferius pro confectione instrumenti inserantur hic tenor illorum omittitur.

Ad laudem igitur dei omnipotentis gloriosissimeque genitricis semper Virginis Marie, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum totiusque Curie celestis exaltationem et incrementum christiane religionis, ac pro recuperatione inclite Civitatis nre Bononie aliarumque Civitatum, Arcium, Terrarum et locorum ad nos et sanctam sedem apostolicam, ut prefertur, spectantium et pertinentium, proque defensione persone nre et conservatione dignitatis, auctoritatis et libertatis eiusdem sancte sedis ac unione sancte Romane ecclesie, et occasione scismatis, ut prefertur, tollendi ad tractatum, intelligentiam, ligam et confederationem cum dilectis filiis Ieronimo de Vich milite, Carissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Regis Catholici, et Hieronimo Donato doctore, Ducis et dominii Venetiarum predictarum oratoribus, nomine et vice ipsorum Regis Catholici et Ducis ac dominii presentibus et acceptantibus, devenimus, prout in infrascriptis Capitulis et eorum quolibet plenius continetur. Quorum Capitulorum tenor est:

Imprimis qnod prefatus Rex Catholicus mittere teneatur et debeat infra viginti dies, a publicatione huiusmodi federis et lige numerandos, Illustrem dominum Dou Raymundum de Cardona, Viceregem Neapolitanum, pro Capitaneo generali totius lige, vel aliam personam per Maiestatem suam deputaudam et eligandam, cum mille et dncentis catafractis, idest equitibus gravioribus armature, et mille equitibus levioris ac decem mille peditibus Hispanis ydoneis militie, aptis atqne deceuter armis instructis, cum artillaria huiusmodi expeditioni necessaria bene munita lapidibns, pulvere et omnihus aliis rehus opportunis: cui Capitaneo generali tam geutes armigere Sanctissimi domini nři quam Dncis et dominii Veuetorum parere debeant.

Item qnod Sanctissimus dominns noster pro subsidio huins lige et federis mittere debeat et teneatur sex centos equites gravioris armature sub ductu Illustris domini Dncis Termularum, qui Dux locumteuens seu gubernator geueralis totins exercitus Sanctitatis sue uuncupetur et sit.

Item qnod Illustrissimus Dux et dominium Venetorum debeat habere copias suas tam eqnestres quam pedestres bene instructas et paratas cum uecessaria artilaria, ut hostes a tergo invadere possint eodem tempore, qno Capitaneus generalis iter cum exercitu ingredietur pro recuperatione et rebus predictis.

Item quoniam etiam mari ohviandum est virihus inimicorum occupantium, et eorum, qui huiusmodi lige et confederationi oppouere se voluerint, dictum dominium teneatur et dehеat classem suam mittere, et nune saltem tot triremes viris et armis instructas ac aliis necessariis munitas, que coniuncte undecim triremibus, quas dietus Rex Catholicus pro huiusmodi expeditione habet, non solum resistere viribus inimicorum, nt prefertur, sed etiam invadere et offendere possint.

Item quod Sanctissimus dominus noster et dominium prefati teneantur pro suhventione expensarum, qne in expeditione huiusmodi fieut, solvere prefato Capitaneo generali in loco, nbi eum pro tempore esse contigerit, qnadraginta millia dncatorum auri boni et iusti ponderis singulo mense durante bello.

Item qnod prefatus Sm̃us d. n. et dominium Venetorum pro snbventione buiusmodi lige et federis, ac celeriori expeditione teneantur, et debeant die publicationis huiusmodi federis solvere prefato Capitaneo generali pro stipendio duorum mensium octuaginta millia dncatorum auri similinm. Et idem Capitaneus cum exercitu, nt prefertur, ac opportuna artiliaria infra viginti dies a publicatione buiusmodi lige et federis uumerandos castra movere, et iter continuare ad expeditionem predictam debeat.

Item qnod terminus solntionis stipendii predicti pro duohus mensibus currere et incipere debeat a die, quo ut prefertur dictus Capitaneus ad expeditionem huiusmodi iter arripnerit cum numero equitum ac peditum suprascripto ac sufficienti artiliaria.

Item qnod Sm̃us d. n. et dominium antedicti debeant dare ydoneos fideiussores Neapoli vel in Regno Sicilie, qni respondeant et solvere debeant dicto Capitaneo generali finitis dictis duobus mensihus, pro qnibus ei solnta fuerint octuaginta millia dncatorum auri, nt prefertur, ducatos auri quadraginta millia singulo mense, quamdin bellum et expeditio duraveriut, ut prefertur.

Item quia eqnum et honestum est, quod dictus Capitaneus generalis pro debito oueris sibi demandati etiam equites sexcentos Sanctissimi dñi nři revidere possit, an sint armis et equis recte instructi vel ne: initum est, qnod pariter Sm̃us d. n. unum Commissarium depntare debeat, qui uumerum gentium armigerarum utriusqne armature ac peditum dicto Capitaneo, nt prefertur, commissarum recensere, ac geutes huiusmodi armigeras et pedites uecnon artiliariam, si bene munita sit, semel saltem singulo mense, ne desint in numero predicto, revidere possit.

Item quod Sm̃us dñus n. teneatur et debeat contra quoscumque quavis auctoritate vel dignitate ecclesiastica vel mundans, etiam Regia, fulgentes et preditos huinsmodi lige et federi se opponentes, eisqne auxilium, consilium et favorem prestantes tam in Italia qnem extra censuras et penas ecclesiasticas fulminare et pnhlicare, prout et quotiens opus fuerit.

Item quod si alicui ex confederatis post puhlicationem federis et illius occasione per quemvis iniuria seu hellum illatum fuerit, reliqui confederati ei auxilio esse teneantur, principali tamen expeditione propter hoc nou intermissa seu diminnta.

Item quod si quis Rex, princeps vel potentatus, populus aut qnivis alius se opponet huiusmodi lige et federi, qnominus Sm̃us d. n. Bononiam eiusque Comitatum et districtum, ac alias civitates, terras, urbes, arces, oppida et loca ad sanctam Romanam ecclesiam mediate vel immediate pertinentia et spectantia a quocunque et quovis modo, ut prefertur, occupatas et occupata recuperare [non] possit: tuno et eo casu confederati omnes contra talem sic se apponentem et resistentem teneantur, debeant ac sint astricti iure lige huiusmodi et federis omni conatu et aperto bello procedere ad capiendum talis sic se apponentis omnes civitates, terras, arces et loca, ac statum et dominia, qne in Italia habet. Et quod si talis sic se opponens occupet vel detineat aliquas civitates, terras, arces, oppida et loca, que ad aliqnem confederatorum pertineant et spectent, liceat ipsi confederato illa, si recuperata fuerint, licite tenere et possidere. Et super hoc stetur declarationi Sanctissimi domini nostri: de reliquis vero stetur ordinationi confederatorum.

Item quod si contingat aliquem ex confederatis aliquid capere extra Italiam, possit illud retinere iure belli: et tamen Sanctissimus dñus noster extra Italiam aliquod presidium dare non teneatur, nisi armis spiritualibus, ut prefertur.

Item quod locus remaneat liber Serenissimo Maximiliano Electo Imperatori semper Augusto, et cuicumque alii Regi et principi christiano ad effectum premissorum ingrediendi hanc ligam et fedus: teneanturque confederati suos confederatos et adherentes intra quadraginta dies a die publicationis ipsius federis numerandos nominare, dummodo talis confederatus seu adherens nominandus non sit mediate vel immediate subiectis alicuius ex confederatis.

Item quod intelligatur liga et fedus huiusmodi, in quantum dictum Regem Catholicum concernit, initum absque preiuditio rerum, que sunt inter Cesaream Maiestatem et Regem ipsum Catholicum, dummodo non sint contra tenorem Capitulorum huius federis et lige.

Item quod liga et fedus huiusmodi durare firma et inviolabilis esse debeat, donec pax fiat de consensu omnium confederatorum: et quod interim nullus ex confederatis possit, neque debeat quovismodo pacem seu treugam cum aliquo Rege, principe, potentatu vel populo, qui eidem lige se opposuerit, inire sine consensu omnium confederatorum.

Postremo quod prefati Serenissimus Rex Catholicus ac Illm̃us Dux et dominium Venetiarum confederati, ut prefertur, teneantur intra quinquaginta dies proxime futuros omnia et singula in suprascriptis Capitulis, et eorum quolibet contenta sub penis in Instrumento propterea conficiendo apponendis ratificare, laudare et approbare, ac mandatum seu litteras approbationis et ratificationis huiusmodi in publica forma, eorumque sigillis munitas mittere cum omnibus iuramentis, clausulis, submissionibus, obligationibus et cautelis necessariis, opportunis et consuetis.

Et quia omnia et singula in huiusmodi liga et confederatione contenta, tractata et agitata fuerunt cum participatione et scitu Serenissimi Henrici Regis Anglie, qui nichil hactenus intactum commisit unacum Rege Catholico socero suo pro pacifica restitutione Bononie et aliorum locorum sancte Rom. ecclesie occupatorum, ut decet christianum et optimum ac pium Regem, agente pro eo apud prefatum Sanctissimum dominum nr̃um Rm̃o dño Cristoforo Eboracensi Cardinali Anglie, qui de omnibus premissis optime et particulariter instructus mandatum concludendi dictam confederationem in dies expectat: sed quia propter locorum distantiam et non tutum transitum tabellariorum adhuc haberi non potuit, et conclusio dicti federis nimis differri posset cum damno et periculo rerum sancte Romane ecclesie, ideo visum est Sm̃o domino nr̃o et reliquis confederatis non ulterius expectare mandatum prefati Serm̃i Anglie Regis, cum eius optima et sanctissima intentio ac mens satis perspecta et cognita eius Sanctitati et ceteris confederatis, sed interim concludere et exequi ea, que ad rem tam sanctam tamque honestam, necessariam et piam concludenda sunt et exequenda, que prout supra continetur tractata, inita et conclusa fuerunt, reservato tamen precipuo et honorificentissimo Maiestati sue loco confederationem et ligam huiusmodi ingrediendi. Nulli ergo etc. Si quis etc. Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo undecimo, quarto Nonas Octobris, Pontificatus nostri anno octavo.

Quequidem Capitula in dicta Bulla contenta et inserta erant subscripta de manibus prelibatorum Sanctissimi domini nostri, dñi Iulii pape II. et Hieronimi de Vich Illm̃i et invictissimi dñi Ferdinandi Aragonum et utriusque Sicilie etc. Regis Catholici, et Ieronimi Donati Illm̃i dñi Ducis et dominii Venetiarum oratorum et procuratorum, ut sequitur:

„Ita convenimus et promittimus."

„Ita ut supra et nomine quo supra me obligo et promitto ego Hieronimus de Vich orator mpp."

„Ita ut supra et nomine quo supra me obligo et promitto ego Hieronimus Donatus orator mpp."

Tenores vero mandatorum prefatorum Serm̃i et invictissimi dñi Ferdinandi Regis Catholici et Illm̃i domini Leonardi Lauredani Ducis et dominii Venetiarum sequuntur, et sunt tales.

Ferdinandus dei gratia Rex Aragonum, Sicilie citra et ultra Farum, Ierusalem, Valentie, Maioricarum, Sardinie et Corsice, Comes Barchinone, Dux Athenarum et Neopatrie, Comes Rossilionis et Ceritanie, Marchio Oristanii et Sociani, Universis et singulis ad quorum notitiam presentes nostre littere pervenerint, notum facimus, quod (per) crebras litteras et nuncios, ac precipue per litteras Sm̃i d. n. Iulii II. Rom. sedis Pontificis maximi intelleximus, Bononie Urbem totamque eius provinciam, quod est ex antiquo ecclesie patrimonio, a tirannis occupatam fuisse, et preterea Cardinales quosdam, qui a Sanctitate sua elati superbia spiritu discesserunt, tunicam dñi inconsutilem scindere pernitiosumque scisma in ecclesia sancta dei inducere velle, pluraque alia moliri in pernitiem totius patrimonii ecclesie, ac sancte sedis apostolice iacturam, ex quo non parum profecto dolorem accepimus, non cum sperabamus ab hiis ecclesiam lesum iri, qui eam defendere tenebantur, et quoniam prefatus Sanctissimus dñus noster Reverendissimique patres sacri Collegii Cardinales sancte Romane ecclesie nostrum requirunt auxilium, et hortantur, ut ecclesie laboranti et in maximo discrimine constitute opem ferre velimus, animadvertentes sanctam Romanam ecclesiam cementum esse atque matrem christiane religionis, et quod deus Redemptor et

dominus noster Regibus in terris regna et dominia prestitit, ut ea in eius ecclesie defensione exponerent: Cupientes igitur in hac parte, ut iure divino astringimur adimplere, quod debemus ad finem pacis, et pro quiete ac salute totius christiane religionis, confidentes de fide, prudentia et animi integritate viri Magnifici Hieronimi de Vich, consiliarii et oratoris nostri in Romana curia residentis, presentium tenore de nostra certa scientia et consulto omnibus melioribus via, modo et forma, quibus melius et firmius de iure possumus, facimus, constituimus, creamus et solemniter ordinamus vos eundem Hieronimum de Vich absentem tamquam presentem nr̄um verum, certum et specialem procuratorem, et ad infrascripta etiam generalem, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec econtra, ad tractandum, contrahendum, ineundum, firmandum et concludendum pro nobis et nomine nr̄o, ac etiam nomine Serenissime et potentissime Iohanne Regine Castelle, Legionis, Granate etc. filie nostre charissime, cuius persone et bonorum curam et administrationem nos legitime gerimus, cum quibuscumque Legatis, oratoribus et mandatariis, nuntiis et procuratoribus, tam prefati Sm̄i dñi nostri Iulii II. Pontificis maximi, quam aliorum quorumcumque Serenissimorum et Illustrissimorum Principum et potentatuum christianorum, qui nobiscum ecclesie sancte dei defensionem suscipere eique auxilium prestare voluerint, et cum quolibet eorum insolidum bonam, meram, puram, firmam et validam unionem, colligationem, intelligentiam, ligam et confederationem, cum illis pactis, articulis, conventionibus, promissionibus, penis, obligationibus, iuramentis, renuntiationibus et modis, et temporibus, formis et conditionibus, prout et sicut vobis videbitur et placuerit; et pro implemento et observatione omnium et singulorum, que vos nomine nostro et prefate Serenissime Regine filie nr̄e promiseritis, specialiter et generaliter obligandum nos et bona nostra et eiusdem Serenissime Regine filie nostre, et ad rogandum et fieri faciendum de predictis omnibus et singulis, que vos tractaveritis, conveneritis et promiseritis, pro ipsorum omnium et singulorum plena observatione unum et plura publicum seu publice instrumenta cum quibuscumque promissionibus, stipulationibus, pactis, obligationibus, penarum adiectionibus, renuntiationibus, iuramentis, clausulis et cautelis, prout vobis videbitur et placuerit; et generaliter omnia alia et singula faciendum, contrahendum et fieri faciendum, quem in predictis et circa predicta et dependentibus et emergentibus ab eisdem utilia necessaria et expedientia fuerint seu quomodolibet opportuna, et vobis prefato oratori et procuratori nostro videbuntur atque placebunt, et que nosmet ipsi facere seu fieri facere possumus, etiam si talia forent, que mandatum exigerent magis speciale, Dantes et concedentes vobis eidem prefato oratori et procuratori nostro in predictis et circa predicta et quodlibet predictorum, ac dependentia et connexa ab eis plenum liberum et generale mandatum, et etiam speciale ubi exigitur, cum plena, libera, generali et speciali administratione, potestate et auctoritate, Promittentes nos perpetuo firma, rata et grata habituros quecumque vos dictus Hieronimus de Vich orator et procurator noster in predictis, et circa predicta et quolibet predictorum duxeritis facienda et promittenda, et contra ea vel eorum aliquod ullo tempore non facere, dicere, opponere vel venire per nos vel alium aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum nostrorum et prefate Serenissime Regine filie nostre presentium et futurorum. In quorum testimonium presentes fieri iussimus propria manu signatas sigilloque nostro impendenti munitas. Datum in oppido Vallisoleti die tricesimo primo mensis Iulii Anno a Nativitate domini Millesimo quingentesimo undecimo. In fine vero dicti mandati alterius manus sequitur videlicet: Ferdinandus. Postremo vero alterius manus sunt hec verba: Dñus Rex mandavit michi Michaeli Perez Dalmaza. A tergo vero dicti mandati est recognitio eiusdem mandati ut sequitur: Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo, die quarta mensis Octobris recognitum fuit per Reverendissimos dominos Iacobum Ep̄um Albanensem et Aloisium sancte Marie in Cosmedin diaconum Cardinales, qui iurarunt etc.

In Christi nomine, Amen. Anno Nativitatis eiusdem Millesimo quingentesimo undecimo, Indictione quartadecima, die vero quintadecima mensis Augusti, Illustrissimus princeps et excellentissimus dñus, dñus Leonardus Lauredanus dei gratia Dux et Illustrissimum dominium Venetiarum etc. unacum suis consiliis habentibus amplissimam auctoritatem et facultatem et ipsa consilia more solito congregata, unanimiter et concorditer, nemine dissentiente, pro se et successoribus suis, ac vice et nomine prefati Illustrissimi Principis et dominii Venetiarum sponte et libere, ac ex certa scientia animoque deliberato omnibus melioribus via, iure et forma, quibus magis et melius, firmius, validius fieri potest et debet, cum interventu omnium et singularum solemnitatum, que in huiusmodi actibus requiruntur tam de iure quam de consuetudine, fecerunt, constituerunt, creant et solemniter ordinant Magnificum et clarissimum dñum Ieronimum Donatum doctorem quondam clarissimi dñi Antonii equitis, oratorem prefati Illustrissimi dñi Principis et dominii Venetiarum in Romana curia residentem absentem, sed tamquam presentem suum verum syndicum, oratorem, factorem, procuratorem, legitimum negotiorum gestorem, et certum nuntium specialem vel quicquid melius et validius esse

fieri dici exprimi vel excogitari potest specialiter et expresse ad tractandum, praticandum, ineundum, contrahendum, capitulandum, faciendum, firmandum et concludendum cum Sanctissimo et Beatissimo in Christo patre et domino nro, dño Iulio divina providentia Sacrosancte Romane ac Universalis ecclesie Summo pontifice necnon Serenissimo et excellentissimo dño Ferdinando dei gratia Aragonum et utriusque Sicilie Rege Catholico et regni Castelle Gubernatore, Illustrissimo ac Serenissimo et excellentissimo domino Henrico dei gratia Anglie, Francie etc. Rege Illustrissimo vel suis mandatariis, oratoribus, sindicis, procuratoribus, praticatoribus seu deputatis vel deputandis ab ipsis partibus vel ab unaquaque earum mandatum habentibus, seu pro ipsis partibus vel earum aliqua facientibus vel promittentibus bonam, veram, sinceram et firmam unionem, concordiam, ligam, intelligentiam et confederationem, cum illis capitulis, pactis, articulis, conventionibus, promissionibus, penis, obligationibus, iuramentis, formis, ac modis omnibusque aliis conditionibus sicut et prout dicto syndico et procuratori melius videbitur et placebit, et que iidem domini Constituentes facere possent, si personaliter interessent, etiam si talia forent, que mandatum magis speciale exigerent; et generaliter ad omnia alia et singula faciendum, contrahendum et fieri faciendum, que in premissis et circa premissa ac dependentibus et emergentibus, ab eis utilia necessaria expedientia fuerint seu quomodolibet opportuna, Dantes et concedentes antedicti dñi Constituentes predicto eorum syndico, oratori et procuratori in predictis et circa predicta et quolibet predictorum ac dependentibus et connexis ab eis plenum generalem et liberum mandatum ac speciale ubi exigitur, cum plena, libera, generali et speciali administratione potestate, auctoritate et baylia, Promittentes dicti dñi Constituentes michi notario infrascripto, uti publice persone stipulanti et recipienti vice et nomine omnium et singulorum, quorum interest seu poterit quomodolibet interesse, se perpetuo firma, rata et grata habituros quecumque dictus eorum syndicus, orator et procurator in predictis et circa predicta, et quolibet predictorum duxerit facienda et promittenda, et contra ea vel eorum aliquod ullo tempore non facere, dicere, opponere vel venire per se vel alium seu alios aliqua ratione vel causa de iure, vel de facto sub ypotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum dictorum Illustrissimi dñi Principis, et incliti dominii Venetiarum presentium et futurorum. In premissorum autem fidem et evidentiam pleniorem prefati Illustrissimus Princeps, et consilia antedicta ordinaverunt et mandaverunt fieri publicum syndicatus instrumentum, quod ad maiorem efficaciam et robur iusserunt plumbee sue bullo pendentis munimine roborari. Actum Venetiis in palatio Ducali, presentibus Magnifico et prestantissimo dño Francisco Fasolo doctore dignissimo, Cancellario Venetiarum, ac spectabilibus et egregiis dñis Gaspare Vidua, Hieronimo Dedo et Iohanne Baptista Andriano, ducalibus honorandis secretariis testibus, vocatis, rogatis etc.

Ego Nicolaus Stella natus quondam domini Georgii, publicus Imperiali auctoritate notarius ac prefati Illustrissimi Principis et dominii Venetiarum Secretarius, predictis omnibus interfui et rogatus dictum Sindicatus Instrumentum in hanc publicam formam redegi, signo et nomine meis appositis consuetis.

Leonardus Lauredanus dei gratia Dux Venetiarum etc. Cum perspicua nobis sit singularis fides et exacta prudentia Nobilis viri carissimique nri Hieronimi Donati doctoris, oratoris nostri, nullamque rem sciamus tam arduam atque difficilem, quam is faciliter obire non possit, eundem ipsum oratorem nostrum cum nostro Senatu pro nobis, nostrisque successoribus nostroque Veneto dominio constituimus, creavimus, ordinavimus et deputavimus in nostrum legitimum procuratorem, actorem, factorem, sindicum et negotiorum gestorem, seu quocumque alio nomine melius appellari possit, specialiter et expresse ad praticandum, tractandum, ineundum, capitulandum, concludendum, stipulandum et sigillandum nostro nomine bonam, meram, veram et sinceram intelligentiam, ligam, fedus et unionem cum Sanctissimo et beatissimo dño nro, dño Iulio Secundo digna dei providentia sacrosancte Romane ac Universalis ecclesie summo Pontifice, Serenissimo et Excellentissimo domino Ferdinando dei gratia Aragonum utriusque Sicilie etc. Rege Catholico ac Gubernatore Regnorum Castelle etc. et Serenissimo et Excellentissimo domino Henrico eadem gratia Rege Anglie et Francie etc. Illustrissimo, seu cum delegatis et deputatis ab eadem Sanctitate et Sermis Regibus aut deputandis ad id mandatum habentibus et habituris, seu pro eisdem vel aliquo eorum facientibus vel promittentibus, cum illis pactis, capitulis, articulis, obligationibus, promissionibus, iuramentis et aliis quibusvis conditionibus, sicut eidem oratori nro visum fuerit et placebit, Dantes et concedentes ipsi nro procuratori omnem facultatem et potestatem ad premissa et omnia alia peragenda amplissimumque mandatum, etiam si talia forent, que magis speciale exigerent, ac omnia et singula paciscendum, promittendum, agendum et operandum, in animam quoque nram iurandum, instrumenta et alias scripturas faciendum et cetera exequendum, que quilibet verus tractator vel procurator facere posset quomodolibet vel deberet, non secus ac si nos ipsi adessemus valeremusque in hoc facere et operari, et cum illis stipulationibus, obligationibus, penarum adiectionibus, clausulis et cautelis, sicut magis duxerit convenire,

Promittentes nos omnia et singula, que gesta, conclusa, promissa, firmata et capitulata fuerint in premissis et quolibet premissorum per eundem oratorem et syndicum nr̃um, rata et grata habituros et [ab] eis nullo unquam tempore per nos seu alium sive alios contraventuros sub aliquo colore, forma, ingenio vel pretextu, qui dici vel excogitari possit. In quorum omnium fidem has fieri iussimus et sigillo nostro plumbeo pendente muniri. Datum in nostro Ducali palatio die quintodecimo Augusti, Indictione quartadecima, Millesimo quingentesimo undecimo. In fine vero posterioris mandati erat subscriptio Magnifici et prestantissimi dñi Cancellarii Venetiarum sub his verbis: Franciscus Fasolus. A tergo vero dicti posterioris mandati erat recognitio dicti posterioris et prioris mandatorum dicti Illm̃i dñi Ducis et dominii Venetiarum, ut sequitur: Die quarta Octobris Millesimo quingentesimo undecimo Recognita fuerunt per spectabiles viros dños Petrum Riccium mercatorem Brixiensem, Iohannem Gamba, Gabrielem Lupi et Martinum Petri omnes de Bergamo, qui iurarunt etc.

Quequidem omnia et singula suprascripta et in suprascriptis capitulis, et eorum quolibet contenta prefatus Sanctissimus dñus noster sub verbo Romani pontificis et pectoris (?) iuramentis attendere et observare, ac firmiter adimplere promisit, prefati vero Magnificus dñus Hieronimus de Vich, orator et procurator prefati Illustrissimi et Catholici Regis, ac Nobilis dñus Ieronimus Donatus, orator et procurator prefati Illm̃i dñi Ducis et dominii Venetorum, iuxta et secundum mandatorum suorum formam et tenorem hincinde respective nominibus dictorum principalium suorum sub periurii, fracti federis, excommunicationis et generalis interdicti in Civitatibus, locis et dominiis eorum etiam publicandi ipso facto per contravenientes incurrendi, ac privationis omnium et singulorum dominiorum ac bonorum suorum temporalium penis, ac etiam quod dicti inobservantes et contravenientes habeantur pro diffidatis et hostibus Christiane religionis, attendere, observare et firmiter adimplere promiserunt. Pro quibus omnibus et singulis premissis sic, ut premittitur, tenendis, attendendis, adimplendis et inviolabiliter observandis dicti Magnificus dñus Ieronimus de Vich et Nobilis Ieronimus Donatus oratores et procuratores hincinde respective dictis nominibus dictos suos principales ac illorum dominia et bona quecumque sub penis Camere apostolice, et sub alia maiori et strictiori forma solemniter obligarunt et ypothecaverunt, necnon ipsos dominia et bona predicta iurisdictioni dicte Camere apostolice ac Reverendissimi dñi Camerarii, omniumque aliarum Curiarum ecclesiasticarum et secularium ubilibet existentium seu constitutarum et iudicum earumdem supposuerunt et submiserunt. Per quas quidem Curias et iudices earum voluerunt dictos suos principales posse cogi, compelli, excommunicari, aggravari, reaggravari et interdici etiam cum invocatione auxilii brachii secularis pro observatione omnium et singulorum in suprascriptis capitulis contentorum. Insuper dicti oratores et procuratores nominibus quibus supra renuntiaverunt, et quilibet eorum renuntiavit exceptioni dictorum conventionum, conditionum, pactorum et promissorum in suprascriptis capitulis et presenti Instrumento contentorum non sic, prout in dictis capitulis et presenti Instrumento continetur, factorum, aliterque fuisse dictum et recitatum quam scriptum et econverso, omnibusque aliis et singulis exceptionibus, iuribus et defensionibus, quibus mediantibus contra premissa vel aliquod premissorum facere, dicere vel venire possent aut se in aliquo defendere, invare vel tueri. Preterea ad maiorem cautelam omnium et singulorum predictorum prefati oratores quibus supra nominibus omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius et efficacius potuerunt et debuerunt, fecerunt, constituerunt, crearunt et solemniter ordinarunt suos veros, certos, legitimos et indubitatos procuratores, actores, factores et negotiorum suorum infrascriptorum gestores ac nuntios speciales et generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget nec econtra, videlicet providos et discretos viros Magistros Bernardum Mocharum et Alexandrum de Bononia in Romana Curia causarum procuratores, necnon Franciscum de Attavantis et Angelum Colotum dicte Camere apostolice notarios, et alios quoscumque procuratores et notarios, qui nunc sunt et pro tempore erunt, quorum nomina et cognomina hic haberi voluerunt pro sufficienter expressis, licet absentes tamquam presentes, ad comparendum nomine predictorum et cuiuslibet eorum in quocumque foro ecclesiastico vel seculari, ac omnia et singula in suprascriptis capitulis et presenti instrumento contenta confitendum, ac desuper in se recipiendum omne mandatum et sententias excommunicationis, aggravationis, reaggravationis, interdicti ac invocationis auxilii brachii secularis, omnesque alios processus et sententias, ac omnia alia et singula, que sub penis Camere fieri et fulminari consueverunt, faciendum, gerendum, procurandum et exercendum que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna. Promiseruntque insuper prefati dñi Constituentes quibus supra nominibus, et scripturis sacrosanctis corporaliter manu tactis iuraverunt, et quilibet eorum promisit et iuravit se ratum, gratum, firmum et stabile perpetuo habituros, tenturos et observaturos id totum et quicquid per ipsos procuratores vel aliquem eorum in predictis actum, dictum, gestum procuratumve fuerit, et ipsos et eorum aliquem casu aliquo non revocare, nec revocari facere quousque omnia et singula in suprascriptis capitulis et presenti instru-

mento contenta adimpleta fuerint: nec contra premissa vel aliquod eorum ullo unquam tempore dicere, facere vel venire per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse quovis quesito colore sub ypotheca et obligatione predictis. De et super quibus omnibus et singulis premissis prefate partes hincinde respective petierunt sibi fieri unum vel plura publicum seu publica instrumentum et instrumenta. Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico sub Anno, Indictione, die, mense atque Pontificatu quibus supra, Presentibus ibidem Reverendis patribus dñis Orlando de Ruvere Electo Auriensi, Francisco Archiepo Iadrensi ac Laurentio Puccis, sedis apostolice prothonotario ac prefati Sanctissimi dñi nostri pape Datario, necnon spectabilibus viris dñis Augustino Chisio et Bartholomeo de Auria et Andrea Gentili mercatoribus Senensi et Ianuensibus Romanam Curiam sequentibus testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Eisdem Anno, Indictione et Pontificatu quibus supra, die vero Mercurii octava mensis Octobris supradicti Sanctissimus in Christo (pater) et dñus noster, dominus Iulius divina providentia papa II. in suo Consistorio secreto coram Reverendissimis in Christo patribus et dominis, dominis Raphaele Ostiensi, Dominico Portuensi et Iacobo Albanensi Episcopis, ac Nicolao tituli sancte Prisce, Marco tituli sancte Marie in Transtiberim, Roberto tituli sancte Anastasie, Leonardo tituli sancte Susanne, Cristoforo tituli sanctorum Petri et Marcellini, Antonio tituli sancti Vitalis, Petro tituli s. Eusebii, Achille tituli sancti Sixti, Matheo tituli sancte Potentiane presbiteris, Ludovico s. Marie in Cosmedin, Marco s. Marie in Porticu, Alfonso s. Theodori miseratione divina sacrosancte Rom. ecclesie diaconis Cardinalibus consistorialiter congregatis, nec non adhibitis ibidem Magnificis viris dominis Ieronimo de Vich prelibati Serenissimi et Catholici Regis, et Laurentio Trivisano Illmi domini Ducis et dominii Venetiarum secretario, pro dño Ieronimo Donato Illmi domini Ducis et dominii Venetorum predictorum comparente, procuratoribus et oratoribus ut supra, capitula, conventiones et pacta supradicta legi mandavit et fecit. Post quorum lecturam considerans idem Sanctissimus dñus noster se mortalem esse, et contigere posse liga et confedere huiusmodi durante ab hac luce migrare, conveniens esse, ut pro defensione libertatis ecclesiastice ac quieta el libera electione ac creatione futuri pontificis opportune providendum fore, ut prefati Rm̃i domini Cardinales, obtenta prefatorum dominorum confederatorum protectione, capitula, conventiones et pacta predicta in predictum eventum vacationis sedis apostolice usque ad futurum pontificem collegialiter et consistorialiter [dicta capitula conventiones et pacta prelibate lige et confederationis] acceptare promittere et observare deberent. Hinc est, quod prefati Magnifici domini oratores et procuratores, videlicet prefatus dominus Ieronimus de Vich et Laurentius Trivisanus, pro dicto dño Ieronimo Donato comparens, quibus supra nominibus dictos Reverendissimos dominos Cardinales, et eorum sacrum Collegium in protectionem, defensionem, opem et auxilium Illustrissimorum dominorum principalium suorum susceperunt, receperunt et admiserunt, et sub penis in superiori instrumento contentis pacta et conventiones predicta in eventum antedictum adimplere et inviolabiliter observare promiserunt, et tactis scripturis sacrosanctis ad sancta dei evangelia iuraverunt: necnon versa vice prelibati Reverendissimi domini Cardinales consistorialiter congregati, ut prefertur, pro eorum sacro Collegio agentes et recipientes predicta, capitula conventiones et pacta audita et bene intellecta collegialiter et consistorialiter acceptaverunt et confirmaverunt, ac rata (et) grata habere, tenere et observare usque ad creationem futuri pontificis promiserunt, seque et eorum bona quecumque sub eisdem penis obligaverunt, tactisque pectoribus suis more prelatorum iuraverunt. Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico in sala, in qua secretum consistorium fieri consuevit, presentibus ibidem Reverendis patribus dominis Francisco Archiepiscopo Iadrensi et dño Paride de Grassis ceremoniarum magistro testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Die videlicet Mercurii octava suprascripti mensis Octobris, Anno, Indictione et Pontificatu quibus supra, personaliter constitutus prefatus Magnificus dominus Ieronimus Donatus, procurator et orator prelibati Illmi domini Ducis et dominii Venetorum, sanus mente, corpore vero infirmus, certificatus de promissis nomine suo per Laurentium Trivisanum secretarium antedictum, suprascripta omnia et singula per eundem Laurentium Trivisanum nomine quo supra promissa ratificavit, approbavit, emologavit, ac rata et firma habere voluit et promisit sub penis in priori instrumento contentis. Acta fuerunt hec Rome in domo habitationis ipsius dñi Ieronimi Donati sita in regione Campi Martii, presentibus ibidem dictis Reverendis patribus dñis Francisco Archiepo Iadrensi et Paride de Grassis ceremoniarum magistro testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Ego Melchior de Campania Camere apostolice notarius de premissis rogatus etc.

CCCCXXXII.

Leo PP. X. novum foedus cum Carolo Romanorum rege ad expellendos Mediolano, Ianua, Ferraria etc. Gallos init. *Ibidem fol. 166.*

Quoniam recta Regnorum et rerum publicarum conservatio duabus maxime rebus efficitur, cum

et voluntas principum intenta ad bonam communem spectat salutem, et cum eorum talis est potentia, que possit reprimere et cohercere pacis et iustitie turbatores: Idcirco decet eos, qui et auctoritate et potentia maxime excellunt, inter se concordes et unitos esse, quoniam sicut eorum discordie bellorum et tumultuum causa sunt, sic concordia atque amicitia pacem conservat, bonis fiduciam, malis inicit etiam timorem, publicam omnium tuetur salutem. Quod si ulla in alia natione et gente hec pax populorum principum concordia curanda et elaboranda fuit, certe hoc maxime fieri decet in christiana, que tanto ceteris nobilior est, quanto hec divino nomine constituta est, cetere humanis conciliis ordinata fuerunt, et tamen, quod magno cum dolore dicendum est, ubi potissimum pax et concordia et dei respectus et universalis boni procuratio vigere debuit in christiana republica, videlicet in ea tot cedes, rapine, urbium direptiones, populorum eversiones, sanguinis effusiones facte sunt, ut omni humano et divino iure polluto nichil relictum fuerit ad maiorem crudelitatem, presertimque in hac misera et afflicta Italia, in qua omnium cupiditates et odia sevierunt, que cum per se acerba et intoleranda, tum hoc etiam periculosiora et perniciosiora fuerunt, quod imminente in cervicibus totius christianitatis, atque eiusdem misere imprimis Italie potentissimo atque immanissimo hoste christiani nominis Rege Turcarum, que arma ad defensionem tanti periculi parata esse debuerunt, ea a nonnullis principibus christianis tanquam conspiratione cum ipsis infidelibus facta ad augendum periculum damnumque christianitatis mala universa fuerunt, et quidam non defuere illi, quorum auctoritas valere debuit in admovendo, contractando, observando, ut iis privatis odiis omissis, generali christianitatis saluti et sancte fidei catholice consuleretur, nec ullus aut cura pretermissa est, ut sancta inter christianos principes pax constitueretur, sed tantum potuit quorundam effrenata cupiditas et privati emolumenti non tam amor sed rabies, ut clausis ad bona et salutaria consilia auribus atque animis, vice Turcarum atque infidelium in ipsos dei populos hucusque fuerit sevitum: multa fuerunt dicta, scripta, tractata, ut sancta expeditio contra Turcas sumeretur, multa hincinde recepta et promissa, decime ecclesiastice principibus concesse, cruciate date maximeque ex his rebus pecunie coacte, et tamen unius adhuc solius Serenissimi Cesaris Caroli Regis Romanorum electi fides et virtus in hoc preclarissimo opere spectata est, qui magna classe Gerbas insulam Maurorum receptaculum piratarum valde opportunam rebus christianis sub ditionem suam redegit. Ceterorum aliquis, qui pro nomine et meritis erga se huius sancte sedis potissimum tenebatur, his diebus requisitus, ut auxilium Rhodo insule atque etiam Italie et Sicilie ferre vellet, quas Turce invasuri credebantur, respondit hanc curam eorum esse debere, quorum interresset, se remotum ab his periculis sua cum opus esset defensurum esse, hoc modo suum auxilium Deo et christiane fidei negans contra promissiones etiam suas manu propria conscriptas, quas pravas voluntates mala detrimentaque totius christianitatis cum inde processisse et aucta fuisse manifestum sit, quod aliqui principum suis propriis cupiditatibus frena laxantes ad veros et primarios principes christianitatis, Romanum videlicet Pontificem et Serenissimum Imperatorem respectum non habuerunt: propterea quod ad hunc diem alter auctoritate sola regere insolentias illorum non poterat, alter debitam ad cohercendum potentiam non habebat, visus est omnipotens deus suo divino consilio his tantis malis providere voluisse, vocato ad Imperium Serenissimo Rege Carolo Catholico, qui opibus et potentia multis iam seculis parem non habuerit; ea enim magnitudine animi, pietate erga Christi fidem, observantia in sanctam sedem apostolicam sit preditus ut summa et certissima in eo spes felicium temporum et liberande ab omni infidelium et eorum, qui infidelibus quandoque deteriores sunt, periculo christianitatis possit consuli. Qua occasione oblata, quoniam utrasque has potestates pontificalem et imperialem supremas omnium constituit deus, et ab ipsis Romano pontifice et Imperatore ratio deo reddenda est gubernationis et administrationis totius reipublice christiane: idcirco ad emendandos christianitatis errores pacemque universalem constituendam, bellum generale contra Turcas suscipiendum, omniaque in meliorem statum et formam redigenda decreta est, deo inspirante eodemque adiuvante, inter Sanctissimum dnum nostrum Leonem pp. X. et Serenissimum Cesarem Carolum prefatos perpetue pacis amicitieque et inviolabilis federis coniunctio, que signum attollat et spem confirmet omnibus deum vere colentibus et fidem catholicam salvam volentibus meliora deinceps tempora a deo opt. maximo suis fidelibus preparari. Sed quia corpus graviter egrotum sine alicuius partis detrimento sepe non potest sanari, necessarioque pravum aliquod membrum aut secandum aut inurendum est: idcirco si armis necessario utendum fuerit, ad auctores tantorum malorum a sua iniuria et insolentia repellendos conveniet hoc iusticie: non enim potest effectus optate pacis consequi nisi cause bellorum sublata sint. Que omnes ab ipsa Italia et propter ipsam ut plurimum exorte sunt, patet enim duas res fuisse et esse omnis tumultus semper et perturbationis causas, unam anxiam illam cupiditatem Francorum obtinendi Ducatum Mediolanensem et Civitatem Genue, ac ab his tanquam arcibus toti Italie dominandi, alteram damna et iniurias huic Sanctissime sedi apostolice sepe illatas, quas ut propulsare et evitare posset, suaque detrimenta sarcire

erepta recuperare, auxilium ab aliquo priucipum petere coacta est, et adversus impio coutra se venieutes arma implorare. Quibus malis omnibus providere omnino cogitans Serm̃us Cesar Carolus sedemque apostolicam, ut bonum eius advocatum et protectorem decet, in omni sua dignitate incolumem conservare Italiam, cuius vero corrector ipse est, statumque Mediolani ot Civitatem Geuuo ad se iure omni pertinentes a tyrannide et violentia ad eqnius imperium et legitimam gubornationem redigere, subditosque et commendetitios suos per vim atque iniuriam pulsos restituere, rebusque publicis meliorem formam reddere. Sanctissimus vero dñus uoster Leo X. ad quietem pacemque stabilem totius christianitatis in hellum contra infideles, nt semper aubelans, bnucque ducem sacre expeditionis adeo sibi nblatum iudicans, atque quemadmodnm socii in eumma auctoritate ac potestate a deo facti, ut sic animis amore amicitia federe perpetuo socientur. Ambo, quod deo gratum et acceptum, reipublice christiane felix faustum sit, utrisque ipsis utile ac honorificum, fedns indissolubile pacemqno perpetuam snb capitulis infrascriptis per Magnificum dñnm Ioban. Emanuelem Cesaree Maiestatis oratorem ad Cesarem mittendis, ab ipsa deindo Cesarea Maiestate ratificaudis manu propria et approbandis iuieruut, fecerunt, coufirmaverunt.

Et primo predicti duo Principes Sm̃us papa Leo X. et Scrm̃os Cesar Carolus Hispaniarom ac utriusqne Sicilie citra et ultra Pbarum Rex facinnt ligam atqno amicitiam, iuuguntquo so federe perpetuo et indissolubili, ita ut eosdem habeant amicos, eosdem hostes sino exceptione, ut una atque eadem amborum sit fortuna, idem velle et nolle, ad offensionem quorumcumque et defensionom a quibuscumquo opus fnerit, alter semper cum altero copolati atqne coniuncti obligantes se invicem nterquo alterius statum, digoitatem, res omnes tam publice quam privatim possessas nunc et imposterum vigore preseutis foderis possidondas tueri, conservare, defeudere, ut qui alterutrum leserit aut ledere attemptaverit, alterius continuo sit hostis.

Item quod omuia alia federa et colligatioues, promissiones et nbligatioues alias inter eosdem Pontificem et Cesarem facta permaneant iu suo robore, nequo illis per hoc presens fedus iutelligatur ullo modo derogatum, sed uova bec couiuuctio superiorum federum inter eos potius sit maior confirmatio: verum alie quidem omnes societates, amicitie, confederatinnes, quas alteruter eorum cum alio quovis Principe aut Potentatu babeat, intelligantur suspense et abrogate, quatenus coutra presentem veniant conventionem: buio vero iuter dictos duos Principes federi presenti per alias nullas conventiones cum quovis alio Principe aut Potentatu factas seu faciendas intelligatur unquam derogatum, neque possit derogari, neo vero alter sine altero duorum dictorum Principum pacem sive inducias ant conventionem aliquam cum aliis quibuscumque facere debeat.

Item cum doliberaverit Serm̃us Cesar ob rationes supra allegatas redigere in eam formam statum Mediolani et Genue, que cum voluntate suorum maiorum ot quiete ac pace Italie olim fuit servata, ut ipse tanquam verus eorum princeps pro Imperiali sua dignitate recognoscatur, id quod nunc non fit: Sanctissimus dominus noster contentus est et paratus accedere ad voluntatem Cesaris et contribuere pro sua parte omne auxilium ad hoc opus. Et quoniam plurimum conferet in hanc expeditionem nti viribus et manu Helvetiorum, que fortissima natio buius sancte sedis devotissima et Cesaree Maiestatis amantissima est, conventum est et decretum inter dictos Sanctissimum dñum nr̃um et Cesarem conducere sexdecim milia Helvetiorum, et pro stipendio eorum temporis, quo militaverint deputare ducenta milia ducatorum, ceutum per Sanctissimum dñum nr̃um providenda, alia centum milia per Serenissimum Cesarem.

Item quod hanc summam ducentorum millium ducatorum nterqno pro sua parte paratam, et in promptu habere debeat in Civitate Auguste primo die Septembris proxime futuri, et uterque ibidem hominem suum, iu quo coufidat: qui homines uno animo atque consilio dictas pecunias exponant, militibus stipendium dent, omniaque concorditer tractent atque gerant, que ad commodum et voluntatem suorum principum exequenda fuerint opportuna.

Item quod dictus numerus Helvetiorum debeat stipendiari citra diem xv. Septembris, et quam celerrime et occultissime fieri poterit, cum Ill. dño Francisco Sfortia Barri Duce Mediolanum versus premitti, eodemque tempore Cesarea Maiestas ordinet, nt classis sua cum omni copia militum, qui nunc sunt ad Favillinam, adversus Genuam deducatur, atque ut expeditius utraquo civitas recuperetur, Mediolanum videlicet et Genua. Iam uunc statuatur, nt altera manus celerius commissionem suam peregerit, cum altera statim coniungatur ad opus celerius perficiendum Gallosque extra Italiam penitus submovendos.

Item cum Cesarea Maiestas intentionem firmam habeat habueritque repouere dictum Franciscum Sfortiam in statum Mediolanensem, prout frater et pater eius fuerunt, teneatur illum creare Ducem Mediolani, sicut a cla. mo. Maximiliano avo suo pater dicti Francisci creatus fuit. Itemque Antoniottum Adurvum Ducem Genuo iuxta morem ot leges illius civitatis, a quibus tamen tanquam obedientissimis sue Maiestatis servitoribus Serenissimus Cesar pro vero et supremo dño cum omni reverentia recognoscatur.

Item quod Franciscus Sfortia predictus teneatur, recepto Ducatu Mediolaui, Gallis expulsis, etiam

si nondum arces recuperate fuerint, curare ut prefatis Pape et Cesari restituantur LXXV. milia ducatorum in termino duorum mensium, et in alio aliorum duorum mensium termino alia LXXV. milia pro tanto accepto beneficio, et pro tantis expensis ab ipsis Pontifice et Cesare in eius commodum atque bonorem factis, que in totum CL. milia ducatorum Pontifex et Cesar pro rata parte impense in Helvetios facte inter se dividant.

Item quod prefatus Antoniottus Adurvus et Hieronimus eius frater, recepta Genua, teneantur infra dies XV. curare, ut militibus classis Cesaree stipendium solvatur unius statim mensis, deinde etiam alterius in recognitionem tanti beneficii et propter stabilimentum status sui, quod beneficio Cesaris assequentur et sub eiusdem patrocinio retinebunt.

Item quo tempore Helvetii Mediolanum versus, classis maritima Genuam iussu et auspiciis Cesaris contendent, eodem tempore ordinare debeat Cesar, ut ex Regno Neapolitano quingenti equites cataphracti ad eandem properent expeditionem, qui quidem iam nunc sub alio colore et pretextu (quod facile erit) in unum cogendi sunt, et Bononiam suo tempore celeriter mittendi, quibus per statum sancte Ecclesie transeuntibus totidem ex suis autem etiam plures adiungat summus Pontifex, qui omnes coniuncti et uniti, quo opus fuerit, tempestive ducantur.

Item quod Cesarea Maiestas ordinare debeat, ut in sue classe vis magna sit tormentorum cum omni munitione necessaria, quibus, ubi res postulaverit, in terram expositis, arces ab hostibus occupate expugnari possint. Idemque Smus dominus papa facere teneatur copiamque tormentorum Bononie et in Romandiola paratam habere, que duci possint quo expedierit.

Item cum Serenissimus Cesar constitutum habeat reintegrare sanctam Romanam Ecclesiam et sedem apostolicam ad eas res omnes, que ad eam iure spectant, ut optimi protectoris eius et advocati nomen officiumqne adimpleat, ex nunc promittit Serenitas sua, quamprimum Galli ex Mediolanensi statu fuerint expulsi, etiam si arces nondum recuperate fuerint, restituendas se curaturum Parmam atque Placentiam Smo dño nro et sedi apostolice, prout a fe. re. Iulio II. et a Sanctitate sua possesse atque obtente fuerunt, deque eis eundem Sanctissimum dñum nrum et sedem apostolicam investiturum, renunciando et in eam omne ius actionemque, quam ipse forsitan ad eas iure Imperiali pretenderet se habere, transferendo. Itemque efficiendo, ut Franciscus Sfortia eisdem cedat eidem apostolice sedi, omneque ius, quod tanquam Dux Mediolani in eas babet, in apostolicam sedem transferat. Quas etiam civitates supradicto casu Smus dñus noster recipere et recuperare sibi ipse possit, et illi intelligantur concesse et date.

Item promittit Serenissimus Cesar se effecturum, ut a prefato Francisco Sfortia eedem conventiones, pacta, capitula salis a sede apostolica accipiendi serventur, que cum Rege Francisco fuerunt facta, id est ut toto statui Mediolanensi non aliud sal quam a sede apostolica acceptum in usu sit cum eisdem conditionibus et pactis, ut dictum est, que cum Francisco Rege convente fuerunt, promittendo etiam se effecturum, ut in his capitulis partes ille, que ad Franciscum Sfortiam et dños Adurvos spectant et pertinent, per eos ipsos acceptabuntur et ratificabuntur.

Item ut omnibus in rebus appareat Cesaree Maiestatis erga sanctam sedem apostolicam amor et observantia, atque ea in omne ius sibi debitum restituatur plenarie, cum clarius luce sit Ferrariam ad ipsam sedem omni ratione et causa pertinere, promittit Sermus Cesar omnem vim, omnem potentiam suam atque auxilium, ut ea eidem sedi apostolice recuperetur: modus autem eam obtinendi sic futurus est facilis, ut apparet, et expeditus et non magne impense, ut primum invadentes statum Mediolanensem Helvetii Gallos expulerint, etiam nondum receptis arcibus, subito Ferrariam deducantur. Itemque maritime copie recepta Genua itinere terrestri ad eandem civitatem Ferrarie continuo mittantur, ac simul cum his quingenti equites supradicti sub auspicio Cesaris totidemque vel etiam plures summi Pontificis uniantur cum tormentis et classi Cesarea, et iis, que per Smum dñum nrum Bononie et circum fuerint parata, quo prepotente exercitu tormentis (et) apparationibus de celeri expeditione dicte civitatis dubium futurum non est, presertim re et celeriter et secrete tractata, tanta enim erit obsidionis vis et celeritas, ut locus non videatur dari illam civitatem, ut opus foret, fortificandi, et si etiam bene munita esset, terrorem tamen tanti exercitus ferre non posset. Quod si tamen preter omnem rationem difficilior esset et tardior Ferrarie expugnatio, tunc idem Sermus Cesar promittit Smo dño nro se prosequuturam expugnationem cum idoneo exercitu, ad eam expugnandam per sex integros menses medietatem totius impense in hoc bellum faciende se contributurum.

Item promittit Sermus Cesar se acceptarum, prout ex nunc accipit, patrocinium et protectionem ac defensionem contra quoscumque, sine ulla prorsus exceptione persone, Sanctissimi dñi nri et totius Illme domus et familie de Medicis, ac in specie et precipue Rmi dñi Cardinalis de Medicis S. R. E. Vicecancellarii, necnon statuum, bonorum, rerum, iurium, privilegiorum, prerogativarum omnium, que dicta familia possidet, tam a sede apostolica dependentium quam propriorum et privatorum.

Item promittit idem Cesar in eadem se protectione habiturum omnes confederatos et colligatos cum Sanctissimo dño nro, et specialiter Florentinos

cum omni statu et rebus, quas in presens possident, et quia in ipsis confederatis Senarum civitas est, cum eo quo nunc gubernatur regimine, in quam plenum ius est Cesaris, cui nulla in parte detrahere, sed potius semper favere intendit S͠mus d͠nus noster: Ideo declaratur Cesarem ex sua benignitate velle et concedere, ut Sena sub protectione eiusdem S͠mi d͠ni n͠ri et in eo, quo nunc est statu, gubernante R͠mo Cardinali de Petruciis, manere permittatur, propterea quod ad ceterum statum eiusdem S͠mi d͠ni n͠ri vehementer commoda et opportuna est, et Cardinalis Petrucius S͠mi eiusdem creatura est, sed hec ita sint tamen, ut dicta Civitas et eius regimen recognoscant Cesarem supremum suum principem, et illi omni observantia, servitio (et) fide subiecti sint, quantum commode et honeste fieri poterit.

Item quoniam S͠mo d͠no n͠ro cura est, aliquanto etiam maior rerum spiritualium et pastoralis officii quam temporalium, et dignitatem sancte apostolice sedis supra omnia carissimam habet, multi autem exorti sunt, qui et de fide catholica male sentire, et dictam sedem sua malignitate et maledicentia lacerare non dubitent: promittit Serenissimus Cesar se contra eos, qui sedem apostolicam verbo aut facto ledere presumunt, aut fidem catholicam perturbare conantur, ut iustissimum et christianissimum Imperatorem decet, omnem vim sue potestatis directurum eosque persecuturum, omnesque iniurias eidem sedi illatas tanquam sibi factas vindicaturum.

Item promittit idem Cesar se non accepturum in protectionem quemquam sancte ecclesie subiectum mediate seu immediate, sed eos omnes relicturum sub correctione et pleno arbitrio S͠mi d͠ni nostri; et si forsan aliquorum huiusmodi protectionem susceptam iam haberet, se eam dimissurum et adversus contumaces se eidem S͠mo d͠no n͠ro omni auxilio affuturum, ut puniantur: que omnia vicissim promittit S͠mus d͠nus noster Cesari de eius subditis, et quod de iis, que ex utraque parte deliquerint, stabunt et fidem habebunt inter se alter dicto et assertioni alterius.

Item promittit S͠mus d͠nus noster Ser͠mo Cesari, quotiens opus sit, in defensionem Regni Neapolitani a Cesare possessi contra quoscumque omnia auxilia sua tam terrestria quam maritima, quantum sue et huius s. sedis vires se extendent, armaque omnia tam temporalia quam spiritualia.

Item quod adventum Cesaris ad Italiam et ad accipiendam coronam Imperii omni sua gratia (et) liberalitate S͠mus d͠nus noster excipiet, et in omnibus eum tanquam carissimum et amantissimum filium tractabit.

Item promittit S͠mus d. n. se omni auxilio affuturum Ser͠mo Cesari, quotienscumque ille bellum contra Venetos sit suscepturus, omnibus viribus suis temporalibus, necnon in omnibus aliis rebus, negociis, bello et pace se cum eadem Maiestate Cesarea semper coniunctissimum futurum, ut res ipsius Cesaris eodem habeat loco quo suas in omnibus et per omnia. Quoniam autem fortissima Helvetiorum natio cum hac sancta Sede coniunctissima semper fuit, multaque preclara gessit facinora ad ecclesiasticam libertatem defendendum, ac presertim contra eosdem Gallos, unde illustribus titulis meruit decorari, eamque S͠mus d. n. secum omni tempore vult esse coniunctam, quam eandem fore non dubitat observatissimam Maiestatis Cesaree: idcirco in hoc federe vult esse comprehensam prout Sanctitas sua eam comprehendit et nominat.

Item cum Ser͠mus Rex Anglie et propter virtutem et propter celsitudinem animi sui huic sancte sedis sit amicissimus, atque eodem in Cesarem animo sit et benevolentia, S͠mus d. n. et Cesar in hoc presenti federe locum illi relinquunt honorificum et dignissimum ipsius Serenitate Regia, ita quidem non possit prefatus Rex Anglie alios secum in federe ascribere, quorum ascriptio et nominatio presenti federi et capitulis in eo contentis aliqua ex parte contrarietur.

Item quod presentis federis ac conventionis et colligationis omniumque in ea capitulorum contentorum duo exemplaria autentica fieri debeant, quorum unum manu Ser͠mi Cesaris subscriptum apud Sanctissimum d͠num n͠rum remaneat, alterum manu subscriptum eiusdem Sanctissimi d͠ni nostri apud ipsum Cesarem sit depositum etc. Hec autem capitula acta, conclusa et firmata fuerunt in palacio apostolico in Camera eiusdem Sanctissimi d͠ni nostri die, mense et anno infrascriptis, que etiam erunt subscripta manu ipsius S͠mi d͠ni n͠ri et Ill͠mi d͠ni Iohan. Emanuelis oratoris et procuratoris dicti Ser͠mi Caroli Regis in Imperatorem Electi.

„ Ita convenimus et promittimus."

„ Ego Iohannes Emanuel Ser͠mi Caroli Romanorum et Hispaniarum Regis Catholici in Imperatorem Electi apud S͠mum d͠num n͠rum et sedem apostolicam orator, habens plenum et sufficiens mandatum ad capitulandum et firmandum conventiones et pacta quecumque cum S͠mo d͠no nostro Leone divina providentia pp. X. et dicta Sede vigore dicti mandati, quod exhibui et eidem S͠mo d. n. consignavi, approbo et confirmo omnia suprascripta ac obligo prefatum Imperatorem nomine quo supra ad servandum omnia supradicta per me suo nomine gesta, ac promitto quod idem Carolus Rex etc. ratificabit de novo infra xxv. dies a presenti data omnia suprascripta in autentica forma cum insertione supradictorum Capitulorum et conventionum sub pena decem millium ducatorum Camere apostolice applicandorum, et ratificationem subscribet manu propria et suo sigillo signari faciet ac ad Urbem mittet, et eidem S͠mo d. n. realiter et cum effectu intra dictos dies consignabit, et in fidem premissorum hanc subscri-

ptionem manu alterius subscriptam propria manu firmavi et subscripsi et meo parvo sigillo firmari iussi. Romae die octava Maii 1521.ª

CCCCXXXIII.

Hadrianus PP. VI. quaedam capitula cum oratoribus Alphonsi ducis Ferrariae init, et eundem ducem a censuris ecclesiasticis absolvit ac redintegrat sub certis conditionibus. *Ex cod. Lib. memorabilium fol. 171.*

In Christi nomine Amen. Noverint universi presentis publici instrumenti seriem inspecturi, lecturi et audituri, quod cum Sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus dñus Adrianus divina providentia pp. VI. sub certis pactis, modis et conditionibus conceptis et tractatis cum oratoribus Illmi domini d. Alphonsi Estensis, filii recolende mem. Illmi domini d. Herculis Estensis olim Ducis Ferrarie, absolverit ipsum Illmum dominum Alphonsum Estensem cum omnibus subditis et familiaribus suis a vinculo excommunicationis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris et penis, quibus irretitus fuerat per olim fel. rec. Iulium II. et Leonem X. summos pontifices et predecessores, et etiam interdicta localia relaxaverit, eundemque et successores suos ad statum suum et Ducatum Ferrarie reintegraverit et de eodem investiverit, sibique omnia privilegia ecclesiastica et secularia, quibus per huiusmodi censuras privatus fuerat, concesserit et confirmaverit, et reductionem census usque ad summam ducatorum centum annue solvendam per olim Alexandrum VI. pontificem maximum factam et per prefatum Iulium II. approbatam confirmaverit, et hec per litteras apostolicas in forma Brevis conceptas sub data Rome sub annulo piscatoris die XVII. Octobris, et hec omnia in eventum, quo prefatus Illmus dñus d. Alphonsus Estensis intra quindecim dies a data dictarum litterarum computandos coram notario et testibus, et sub signo manus sue sigilloque suo pro se et omnibus futuris successoribus suis, pacta et conventiones predictas concepta et conceptas cum oratoribus prefati Illmi d. dñi Alphonsi et ad eum transmissas, et de quibus fit mentio in dictis litteris apostolicis, approbaverit, et velit prefatus Illmus d. dñus Alphonsus obtemperare mandatis prefati Sanctissimi dñi nri et suprascripta omnia rata habere: Idcirco prefatus Illmus d. dominus Alphonsus Estensis Dux Ferrarie etc. in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus, sponte et ex certa eius scientia, non vi, dolo, non metu aut alia quavis sinistra opinione circumductus, sed ex sui mera, libera ac absoluta voluntate et omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa, quibus magis et melius potuit, per se et omnes futuros successores suos, etiam ad instantiam mei infrascripti notarii publica persone presentis et recipientis nomine et vice prefati Sanctissimi dñi nostri pape, et successorum suorum ac sancte sedis apostolice sub absolutionibus, concessionibus, reintegrationibus et aliis, de quibus in dictis litteris apostolicis, acceptavit, approbavit, confirmavit et ratificavit dicta capitula, pacta et conventiones tractata et concepta ac conceptas cum prefatis oratoribus ipsius Illmi d. dñi Alphonsi Estensis et ad eum transmissa ut supra, et de quibus fit mentio in prefatis litteris apostolicis, cum modificationibus tamen et limitationibus, de eis per prefatum Sanctissimum dñum nrum post eorum transmissionem forsan factis vel faciendis ad commodum et favorem prefati Illmi d. dñi Alfonsi Estensis, quia ut dixit ipse Illmus d. dñus Alfonsus firmiter sperat, quod eius Beatitudo pro sua solita clementia dicta capitula et pacta modificare habeat et limitare iuxta supplicationem oratorum sue Excellentie apud Beatitudinem suam, et si aliter non fuerint modificata et limitata, ea simpliciter et in omnibus et per omnia ac precise, prout iacent, ut in eis continetur et scriptum est, approbavit, confirmavit et ratificavit, et promisit ac convenit prefatus Illmus d. dñus Alfonsus michi notario, ut supra stipulanti, submittere se specialiter et expresse obedientie ac suscepte protectioni prefati Sanctissimi dñi nri in omnibus, prout in dictis capitulis continetur, ea omnia capitula, conventiones et pacta et contenta in eis precise et in totum, ac integre et inviolabiliter attendere, observare et adimplere, ac observari et adimpleri facere, et in aliquo non contrafacere, dicere, opponere vel venire per se vel alium modo aliquo, ratione vel causa, que quomodolibet dici et excogitari possit, sub penis et censuris in dictis capitulis et conventionibus contentis. Que quidem capitula, conventiones et pacta una cum dictis litteris apostolicis prefatus Illmus dominus Alfonsus Estensis michi infrascripto notario ad manus tradidit, et voluit ac mandavit ea et eas de verbo ad verbum in presenti instrumento registrari, et quarum subsequuntur tenores, videlicet:

Adrianus PP. VI. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Cum nichil nobis magis cordi sit, quam universalem inter Christianos pacem procurare, ut collectis in unum viribus Turcarum tirannidi resistere valeamus, fuerintque inter sedem hanc pontificesque Romanos predecessores nostros ac te domumque tuam non pauce differentie, contentiones ac bella in reipublice Christiane dispendium exorta, quorum occasione per eandem sedem etiam ad censuras ecclesiasticas, excommunicationis videlicet interdicti ac alias graviores penas contra te subditosque ac familiares tuos processum fuit: Nos omnem occasionem dissentionum huiusmodi amputare morbumque huiusmodi a radice curare cupientes, cum oratoribus tuis certa pacta seu capitula, que Nobilitati tue in scriptis

mittuntur, quibus cause, unde dissidia et contentiones huiusmodi oriri solent, de medio tollantur, concepimus et in gratiam specialem Nobilitatem tuam cum omnibus subditis et familiaribus tuis, qui tibi contra ecclesiam adhesere, a vinculo excommunicationis ac infamie aliisque ecclesiasticis censuris et penis absolvimus, et tenore presentium absolutos esse volumus, necnon interdicta localia relaxamus, statumque Ducatus Ferrarie tibi et successoribus tuis de novo damus, ac de eodem te investimus, et denique contractus per te subditosque et familiares tuos predictos tempore monitorii penalis et interdicti ac aliarum penarum premissarum legitime initos, et testamenta condita simili modo approbamus ac ratos rataque esse volumus, hac tamen conditione, quod nisi supradicta capitula et pacta intra quindecim dies a data presentium computandos coram notario et testibus, et sub signo manus tue sigilloque tuo pro te et omnibus futuris successoribus tuis approbaveris, eo ipso tu cum dictis subditis familiaribusque tuis in omnes censuras et penas per Romanos pontifices, predecessores nros, contra te et subditos tuos fulminatas reincidere debeatis, nostraque huiusmodi investitura de dicto Ducatu de facto sit nulla, ac dicti contractus et testamenta irrita: et ut abundantiorem demonstremus animi nostri erga te et domum tuam benignitatem, si dicta capitula et pacta superius memorata acceptaveris, Nobilitati tue omnia privilegia tibi ac domui tue a Romanis pontificibus concessa, in quorum usu pacifico hactenus fuistis, quatenus dictis nostris capitulis et pactis minime contravenerint, eodem quoque modo confirmamus, et insuper reductionem census per Alexandrum VI. predecessorem nostrum usque ad summam centum ducatorum annue solvendam factam, et per Iulium II. et Leonem X. predecessores nostros bone mem. confirmatam approbamus, et denique te successoresque tuos simili modo, ac prout in supramemoratis conceptis pactis latius exprimetur, in nostram et sedis apostolice protectionem suscipimus: super quibus omnibus, postquam memorata capitula seu pacta per te modo premisso approbata fuerint, bullam sub plumbo sub omnibus expediri mandabimus. Datum Rome apud S. Petrum sub annulo piscatoris die XVII. Octobris MDXXII. Pontificatus nostri anno primo. T. Hesius. A tergo: Dilecto filio Nobili viro Alfonso Estensi Duci Ferrarie.

Tenor Capitulorum. Capitula pacis et concordie inter Sanctissimum in Christo patrem et dñum nrum, dñum Adrianum divina providentia pp. VI. et Illmum principem dominum Alfonsum Ducem Ferrarie etc.

Imprimis prefatus Sanctissimus dñus noster absolvet dictum d. Alfonsum Ducem, et subditos ac stipendiarios et familiares suos, tam clericos quam laicos, ab omnibus censuris et penis tam spiritualibus quam temporalibus, per eos ob non paritionem monitoriorum felicis record. Iulii II. et Leonis X. Romanorum pontificum incursis, et relaxabit quecumque interdicta propterea apposita, necnon reintegrabit eundem dñum Ducem in Ducatu Ferrariensi contra privationes dictorum pontificum in amplissima forma.

Item convenerunt dicte partes, quod stet reductio census ratione dicti Ducatus debiti per fel. record. Alexandrum VI. facta et per Iulium II. ac Leonem X. pont. confirmata, et in recompensam dicti reductionis census prefatus dñus Dux ac sui heredes et successores quicumque teneantur, et debeant ad omnem simplicem requisitionem prelibati Sanctissimi domini nostri pape, suorumque successorum dare et consignare singulo anno, quo Sanctitas sua suique successores ipsum dñum Ducem, ac etiam successores et heredes requisiverint, ipsi Sanctissimo domino nostro eiusque successoribus centum equites armatos bonis equis et armis, videlicet quinquaginta sagittarios et quinquaginta sclopettarios in ordine dispositos habiles, idoneos et sufficientes secundum iudicium aliorum capitaneorum et belli ducum sue Sanctitatis et successorum suorum, ipsosque ad omnem locum, ad quem sua Sanctitas ac illius successores voluerint, omnibus et singulis ipsius Illmi Ducis successorumque suorum sumptibus et expensis, totiens quotiens et quandocunque requisiti fuerint, mittere seu conducere et conduci facere, ita quod per sex menses singulo anno, si opus fuerit, et a predicto Smo dño nostro papa eiusve successoribus, ut premittitur, requisiti fuerint, sumptibus et expensis ipsius dñi Ducis in una vel pluribus vicibus, prout Sanctitati sue et suis successoribus placuerit, non tamen ultra sex menses quolibet anno sedi apostolice, ut premittitur, inservire habeant.

Item in recompensam eiusdem reductionis convenerunt, quod predictus dominus Dux aut sui heredes, successores, vassalli seu subditi quicunque nullo unquam tempore possint per se vel alium seu alios quovismodo in Civitate, Comitatu seu valle Comacli, aut alio loco in territorio vel dominio per eum ad presens possesso vel imposterum quomodocunque possidendo sal cuiuscunque generis fabricare, aut fabricari facere vel permittere absque sue Sanctitatis et successorum suorum expressa licentia et mandato, sub pena perditionis Ducatus Ferrariensis et aliorum feudorum, que a Romana et aliis ecclesiis quomodolibet obtinet et imposterum obtinebit, ipso facto, si contrafecerint, incurrenda, etiam absque aliqua declaratione desuper facienda, sed solus Romanus pontifex illud ibi fabricare seu fabricari facere, si et quando sibi placuerit, libere possit.

Item quod prefatus Sanctissimus dñus noster per se et suos successores teneatur et debeat re-

cipere, prout ex nunc recipit et suscipit in suam ac sedis apostolice et suorum successorum protectionem prefatum Illmum dnum Ducem, suosque heredes et successores quoscunque, ac statum et dominia omnia, que impresentiarum possidet ipse Illust. dominus Dux, promisitque propterea ipsum dominum Ducem ac etiam successores, heredes, statum et dominia huiusmodi contra et adversus omnes et singulas personas, Universitates, Civitates, principatus et principes quoslibet, cuiuscunque dignitatis, status, gradus et conditionis existant, pro viribus, et totiens quotiens opus fuerit, tueri et defendere, et viceversa prefatus d. Dux per se et suos heredes ac successores quoscunque, promisit et convenit eumdem Smum dominum nostrum, suosque successores predictos ac sedis apostolice statum, iura et immunitates ab omnibus Universitatibus, Civitatibus, principatibus et principibus, ac contra omnes personas, cuiuscunque dignitatis, status, gradus et conditionis existant, et totiens quotiens opus fuerit, tueri et defendere, non obstantibus quibuscunque federibus, pactis et conventionibus quomodocunque et qualitercunque per ipsum dominum Ducem factis, aut per ipsum suosque heredes et successores fiendis et ineundis, quibus, quatenus presentibus capitulis in aliquo obstent, exnunc prout extunc et e contra prefatus dominus Dux per se suosque heredes et successores predictos renunciavit, et renunciat per pactum expressum solemni stipulatione vallatum.

Item promisit prefatus dominus Dux per se et suos successores ac heredes predictos nunquam se dare aut ponere, nec ulterius stare in protectione alicuius principis, potentatus seu Communitatis aut Universitatis vel dominii, etiam si Imperiali, Regali aut alia quavis excellentia vel dignitate prefulgeat, sed perpetuo et semper sub obedientia sedis apostolice remanere, et ab illa nullatenus recedere sub dicta pena perditionis ducatus Ferrariensis et aliorum feudorum, que ut prefertur obtinet et imposterum quolibet obtinebit, ipso iure, si contravenerint, incurrenda, etiam absque aliqua declaratione desuper facienda, excepta nichilominus Imperiali auctoritate quoad feuda et loca, que ipse dominus Dux et heredes sui a Cesarea Maiestate de presenti obtinent et in futurum obtinebunt.

Item promisit prefatus dominus Dux per se et suos heredes predictos nullo unquam tempore bellum aliquod contra aliquem principem, potentatum Communitatem vel Universitatem aut dominium inferre, preterquam ad sui et bonorum suorum necessariam defensionem, et non nisi de expressa licentia Romani pontificis ad stipendia seu servitia alicuius principis, potentatus, Communitatis, Universitatus vel dominii transire vel militare.

Item quod prefatus d. Dux suique heredes et successores quicumque non possint, nec debeant a modo inantea absque expressa et obtenta licentia a Sanctitate sua suisque successoribus quovis quesito colore dare, nec concedere passum seu transitum aliquibus armigeris sive exercitui equestri vel pedestri quocumque eunti ad damna ecclesie: teneatur tamen exercitui sive exercitibus ac armigeris Sanctitatis sue et successorum suorum quocumque eunti seu euntibus, et totiens quotiens expedierit, per dominium seu loca, que possidet, seu in futurum possidebit, liberum dare passum et transitum quacumque excusatione remota.

Item promisit prefatus d. Dux per se et suos predictos heredes et successores nunquam recipere aut acceptare tacite vel expresse inimicos, hostes, rebelles, exules et bannitos facinorosos sue Sanctitatis qualescumque sint. Et si aliquos sue Sanctitatis ac ecclesie huiusmodi subiectos, cuiuscumque conditionis etiam existerent, ad eundem Ducem vel suos et in omni statu vel dominio confugere contigerit, teneatur ipse Dux ac heredes et successores prefati tales personas, cuiuscumque status vel conditionis existant, ex dominio vel territorio suo expellere, aut Sanctitate sua seu successoribus suis hoc petentibus, tales personas secure ad Sanctitatem suam et successores suos, ac quo ipse Smus dominus noster et successores sui voluerint, conduci facere ad omnem sue Sanctitatis et successorum suorum simplicem requisitionem, et similiter teneatur et debeat ipse d. Dux ac sui heredes et successores prefati facere et curare cum effectu, quacumque excusatione cessante, quod premissa a suis subditis inviolabiliter observentur: et si impresentiarum ipse d. Dux vel sui subditi aliquas ex personis huiusmodi Sanctitati sue subditis inimicos, hostes, rebelles, bannitos et alios facinorosos in suo dominio habeat, teneatur publico bannimento et preconio, ac alias prout expedierit cum effectu expellere et expelli facere.

Item quod prefatus d. Dux teneatur et debeat omnibus modis et viis per se et successores suos predictos quascumque provisiones, collationes, decreta, inhibitiones, citationes et litteras apostolicas gratiam et iustitiam etiam mixtim continentes, ac mandata apostolica per quoscumque delegatos, subdelegatos, iudices et auditores ac commissarios a sede apostolica mediate vel immediate deputatos emanata et decreta, seu imposterum emananda et decernenda reverenter et debite ac libere absque aliqua exceptione in omnibus Civitatibus, oppidis et locis sui dominii et territorii exequi facere, et permittere in omnibus et per omnia ac alias omnibus modis ecclesiam et huiusmodi sedis apostolice libertatem defendere, eamque nullo modo directe vel indirecte, tacite vel expresse violare aut violari facere nec permittere.

Item quod Smus dominus noster et agentes pro eo ac Camera apostolica futuris perpetuis tem-

poribus possint et valeant libere absque aliqua pedagii vel alterius impositionis solutione vehi, conduci et portari facere per totum dominium et statum dicti domini Ducis, undecumque et quocumque sive per mare sive per terram, quamcumque salis quantitatem, prout voluerint et sibi videbitur; quodque preter deputatos a sede et Camera apostolica huiusmodi nullus alius vel alii possint aut valeant ad dictum statum et dominium quovismodo sal aliquod, cuiuscumque generis fuerit, in preiudicium Sanctitatis sue et dicte Camere etiam per transitum conducere, et si sal aliquod sic conduci contigerit ab aliquibus, tale sal non possit nec debeat per dictum dominum Ducem eiusque subditos quovismodo recipi et emi; quodque similiter salinarii sedis seu Camere apostolice vel pro eis agentes non possint vendere aliquam quantitatem salis alicui persone etiam subdite dicti domini Ducis preterquam ipsi Duci aut deputatis ab eo, et ipse dominus Dux ac sui sal aliquod aliquo modo recipere vel emere non possint preterquam a sede et Camera predicta seu deputatis ab eis, ita tamen quod pro commoditate sua et heredum suorum, ne perdant utilitatem provenientem ex piscibus et anguillis, qui capiuntur ex valle Comaclensi, et postquam sale conditi sunt, venduntur Venetiis, possint emere Venetiis et exinde conducere quadringentos saccos salis, ad mensuram Cervie constituentes modios sexaginta sex et duas tercias unius modii quolibet anno, ad condiendum dictos pisces et anguillas liber sine incursione alicuius pene, et si idem dominus Dux impresentiarum aliquam quantitatem salis in suis magacinis haberet, quod uti possit pro libito sue voluntatis, dummodo tamen illo non utatur nec illud distrahat extra loca sui dominii vel territorii.

Item quod prefatus Sanctissimus dñus noster et successores sui sive sedes aut Camera apostolica huiusmodi etiam futuris perpetuis temporibus teneantur, et debeant eidem domino Duci et successoribus suis singulis annis dari et expediri facere duodecim mille et quingentos saccos salis iuxta mensuram Cervie, que ut dicitur ascendit ad summam modiorum ... Veneti salis Comacli aut Cervii, ita tamen quod prefatus Dux ac sui prefati maiorem aut minorem levare possint summam et quantitatem salis secundum temporis exigentiam et sine preiudicio, dummodo tamen non excedant quantitatem et numerum prefatorum duodecim milium et quingentorum saccorum, que quantitas deliberari debeat in tribus cuiuslibet anni terminis, videlicet una pars in festo s. Michaelis de mense Septembris et secunda de mense Decembris ac tertia de mense Maii, incipiendo primam salis deliberationem ... sub his tamen pactis et intelligentiis et conditionibus, quod sal ab ipso Duce suisque heredibus et successoribus percipiendum sit pro usibus suis in dominiis et territoriis suis, nec liceat ad alia loca aliquod sal mittere sub pena vigintiquinque ducatorum, quotiens per eundem dñum Ducem aut illius officiales probatum fuerit aliter disposuisse sive distribuisse, et super his exequendis teneatur ipse dñus Dux deputare suos commissarios in toto suo dominio, pro quibus obligabitur, etiam si ultra unum modium dissipaverint, solvere quolibet modio ducatos centum Sṁo dño nṙo pape sive Camere apostolice applicandos.

Item quod prefatus dñus Dux solvere teneatur Sṁo domino nostro pro prefata summa duodecim millium et quingentorum saccorum salis, quam sua Sanctitas sive agentes pro ea consignabit seu consignabunt, illud totum quod Sanctitas sua pro fabricatura dicti salis et conductione eiusdem ad magacinos, secundum quod illud vicissim recipiet, exbursaverit ac exposuerit et non ultra.

Pro quibus omnibus et singulis in presenti instrumento et preinsertis capitulis et pactis contentis observandis, et inviolabiliter adimplendis prefatus dominus Dux se ipsum, eiusque heredes et successores quoscumque, ac sua et ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, ubicumque existentia, michi notario infrascripto ut supra stipulanti obligavit et hipothecavit, Renuncians ipse dñus Dux in premissis omnibus exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis in factum, actioni, conditioni indebiti ac iuris utriusque auxiliis omnibusque et singulis defensionibus et exceptionibus, quibus mediantibus contra premissa vel aliquod premissorum dicere, facere, opponere vel venire posset, aut se in aliquo tueri vel defendere de iure vel de facto. Et insuper etiam, ubi opus sit, prefatus Illṁus dñus dñus Alfonsus Estensis Dux Ferrarie etc. ex certa eius scientia, et citra revocationem quorumcumque per se hactenus constitutorum procuratorum omnibus melioribus modo, via, iure, forma et causa quibus magis et melius potuit, fecit, constituit et solemniter ordinavit suos veros et legitimos procuratores, et infrascriptorum negotiorum suorum gestores et certos nuntios magnificos et clarissimos Iureconsultos dñum Matheum Castellam Faventinum, et dominum Ludovicum de Cattis de Ferrarie oratores eius Excellentie apud prefatum Sanctissimum dñum nostrum absentes tamquam presentes, et utrumque eorum insolidum, ita tamen quod conditio primitus occupantis in aliquo melior non existat, sed quod unus eorum inceperit, id alter mediare, possit finire et terminare specialiter et expresse ad ipsius dñi Ducis constituentis nomine et pro eo, si opus fuerit et videbitur prefato Sṁo domino nostro, iterum et de novo acceptandum et confirmandum ac ratificandum preinserta pacta, capitula et conventiones, et omnia et singula in eis et quolibet eorum contenta et descripta, et secundum ea et eorum tenores promittendum, obligandum, conveniendum et paciscendum, et specialiter ad

ad obligandum Illmum dominum Ducem et eius heredes ac successores quoscumque ad totalem et integram, ac inviolabilem et perpetuam observationem omnium et singulorum in ipsis preinsertis capitulis et quolibet eorum contentorum, et in omnibus ac per omnia et precise, prout in eis continetur et scriptum est, et in eventum contraventionis ad penas et censuras in eis capitulis respective annotatas; et super premissis omnibus et singulis celebrandum et celebrari faciendum unum vel plura instrumentum seu instrumenta manu publici notarii cum obligationibus bonorum, clausulis, capitulis, solempnitatibus, renuntiis, cautelis, penis, penarum adiectionibus et aliis omnibus et singulis in similibus instrumentis apponi solitis et debendis, et servandum stilum notariorum, ubi predicta fieri contigerit et prout et sicut visum fuerit et placuerit ipsis dñis constitutis; et generaliter ad omnia alia et singula dicendum, faciendum, gerendum, procurandum et exercendum, que in premissis et circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, et que ipsemet dominus constituens facere posset, si premissis omnibus et singulis presens et personaliter interesset, etiam si talia forent, que mandatum exigerent magis speciale quam presentibus est expressum. Promittens insuper ipse Ill. d. Dux michi notario infrascripto publice persone presenti, et recipienti nomine et vice prefati Smi dñi nostri et successorum suorum et sancte sedis apostolice, omniumque aliorum et singulorum quorum interest, interesse poterit in futurum se ratum gratum atque firmum perpetuo habiturum totum id, et quicquid per dictos eius oratores actum, dictum, gestum, factum vel procuratum fuerit in premissis vel aliquo premissorum, et non contrafacere vel venire sub hipotheca et obligatione omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, et sub dictis penis et censuris et qualibet alia iuris et facti renuntiatione ad hec necessaria pariter et cautela. Super quibus omnibus et singulis prefatus Illmus dominus Dux petiit a me notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri atque confici instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt hec Ferrarie in palatio Ducali in camera parva cubiculari prefati Ill. domini Ducis, sub Anno a Nativitate domini nostri Ihesu Christi Millesimo quingentesimo vigesimo secundo, Indictione decima, die trigesima mensis Octobris, Pontificatus prelibati Sanctissimi domini nostri Adriani pp. VI. anno primo, Presentibus ibidem magnifico et clarissimo Iureconsulto domino Iacobo Alvaroto ipsius Ill. Ducis consiliario, et magnifico et generoso domino Alfonso filio quondam domini Brandelisii de Trottis et nobilibus Ferrariensibus et Ducali factore generali, testibus ydoneis ad premissa vocatis, adhibitis atque rogatis.

(L. S.) Ego Baptista filius egregii causidici Ferrariensis domini Io. Andree de Sarrachis, publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius Ferrariensis, suprascripta omnia et singula ex schedis et scripturis publicis originalibus et autenticis infrascripti magistri domini Opizonis a Remis ducalis secretarii, necnon notarii publici Ferrarie de iussu eius et mandato scripsi, sumpsi et exemplavi, quod facere potui auctoritate statuti Communis Ferrariensis super hoc disponentis, et in premissorum fidem me subscripsi signumque meum tabellionatus consuetum apposui.

(L. S.) Ego Opizo Remus filius quondam egregii Ser Iacobi Marie notarii, imperiali auctoritate notarius publicus Ferrariensis necnon prelibati Illustrissimi domini Ducis secretarius, suprascriptis omnibus et singulis presens fui, et ea rogatus scripsi et ut in schedis meis autenticis inveni, per suprascriptum Egregium virum Ser Baptistam Saracum notarium hic in publicam formam redigere et annotare feci cura alia occupatus, quod facere potui virtute provisionis Communis Civitatis Ferrarie de hoc disponentis, et in fidem me manu propria subscripsi signumque meum tabellionatus solitum a capite mei nominis signavi.

„Io alfonso da Este Duca de Ferrara approbo et consento e me obligo a quanto e sopra scritto et in fede o fatto la presente sotoscriptione de mia mano propria sigillata del mio sigillo."

(L. S.)

Die prima Octobris 1529. D. Augustinus de Comorigio clericus Mantuanus recognovit sigillum etc. iuravit etc. et D. Thomas Cadamustus et Petrus Parisetus clerici Laudensis et Regiensis die quinta eiusdem recognoverunt similiter sigillum, iuraverunt etc.

Verisius de Cesis Camere apost. Notarius etc.

CCCCXXXIV.

Paulus PP. III. cum Hercule II. Estensi Ferrariae etc. ducem concordiam init et investituram concedit.
Ex originali et cod. Lib. rerum memorabilium fol. 176.

In Dei nomine Amen. Notum sit et cunctis pateat evidenter, quod Illmus et Excellmus Princeps dñus, dñus Hercules secundus Estensis Ferrarie, Mutine et Regii Dux quartus, Carnutum primus, Marchio Estensis, Carpi Princeps, Rhodigii et Gisordii Comes, Comaclique et Montis Arguti dominus etc. nil unquam aut pluribus votis optaverit aut maiori conatus fuerit studio assequi, quam ut gratiam Smi dñi nri et sancte sedis apostolice sibi conciliaret et promereretur. Idque ne dum personaliter per accessum suum ad Urbem, et per legatos suos et oratores, sed etiam per interventum summorum Principum enixissime procuraverit, quo veteris radicitus extirpatis simultatibus obser-

vantiam eius erga eandem sedem omnibus testatissimam faceret, et vestigiis maiorum suorum inherendo de ipsa sede et Romana ecclesia, quod ante omnia appetit, itidem benemereri posset. His mediis effectum est, ut quod tantopere procuravit, tandem assequntus fuerit, et controversiae, quae diu viguerunt inter ipsam sedem et Ill. quondam Ducem Alphonsum, et subsequenter ipsum dominum Ducem Herculem, per nonnulla initae concordiae capitula inter Sanctissimum dñum nrum ex, una et Illmum dominum Franciscum ipsius domini Ducis Ferrariensis germanum agentem tanquam coniunctam personam, et nomine et vice ipsius domini Ducis, et Magnificum Iureconsultum dñum Philippum Rodum eius Excellentiae oratorem et procuratorem, ad ea legitimo mandato suffultum, partibus ex altera sedatae, sopitae et penitus extinctae fuerint, prout constat instrumento desuper confecto, rogato per Rev. patrem dñum Petrum de Durantibus Episcopum Termulanum, prelibati Smi dñi nostri Datarium et Notarium publicum, sub die vigesimo primo mensis Ianuarii anni presentis.

Cumque sit, quod inter alia conventum fuit, quod ipse Ill. Dux teneatur instrumentum ipsum et concordiae capitula per instrumentum publicum in auctentica forma approbare et ratificare, et instrumentum ratificationis in Camera apostolica consignari facere, et prout in instrumento ipso continetur, velitque eius Excellentia, quod per dictum Illmum dominum Franciscum et dictum dominum Philippum eius nomine conventum et promissum fuit, ratum habere: Propterea prelibatus Illmus Dux Hercules in mei notarii publici testiumque infrascriptorum presentia personaliter constitutus, intellectis et lectis capitulis ipsis et instrumento superinde confecto, et eis optime et diligenter consideratis, et cuius instrumenti et capitulorum tenor ad contextum in fine presentis instrumenti describetur, sponte et ex certa scientia omni meliori modo, via, iure, forma et causa, quibus magis et melius potuit et debuit, per se et omnes futuros successores suos, etiam ad instantiam mei infrascripti notarii publicae personae presentis et recipientis nomine et vice prelibati Smi domini nri, domini Pauli divina providentia pp. III. et successorum suorum ac sanctae sedis apostolicae, sub observatione tamen eorumdem capitulorum et conventorum in eis sibi domino Duci et successoribus suis exadverso fienda, predictum instrumentum et capitula ipsa dictae concordiae et omnia et singula in ipso instrumento contenta apposita et descripta, et quicquid factum, conclusum et firmatum, promissum et conventum fuit per prefatam Ill. dñum Franciscum et dictum dominum Philippum Rodum eius Excellentiae nomine, et prout in ipso instrumento legitur, bona fide et sincero animo, quod foelix faustumque sit, acceptavit, approbavit et confirmavit in omnibus et per omnia, et precise prout iacent, et prout in eis continetur et scriptum est, et ea perinde arctare voluit ipsum dñum Ducem et successores suos ad observantiam conventorum, ac si personaliter ipse dominus Dux contraxisset, et ea capitula et concordiam firmasset etiniviss et. Et promisit ac convenit prelibatus Illmus Dux mihi notario ut supra stipulanti, et omnia capitula, conventiones et pacta et contenta in eis, et instrumentum superinde confectum precise et in totum ac integre et inviolabiliter observare, adimplere et exequi facere, et in aliquo non contrafacere, dicere, opponere vel venire per se vel alium modo aliquo, ratione vel causa, que quomodolibet dici et excogitari possit, sub penis et censuris in dicto instrumento, capitulis et conventionibus contentis. Pro quibus omnibus et singulis in presenti instrumento et in dicto instrumento inferius registrando et capitulis concordiae in eo contentis observandis, et inviolabiliter per ipsum dominum Ducem adimplendis, prelibatus Illustrissimus Dux se ipsum, eiusque heredes et successores quoscumque, ac sua et ipsorum bona mobilia et immobilia presentia et futura, ubicumque existentia, mihi notario ut supra recipienti obligavit et hipothecavit, renuntians in premissis exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, in factum actioni ac iuris utriusque remediis omnibusque et singulis defensionibus et exceptionibus, quibus mediantibus contra premissa vel aliquod premissorum dicere, facere, opponere vel venire posset, aut se in aliquo tueri vel defendere de iure vel de facto. Super quibus omnibus et singulis prelibatus Ill. Dux petiit a me notario infrascripto unum vel plura fieri atque confici instrumentum et instrumenta.

Acta fuerunt hec Ferrariae in curia Ducali in Camera solitae audientiae prelibati Illmi Ducis sub anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimo nono, Indictione xii. die vero x. mensis Februarii, Pontificatus Smi in Christo patris et domini nri, domini Pauli divina providentia papae III. anno quinto, Presentibus ibidem Magnificis et generosis viris dñis Bartholomeo Prospero a secretis prelibati domini Ducis, et domino Hieronimo Ziliollio ipsius domini Ducis Magistro Camerario testibus idoneis ad premissa adhibitis, vocatis et specialiter rogatis.

Instrumenti vero, de quo supra fit mentio, tale est exemplum, videlicet:

In nomine domini Amen. Cunctis pateat evidenter et sit notum, quod cum a pluribus annis citra inter sedem apostolicam et nonnullos pro tempore summos Pontifices et bo. me. Alfonsum, dum viveret, Ducem Ferrariae, et ipso Alfonso defuncto, Herculem, ipsius Alfonsi filium primogenitum et in dicto Ducatu successorem, partibus ex altera nonnulla graves discordiae seu controversiae

vignissent et vigerent: tandem Sm̃us in Christo pater et dominus noster Paulus divina providentia papa tertius provide considerans, his presertim temporibus, quibus impiissimus Turcarum tirannus christiani nominis perpetuus et potentissimus hostis ad christianitatem, precipue quoad partes Italiae suae, tirannidi subiiciendam aspirat, et vires suas praeparat expedire, ut omnis occasio bellorum et aliarum turbationum ex ipsa christianitate presertim in Italia tollatur, quo rebus christianis pacatis et unitis non solum prefati tyranni conatibus resisti, sed generalis expeditio contra predictum tyrannum universaliter suscipi possit: sicut hac ratione motus superioribus mensibus inter se dissidentes, et presertim inter Serenissimum Imperatorem et Christianissimum Regem non sine vitae suae ob ingravescentem aetatem, et itineris propterea usque ad civitatem Niciae suscepti longitudinem periculo ad invicem reconciliationem et animorum reintegrationem procuravit: ita et prefatum Illm̃um dñum Herculem, qui cum tamquam bonus et obsequens eiusdem Sanctitatis suae et sedis apostolicae filius inhaerens vestigiis antecessorum suorum, qui retroactis temporibus de Romana ecclesia et sede apostolica benemeriti fuerunt, et tot et tanta alia servitia praestiterunt, post humiles preces et personaliter per suum adventum ad Urbem, in eisdem continuando et pluribus aliis mediis, etiam interventu Serenissimi Imperatoris Caroli V. et Christianissimi Francisci Francorum Regis ac Illm̃i dñi Venetorum, et eorumdem oratorum penes suam Sanctitatem, ac Illm̃i et Rm̃i Alexandri s. Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis de Farnesio nuncupati, sanctae Romanae ecclesiae Vicecancellarii, pluries porrectas in eiusdem Sanctitatis suae et sedis apost. gratiam redire et ipsi se reconciliare procuraverit, et propterea etiam notabilem pecuniarum summam, qua Sanctitas sua et sedes apostolica his temporibus pro continuatione susceptae contra prefatum tyrannum expeditionis aerario apostolico exhausto summopere indigeat, exbursare promiserit, ut ex infrascriptis pactis et conventionibus plenius apparet, in suam sanctam gratiam et sedis apostolicae recipere et sibi reconciliare pro sua innata et solita benignitate et clementia contentus fuit, presertim pro utriusque eorum commodo et communi omnium tranquillitate. Quibus sic peractis, ne in futurum ullo unquam tempore similes discordiae et differentiae succederent, inter ipsum Sanctissimum dñum nrum nomine suo successorumque suorum et sedis apostolicae et ipsam sanctam sedem apostolicam ex una, et Illm̃um dñum Franciscum prefati Illm̃i dñi Herculis fratrem germanum, et Magnificum dominum Philippum Rodum ipsius Illm̃i dñi Herculis oratorem et procuratorem, prout de suae procurationis mandato sub die septimo Novembris MDXXXVIII. proxime preterito rogato, et subscripto per Baptistam quondam Iohannis Andree de Serrachis notarium, et Alexandrum Guarinum Secretarium subscripto, fidem legitimam fecit, pro ipso dño Hercule Duce Agentes et de rato promittentes, assistentibus Rm̃is dominis Hieronimo s. Clementis de Ghinuciis, et Iacobo s. Apollinaris titulorum Simoneta presbiteris, et prefato Alexandro s. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali de Farnesio, et Rev. patre domino Uberto Gambaro, Ep̃o Terdonensi Camere apostolice clerico, et egregio domino Benedicto de Valentibus procuratore fiscali, ad certas conventiones et capitula deventum est: quorum tenor sequitur et est talis.

Imprimis quod per Sanctissimum dñum nrum absolvatur dominus Dux Hercules II. ab omnibus censuris et penis tam spiritualibus quam temporalibus, si quas incurrisset ex quacumque offensa contra ipsam suam Sanctitatem aut eius predecessores, sanctamque sedem apostolicam facta, ita quod absolutio huiusmodi extendatur etiam ad eius fratres germanos, et ad omnes et singulos eius subditos, consiliarios, stipendiarios et familiares, tam clericos quam laycos, qui in offensa huiusmodi cum ipso Duce vel eius genitore intervenissent, cum annullatione cuiuscumque citationis, monitorii et interdicti, ac omnium et quarumcumque commissionum quovis modo a sede apostolica emanatarum, actorum et processuum inde sequutorum contra prefatos Duces et alios praedictos, cum reintegratione et confirmatione omnium et quorumcumque privilegiorum, indultorum concessionum et aliarum gratiarum ac quarumvis tam in forma Brevis quam sub plumbo, vel alio modo per quosvis Romanos Pontifices predictos Sm̃i dñi nostri predecessores, sub quavis verborum forma factarum bullarum et litterarum apostolicarum ei et antecessoribus suis perantea competentium in ampliori forma, quorum omnium et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum presentibus insererentur, pro expressis habeantur, et si dicto domino Duci videbitur, exprimi possit, et litterae desuper expediri possint etiam in forma Brevis, si eidem Duci videbitur, cum clausulis solitis, opportunis et necessariis latissime extendentur etiam absque aliqua suppletione et solutione, exceptis his, quae praesentibus contrariantur. Et tam ipse Dux Hercules quam eius germani fratres, et omnes alii supradicti per ipsum Sanctissimum dominum nrum similiter rehabilitentur in ampliori forma adversus quamlibet inhabilitatem et infamiam, si qua ex causa eorum patris vel alias quomodolibet in ipsos forsan devenerit, ita quod ex nunc in antea censeantur et sint restituti in pristinum statum et gradum in omnibus et per omnia, prout ante incursum huiusmodi inhabilitatis seu infamie erant, et ipsi omnes et quilibet eorum censeantur et sint habiles ad omnes et singulas dignitates et officia tam secularia quam ecclesiastica, etiam si

ageretur de Comitatibus, Marchionatibus, Ducatibus et maieribus Episcopatibus, Archiepiscopatibus, Patriarchatibus et Cardinalatibus. Et super his tam coniunctim quam divisim pro omnibus et singulis possint litterae apostolicae in forma amplissima, cum omnibus et singulis clausulis et cautelis, ac derogatiene etiam conciliorum et apostolicorum privilegiorum opportunis et consuetis latissime extendendis, etiam in forma Brevis, et etiam absque alicuius taxae solutione expediri, etiam nen habita super his aliqua supplicatione, loco cuius bee capitulum sufficiat, quod Sanctissimus deminus nester et sancta sedes apostolica prefatum Ducem et eius successores ac germanes fratres et subditos in suam sanctam gratiam recipere dignetur. Quod idem Sm̃us dominus nester investiat solemniter et consistorialiter prefatum Ducem de toto Ducatu Ferrariae cum omnibus suis pertinentiis et omnibus locis, terris et castris contentis in Investitura Alexandri pp. VI. et de emnibus iuribus prefatae sedi apostolicae competentibus, et non aliter, in quibuscumque civitatibus et locis per eundem deminum Ducem possessis sive quevis mode tentis: ita quod investitura huiusmodi desuper facienda quoad omnia et singula supradicta intelligatur solum et dumtaxat de possessis seu tentis per dictum dominum Ducem, et de emnibus iuribus sedi apostolicae in eis competentibus, et nen aliter, pro se et legitimis et naturalibus per lineam masculinam a prefato Alfonso descendentibus servata primogenitura, ut in dictis litteris Alexandri VI. continetur, et fiat investitura secundum tenerem investiturae Alexandri VI. predicti sub dat. Romae apud Sanctum Petrum Millesimo quingentesimo prime, quintodecimo Kal. Octobris, exceptis his, quae capitulis Adriani pp. VI. et presentibus contrariantur, immutata essent, et investiture sub plumbo tradatur gratis ipsi Illm̃e Duci aut eius eratoribus; quod virtute presentis concordiae prefatus deminus Dux solvat summam ducatorum auri in auro de Camera, seu eorum currentem valorem centum et octuaginta millium, ad rationem unius scuti auri in auro et decem quatrenorum pro quelibet ducato, tam pro presenti investitura quam ex quacumque alia causa, sive ratiene damnorum et interesse ac expensarum, sive pene vel condemnationis cuiuscumque, vel ex quocumque contractu, sive etiam pro quibuscunque censibus decursis, sive ratiene assertae infidelitatis suae vel antecessorum suorum, sive etiam ex causa ducatorum quadraginta mille, ut asseritur, soluterum alias per fe. re. Leonem papam X. clarae memeriae Maximiliano Romanorum Regi in Imperatorem electo, ut dicitur, constare publico instrumento desuper confecto de anno Millesimo quingentesime quartodecimo, Indictiene secunda, die decima septima mensis Iunii, Pontificatus dicti domini Leonis anno secundo, — cuius principium est tale:

In nomine domini, Amen. Anno a Nativitate dñi Millesimo quingentesimo quartodecimo, Indictione secunda, die vero decima septima mensis Iunii, Pontificatus Sm̃i in Christo patris et domini nostri, dñi Leonis divina providentia pape X. anno secundo. Per bee presens publicum Instrumentum cunctis pateat evidenter et sit notum, quod cum fel. record. Iulius II. Pontifex maximus, dum in humanis ageret, tractaverit etc. et cuius finis talis: Acta fuerunt hec Rome in palatio apostolico in cubili Audientie secrete prefati Sm̃i domini nostri sub anno, Indictione, die et mense et Pontificatu quibus supra, presentibus ibidem Venerabilibus viris dominis Alexandro de Letaniis et Iehanne Lazaro alias Serapica Laudensis et Anagnine dioces. testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis. — sive ex quacumque alia causa, que dici vel excogitari posset, ex quibus prefatus dñus Dux quomodolibet obligatus existeret, in his terminis, videlicet ducatos similes auri centum mille in civitate Boneniae infra terminum quindecim dierum post factam dictam investituram et gratis traditam dicto domine Duci, vel eius oratoribus, et triginta mille intra tres menses tunc proxime futuros in eadem civitate Bononiae, ut supra, et residuum ad annum proxime futurum in eadem civitate Bononiae, pro quo residuo idem Dux a die supradictae investiturae, ut supra traditae infra mensem prestabit ideneam cautienem unum vel plures in terris ecclesiae, Boneniae vel Romae ad ipsius domini Ducis electienem. Et nichilominus prefatus dñus Dux remaneat et sit pro dicto residuo in pleniori forma Camerae insolidum ebligatus, prout dicti Illm̃i dñi Franciscus ac Philippus precurator, et eo nomine pro solutione dicti residui ex nunc ipsum Illm̃um dñum Ducem eiusque heredes et successeres, omniaque et singula eius bona mobilia et immobilia presentia et futura, ubicumque existentia, in ampliori forma Camerae apostolicae cum submissienibus, renuntiationibus procuratorum, constitutienibus et aliis clausulis consuetis obligarunt et hypothecarunt, ac desuper tactis scripturis iurarunt. Et insuper dictus dñus Dux et sui successores solvant omni et singulo anno pro censu et annuo canone dicti Ducatus et civitatum, locorum et iurium de quibus supra ducatos septem mille auri in auro de Camera vel eorum valorem, ut supra taxatum, videlicet unius scuti auri in auro et decem quatrenorum pro quolibet ducato, in die vigiliae beatorum Petri et Pauli in Rom. curia sumptibus, periculo et fortuna dicti demini Ducis deferendos seu Camerae apostolicae solvendos; quod prefatus deminus Dux et eius successores etiam teneantur Sm̃e domino nostro et aliis Romanis Pontificibus et eius successoribus ad ea omnia, ad quae de iure vassalli Duces ecclesiae Rom. dominae suae tenentur, ac etiam teneantur ad omnia et singula, contenta in capitulis Adriani pp. VI. et Illm̃i domini

Ducis Alfonsi quae hio pro expeditis habeantur, exceptis capitulis loqnentibus de censu dncatorum centum et unius librae argenti et centum armigerorum, et his quae in presentibus immntata seu quovis modo derogata essent. Et versa vice Sm̄us dominus noster et sui successores et sedes apostolica teneantur ad ea omnia, ad quae de iure summi Pontifices dominis Vassallis suis Ducibus tenentur, et ad omnia et singula contenta in capitulis Adriani VI. quae similiter hie pro expeditis habeantur, quae presentibus contrariantur aut qnomodolibet immntata essent, ct cum in capitulis Adriani prefati contineatur, quod Sm̄us dominus noster et sedes apostolica teneatur dare singulis annis Duci Ferrariae saccos dnodecim milia et quingentos salis ad mensuram Cerviae pro co pretio, qnod Sanctitas sua seu Camera apostolica pro fabricatura dicti salis, et condnctione eiusdem ad magazenos, secundum qnod illnd vicissim recipiet, exbursaverit et exposuerit, et non ultra iuxta tenorem dictorum capitulorum Adriani VI. Et cum dominus Dux in presenti plura loca possideat sive teneat, quae tuno possideret sive teneret, pretendatque supradictos dnodecim mille et quingentos saccos salis non sufficere universo eius statui, qui dicti sacci quindecim mille et quingenti tuno taxati fuere, pro eo statu quem tuno tenebat, quod Sanctissimus dominus noster et sedes apostolica teneantur dare eidem domino Duci pro pretio et mensura supradictis, computatis dictis duodecim millo et quingentis saccis, alios septem mille et quingentos saccos salis, quam quantitatem salis teneantur sedes apostolica et Sm̄us dominus noster dare eidem domino Duci post ratificationem presentium per prefatum dominum Ducem factam eisdem modo et forma, prout in capitulis Adriani VI. continetur. Quod dominus Dux et eius successores, tam in eventum lineae finitae masculinae descendentes a Duce Alphonso prefato, et in casibus, in quibus vassalli Duces predicti ex forma iuris incidant in commissum, quam etiam in casibus in quibus caderent, ex dispositione capitulorum Adriani VI. in commissum et caducitatem cadere censeantur et cadant, ct non aliter nec alio modo. Quodque si per sedem apostolicam summumque pontificem pro tempore existentem in dictis casibus, seu altero eorum contra prefatum Ducem aut successores eius procedi contingeret, procedi debeat ipso domino Duce et eius successoribus respective personaliter citatis, seu eorum procuratore in Rom. curia residente et in libris Camerae apostolicae descripto, et procuratori fiscali pro tempore intimato, et similiter personaliter citato, et si talis Ducis procurator abfuerit a Romana curia, ad qnod probandum sufficiat una citatio ad domum eius solitae habitationis cum dimissione cedulae, aut constitutus et descriptus nt supra non fuerit, tunc sufficiat et teneatur absque alia citatione personali ipsum Ducem et eius successores per officium contradictarum citare, et deinde procedere ordine iudiciario legitime subsequenti sententia, et aliter et alias ad aliquam caducitatem seu privationem, vel aliquem alium actum preiudicialiter contra prefatum dominum Ducem vel successores eius procedi vel deveniri non possit, et si secus factum fuerit, id totum cum omnibus inde sequntis sit irritum, nullum et inane ipso iure, et absque alia declaratione et extra supradictos proxime casus non possit, nec valeat, nec debeat Sm̄us dominus noster, nec eius successores, nec sedes apostolica, nec quisvis alius eius nomine quovismodo aut quacumqne ratione vel causa presenti vel futura, et tam cogitata quam non cogitata contra prefatum Ducem et eius successorem et statum procedere, aut eos aut eorum aliquem in Ducatu et Civitatibus et locis et iuribus predictis, aut aliqno quocumque modo de iure vel de facto molestare, inquietare vel perturbare sub poenis a iure statutis, et ultra sub poenae centum mille ducatorum auri, in quas Sanctissimus dominus noster incurrisse censeatur statim et subito in omnem casum contraventionis, et totiens quotiens etc. salvo tamen quod non intelligatur remotus processus, si quando pro observatione Capitulorum omnium et singulorum presentium et Adriani prefati agi et procedi contigerit, in quo tamen processu servetur ordo procedendi de quo supra in hoc eodem capitulo, et salvo etiam quod incursus poenarum locum habeat previa tamen declaratione, et declaratio per summum pontificem et sedem apostolicam fieri debeat et non aliter. Quod Sm̄us dominus noster absolvat et liberet in ampliori forma vigore presentium etc. de sedis apostolicae benignitate prefatum dominum Ducem tam ex persona sua, quam suorum antecessorum ab omni alio et toto, quod sedes apostolica summique pontifices et Sanctitas sua sive ex causa investiturae prefatae sive ratione quatraginta mille dncatorum predictorum ut asseritur erogatorum, cedendo eidem dño Duci omnes actiones sedi apostolicae contra quoscunque ad dictos quatraginta mille dncatos competentes, sive ex quacunqne ratione vel causa tam cogitata quam non cogitata, sive ratione et causa assertae infidelitatis, ant ratione damnorum, interesse et expensarum et poenarum, sive ratione et occasione condemnationis in indicio et extra iuris ordine servato vel non per sedem apostolicam, vel alium sive laicum sive clericum quemcunqne quomodocumque et sub qnavis verborum forme factae, etiam si talia forent, de quibus mentio specialis et individua fieri deberet, quae pro expressis habeantur ac si de verbo ad verbum presentibus inserta fuissent, sive ratione et occasione proprii contractus vel pacti sui ipsius vel antecessorum suorum, sive ex ratione censuum quorumcunque vel alias quomodolibet et qualitercunque petere, consequi vel exigere possit, cum annullatione omnium et quarumcumque scripturarum

68

actorum iurium remediorum ordinariorum vel extraordinariorum, vel subsidiorum cum cassatione, annullatione et irritatione omnium protestationum, ac in integrum restitutionum, quae hactenus petitae seu factae fuissent tam per Sanctitatem suam quam suos predecessores, ac omnium quorumcunque gestorum vel gerendorum, ex quibus contra presentem absolutionem, liberationem et quietationem factum esset aut quomodolibet fieri posset in futurum, quae quovismodo praedicto domino Duci aut eius successoribus praeiudicium aliquod directe vel indirecte, et sub quovis quesito colore vel causa quomodolibet et qualitercunque afferre possent. Et quod prefatus dominus Dux omnia et singula supradicta per instrumentum publicum in auctentica et valida forma approbabit, et ratificabit infra terminum viginti dierum a die stipulationis presentium computandum, et instrumentum ratificationis auctenticum in Camera apostolica dari et consignari debeat infra alios viginti dies: quod si non fecerit, vel etiam si fecerit, et solutionem dictorum centum et octuaginta millium ducatorum, ut praedictum est, non fecerit, omnia supradicta, quae per S̃mum D. N. promittuntur et conceduntur, et investiturae huiusmodi sint nullius efficaciae roboris vel momenti, et habeantur pro infectis unacum omnibus, quae iam facta fore reperientur. Et quod si qua declaratio peteretur fieri per Ducem a prefato Sanctissimo D. N. qui pro tempore erit, per Breve pro maiori intelligentia presentis Capitulationis, et ad tollendum aliquod dubium, quod oriri posset, per prefatum Sanctissimum D. N. possit etiam per Breve fieri. Item quod omnia et singula supradicta capitula confirmentur, et approbentur solenniter et consistorialiter servatis servandis, et ante factam dictam approbationem et confirmationem per sacrum Consistorium non intelligatur prefato d. Duci tempus currisse, et currere ad ratificationem et dictarum pecuniarum solutionem faciendas. Quae omnia et singula partes predictae et quelibet ipsarum quibus supra nominibus, videlicet dictus Sanctissimus D. N. papa agens tam suo quam sedis apostolicae nominibus per se et suos successores, et in verbo summi Romani pontificis ex una, et dictus Illm̃us dominus Franciscus de Este uti frater et coniuncta persona, ac dictus dominus Philippus Rhodus ut dicti Illm̃i d. Ducis procurator, prout de suo procurationis mandato patere vidi publico instrumento desuper rogato, et manu publici notarii subscripto et signato, et ipsius Illm̃i Ducis nomine ad invicem et vicissim una alteri et altera alteri legitime stipulanti et recipienti tenere attendere, complere et inviolabiliter observare, et contra, ea seu eorum aliqua nullo unquam tempore facere dicere vel venire per se vel alium seu alios quovis quesito colore vel ingenio. Pro quibus omnibus et singulis predictis sic tenendis complendis et inviolabiliter observandis, salva semper manente integra et illaesa dicta obligatione in forma Camerae quoad solutionem dicti residui duntaxat, ut supra dictus dominus noster papa se ipsum et quoscumque suos successores ac omnia et singula dictae Romanae ecclesiae et sedis apostolicae bona spiritualia et temporalia mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque existentia, ac dictus Illm̃us d. Franciscus ut frater (et) coniuncta persona, ac dictus Magnificus d. Philippus procurator predictus dicti Illm̃i Ducis, et eo nomine procuratorio dictum Illm̃um dominum Ducem eiusque heredes et successores, omniaque et singula dicti Illm̃i d. Ducis mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque existentia obligarunt et hypothecarunt, et voluerunt ipsum Illm̃um d. Ducem et suos predictos posse iuris, et facti remediis oportunis ad observationem omnium et singulorum in presenti publico instrumento contentorum realiter et personaliter cogi et compelli, renuntiaruntque in premissis omnibus et singulis cuicumque exceptioni doli mali, vis, metus, fraudis, lesionis et machinationis, ac presentis contractus non sic habiti, rei non sic gestae et aliter aut plus vel minus fuit dictum quam scriptum sive recitatum, et econtra, et generaliter omnibus aliis exceptionibus, cavillationibus et cautelis, quibus mediantibus contra premissa vel premissorum aliquod dicere venire aut se tueri et defendere possent quomodolibet in futurum. Et predicta omnia et singula attendere et observare, et contra ea seu eorum aliqua non facere, dicere vel venire promiserunt, prout posita per dictum Sanctissimum dominum nostrum papam eius manu dextra ad pectus, dicti vero Illm̃us d. Franciscus ac dictus Magnificus d. Philippus Rodus procurator quibus supra nominibus in animam dicti Illm̃i d. Ducis, tactis per eos et eorum quemlibet scripturis sacrosanctis, ed sancta dei Evangelia iurarunt, ac quilibet eorum iuravit, Rogantes me notarium publicum infrascriptum, ut de predictis omnibus et singulis unum vel plura conficerem instrumentum et instrumenta. Acta fuerunt hec Romae in palatio apostolico in Camera cubicularii secreta ipsius Sanctissimi D. N. papae, sub anno a Nativitate domini Millesimo quingentesimo trigesimonono, Indictione duodecima, die vero vigesima prima mensis Ianuarii, Pontificatus Sanctissimi domini nr̃i Pauli pp. Tertii anno quinto, presentibus ibidem Revm̃is dominis d. Hieronimo sancti Clementis de Ghinutiis, et Iacobo sancti Appollinaris titulorum de Simoneta nuncupatis S. R. E. Cardinalibus, ac Rev. patre dño Uberto Gambaro Ep̃o Terdonensi Camerae apostolicae clerico, Rev. dño Petro Paulo Parisio Episcopo Nuscano dictae Camerae apostolicae auditore, ac Rev. dño Raynaldo Petruccio Rotae Auditore, Magnificis viris domino Sebastiano de Ancona dictae Camerae presidente, Iacobo Cortesio et Ioh. Nicolao Angeloccio testi-

bus ad praemissa vocatis et rogatis. Et quia ego Petrus da Durantibus Tarmulanus Epūs, prelibati Sanctissimi in Christo patris et domini nrī, domini Pauli divina providentia pape Tertii datarius premissis omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur et promitterentur, una cum prenominatis testibus presens fui, et de eisdem rogatus suprascriptum instrumentum alterius manu scriptum exinde in fidem robur et testimonium omnium et singulorum premissorum (me ss.).

Ego Baptista filius quondam spectabilis Cancidici Ferrariensis dñi Ioannis Andreae de Serracchis, publicus apostolica et Imperiali auctoritate notarius Ferrariensis, suprascriptum instrumentum approbationis et ratificationis factae per prelibatum Illīmum Ducem Ferrariae, prout in .... et scripturis publicis originalibus et aucteuticis infrascripti Magnifici domini Alexandri Guarini, Ducalis secretarii necnon notarii publici Ferrariae inveni, de eius iussu sumpsi, scripsi et exemplavi, quod facere potui auctoritate statuti Communis Ferrariae super hoc disponentis, et in praemissorum fidem me subscripsi, signumque meum tabellionatus consuetum apposui.

Ego Alexander Guarinus filius quondam Clarissimi oratoris domini Baptiste Guarini, Illmi et excellentissimi d. domini Herculis Estensis Ferrariae Ducis etc. a secretis, apostolica et Imperiali auctoritate notarius publicus Ferrariensis, suprascriptis omnibus et singulis in presenti Instrumento contentis interfui, eaque rogatus scribere scripsi in meis schedis publicis et anctenticis, subinde ex eis scribi et exemplari, et in hanc publicam et autenticam formam redigi feci per supradictum d. Baptistam Sarracchum notarium publicum Ferrariensem, quod facere potui vigore provisionis Communis Ferrariae superinde disponentis, et in fidem praemissorum hic me subscripsi meumque consuetum tabellionatus signum apposui.

Cum ex locorum distantia, ut plurimum de fide et legalitate notariorum dubitari contingat, idcirco nos Octavianus de Castello de Bononia Iuris Utr. Doctor, Episcopus S. Leonis, Suffraganeus et Vicarius Revmi d. d. Cardinalis de Salviatis Epi Ferrariae etc. Universis et singulis presentes inspecturis fidem facimus et attestamur, qualiter Ser Baptista Sarracchus, qui suprascriptum Instrumentum exemplavit, et dominus Alexander Guarinus, Illmi domini d. Herculis Estensis Ducis Ferrariae etc. a secretis, qui de eo rogatus fuit, et eidem manu sua propria se subscripsit, tempore supra annotato, et ante ac post et in presentiarum fuerunt et sunt notarii legales et fidedigni, et in matricula Collegii notariorum Civitatis Ferrariae publice descripti et annotati, eorumque et cuiuslibet eorum instrumentis et scripturis publica fides adhibita fuit, et hodie adhibetur in iudicio et extra. In quorum fidem presentes fieri iussimus, solitique sigilli Curiae episcopalis Ferrariae fecimus impressione muniri. Datum Ferrariae in palatio episcopali anno a Nativitate domini Millesimo quingentesimo trigesimo nono, Indictione duodecima, die XIX. mensis Februarii, Pontificatus Sanctissimi D. N. Papae Pauli Tertii anno quinto.

Benedictus de Silvestris Curie episcopalis Ferrariae notarius subscripsit de mando, etiam rogavit predictus d. orator me notarium Camerae apostol. infrascriptum, ut de premissis publicum seu publica conficerem instrumentum et instrumenta. Actum Romae ut supra, presentibus ibidem Venerabili viro dño Nicolao Casulano et spectabili dño Petro Paulo Arditio eiusdem Camerae apostolicae connotariis testibus ad premissa astantibus vocatis atque rogatis.

Bart. Cappellus notarius rogatus ss.

CCCCXXXV.

Capitula pacis inter Paulum PP. IV. et Philippum II. Hispaniarum regem inita super restitutione quarumdam civitatum Romanae ecclesiae ab Hispanis occupatarum, et super neutralitate etc. observanda.
Ex originali et impressis.

Capitoli et conventioni della pace fatta fra la Santità di Nostro Signore et la Maestà del Serenissimo Re Catholico di Spagna. Essendo per diversi accidenti nata l'anno prossimo passato dissensione tra la Santità di N. S. de una banda, e la Maestà del Re Filippo dall'altra, per la quale è seguita dal detto tempo in qua continua guerra, non senza dispiacer commune e desiderio di pace, sua Santità invitata da qualche segno di summissione della parte, e mossa dal zelo paterno, conoscendo massimamente per inspiratione divina essersi augmentata in sua Maestà il detto buon volere, si convenne con l'Illmo et Ecmo Signor Duca d'Alba Generale di sua Catholica Maestà in Italia per condurre questa negociatione al fine desiderato e beneficio e commodo universale, che si facesse un'abboccamento tra l'Illmo e Rmo Signor Don Carlo Cardinal Caraffa in nome di sua Beatitudine, e l'Eccellenza del Sig. Duca prefato in nome di sua Maestà nella Terra di Cavi, dove essendo convenuti et havendo sopra questo negocio piu volte discorso insieme con l'intervento degli Illmi e Rmi Signori Cardinali Santa Fiore e Vitelli, questi dì et anno infrascritti per gratia a bontà divina, hanno concluso stabile, ferma a perpetua pace e concordia, con le conventioni a capitoli che appresso seguiranno, fermati in virtù d'un Breve e mandato prodotti da essi di sua Beatitudine e di sua Maestà respettivamente, la copia de quali è questa.

Copia del Breve di sua Beatitudine.

Paulus PP. IIII. Dilecte fili noster, Salutem et apostolicam benedictionem. Cupientes pro studio pacis et quietis, quam prae caeteris rebus omnibus

summopere diligimus, utque sedatis tumultibus bellicis, divinis obsequiis, prout nr̃o pastorali incumbit officio, toto animi affectu, libera mente vacari possimus, aliquam concordiam praesenti temporum conditioni accomodam cum nobili viro Duce de Alba bellum nobiscum ad presens gerente iniri, tibi etiam secundum carnem nostro nepoti, qui mentem et intentionem nostram optime nosti, et cuius fidem, prudentiam, diligentiam et probitatem in pluribus arduis huius sanctae Sedis negotiis iamdudum plane cognovimus, una cum his, de quibus tibi videbitur S. R. E. Cardinalibus, cum eodem Duce in aliquo congruo et securo loco convenienti, et cum eo nomine sui Regis, a quo super hoc sufficiens mandatum habere praetenditur, pacem et concordiam nomine nostro tractandi, et quamcumque capitulationem et pactionem ineundi, aliaque in praefatis necessaria et opportuna, ac quae nos ipsi, si presentes adessemus, facere possemus, faciendi et exequendi plenam et liberam apostolica auctoritate per presentes concedimus facultatem et potestatem. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die VIII. Septembris M.D.LVII. Pontificatus nostri Anno Tertio. Io. Barengus. A tergo: Dilecto filio nostro Carolo ss. Viti et Modesti in Macello Martyrum Diacono Cardinali Carafae nuncupato.

Copia del mandato Regio.

PHILIPPUS Dei gratia Hispaniarum, Angliae, Franciae, [Neapolis] utriusque Siciliae, Hierusalem, Hiberniae etc. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Mediolani et Brabantiae, Comes Haspurgi, Flandriae, Tiroli etc. Recognoscimus et notum facimus tenore praesentium universis: Quod quamvis pro incredibili studio et amore ad componendam illam dissensionem, quae inter Sm̃um D. Paulum divina providentia S. R. et universalis Eccl. Pont. Max. et nos diebus elapsis non sine magno animi nostri dolore oborta fuit, XVIII. die mensis Decembris Anno dñi MDLVI. Illustri fideli ac nobis dilecto Don Ferdinando Alvarez a Toledo Duci Albae, Consiliario nostro, status et Praetorii Praefecto, Proregi Regni nostri Neapolitani, Gubernatori Mediolani et exercitus nostri in Italia Capitaneo generali, plenam facultatem dederimus cum eius Sanctitate, aut quibuscumque personis ab ea potestatem habentibus, omnia tractandi, paciscendi, faciendi et exequendi, quae ad hanc compositionem et concordiam spectare viderentur, quo tamen huic tam necessario negocio mora nulla aut dubitatio interiiciatur, quin ad exitum optatum, ut par est, perducatur et nostro huic desiderio plenius satisfiat, eandem illam facultatem cum iisdem clausulis, prout iacent de verbo ad verbum, eisdemque modis et formis ratificare, stabilire et confirmare decrevimus, prout tenore praesentium ratificamus, stabilimus et confirmamus, ratumque habemus et approbamus, quicquid praefati mandati nr̃i virtute hucusque gestum, actum ac transactum est ab ipso Duce Albae cum Sanctissimo D. N. D. Paulo Papa IIII. aut ab eo potestatem habentibus, ac si a nobis id actum et conclusum foret. Et ad uberiorem cautelam, quatenus opus est, eidem Duci Albae, confisi de eius integritate ac prudentia multarum rerum, eandem provinciam per praesentes demandamus, dantes plenam de novo, quatenus opus sit, facultatem, auctoritatem et potestatem, ut nr̃o nomine ac pro nobis possit et valeat cum prefato Sm̃o D. N. Paulo IIII. Pont. Max. seu cum admodum Reverendo Cardinali Carafa, vel alio seu aliis quibuscumque a sua Beatitudine potestatem habentibus conventiones, pacta et capitula quaecumque inire, tractare, concludere et firmare, vel inita iam forsan continuare et ad finem perducere, necnon alias donationes, concessiones, cautiones, securitates et promissiones, cuiuscumque qualitatis et existentiae sint, prout ipsi bene visum fuerit, promittere, acceptare et nostro nomine assicurare, etiam si mandatum exigant magis speciale, quam praesentibus est expressum, omniaque alia et singula facere, firmare, disponere, ordinare et pertractare, quae nos ipso disponere, facere et pertractare possemus, si coram praesentes essemus, et illa, si opus fuerit, iuramento confirmare, unumque aut plures ad praemissa loco eius substituere cum simili seu limitata potestate, Promittentes sub nostra fide et verbo Regiis nos gratum et ratum habituros, et omni dolo et fraude semotis observaturos quicquid per eundem Illm̃um dñum Ducem Albae mandatarium nostrum, aut substituendum seu substituendos actum, gestum, ordinatum, conventum, concordatum, promissum et conclusum fuerit circa praemissa vel quodlibet praemissorum, et nullo unquam tempore revocaturos, neque ulla ex parte contraventuros sub bonorum nr̃orum omnium praesentium et futurorum obligatione, harum testimonio literarum manu nr̃a subscriptarum et sigilli nostri secreti impressione munitarum. Datum Bruxellae Ducatus nostri Brabantiae die XXVI. mensis Iulii Anno Domini MDLVII. praesentibus testibus Illustribus viris Principe Don Ferdinando de Gonzaga, Don Antonio a Toledo, Don Io. Manrico de Lara et Don Bernardino de Mendoza rerum nostri status Consiliariis.

(L. S.) IO EL REY. J. Peretius.

Capitoli e conventioni passati fra li soprascritti Signori.

Prima che per parte di sua Maestà Catholica l'Eccm̃o Duca d'Alva verso nostro Signore et la santa Sede Apostolica come devoto et obediente figlio, et in segno di humiltà et obedientia userà verso sua Santità quelle sommessioni che saranno convenevoli, per impetrar perdono et gratia da sua Beatitudine, et di poi sua Maestà mandarà uno a posta a fare il medesimo effetto.

Che il nostro Signore come padre clementissimo accetterà e riceverà in gratia sua Maestà per buono et obbediente figliuolo et suo et della Sede Apostolica, ammettendolo alle gratie communi à gli altri Principi Christiani.

Che sua Santità disdirà alla lega fatta col Christianissimo Rè di Francia, promettendo per l'avenir esser padre commune egualmente et neutrale.

Che per parte di sua Maestà si restituiranno smantellate tutte le Città, Terre, Fortezze, Castella et Ville, et altri luoghi posti in qualsivoglia Provincia che fussero soggetti mediata et immediatamente alla medesima santa Sede, liquali sono stati occupati dal principio di questa guerra fino al presente giorno sottoscritto.

Che similmente da tutte due le parti si restituiranno le artigliarie, che si sono prese et occupate in questa guerra in qualsivoglia modo e luogo dell'una et dell'altra parte.

Che così dalla parte di sua Beatitudine come di sua Maestà si rimetteranno a tutte le communità et persone particulari ecclesiastici o secolari di qual si voglia stato, grado o conditione possa esser, o si fusse, tutte le contumacie e pene tanto temporali come spirituali, nelle quali fussero incorsi per cagione di detta guerra, facendo loro perdono et gratia generale, restituendoli tutti li honori e gradi, dignità, iurisditioni, fortezze et castella, offitii, benefitii, facultà, crediti et altri beni immobili, de quali fussero stati privati o spoliati, o che fussero stati loro sequestrati, o in qual si voglia altra maniera impediti per la detta occasione di questa guerra solamente e non per altra cagione. Dichiarando espressamente che questo capitolo non comprenda nè arrechi giovamento alcuno al Signor Marcantonio Colonna et Ascanio della Cornia, anzi restino nelle contumacie, nelle quali si trovano di presente, et alla libera voluntà e dispositione di sua Santità.

Che Paliano nel termine che si trovarà si consegnarà al Illmo Signor Gio. Bernardino Carbone, confidente et approbato da ambedua le parti, il qual giurerà fideltà a Nostro Signore et a sua Maestà e giurerà similmente di osservar tutte le conventioni passate tra Monsignor Illmo Carafa e l'Eccellentia del Signor Duca d'Alva prefati per servitio de loro Principi, et resterà alla guardia della detta piazza di Paliano con ottocento fanti, la spesa de quali si debba fare communemente da ciascuna delle bande per la metà.

Le quali conventioni e Capitoli soprascritti l'Illmo e Rmo Signor Cardinal Carafa in nome di sua Beatitudine, e l'Eccmo Signor Duca d'Alva in nome di sua Maestà, in virtù delle soprascritte autorità loro concesse, promettono e giurano nelle anime loro, e nella parola et anima de loro Principi respettivamente, che saranno esseguiti et osservati inviolabilmente senza cavilatione et eccettione alcuna, et in fede l'hanno sottoscritti di loro proprie mani, e fatti sigillare de i loro soliti sigilli alla presentia degli Illmi et Rmi Cardinali S. Fiore e Vitelli con promissione di ratificatione hincinde, questo giorno XIIII di Settembre M.D.LVII. in Cavi.

„In nome (come di sopra) di Sua Santità Io Don Carlo Cardinale Carafa accetto, fermo, stabilisco e prometto come di sopra."

(L. S.)

„El Duca d'Alva."

(L. S.)

„Io Guido Ascanio Sforza Cardinale Camerlengo fui presente e testimonio a quanto di sopra."

„Io Vitellozzo Cardinale Vitelli fui presente e testimonio a quanto di sopra."

CCCCXXXVI.

Pius PP. V. civitates, terras et loca S. R. E. alienare vel in feudum dare, vel de eorum alienationibus et infeudationibus tractare quovis praetextu prohibet. *Ex orig. et Bull. Rom. Tom. IV. P. IV. pag. 134.*

Pius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Admonet nos suscepti cura regiminis universalis ecclesie, cui auctore domino presidemus, ut Civitates, Terre, Oppida et loca nobis et sedi apostolice in temporalibus mediate et immediate subiecta perpetuo in iure, dominio et proprietate ac possessione dicte sedis conserventur.

Sane licet nonnulli Romani Pontifices predecessores nostri per eorum constitutiones rerum ecclesiasticarum alienationes prohibuerint, et iam factas revocaverint et annullaverint: nichilominus cum retroactis temporibus nonnulli nimium ambitiosi et dominandi cupidi sub variis pretextibus, coloribus et causis sepe etiam falsis, quod non sine maximo animi nostri merore referimus, aliquibus Romanis Pontificibus suggestionibus et insinuationibus suis conati sint ostendere et persuadere, magis utile et expediens sancte Rom. ecclesie et sedi prefate fore, si alique civitates, terre, oppida, castra, arces et loca ad ius et proprietatem eiusdem sedis pertinentia in feudum, gubernium, vicariatum, ducatum aut quemvis alium titulum perpetuum, vel ad tertiam generationem seu ad vitam, aut alias ad longum tempus concederentur, vel etiam ex eo quod alias in feudum data, aut quovis alio titulo huiusmodi alienata fuerint, et propterea tamquam ad sedem predictam devoluta, vel devolvenda posse et debere de iure iterum infeudari et alienari, atque inde nonnullas alienationes, infeudationes et concessiones a sede apostolica emanasse, ex quibus illa non mediocrem diminutionem non solum patrimonii, sed etiam existimationis recepisse dignoscitur. Hinc est, quod nos considerantes omnium civitatum et locorum predictorum singularem fidem, et promptam devotionem eidem sedi exhibitam

omni tempore valde utilem et salutarem fuisse et esse, ac volentes non solum alienationes huiusmodi, quas tempore nr̃o omnino exulare intendimus, de medio tollere, et quod nobis licere non patimur, nostris successoribus iudicamus, quos non immemores fore speramus, ante dñi nostri Ihesu Christi in examine diei magni adventus tribunal villicationis nr̃e rationem reddituros nos esse, sed ut omnis alienationum huiusmodi fiendarum occasio penitus aboleatur, quantum cum deo possumus, peramplius providere, constitutionibus predecessorum nr̃orum huiusmodi etiam inherendo, illasque innovando motu proprio et ex certa nostra scientia, non ad alicuius super hoc nobis oblate petitionis instantiam, sed ex mera animi nostri deliberatione et de apostolice potestatis plenitudine, habita etiam super his cum Venerabilibus fratribus nr̃is sancte Rom. ecclesie Cardinalibus in Consistorio nostro secreto consultatione matura, de eorum consilio et unanimi assensu, qui etiam iuraverunt presenti constitutioni non contravenire, nec pontificibus alienationes contra tenorem presentium attemptantibus consentire, et absolutiones a iuramento huiusmodi non petere nec acceptare, hac nr̃a perpetuo valitura constitutione decernimus et declaramus, civitates et loca predicta, etiam hactenus in feudum aut quemvis alienationis titulum dari solita vel consueta, ad nos et sedem prefatam quomodolibet devoluta, et pro tempore devolvenda absque alia ulteriori declaratione et illorum possessionis apprehensione eo ipso sedi et Camere apostolice incorporata, ac ad ius et proprietatem et dominium pristinum ac possessionem rediisse censeri, perinde ac si per quadraginta annos et ultra civitates et loca prefata a nobis et sede prefata immediate possessa, et nunquam in feudum aut alium titulum concesso fuissent.

Statuimusque et decernimus, quod omnes et singule tam Communitates et Universitates, quam cives et incole civitatum, terrarum et locorum predictorum alieque, quecumque persone tam ecclesiastice quam seculares cuiusvis dignitatis et ordinis, etiam Episcopalis vel maioris existentes, ac sancte Romane ecclesie Cardinales, tam publice in Consiliis civitatum et locorum prefatorum quam privatim alibi in quibusvis locis, etiam si civitatum et terrarum earumdem Gubernatores aut sedis apostolice Legati vel prolegati existant, tractantes, consulentes, aut alias verba facientes de infeudationibus aut alienationibus de civitatibus et locis prefatis immediate ad nos et sedem prefatam spectantibus et pertinentibus, etiam devolutis, etiam in feudum communiter et pluries dari solitis, etiam ex causa permutationis vel sub annuo censu aut canone, aut alias quomodolibet etiam contemplatione meritorum erga sedem prefatam, aut sub pretextu necessitatis vel evidentis utilitatis faciendis, seu de postulandis a nobis et sede prefata quibusvis personis cuiusvis dignitatis, status, gradus, etiam nobis et successoribus nostris secundum carnem coniunctis, etiam s. Rom. eccl. Cardinalibus, aut quavis alia temporali vel ecclesiastica dignitate fungentibus in Duces, Vicarios, Gubernatores seu quemvis alium titulum ad vitam, vel in perpetuum vel longum tempus, aut etiam sedis apostolice beneplacitum, civitatum et locorum prefatorum, ac propterea de eligendis oratoribus ad nos et successores nostros super premissis, vel illorum occasione mittendis proponentes, tam ipsi quam oratores munus huiusmodi recipientes, aut alii quicumque alienationes huiusmodi Romano Pontifici pro tempore existenti per se, vel alium seu alios insinuantes vel suadentes eo ipso sententiam excommunicationis incurrant, a qua nisi ab ipso Pontifice preterquam in mortis articulo absolvi nequeant: et insuper sancte Romane ecclesie et sedis apostolice prefate rebelles, etiam in primo capite lese maiestatis, et proditores civitatum et locorum prefatorum, ac bona eorum fisco et Camere nostre apostolice ipso iure devoluta et incorporata sint et esse censeantur, omnibusque Ecclesiis, Monasteriis et aliis per eos quomodolibet obtentis beneficiis ecclesiasticis eo ipso privati existant, neque ad civitates et loca prefata ullo unquam tempore remitti possint: et si aliquando eos reintegrari contigerit, nichilominus infames remaneant, illisque honorum et dignitatum porte perpetuo claudantur.

Et quoniam intelleximus aliquos, etiam Cardinales, civitates, terras, oppida, castra, arces et loca ad vitam seu tertiam vel aliam generationem, aut alias a dicta sede etiam ex causa onerosa obtinere, habere et possidere cum facultate faciendi in illis melioramenta, ita quod ab eis amoveri non possint, nisi restitutis sibi prius pecuniis in melioramenta huiusmodi expositis, omnes et singulas facultates faciendi melioramenta prefata quibusvis personis, etiam Cardinalibus, per eosdem predecessores nr̃os aut alios ad id facultatem habentes quomodolibet concessas harum serie revocamus et annullamus, et nemini deinceps suffragari posse neque debere, ac cuiquam facultatem faciendi melioramenta huiusmodi habenti, illa etiam pro munitione et tuitione, nisi ex causa necessarie conservationis locorum eorumdem facta fuerint, post publicationem presentium facere omnino interdicimus ac prohibemus, et si secus a quoquam factum attemptatumve fuerit, melioramenta quecumque per eos contra tenorem presentium facta locis ipsis cedere, et Cameram ad illorum satisfactionem minime teneri et obligatam esse volumus et declaramus. Decernentes presentes literas sub quibusvis revocationibus, cassationibus et aliis contrariis dispositionibus sub quibusvis tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis pro tempore quomodolibet factis minime comprehendi, sed semper ab illis exceptas, et quotiens ille emanabunt, totiens in pristinum

statum restituas et de novo concessas esse et censeri debere, Irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac civitatum et locorum predictorum iuramento confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Sic igitur devotionis et fidei constantia Civitatum et locorum prefatorum ergo nos et successores nostros et eandem Romanam ecclesiam perseveret, ut merito integritatis virtus maiora beneficia ab eadem sede consequi mereatur.

Volumus autem, quod sicut omnes et singuli Cardinales presentes Constitutionem huiusmodi, quantum in eis erit, observare, illique non contravenire, nec pontificibus contrafacientibus consentire, aut absolutionem a iuramento prestito non petere, nec oblatam aut concessam acceptare in Consistorio nostro secreto promiserunt et iurarunt, idem per absentes Cardinales a Consistorio in habitatione eorum, et a Romana Curia et quandocumque in eandem Curiam se contulerint, ac per futuros pro tempore Cardinales in assumptione pilei promitti et iurari debeat, ac promissionem et iuramentum huiusmodi in forma iuramenti per eosdem Cardinales prestari soliti adiungi et inseri debere, ac contrafacientes penam periurii et perpetue infamie iuris et pacti eo ipso incurrere decernimus. Preterea quod ipsi Cardinales, occurrente apostolice sedis vacatione, in Conclavi quando de observandis literis Iulii pape II. predecessoris nři super electione Romani pontificis, et aliis constitutionibus iuramentum prestare solent, etiam de inviolabiliter observanda presenti constitutione nostra per quemlibet eorum, qui in Romanum Pontificem electus fuerit, et postmodum idem ad summi Pontificatus fastigium assumptus post eius assumptionem hoc ipsum promittere ac iurare, et deinde post coronationem suam promissionem et iuramentum huiusmodi per literas suas speciales harum confirmatorias reiterare debeat. Quod si illud a Pontifice, quod credendum non est, recusabitur aut differetur, tunc dicti Cardinales in primo Consistorio secreto, et precipue eorum Decanus et capita ordinum apud eum omni cum instantia et instantissime pro presentium observatione petere et rogare, ac obtestari non cesserint, idque ut omnino efficiat diligentissime curare studeant, statuimus et ordinamus. Quodque presentes litere in libellum redigantur, et post predictas Iulii literas, que in dicto Conclavi legi solent, inter alias Constitutiones nostras adiungantur, et etiam in quinterno Cancellarie apostolice cum aliis extravagantibus nřis describantur, ac ad valvas Basilice beati Petri principis Apostolorum et in Cancellaria nostra apostolica ac acie Campi Flore publicentur. Et quia difficile foret presentes ad singula queque loca deferri, decernimus etiam et declaramus, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius notarii subscriptis et sigillo alicuius prelati munitis eadem prorsus fides ubique in iudicio et extra adhibeatur, que presentibus adhiberetur, si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis, revocationis, decreti, statuti et interdicti, prohibitionis, ordinationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud S. Petrum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, quarto Kal. Aprilis, Pontificatus nostri Anno Secundo.

✠ Ego Pius Catholice Ecclesie Episcopus.

✠ Ego F. Card. Pisanus Eps̄ Ostien.
✠ Ego Io. Card. Moronus Eps̄ Portuensis.
✠ Ego Christo. Card. Madrucius Eps̄ Pren.
✠ Ego A. Card. Farnesius Eps̄ Tusculanus Vicecancellarius.
✠ Ego Io. Mi. Card. Saracenus Eps̄ Sabinen.
✠ Ego Ful. Card. Perus.
✠ Ego Io. Card. Politianus.
✠ Ego Io. B. Cicada Card. s. Clementis.
✠ Ego B. Card. Tranen.
✠ Ego S(cipio) Card. Pisarum.
✠ Ego Io. Capisuccus.
✠ Ego Clemens Card. Araecoeli.
✠ Ego Io. Card. Sabellus.
✠ Ego Io. Antonius Card. s. Georgii.
✠ (Ego) Aloysius Card. Cornelius.
✠ (Ego) B. Card. Salviatus.
✠ Ego Phi. Card. a Burdesia.
✠ Ego Lud. Card. Simoneta.
✠ Ego Ant. Card. Granvelanus.
✠ Ego F. Card. Pachecco.
✠ Ego M. Ant. Card. Amulius.
✠ Ego Hier. Card. de Corrigio.
✠ Ego Io. Franciscus Card. de Gambara.
✠ Ego N. Card. de Sermoneta.
✠ Ego Hip. Card. Ferrariensis.
✠ Ego In. Avalos Card. Arag.
✠ Ego M. Antonius Card. Columna.
✠ Ego Io. Franciscus Card. Commendonus.
✠ Ego Marcus Antonius Card. Bobba.
✠ Ego Hu(go) Boncompagnus Card. s. Sixti.
✠ Ego Alexander Card. Sfortia.
✠ Ego Alexander Card. Cribellus.
✠ Ego Franc. Abundius Card. Castilioneus.
✠ Ego Benedictus Card. Lomellinus.
✠ Ego Gulielmus Card. Sirletus.
✠ Ego F. Michael Card. Alexandrinus.
✠ Ego Hier. Card. Simoncellus.

✠ Ego Vitellotius Card. Vitellius sanctae Romanae Ecclesiae Camerarius.

✠ Ego F. Card. Alciatus.

Cae. Glorierius.

Anno a Nativitate Domini nostri Iesu Christi MDLXVII. die vero XXIII. mensis Maii, Pontificatus Smi in Christo patris et domini nostri, domini Pii divina providentia papae V. anno eius secundo, retroscriptae literae affixae et publicatae fuerunt ad valvas principis Apostolorum de Urbe et Cancellariae apostolicae, ac in acie Campi Florae per nos Iohannem Andream Rogerium et Nicolaum de Mattheis Sanctissimi domini nostri papae Cursores.

Antonius Clerici Mag. Curs.

CCCCXXXVII.

Gregorius PP. XIII. constitutionem contra non solventes in festo ss. Petri et Pauli census, canones et alia iura camerae apostolicae debita edit. *Ex orig. et. Bull. Rom. Tom. IV. P. III. pag. 450.*

Gregorius episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Ad Romani Pontificis spectat officium boni patris familias exemplo curare sedulo ac providere, ne Sedis et Camerae Apostolicae dominia, proprietates et iura depereant, neve contra ius fasque ab aliis occupentur, ac si qua ex eis vel temporum iniuria, vel hominum malitia et cupiditate, vel aliquo alio casu detineri et usurpari contingat, illorum recuperationi decenter instare, quo et ipsius Sedis ac aliorum Christianorum Principum, atque adeo universae Christianae Reipublicae necessitatibus et opportunitatibus valeat subvenire.

Hoc sane consilio et animo complures Romani Pontifices praedecessores nri, et in his piae mem. Innocentius VIII. sexto Non. Maii, octavo, Alexander VI. quintodecimo Kal. Ianuarii, sexto, et Paulus IV. octavo Kalend. Novembris, secundo Pontificatuum suorum annis editis constitutionibus et literis adversus omnes et quoscunque S. R. E. et Camerae Apostolicae feodatarios, vicarios, gubernatores, censuarios, emphyteutas, et alios Camerae Apostolicae debitores, eisdem Sedi et Camerae debitas solutiones certis die et loco statutis re ipsa non facientes, pactaque et conventiones in eorum investituris et aliis concessionibus, necnon modos et formas aliaque omnia in eisdem praedecessorum literis contenta non adimplentes sententias, censuras et poenas tam ecclesiasticas, quam privationis et caducitatis feudorum, vicariatuum, gubernatorum, locationum, censuum et aliorum bonorum et iurium per eos a Sede et Camera praedictis quomodolibet obtentorum imposuerunt.

Quarum deinde constitutionum et literarum vigore, ac etiam iuxta antiquam et laudabilem consuetudinem singulis annis in vigilia, et festo beatorum Apostolorum Petri et Pauli hactenus in Camera Apostolica servatam coram eiusdem S. R. E. Camerario, et Camerae praedictae Praesidentibus, Clericis et aliis Cameram praedictam facientibus et repraesentantibus, pro recipiendis censibus et aliis praedictis ibidem congregatis, eiusdem Camerae et fisci Procurator pro tempore existens, acceptando prius omnes et quascumque dictarum concessionum et investiturarum caducitates, devolutiones et privationes, necnon contractuum et instrumentorum resolutiones extinctionesque, et alias poenas legales seu conventionales, ac aliter per eos incursas eosdem non solventes, seu non adimplentes promissa ac in dictis investituris et concessionibus contenta, seu alias per eos quomodolibet debita, ab eorum feudis, vicariatibus, guberniis, locationibus, administrationibus, censibus et bonis, ac concessionibus et investituris cecidisse, et illis privatos fuisse, nec per quamcumque receptionem in totum seu in partem de eisdem censibus postea, tam in eadem Camera quam extra eam, et tam per ipsum quam alios quoscumque factam, iuribus eiusdem Camerae praeiudicari, sed quod semper ad bonum computatum, ac eosdem sic, ut praefertur, non solventes et non adimplentes morosos declarari per Cameram praedictam singulis annis petiit et institit, ac morosos et contumaces vel alias decerni et declarari obtinuit.

Itaque idem Paulus praedecessor protestationes, declarationes, sententias et decreta praedicta per easdem suas literas confirmans et approbans perpetuo statuit, omnes occupatores et detentores feudorum et aliorum praedictorum ad illa eidem Camerae relaxandum et restituendum infra certum terminum, quod iampridem praeteriit, quacumque praescriptione, etiam centum annorum et forsan ultra, non obstante, obligatos esse, cogique posse et debere, et alias prout in constitutionibus et literis, necnon protestationibus, interpellationibus, declarationibus, sententiis et decretis praedictis latius continetur.

Postea vero tam Pauli praedecessoris, quam praedictarum et aliarum praedecessorum nrorum constitutionum et literarum huiusmodi vigore feudatarii, et alii praedicti ad eiusdem Camerae fiscique Procuratoris instantiam solemniter singulis annis in vigilia et festivitate praedictis, ut moris est, ad legitime in eadem Camera comparendum, ac dictos census, recognitiones seu responsiones, aliaque per eos promissa, conventa et quomodolibet debita cum effectu adimplendum, sub sententiis, censuris et poenis, tam in eiusdem Pauli quam dictorum et aliorum praedecessorum nrorum literis contentis, necnon privationis et caducitatis feodorum, vicariatuum, guberniorum, locationum, censuum, administrationum bonorum, iurium et aliorum in eorum concessionibus quomodolibet contentorum saepe saepiusque citati et interpellati fuerunt.

Qui tamen praemissis ac etiam literis quotannis die coenae Domini legi solitis, quibus detinentes loca et bona eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae, et illa non restituentes censuris quoque et poenis ecclesiasticis innodantur, minime attentis, non modo census et alia per eos, nt praefertur, debita solvere et adimplere cessarunt et cessant, sed etiam loca et bona ac alia praedicta temere atque indebite, et de facto occupata detinuerunt et detinent, sententias, censuras et poenas ipsas, ac etiam privationis et amissionis dictorum feudorum et aliorum, et alias in eisdem literis contentas damnabiliter incurrendo. Cum autem de mandato nostro, et ad instantiam dilecti filii Rodulphi Bonfioli dictae Camerae Commissarii, contra omnes et singulos morosos occnpatores et detentores hniusmodi, non solum generatim in vigilia et festo praedictis proxime praeteritis, sed postea nominatim contra multos ex eis in eadem Camera et coram diversis illius Praesidentibus et Clericis legitime, et cum protestatione ad devolutiones caducitatesqne et privationes, necnon sententiarum, censnrarum et poenarum praedictarum incursus agi coeptum fuerit, et in dies agatur, et sicut accepimus, nonnulli eorum ad se in occupatione, detentione et intrusione Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, locorum, tenutarum, arcium, fortalitiorum et aliorum bonorum et iurium huiusmodi, sic ut praefertur, ac alias ad Sedem et Cameram praedictas devolutorum confovendum, sub praetextu quod tam Pauli praedicti quam aliorum praedecessorum constitutiones et literae praedictae non fuerint nec sint perpetuae, sed ad tempus, nec vim legis sive constitutionis perpetuae habuerint aut habeant, sed feudatarios, vicarios et alios praedictos, tunc scilicet tempore emanatarum earumdem constitutionum ac literarum existentes tantummodo comprehenderint, ac quod nunquam in usu fuerint, seu esse desierint, et quod ipsi de illis scientiam etiam ex defectu nullitatis et publicationis earumdem, seu alias non habuerint, quodque ad concessiones et investituras ex causa onerosa, etiam in vim contractus seu alias quomodolibet factas, pro quibus certa annua solutio parvii pretii, nempe in cera vel alia minima re non commodum seu utilitatem, sed potius recognitionem superioritatis Sedis et Camerae huiusmodi concernente, fiat seu fieri debeat, se non extenderint seu extendant, et quod in eorum concessionibus seu investituris praedictis conventiones et pacta aliqua expressa inita fuerint, per quae cautum fuerit et sit, quod ob non factam censuum et aliorum praedictorum debito tempore solutionem, seu ob pacta non servata, vel nisi sub certa qualitate, et nisi infra certum tempus, vel alias nisi in certis casibus devolutionem seu caducitatem vel privationem, et praedictas aliasque poenas non incurrant, vel saltem quod eis quamcumque moram ob praemissa vel alias quomodolibet incursam, et tunc incurrendam purgare, ac sese ab eisdem devolutione, caducitate, privatione vel incursu et aliis poenis a dictis constitutionibus et literis, ac iure communi traditis ex variis et diversis per eos allegatis praetextibus licuerit et liceat excusari, et sic istis aliisque subterfugiis et cavillationibus lites et causas desuper in eadem Camera, ut praefertur, motas seu movendas in longum protrahere, et quotidie nova impedimenta obiicere conantur, in maximum Sedis et Camerae praedictarum praeiudicium ac eorumdem animarum periculum.

Nos cupientes, quantum cum Deo possumus, pro munere nobis ex alto commisso Sedis et Camerae praedictarum indemnitati providere, ac oppositionibus et aliis praemissis opportunum remedium adhibere, de Apostolicae potestatis plenitudine certaque scientia nostra, etiam praedecessorum nostrorum praedictorum vestigiis inhaerendo, easdem Innocentii, Alexandri et Pauli, ac omnium aliorum Romanorum Pontificum constitutiones super praemissis, et illorum occasione vel causa quomodolibet editas et emanatas, ac earum singulas et desuper confectas literas, ac in eis contenta quaecumque, necnon protestationes et interpellationes, sententias et decreta in vigilia et festo praedictis, praesertim anno proxime praeterito in eadem Camera factas, illarum singularum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis et decretis tenore praesentium perpetuo confirmamus, approbamus, et quatenus opus est, innovamus, ac ab omnibus et quibuscumque feudatariis aliisque praedictis inviolabiliter observari debere volumus et mandamus, Declarantes illa omnia perpetuo fuisse, esse et fore, vimque et robur perpetuarum legum obtinuisse, et obtinere, et sic omnes et singulos praeteritos, praesentes et futuros Feudatarios, Vicarios, Gubernatores, Administratores, et alios censuum, recognitionum ac iurium debitores, etiam antiquos et antiquissimos, diu ante vel post dictas constitutiones, seu tempore illarum creatos seu deputatos, de futuris deinceps temporibus in perpetuum quomodolibet creandos et deputandos, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel praeeminentiae ecclesiasticae vel laicalis fuerint et sint, etiam si Cardinalatus honore, seu Regia, Ducali, vel alia maiori dignitate et auctoritate praefulserint et praefulgeant, singulis dictis Innocentii, Alexandri et Pauli praedecessorum nostrorum constitutionibus et literis comprehensos fuisse et esse, illasque ipsos omnes et singulos affecisse et afficere, et propterea singulas literas, clausulas et conditiones, ac alia praemissa tamquam talia habenda et censenda esse, itemque acceptationes, declarationes, protestationes,

interpellationes per dictum fisci Procuratorem, ut praefertur, factas, ac sententias et decreta per dictam Cameram singulis annis in vigilia et festo praedictis, ut praefertur, latas et factas, ac in futurum ferendas et faciendas, omnes et singulos Feudatarios, Vicarios, Gubernatores, Censuarios et alios praedictos, tam praeteritos quam praesentes et futuros, in ipsis generaliter et alias specialiter ac quomodolibet nominatos perinde affecisse et afficere, ac si in contradictorio iudicio, causa cognita et servatis de iure servandis, facta et lata fuissent et essent, ac transgressores et morosos caducitatis, devolutionis et privationis quorumcumque feudorum, vicariatuum, gubernioram et aliorum praedictorum eo ipso absque aliqua iudicis declaratione incurrisse et incurrere, dictosque Camerarium et Praesidentes ac Clericos et alios, ad quos spectat, ad realem incorporationem Civitatum, Terrarum, Castrorum, locorum, bonorum, iurium et aliorum praedictorum pro Sede et Camera praedictis, omnibus praemissis necnon omni et quacumque appellatione, reclamatione seu recursu penitus remotis, devenire debuisse et potuisse, ac teneri et obligatos fuisse et esse.

Et nihilominus omne dubium removere volentes, de potestate et scientia praedictis statuimus et ordinamus, ut omnes et quicumque Feudatarii, Vicarii, Gubernatores et alii praedicti superius, et etiam in eisdem praedecessorum literis comprehensi, qui vel quorum auctores sub quibuscumque tenoribus et formis, etiam quacumque de causa gratiosa, onerosa vel mixta, etiam in vim cuiuscumque contractus, Regna, Ducatus, Civitates, Castra, oppida, terras, arces, fortalitia, villas, agros, possessiones cultas et incultas, casalia, lacus, sylvas, proprietates, bona et iura quaecumque, ac cuiuscumque generis et conditionis fuerint et sint, in verum, proprium vel improprium feudum Regale, Ducale vel alias quomodolibet nobile et gentile, seu ignobile, antiquum seu novum, vel in vicariatum, gubernium, censum vel emphyteusim ad quamcumque agnationem et nominationem, et in perpetuum vel ad tempus, aut alias quomodocumque et qualitercumque a Sede et Camera praedictis sub conventione vel provisione iurata vel non iurata, ac sub praestatione census, canonis, pensionis, regalium et aliarum quarumcumque responsionum et recognitionum cuiuscumque qualitatis et quantitatis, etiam parvi vel minimi valoris superioritatem, praeeminentiam, recognitionem dominii, commodum pecuniarum, aut alium quemcumque effectum et respectum denotantium receperint et habuerint, ac habent de praesenti, et huiusmodi census, canones et responsiones per se ipsos, vel eorum legitimos procuratores iuxta formam dictarum literarum in vigilia et festivitate praedictis singulis quibusvis successivis, non autem intermissis annis in ipsa Camera, ubicumque eam adesse contigerit, et non alibi, nec alio die, quibuscumque conventionibus in contrarium quomodolibet factis et usu receptis, ac consuetudinibus etiam immemorabilibus quomodolibet introductis, et aliis quibuscumque processionibus ipsis vel eorum auctoribus factis non obstantibus, non solverint et integre non satisfecerint, ac pacta et conventiones, et ad quae tam ex forma dictarum concessionum, quam interpellationum et requisitionum alias de iure, usu et consuetudine tenentur, non adimpleverint et adimplevisse ibidem docuerint et ostenderint, eo ipso absque alia monitione, requisitione vel quavis alia iudicis declaratione desuper facienda feudis, vicariatibus, guberniis et aliis praefatis omnibus et singulis privati, ipsaque feuda, vicariatus, gubernia et alia ad Sedem et Cameram praedictas devoluta, utileque dominium cum directo consolidatum, etiam absque illorum possessionis apprehensione, ad ius, proprietatem, dominium et omnimodam possessionem eiusdem Camerae eo ipso rediisse censeantur et sint, etiam si feuda, vicariatus, gubernia et alia huiusmodi antiqua et haereditaria, formalia vel informalia, ac descendentibus vel collateralibus, aut quibuscumque aliis hominis vel legis providentia eis ius aliquod ad illa competierit vel competat, seu alias acquisitum foret et esset, ac omni quamtumvis longo tempore et quacumque immemorabili praescriptione, etiam centum annorum et non ultra, non obstantibus sine spolii aut attentatorum vel alio quocumque vitio illorum possessionem actualem apprehendi, et ad illorum realem incorporationem pro Sede et Camera praedictis deveniri possit, et solutiones aliter ac alibi quam die et loco praefatis deinceps faciendae et recipiendae nullae, nulliusque roboris et momenti sint et perinde habeantur, ac si factae et receptae non fuissent, et quod mora etiam modici temporis non admittatur.

Quodque solutiones omnesque in eadem plena Camera in vigilia seu festivitate praedictis factae et receptae fuerint, et in futurum perpetuis futuris temporibus fient ac recipientur, semper cum clausula sine praeiudicio iurium ipsius Camerae receptae intelligantur et sint, etiam quod clausula ista in aliquibus specialiter apposita, in aliis vero omissa fuerit.

Ac praeterea quod solutiones, quae ex aliquo legitimo impedimento in plena Camera post vigiliam seu festivitatem predictas oblatae fuerint, etiam cum eadem clausula, et citato eodem Procuratore fisci seu Camerae Commissario, et non aliter nec alio modo recipi debeant, alias eo ipso nullae ac nullius efficaciae et effectus habeantur.

Volentes omnia in dictis et aliis praedecessorum nostrorum literis per nos, ut praemittitur, confirmatis, approbatis et innovatis contenta et narrata, praesentibus non contraria, perpetuis futuris

temporibus a praedictis et aliis, quos praemissa aut eorum aliqua quomodolibet concernunt, seu concernere poterunt quomodolibet in futurum, omnino servari, ac decernentes ita per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales in quavis causa et instantia, sublato eis quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, ubique iudicari et definiri debere, necnon irritum et inane quicquid secus ob eisdem et quibuscumqoe aliis scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, necnon statutis et consuetudinibus, etiam immemorabilibus, iuramento, confirmatione Apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, ac quacumque praescriptione, etiam immemorabili, contractibus quoque, investituris, concessionibus, pactis et conventionibus, nec non privilegiis, indultis et literis Apostolicis eisdem Vicariis, Feudatariis, Gubernatoribus et aliis praedictis omnibus per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac nos et Sedem praedictam sub quibusvis verborum formis, ac etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et aliis decretis quomodocumque ac quotiescumque concessis, confirmatis et innovatis, ac concedendis, confirmandis et innovandis, etiam si in eis caveretur expresse, quod vicariatibus, feudis, guberniis et concessionibus, administrationibus, ac aliis praefatis ob non solutionem vel pacta non servata, vel alia quacumque de causa, seu ut nisi infra certum tempus privari non possint, quibus omnibus ac stylo, usui et aliis praemissis, etiam si pro eorum sufficienti derogatione de eis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si ad verbum et forma in illis tradita observata insererentur, praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, de simili potestatis plenitudine specialiter et expresse derogamus, necnon omnibus aliis, quae iidem praedecessores nostri in dictis eorum literis voluerunt non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Quae omnia nolumus cuiquam adversus praemissa in aliquo suffragari, quoad causas tamen tunc in Camera praedicta pendentes nulli per praesentes intendimus praeiudicium generari.

Sed ne quisqoam praesentium ignorantiam excusare possit, iubemus illas per unum vel duos cursores valvis Ecclesiae Sancti Ioannis Lateranensis, et Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac Cancellariae Apostolicae ac Camerae praedictae, et in acie Campi Florae, ubi publicabuntur de more, appendi, eisque detractis ipsarum exempla etiam impressa eis in locis relinqui, et praeterea in ipsa Camera, dum die statuto illius Presidentes et Ministri convenient, alta et intelligibili voce perlegi, et in libris ipsius Camerae ad perpetuam rei memoriam describi.

Volentes etiam, ut illae praesentes hic in Urbe statim, extra vero eam ubicumque locorum praedictorum mediate vel immediate subiectorum ditionis praedictae post decem dies, quam in dicta Camera lectae et publicatae fuerint, quemcumque Feudatariorum, Vicariorum, Gubernatorum, Administratorum, et aliorum censuum, recognitionum et iurium debitorum praedictorum perinde arctent atque afficiant, ac si eis singulis praesentibus ac in propriis eorum personis et locis intimatae fuissent.

Utque ipsarum praesentium exempla etiam impressa edantur, quae Notarii publici manu et Camerarii praedicti, vel alterius in dignitate ecclesiastica constitutae sigillo obsignata, eamdem prorsus fidem ubique locorum in iudiciis et extra illa faciant, quam ipsaemet praesentes facerent, si exhiberentur vel ostenderentur.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae confirmationis, approbationis, innovationis, mandati, declarationis, statuti, ordinationis, voluntatum, decreti, derogationis et iussionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo octuagesimo, Kalendis Iunii, Pontificatus nostri Anno Nono.

CCCCXXXVIII.

Elencus omnium locorum, bonorum et possessionum, quae olim a Romanis pontificibus in feudum concessa et a Gregorio PP. XIII. sive extinctione investiturae, sive alia transactione recuperata et acquisita fuere, ab eoque camerae apostolicae incorporata, a Tydeo de Marchis eiusdem camerae notario et archivi illius custode, iussu Gregorii XIII. confectus, et in tres tomos divisus, adiectis, a nobis vero recissis, singularum recuperationum ac acquisitionum instrumentis. *Ex originali.*

Tom. I. Bulla fel. rec. Pii PP. V. de recuperando feudo ad Romanam Ecclesiam spectantia, et recuperata non alienando cum confirmatione Sm̃i D. N. Gregorii XIII. et iuramento Illm̃orum dñorum Cardinalium iterum ultimo consistorialiter praestita est descripta in primordio primi libri.

Redemptio et recuperatio Castri Solaroli in provincia Romandiolae, restitutis Illustri domino Ludovico Gonzagae scutis 3600. auri in auro per modum transactionis ex quadraginta millibus, pro quibus Castrum ipsum pignoratum fuerat.

Possessio Castrorum Plani Mileti, Planani et aliorum in provincia Romandiolae devolutorum per obitum Comitis Prosperi Olivae.

Transactio super Clanis cum Philippo Perutio appaltatore desiccationis illarum cum augmento census et responsione scutorum centum quadraginta annuorum pro tractis.

Praeceptum Duci Ferrariae super libero transitu salium per Padum et totum Ducatum Ferrariae.

Processus et acta facta Ferrariae in negotio transitus salium cum paritione domini Ducis, R. P. D. de Mattheis Camerae Apostolicae Clerico illuc destinato.

Patentes effodiendi mineras ferreas inventas in Territorio Montis Leonis Spoletanae dioecesis sub certa responsione pro Camera.

Transactio inter Cameram et Communitatem Narniensem cum annua solutione perpetua quadringentorum scutorum pro Camera.

Possessio Castri S. Mauri cum pertinentiis in provincia Romandiolae.

Possessio Terrae Foripompilii cum arce et fortellitiis devolutae per obitum Brunori Zampeschi.

Possessio Castri Savignani recuperati, restitutis decem millibus ducatorum.

Transactio inter Cameram et heredes quondam Comitis Prosperi Olivae etiam super certis bonis, quae praetendebantur status Mileti, sub solutione scutorum 1400. pro Camera.

Possessio Terrae Mathelicae in vim sententiae et mandati servatis servandis a Camera relaxati.

Cessio Gubernii Civitatis Britonoriensis per Illustrem dominum Albertum Pium Carpensem ad favorem Camerae.

Possessio eiusdem Civitatis.

Suppressio unius officii Clericatus Camerae vacantis per obitum, et applicatio fructuum illius Camerae.

Extinctio annuae solutionis scutorum mille per cessionem Illustris dñi Ioannis Georgii Cesarini, restitutis sibi scutis 22183. bol. 33.

Possessio Castri Burgorum in provincia Romandiolae, causa cognita et in vim cessionis.

Cessio Castri Bassani Hortanae dioecesis in favorem Camerae per Illm̃um dominum Cardinalem ab Altaemps facta.

Mandatum de associando Cameram ad dictam possessionem.

Possessio Castri Corigliani in provincia Romandiolae, causa cognita.

Possessio Castrorum Serrae et Tornani in provincia Romandiolae in vim condemnationis factae contra Comitem Rambertum Malatestam.

Suppressio alterius officii Clericatus Camerae vacantis per obitum, et applicatio fructuum illius Camerae.

Transactio inter Cameram et Ill. D. Lauram della Corgna super tenuta Montis Assisii sub solutione scutorum mille, et censu perpetuo ducatorum duodecim pro Camera.

Ratificatio eiusdem.

Nova concessio certi terreni ad ripam Fluminis in vim transactionis D. Tiberio Cevolo sub censu.

Possessio Castri Cortanserii ob generationem finitam.

Possessio Castri Talemelli, S. Ioannis in Galilea et Status Pondi in provincia Romandiolae devolutorum per obitum Comitis Pandulphi Malatestae.

Emptio annui census scutorum ducentorum quadraginta quinque pretio scutorum trium millium monetae impositi a Philippo Perutio super Clanis ad favorem Camerae.

Possessio Tenutae Clarutiae et S. Silvestri in vim sententiae in Camera latae, et mandati executivi desuper relaxati, refectis certis melioramentis.

Retrocessio et renunciatio Castri Civitellae in provincia Romandiolae per Illustrem D. Franciscum de Nobilibus, solutis sibi scutis 16500.

Possessio eiusdem.

Possessio Terrae Veruculi et Castri Scorticatae in provincia Romandiolae.

Emptio annui census scutorum 840. auri in auro impositi super Clanis per Philippum Perutium ad favorem Camerae.

Retrocessio Castri Novi in provincia Romandiolae per Scipionem et fratres de Iseis cum restitutione certae summae per Cameram facta.

Inhibitio a Camera emanata, causa cognita contra Ducem Castrensem super tractis Terrae Montis Alti.

Possessio Castri Civorii in provincia Romandiolae.

Possessio Castri Novi in dicta provincia Romandiolae.

Emptio Tenutae Plani Arcionis de Subtus in provincia Patrimonii pretio scutorum triginta millium in circa.

Possessio Castri Celleni provinciae Patrimonii in vim retrocessionis factae per Illustres dominos Franciscum et Henricum de Ursinis, restitutis eis ducatis mille.

Possessio Terrae Tarani ac Castrorum Montisboni et Rocchettarum in Sabinis in vim mandati, causa cognita.

Possessio loci dicti Il Passetto in provincia Romandiolae.

Possessio Castri Lonzani devoluti per obitum Comitis Baltassaris Rangoni.

Possessio Castri Pedis Luci provinciae Umbriae in vim mandati a Camera, causa cognita, relaxati.

Tom. II. Conventio inter Cameram et Sebastianum Gandulphum super emptione et venditione salium cum transitu per Statum Ducis Ferrariae.

Cessio et renunciatio certorum officiorum facta per Marcum Antonium Florentium ad favorem Camerae.

Emptio Magazeni pro recondendo sale Camerae in Territorio Ariani Ducatus Ferrariae.

Ratificatio dictae venditionis et locatio dicti Magazeni.

Erectio Montis Provinciarum extinguibilis, quo certi temporis cursu extinguitur vectigal 30000 scutorum annuorum ratione carnis suinae.

Obligatio Bernardi Ogliatti pro extinctione dicti Montis et aliis.

Conventio perpetua inter Cameram et Salinarios Urbis super pretio salis fabricati.

Ratificatio facta per Cameram de Instrumento compositionis factae super solutione annui census florenorum 1200. per Communitatem Cesenae ad favorem Camerae.

Extinctio officii Revisoris Arcium, persequutoris bannitorum et exactoris debitorum Camerae in Civitate Perusiae cum applicatione fructuum Camerae.

Extinctio officii Secretariae dictae Civitatis.

Extinctio Rincontri Thesaurariae Perusiae ac custodiae Lacus Perusini, nec non menstruae provisionis scutorum decem cum simili applicatione.

Extinctio et suppressio officii quietantiarum annatarum et Iurium Camerae spectantium ad Thesaurarium Apostolicum generalem, et erectio ex illius fructibus octo officiorum Cancellariae quietantiarum annatarum nuncupatarum pro octo personis de consensu ipsius Thesaurarii.

Reductio Montis Alumeriarum ad rationem quinque cum dimidio pro centenario de consensu Montistarum.

Transactio inter Cameram et Illmas dominas Portiam et Olympiam de Varanis super Arce Beldilecti et aliis in dioecesi Camerinensi sub solutione scutorum 1500. et censu perpetua scutorum decem auri in auro.

Ratificatio supradicti Instrumenti et solutio dictae summae.

Obligatio Civitatis Castelli pro sale in futurum a Camera accipiendo sub certa solutione.

Ratificatio dictae obligationis per Communitatem eiusdem Civitatis.

Cessio litis super reaedificatione certarum apothecarum apud Arcem S. Angeli per Iulium Iacobillum sub censu annuo scutorum decem.

Redemptio proventuum salis focatici facta per Cameram a D. Rutilio Alberino, restitutis scutis 2598. den. 80. monetae.

Capitula super bonificatione Vallium in Territorio Ravennae.

Possessio Arcium seu Palatiorum tamquam attinentium ad Statum seu Comitatum Plani Mileti pro Camera.

Possessio octo apothecarum in platea Cesenae existentium ad Cameram spectantium.

Investitura octo apothecarum facta Communitati dictae Civitatis sub censu scutorum octo monetae.

Nova investitura certae vineae pro Portia Palona sub censu unius ducati.

Alia tornaturarum centum in Territorio Ravennae Bartholomeo et fratribus de Gordis sub solutione scutorum sexaginta et censu duorum ducatorum.

Obligatio de assignando blada in Territorio Leonino, et de illa non extrahendo sine licentia.

Cessio litis et iurium super Castro Burgorum Ariminensis dioecesis cum ratificationibus.

Nova investitura tornaturarum 200. in territorio Ravennae pro Ioanne Raysio cive Ravennatensi sub censu ducatorum quatuor auro in auro.

Indultum construendi molendinum et gualcherias pro Baldino Varino et Valerio Vitellesco sub censu scutorum duodecim.

Investitura certi petii terrae in Territorio Castri Feretrorum seu Paterni Comitatus Anconae, pro Hieronimo de Ferrettis sub censu scutorum quinque.

Nova investitura Tenutae Castri Mezadii nuncupatae Astensis dioecesis sub censu scutorum decem auri pro Francisco Percivallo et Ioanne Benedicto de Rotariis ac Caesare de Asinariis.

Possessio Castri Cicignani in Sabinis in vim mandati a Camera, causa cognita, relaxati.

Extinctio annuae solutionis scutorum centum monetae facta per dñum Iosephum Iustinianum Pauli ad favorem Camerae pro scutis quadringentis.

Obligatio perpetua Communitatis Anconae pro sale de cetero ab ipsa Camera accipiendo cum restitutione certarum gabellarum per modum transactionis.

Breve Sanctissimi super restitutione dictarum gabellarum.

Solutio ducatorum mille facta per Communitatem Celleni Camerae et restitutio ceterorum membrorum eidem Communitati.

Nova investitura petiarum duarum terreni sitarum in Territorio Tusculano pro Altilia de Maximis sub censu scutorum sex monetae.

Nova investitura certorum locorum non iurisdictionalium Castrorum et Villarum nuncupatorum in Territoriis Perusiae, Tuderti et Bettenae pro Faustino et aliis de Chrispoltis civibus Perusinis sub censu scutorum sex.

Patentes concessionis certi lacus nuper nati in Territorio Civitatis Castelli sub censu pro Illmo

D. Bartholomeo Borbonio ex Marchionibus Montis Sanctae Mariae.

Nova possessio Castri Lonzani Ariminensis dioecesis per obitum Comitis Guidonis Rangoni filii Comitis Balthassaris nuper defuncti devoluti ad Cameram.

Reintegratio Camerae ad possessionem Castri Novi Portuensis dioecesis in vim sententiae diffinitivae et mandati desuper emanati contra dominos Columnenses.

Mandatum praefatum cum sententia in eo inserta.

Investitura horti seu viridiarii in Civitate Cesenae Iacobo Diotalevio sub censu scutorum quatuor.

Alia salmarum duarum cum dimidia terrae in Territorio Montisfalisci dictae La Vigna del Papa D. Valerio Scarinecio sub censu.

Alia de tornaturis decem sub vocabolo Il Garattone Territorii Ravennae pro Bernardino Baldino sub censu.

Aliae certae domunculae in Civitate Anconae sub censu.

Alia pro Iosepho, Iacobo et Livio de Bornacinis de tornaturis triginta in dicto Territorio Ravennae positis sub censu.

Alia pro Coriolano Bargigii de tornaturis decem in dicto loco positis sub censu.

Alia pro Balthaxare Caroso de quodam Magaseno in Civitate Ortano sub censu.

Alia pro Aloysio Scapulo de Ravenna de tornaturis sex sub censu.

Alia de rubris decem terrae in Territorio Tusculano pro Illm̃a dña Altilia de Maximis sub censu scutorum octo.

Alia de tornaturis decem terrae prativae in Territorio Ravennae pro Alexandro et fratribus de Raynutiis sub censu.

Alia pro Antonio Turriano de quadam domo sita in Civitate Tuscanellae sub censu.

Alia de tornaturis decem in Territorio Ravennae pro Lavinia quondam Caesaris Romani sub censu.

Alia de certo terreno unius rubri in circa ad modum Insulae in flumine Ceprani ad quartam generationem sub censu scutorum duorum.

Alia de quadam parte terreni in Regione Arenulae super ripa Tyberis Virgilio Valentino sub censu scutorum duorum auri in auro.

Alia de certa parte terreni apud dictum locum Iacobo Butio facta sub censu simili.

Protestatio Illustrium dñorum Valerii et aliorum de Ursinis cum declaratione, quod ipsi solum praetendunt gaudere, ac uti et frui Castro Collisveteris in Sabinis circa iurisdictionalia ad eorum vitam, cum sint in ultima generatione.

Cessio Castri Celleni in provincia Patrimonii, qua stante fuerat capta possessio.

Compositio facta inter Cameram et Comitativos Cesenae, quod teneantur emere annuatim tot loca montium non vacabilium, qui sint annui redditus lib. 2131. sol. 17. den. 8.

Alia similis cum Comitativis Comitatus Faventiae lib. 3776. sol. 16.

Alia cum Comitativis Barigellatus Ariminensis lib. 948. sol. 15. et den. 2.

Possessio Castri Mondaini.

Concessio transvehendi ligna ad Urbem Illustri domino Ioanni Georgio Cesarino cum onere tradendi annuatim quindecim passus lignorum Palatio Apostolico in festo omnium Sanctorum.

Erectio et venditio officiorum Thesaurariae et arcis, ac carcerum civitatis Beneventanae custodiae facta Herennio Perotto pretio scutorum mille.

Investitura certarum domorum in civitate Camerini cum onere reaptandi tecta palatii loco census pro Christophoro Evansini.

Concessio seu indultum Sm̃i Domini nostri Ioanni Baptistae de Magdalenis et Ugolino de Anguillaria redigendi ad culturam certa terrena, et extrahendi frumenta ex illis recolligenda sub solutione Iuliorum quinque pro quolibet modio.

Bulla suppressionis et extinctionis Collegii Militum Lauretanorum.

Suppressio annui salarii scutorum 46. pro Camera.

Revocatio menstruae provisionis scutorum 4. et applicatio Camerae.

Extinctio nonnullorum officiorum et provisionum obtentorum per Sigismundum Martignonum et applicatio Camerae.

Possessio Castri Cisternae Astensis dioecesis devoluti ob lineam finitam.

Possessio Castri Pondi prov. Romandiolae.

Declaratio confinium et tenutarum existentium intra limina dohanarum Patrimonii cum certis declarationibus pro Dohanerio.

Concessio Cesaleni ad tertiam generationem siti in Territorio Camerini in loco La Torre del Ponte nuncupata sub annua responsione unius scuti pro Cruciano Pontono.

Concessio terreni ultra Pontem Sixtum super ripa Tyberis pro Sabastiano Campano sub annua responsione carolenorum decem.

Applicatio seu reservatio solutionis scutorum centum pro quolibet bimestre pro Camera apostolica ex officio seu proventibus officii presidentatus Camerae apostolicae venditi R. P. D. Francisco Bandino.

Compositio inter Cameram ex una et Communitatem Esinam ex alia, per quam Communitas obligatur annuatim solvere scuta 300. occasione taxarum equorum mortuorum.

Mandatum in vim sententiae per Cameram servatis servandis latae contra Ill. D. Vicinum Ur-

sinum et alios de apponendo portum Civitatis Castellanae in locum Guliani et de amovendo portum Foliae et illum alio transportando.

Nova investitura medietatis Tenutae vulgo De Massimo sitae in provincia Campaniae iuxta territoria Verulanum, Alatrinum, Frusinonis et Turricis pro Hortensia quondam Matthei Clementis de civitate Verularum in perpetuum sub annuo censu ducatorum II. cum dimidio auri in auro de Camera.

Alia de quarta parte dictae Tenutae pro Francisco, Stephano, Antonio et Thoma de Campanariis filiis quondam Iustini de civitate Verularum sub simili forma cum censu unius ducati cum uno quarta.

Alia de reliqua parte dictae Tenutae pro Iacoba, Victoria, Perna et Matthia sororibus filiabus quondam Pompei Melonis de civitate Verularum etiam in perpetuum sub simili censu.

Alia de tornaturis viginti octo prativis et aliis viginti boschivis in Territorio Ravennae in loco vulgo Le Garattone pro Monasterio Classensi ordinis Camaldulensis Civitatis Ravennae sub annuo censu unius scuti auri in auro.

Alia de quadam domo sita in Civitate Ferrariae in strata vulgo dicta La Viagrande pro Comite Thoma Sacrato Ferrariensis sub annuo censu quatuor Iuliorum.

Applicatio decem parium et sex barconum salinarium pro conficiendo sale Cerviensi cum dimissione et relaxione tornaturarum 139. pro mensa Episcopali Cerviensi et 170. pro domino Hercule et aliis de Pantaleonibus ad quartam generationem sub censu Ecclesiae Cerviensi annuatim solvendo.

Applicatio Magazenorum Cerviensium, in quibus sales reconduntur Camerae apostolicae cum illorum pensione separando illa a mensa Cerviensi.

Applicatio fructuum et proventuum maleficiorum et aliorum Terrae Babuci Verulanae dioecesis Camerae Apostolicae, reservata facultate Abbati et Conventui Casemari et aliis deputandi Vicarium confirmandum a Sede Apostolica.

Relaxatio possessionis cuiusdam cellaevinariae in palatio Perusiae sitae pro Camera Apost.

Concessio in emphiteosim perpetuam facta per S. D. N. Illustribus Iuliae, Placidae et Flaminiae de Columna de certis bonis existentibus in territorio et districtu Castri Novi Portuensis dioecesis sub censu annuo duorum ducatorum Camerae persolvendo, salvis aliis bonis, rebus, iuribus, iurisdictionibus et actionibus praedicti Castri et pertinentiis eiusdem pro ipsa Camera, quae nunquam teneatur de evictione pro dictis bonis concessis.

Instrumentum cessionis iurium et actionum factae per Theodoram Numaliam relictam quondam Iulii de Pantaleonibus, et Herculem eius ex dicto Iulio filium, ac Iulium iuniorem de Pantaleonibus ad favorem Camerae apostolicae super decem paribus et sex barconis salinaribus in Territoriis Cerviensi et Ravennatensi, et de tornaturis centum triginta novem ad favorem Ecclesiae Cerviensis iuxta formam supradicti Brevis.

Confirmatio concordiae perpetuae factae inter Cameram et Episcopum Montisflasconensem super dismembratione Tenutae Centumcellarum, ac certorum nemorum et silvarum ab Ecclesia Montisflasconensi, et applicatione illorum ad Cameram apostolicam cum annua praestatione seu solutione scutorum duorum millium, ac retentione certorum aliorum bonorum pro Episcopo.

Tom. III. Smus D. N. Gregorius PP. XIII. mandavit describi in hisce Camerae libris bullam felicis recordationis Pii PP. V. ne civitates, terrae, et loca S. R. E. posthac infeudentur, a sacro Cardinalium Collegio tunc iuratam et in eius Consistorio die XVIII. Aprilis 1567. lectam et publicatam.

Nec non aliam publicationem de novo de ordine suae Sanctitatis die trigesima Ianuarii 1581. etiam in Consistorio factam cum iuramento tam per Sanctitatem suam quam Illmos Dños Cardinales super illius observatione praestito.

Transactio seu concordia perpetua inter Reverendam Cameram et Illustrem D. Vicinum Ursinum ac Illustres DD. Philippum patrem et Marium ac Troylum de Valignanis eius filios respective dños Castri Foliae super portu apponendo in loco nuncupato Guliano Territorii Civitatiscastellanae.

Mandatum de capiendo possessionem certorum membrorum tenutae Centumcellarum alias ex concordia inita cum Episcopo Montisflasconensi pro Camera acquisitae.

Mandatum de restituendo certam tenutam De le Macere nuncupatam, cuius possessio una cum Terra Mathelicae per Cameram capta fuit pro Illri domino Pirrho et aliis de Othonibus.

Sanctissimus D. N. Gregorius PP. XIII. mandavit Tideo R. Camerae Notario et illius Archivi custodi registrari de novo ad perpetuam memoriam septem bullas contra occupatores bonorum et iurium Sedis et Camerae Apostolicae diu editas.

Unam scilicet Gregorii IX. quod provincia Sabinae est iuris et proprietatis Rom. Ecclesiae.

Aliam eiusdem Gregorii IX. super alienationibus de facto factis, et quod certa loca sunt specialis inhibitionis vinculo adstricta.

Aliam Alexandri IIII. super provinciis Patrimonii et Sabinae.

Aliam Ioannis XXII. super eisdem provinciis et contra alienationes de Terris et Castris in eisdem factas.

Aliam Clementis VI. contra occupatores et detentores Civitatum, Terrarum et locorum sanctae Romanae Ecclesiae.

Aliam Innocentii VI. contra eosdem occupatores et detentores.

Reliquam Innocentii VII. contra similes occupatores et detentores.

Videatur etiam super simili materia bulla Leonis X. libro 77. suarum bullarum fol. 89.

Patentes concessionis derivandi aquam Maranae pro filiis et heredibus quondam Ludovici Cincii sub censu.

Aliae restitutionis montis et terreni pro Communitate Imolae sub censu.

Conventio et cessio perpetua facta ad favorem Camerae super clausura Alumeriae Agnani in territorio Neapolis facta per Io. Camillum Mormilem cum solutione perpetua scutorum 1300. monetae ad favorem eiusdem Ioannis Camilli et eius successorum super Alumeriis Tulphae.

Locatio introituum Terrae Montis Marciani facta Ioanni Francisco Rodulpho pro annuis scutis 3500. cum certis pactis.

Locatio Molendinorum Tulphae veteris facta per Reverendam Cameram Apostolicam, et Collegium R̃morum DD. Clericorum Communitati dictae Terrae ad annos quinque pro scutis 600. aequaliter dividendi inter Cameram et Collegium una cum transactione inter Cameram et ipsum Collegium.

Transactio perpetua inter Rev. Cameram et Communitatem Reatinam super gabella Guadi, cuius ratione tenetur Communitas perpetuo solvere annuatim scuta 100. eidem Camerae.

Emptio et acquisitio Paludum Clanarum pro Reverenda Camera ab heredibus quondam Philippi Perutio scutorum 82000. cum pluribus pactis et conventionibus.

Instrumentum adeptionis possessionis dictarum Clanarum factae per Commissarium ad id a Camera deputatum.

Mandatum de solvendo Monasterio S. Mariae in Classe de Ravenna scuta 6400. auri in auro occasione pretii castri Civorii Sarsinatensis dioecesis per dictam Cameram ab eodem Monasterio empti.

Concessio certi terreni pro conficiendo certa alveo pro Cruciano Poutono sub censu.

Nova concessio diversorum bonorum per Cameram recuperatorum facta quampluribus particularibus Terrae Ceprani Verulanae dioec. sub censu.

Concessio certi soli seu terreni prope Arcem S. Angeli pro Ioanne Maria de Fabricis sub censu.

Similis pro Petro de Fabricis.

Nova investitura certae domus pro Iacobo Butio sub censu.

Alia alterius domus pro Virgilio Valentino etiam sub censu.

Investitura certarum terrarum palustrium in in Territorio Cesenatensi pro Zacharia Guerrini sub censu.

Alia etiam certi terreni in Territorio Ariminensi pro Francisco Mustiolo sub censu.

Concessio certi sitae intra septa Hebraeorum Urbis pro Horatio Spadio sub censu.

Nova concessio facta Mercatoribus Graecis Anconae commorantibus de Ecclesia sanctae Mariae portae Ciprianae alias sanctae Annae sub censu.

Devolutio quatuor partium salinarum prope Ostiam per obitum unius ex salinariis, et concessio illarum Vincentio et fratribus de Quinque mediante certa solutione.

Possessio terrarum Spelli et Bastiae Spoletanensis et .... dioecesum ad Cameram devolutarum per obitum quondam Guidonis de Balleonibus cum iuramento obedientiae per vasallos, et aliis.

Breve S̃mi D. N. Gregorii XIII. extinctionis gabellae farinae et translationum creditorum et assignamentorum illius super augmento introituum gabellae Studii.

Locatio bonorum et introituum Terrae Castri Novi alias per Cameram acquisitae facta Marco Antonio Ferro.

Possessio certorum membrorum Terrae Bastiae, nempe palatii, terrarum et molendini necnon arcis peletii Spelli.

Locatio introituum Castri Pedisluci alias per Cameram per illius devolutionem acquisiti.

Alia Castri Cisignani similiter per Cameram acquisiti.

Mandatum pro Camera de exequendo literas executoriales per Cameram relaxatas ad favorem Ill̃mi et R̃mi D. Alexandri Cardinalis Farnesii Vicecancellarii, tunc reservatarii fructuum et mensae Episcopalis Massanensis, super tenuta Moncionis ac alumerie ibi existente ac aliis contra dñ̃os de Plumbino, qui Illm̃us D. successive iura sua sub certa annua solutione dictae Camerae cessit et transtulit.

Breve S̃mi D. N. super liberatione Terrae Arquatae Spoletanae dioecesis a superioritate, dominio et iurisdictione Nursiae, ac susceptio sub dominio etc. Sedis Apostolicae.

Concessio ducentarum tornaturarum terrarum palustrium in Territorio Ariminensi pro Paulo della Chera sub censu decem ducatorum auri de Camera.

Instrumentum adeptionis possessionis Turris Castri Porani Urbevetanae dioecesis pro Camera Apostolica.

Investitura nonnullarum possessionum, terrarum et aliorum bonorum in Territorio oppidi Frusinonis Verulanae dioecesis consistentium, Pheudum Tutii Gaetani nuncupatorum, facta D. Clementi Buccelleno nobili Brixiensi pro se et successoribus in perpetuum sub censu trium ducatorum auri in auro de Camera.

Transactio atque concordia facta inter Rev. Cameram Apostolicam ex una, et Serm̃um dñ̃um Ducem Ferrariae ex altera parte super praetensa restitutione scutorum 50000. auri in auro per bonae memoriae Ducem Herculem felicis recordatio-

nis Paulo Papae III. cum facultate fabricandi sal in territorio Comachiensi solutorum, ac super dictae facultatis renovatione per felicis recordationis Iulium Papam III. et successorem Paulum Papam IV. facta, cuius concordiae vigore Camera tenetur ad scuta 7470. auri in auro, ex quibus tamen deduci debeat quicquid solverint Bononienses pro transitu usque ad duo milia. Item tenetur satisfacere de scutis 90000. salis in certis terminis ac sub certa forma.

Ratificatio Dñi Ducis de infrascripta transactione.

Exemptio annuae summae perpetuae scutorum mille trecentorum de Iuliis undecim pro scuto, alias per Cameram assignatorum Ioanni Cammillo Mormilli Neapolitano, pro clausura eius Alumeriae Agnani in pertinentiis Neapolis mediante summa scutorum 23500. solvi promissorum cum perpetua cessione eiusdem Alumeriae, et iuris fabricandi in ea ad favorem Camerae.

Emptio Molendini apud Castrum Novum pro Camera ab Illustribus DD. Iulia, Placida et Flaminia filiabus bonae mem. Sciarrae Columnae pretio scutorum 1200. moneta actuali solutorum.

CCCCXXXIX.

Sixtus PP. V. per subditos Romanae ecclesiae bona in eius dominio existentia, aut castra etc. sine speciali sedis apostolicae licentia in quosquam non subditos et extraneos alienari prohibet. *Ex orig. et Bull. Rom. Tom. IV. P. IV. pag. 134.*

Sixtus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Solicitudo paternusque affectus, quo sedis apostolice subditos prosequimur, nos inducunt, ut ea diligenti cura prospiciamus, que ad illorum conservationem statusque ecclesie utilitatem et commodum pertinent.

Accepimus siquidem, quod in diversis Civitatibus, Terris, Oppidis et Castris nobis et dicto sedis temporali ditioni subiectis oxtant statuta prohibentia res ac bona stabilia in forensos et non subditos alienari, nihilominus nonnulli cives et incole Civitatum, Terrarum, Castrorum et locorum huiusmodi bona stabilia aliis personis extrancis vendere, et alienare presumant in maximum preiudiciam et damnum civium et incolarum predictorum.

Quocirca nos considerantes, quantum statuta prefata utilia et favorabilia sint, quantum Reipublice intersit dicta bona in illius cives et habitatores conservari, motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed de nra mera deliberatione et certa scientia statuta huiusmodi, etiam si non sint in usu, apostolica auctoritate tenore presentium de cetero observari mandamus: et nihilominus quod perpetuis futuris temporibus Universitates, Civitates, Collegia, Feudatarii quicumque ac persone, cuiusvis status, gradus, ordinis, qualitatis et conditionis existant, etiam si Imperiali, Regali, Ducali vel alia quavis auctoritate et dignitate etiam ecclesiastica, que specialem et individuam mentionem requireret, prediti sint, nullatenus sine nra et sedis predicte licentia audeant, seu presumant Civitates, Oppida, Castra, Feuda, iurisdictiones ac bona quecumque stabilia vel immobilia in dicto statu Ecclesiastico existentia cuiuscumque qualitatis, quantitatis et valoris per eos nunc et pro tempore possessa vendere, permutare, ultra triennium locare in emphiteosim, feudum, lyvellum, pignus seu precarium concedere in aliquam Communitatem, Universitatem, Collegium vel personam extraneam seu forensem, que nobis et dicte sedi ratione temporalis iurisdictionis status nostri subdita et supposita non sit, vel que domicilium legitime non contraxerit in dicto nro statu, cuiuscumque dignitatis, status, gradus, conditionis et qualitatis existat, etiam si, ut prefertur, Imperiali, Regali, Ducali vel alia quavis auctoritate et dignitate, etiam ecclesiastica, que specialem et individuam mentionem requireret, predita sit.

Insuper quia decens et conveniens existit, quod si vendantur vel permutentur, seu etiam donentur Civitates, Castra et Oppida, multo magis fortalitia, id ad notitiam Principis deducatur, et presertim si feuda et iurisdictiones feudales (sint), ea omnia nec in exteros, nec in alios quoscumque, nisi de expressa precedente nra et pro tempore existentis Romani Pontificis eadem supradicta licentia, vendi, permutari vel donari valeant, neque etiam extraneus aut subditus originarius bona huiusmodi in dicto statu habens et in eo habitans, si ab illo discedat amplius ad ipsum non reversurus, illa retinere possit, sed intra biennium, ex quo ipse demigraverit, ea vendere, seu pro aliis extra dictum statum existentibus permutare, aut alias transferre in alium immediate subiectum teneatur, auctoritate et tenore presentium de Venerabilium fratrum nostrorum sancte Rom. eccl. Cardinalium consilio perpetuo statuimus et ordinamus. Licitum tamen erit omni dicti status habitatori, sive extraneo, sive subdito, de bonis suis in eodem statu positis vel in consanguineos, vel in alios de dicto statu non existentes quocumque alio quam venditionis, seu permutationis vel donationis titulo disponere, ac suis etiam ab intestato beredibus pariter licebit in illis succedere: qui tamen intra triennium vel in eundem statum habitatum veniant, vel bona ipsa in alium seu alios habitatores et subditos, ut prefertur, transferant. Quod etiam illis extraneis, ad quos bona huiusmodi ex quibuscumque aliis quam venditionis, seu permutationis aut donationis huiusmodi causis pervenerint, illave acquisiverint, censeatur permissum. Bonorum autem prefatorum appellatione neque census, nec portiones seu loca montium, nec mulierum dotes, sed neque Urbem nostram, que com-

munis patria est, cum eius decem millia passuum circuitu volumus comprehendi: filii tamen et heredes dictarum mulierum, soluto matrimonio, si extranei fuerint, aut in eodem statu ad habitandum, aut vendendum seu permutandum, ut dictum est, sint adstricti. Decernentes Communitates, Universitates, Collegia, vel personas extraneas seu forenses huiusmodi ad dictorum bonorum pro tempore contra earumdem presentium tenorem alienatorum acquisitiones omnino inhabiles, necnon quoscumque contractus, venditiones et alienationes contra huiusmodi prohibitionem quocumque modo vel causa pro tempore faciendas nullas et invalidas existere, nullumque ius per eas emptoribus attributum esse, seu tribui posse, necnon omnes scripturas desuper conficiendas ac inde secuta quecumque nullius roboris vel momenti esse, nec ex illis audiri, agi et excipi posse in iudicio vel extra, ipsaque bona alienata ad eos, ad quos de iure pervenire debent, spectare et pertinere, Sicque per s. Rom. eccl. Cardinales, etiam Legatos ac Vicelegatos, necnon sacri palatii apostolici Auditores, Gubernatores seu illorum locatenentes, aliosque Iudices et Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et definiri debere, necnon irritum et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit attentari, Mandantes eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus ac Iudicibus nunc et pro tempore in toto statu predicto existentibus, et eorum cuilibet, ut statutum et ordinationem et alia premissa perpetuo ab omnibus, ad quos spectat et pro tempore spectabit, per censuras ecclesiasticas et alia eis bene visa remedia observari faciant et mandent, Non obstantibus nostris de non tollendo iure quesito, aliisque apostolicis constitutionibus, nec non Civitatum, Oppidorum, Terrarum et locorum predictorum statutis et consuetudinibus, etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quacumque alia firmitate munitis, ac etiam immemorabili et quantocumque tempore pacifice observatis, necnon Civilitatibus Civitatumque iuribus, privilegiis, exemptionibus et indultis apostolicis illis eorumque dominis predictis, ac quibusvis aliis per quoscumque Romanos Pontifices, ac nos et dictam sedem quomodocumque et quotiescumque concessis, confirmatis et innovatis, que omnia illorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, omnino tollimus et abrogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem easdem presentes, quoniam in Consistorio nostro et de consilio predicto promulgate sunt, a die date ipsarum quoscumque tam presentes, quam absentes et ubicumque etiam extra dictum statum existentes perinde obligare, ac si cuique singulatim intimate fuissent: et nihilominus ut ille amplius innotescant, mandamus eas valvis ecclesiae sancti Ioannis Lateranensis, et Basilice Principis Apostolorum de Urbe, aliisque locis consuetis eppendi, et in libris dicte Camere describi: ac etiam volumus, ut ipsarum exempla etiam impressa edantur, eaque Notarii publici manu et sigillo cuiuscumque Curie, Ecclesie aut persone in dignitate ecclesiastica constitute obsignata, eam ipsam prorsus fidem ubique locorum in iudicio et extra illud faciant, quam ipse presentes facerent, si essent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Rome apud S. Marcum Anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Kalendis Iulii, Pontificatus nostri Anno Primo.

✠ Ego Sixtus Catholicae Ecclesiae Episcopus.

✠ Ego Io. Antonius Epus Tuscul. Cardinalis sancti Georgii.
✠ Ego M. S. Card. ab Altaemps.
✠ Ego In. Avalus Card. de Arag.
✠ Ego P. Card. Santacrucius.
✠ Ego Gulielmus Card. Sirletus.
✠ Fr. Michael Bonellus Card. Alex.
✠ Ego Lud. Card. Madrutius.
✠ Ego N. Card. Senonensis.
✠ Iul. Ant. Sanctorius Card. S. Severinae.
✠ P. Card. Caesius.
✠ Ego Hier. Card. Rusticuccius.
✠ Ego Io. Hier. Card. Albanus.
✠ P. Card. Deza.
✠ Ego Ant. Card. Carafa.
✠ Io. Ant. Card. Quatuor Sanctorum.
✠ Io. B. Card. s. Marcelli.
✠ Aug. Card. de Verona.
✠ Ego Vinc. Card. Montisregalis.
✠ Ego M. Card. s. Stephani.
✠ Scipio Card. Lancellottus.
✠ Ego Aloysius Card. Estensis.
✠ Ego Ferd. Card. de Medicis.
✠ P. Phil. V. Card. Cam.
✠ Ego Vinc. Card. Gonzaga.
✠ A. Card. de Montealto.

A. de Alexiis.

CCCCXL.

Clemens PP. VIII. conventiones infra insertas inter cardinalem Aldobrandinum nomine sedis apostolicae, et ducissam Urbini nomine Caesaris Estensis super restitutione ducatus Ferrariensis et aliorum locorum Romandiolae initas confirmat. *Ex cod. membran. coeco, cui titulus: Ferraria recuperata, fol. 13. et Bull. Rom. Tom. V. P. II. pag. 198.*

Clemens episcopus etc. Ad perpetuam rei memoriam. Sancta Romana Ecclesia, quae inter disciplinam et misericordiam quasi Regina sedet circumstante exercitu in virga regiminis, est etiam

moerentium consolatrix in ministerio pietatis: sicut enim reos et contumaces iusta animadversione coercendo vino utitur districtionis, ita quoque eisdem resipiscentibus et ad cor redeuntibus ignoscendo oleum adhibet lenitatis, atque eo pacto se modo malorum severam ultricem, modo clementem ac piam matrem bonorum ostendit. Ac nos quidem in excelso iustitiae throno licet nullis nris meritis, sed solum divina disponente clementia constituti, hoc sane consilio quemadmodum, cum opus fuit, bonorum eiusdem ecclesiae occupatores iustis poenis affecimus, ita eosdem cordis duritia deposita ad restitutionem promptos non solum benigne absolvere, sed quaecumque cum ipsis nro ac Sedis et Camerae Apostolicae nomine propterea tractata et conclusa sunt, ut perpetuo firma et rata existant, apostolicae confirmationis robore communire parati sumus. Cum itaque, sicut Dilectus filius noster Petrus s. Nicolai in Carcere Diac. Cardinalis Aldobrandinus nuncupatus, noster secundum carnem ex fratre germano nepos, et totius status et exercitus nri Ecclesiastici generalis superintendens, a nobis specialiter cum amplissima facultate deputatus, novissime per literas suas significavit, postquam nimirum diebus proxime elapsis literas nostras super declaratione et promulgatione censurarum et aliarum poenarum contra dilectum filium nobilem virum Caesarem Estensem, ob ipsius non paritionem sententiae nostrae super devolutione ad eandem Romanam Ecclesiam Sedemque et Cameram praedictam Civitatis et Ducatus Ferrariensis, illiusque Comitatus et districtus aliorumque locorum tunc expressorum, undecimo Kalend. Ianuarii Pontificatus nostri anno sexto publicavimus, idem Cesar tamquam obedientiae filius in eiusdem Ecclesiae et Sedis Apostolicae fide et devotione perseverare cupiens, sanioribusque consiliis, sicut in Domino optabamus, susceptis, quod Dei et Romanae Ecclesiae est, Deo et eidem Ecclesiae reddere decreverit, ac propterea dilectam in Christo filiam nobilem mulierem Lucretiam Estensem, Urbini Ducissam, ad praedictum Petrum Cardinalem cum sufficienti mandato miserit, ut videlicet liberam et pacificam dictae Civitatis et Ducatus Ferrariensis cum eius pertinentiis pro Romana Ecclesia, Sede et Camera praedictis a nobis petitam restitutionem stabiliret, et ut ipsius Caesaris aliorumque in praedictis literis nris comprehensorum absolutionem a nobis et eadem Sede benigne reportaret.

Cumque dicta Lucretia Ducissa vigore dicti mandati, post maturam deliberationem cum praefato Petro Cardinali habitam, tandem benedicente Domino restitutionem praedictam cum eodem Petro Cardinali, sufficienti pariter ad hoc facultate illi per nos attributa suffulto, cum nonnullis conventionibus, pactis et capitulis concluserit sub infrascripta forma, videlicet:

In Nomine Domini Amen. Praesenti publico instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a Nativitate eiusdem Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Indictione undecima, die vero duodecima mensis Ianuarii, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Dñi Clementis Divina providentia PP. VIII. Anno Sexto, volentes Illustrissimus et Reverendissimus Dñus Petrus s. Nicolai in Carcere miseratione Divina Diaconus S. R. E. Cardinalis Aldobrandinus, totiusque status et exercitus Ecclesiastici generalis superintendens, Sanctissimi Dñi nostri et Sanctae Sedis et eiusdem Rev. Camerae Apostolicae nomine hoc negotium agens, de eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papae mandato et illius vivae vocis oraculo sibi, ut asseruit, facto et vigore Brevium praedicti Sanctissimi Domini nostri, de quibus constat in actis mei Ludovici Martini Camerae Apost. Notarii infrascripti, quorum quidem Brevium copia collationata in Secretaria provinciae Romandiolae dabitur et dimittetur, et pro ipsa S. Sede et Camera promittens de rato ut infra ex una, et Serenissima Madama Lucretia Estensis Ducissa Urbini, Procuratrix D. Don Caesaris Estensis, habens ab eodem mandatum sufficiens et habile, rogatum per dominum Franciscum Rondonum, alterum ex nobis Notariis infrascriptis, similiter in praesenti Instrumento registratum, pro altera parte devenire ad compositionem, transactionem, concordiam et pacta inter praedictum Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Cardinalem et nomine praedicto ut supra, et praedictam Serenissimam Dominam dicto nomine tractata, et Dei Opt. Maximi gratia feliciter conclusa super restitutione petita nomine dictae S. Sedis Ferrariae et aliorum locorum, de quibus in infrascriptis pactis fit mentio: idcirco in nostrorum Notariorum in solidum rogatorum et testium infrascriptorum praesentia praesentes et personaliter constituti, praedictus Illustrissimus et Reverendissimus Dñus Cardinalis nomine praedicto obligando praelibatum Sanctissimum Dominum nrum Papam eiusque Successores, et etiam Sanctam Sedem et Rev. Cameram Apostolicam, omniaque et singula eorumdem bona omnia mobilia et immobilia praesentia et futura ubicumque existentia, et praefata Serma Domina dicto nomine agens, procuratorio nomine antedicto obligando ipsum Dominum Don Caesarem, et eius bona praesentia et futura, et alia quaecumque mobilia et immobilia ubicumque existentia, per se, et suos haeredes et successores sponte, et ex eorum certis scientiis ac deliberatis voluntatibus omni meliori, validiori et efficaciori modo, via, vice, causa et forma, quibus magis et melius potuerunt et possunt, per hoc publicum et solemne documentum, et pro executione et conclusione dicti tractatus et accordii convenerunt, declararunt, dimiserunt, relaxarunt, compo-

snerunt, transegerunt et pacti sunt, et promiserunt solemni stipulatione interveniente hinc inde sibi invicem et vicissim praesentibus, stipulantibus et recipientibus pro se ipsis et suis successoribus et haeredibus respective in omnibus et per omnia, prout conventum et explicatum est in capitulis infrascriptis tenoris, de quo infra, videlicet:

1. Che il Sig. Don Cesare sia assoluto in forma amplissima de tutte le censure, pene, interessi et danni, ne quali fosse incorso per la sentenza ò per le scomunica publicata contra di lui, et rimesso nel suo stato pristino egli et i descendenti et altri suoi non altrimenti che se non fosse stato nè scomunicato nè condennato, rilasciando però egli il possesso del Ducato di Ferrara con tutte le sue pertinenze di Cento et delle Pieve et de luoghi di Romagna.

2. Che similmente siano assoluti et liberati i fautori, ministri, consiglieri, complici, familiari, seguaci et tutti li altri che fossero caduti in qualsivoglia pena, anche da quelle nelle quali è dichiarato essere incorso il Sig. Don Cesare, ancorche si fossero acquistate ragioni ad altri, et restituiti nel suo pristino stato et in forma amplissima; et di più il popolo, tutti i suoi giudici et officiali siano assoluti, et tutte le predette cose se intendano non solo di quelli che fossero già incorsi, ma anco che incorressero in censure et pene pendente et conclusa la trattatione.

3. Che S. Santità si degni pigliare sotto la protettione della Sede Apost. il Sig. Don Cesare et i suoi successori, et di prometterli che ella non lascierà molestare li stati suoi Imperiali da chi si sia.

4. Che sia permesso al Sig. Don Cesare di portare et mandare fuori di Ferrara nelli stati suoi Imperiali liberamente et senza alcuno impedimento tutte le sue gioie, ori, argenti et altre cose pretiose, i sali che si troverà haverci, i suoi grani, biade et farine, et altri mobili se moventi siano di qualunque qualità, et il medesimo si conceda a tutti quelli che andassero con lui ò lo seguitassero poi, anche che di loro bisognasse farnè espressa mentione; et possa anco mandare nelli detti suoi stati tutte le scritture del suo Archivio et i libri di Camera da vedersi con l'intervento di chi sarà deputato dall'Illmo Sig. Cardinale Aldobrandino, per haversi S. Signeria Illma à ritenere quelle scritture che si troveranno appartenere alla Sede Apostolica et alle ragioni della Camera di Ferrara; et di più possa mandarvi la mità delle artiglieria et munitioni di guerra che sono in Ferrara et nelli altri luoghi che si rilasciaranno, rilasciando l'altra metà alla Sede Apostolica, et se ne facci la divisione da due deputati uno per parte.

5. Che al Sig. Don Cesare et à suoi heredi et successeri rimanghino tutte le sue terre, prati, valli et possessioni, case et hosterie et le molina di Lugo et Bagnacavalli, che godeva inanzi la morte del Signor Duca Alfonso gloriosa memoria, et similmente tutte quelle allodiali che gli sono pervenuti per lo testamento del detto Sig. Duca, li quali tutti habbia et possa godere con i privilegii, immunità et libertà che godeva esso Signore, et ha goduto prima anche egli respettivamente, et ciò se gli habbia de osservare inviolabilmente, et tutti i beni che non hanno annessa giurisdizione se intendeno allodiali, salve le ragioni delli altri che pretendessero in essi; et similmente li rimangano tutti i casamenti, stalle, cantine, granari et ogni altra sorte di edifitii et fabriche che sono fuori del castello di Ferrara et sue fosse; et di più tutti i giardini et orti che godeva il predetto Sig. Duca, eccettuatene però quelle parti che sono sù à Terragli delle Città, et volendo la Camera Apostolica comperare detti edifitii, fabriche, orti et giardini sia obligato venderlili per il giusto prezzo.

6. Che possa riscuotere more Camerae tutti li crediti che egli si troverà huvere in Ferrara, et nei luoghi che si lascieranno contratti sino al dì della sua uscita, anco come berede del Sig. Duca predetto: et perche possono nascervi dubii et differenze con i debitori, possa il Sig. Don Cesare nominare uno ò piu giudici in qualunque instanza per tutte le sudette cause da deputarsi nella Città di Ferrara da nostro Signore, ò dal Sig. Cardinale Aldobrandino, ò altri ministri della Sede Apostolica, i quali habbiano à terminare per giustizia dette cause: et quanto alli altri crediti che contraherà per li sudetti beni che gli restino parimente, habbia sempre privilegio di esigere more Camerae, ma con le giurisdizione et autorità di giudici ordinarii di Ferrara, delle qual Città et altri luoghi sudetti l'antrate siano tutte di qualsivoglia qualità del Sig. Don Cesare fino al dì della sua uscita.

7. Rimangano ancora à lui et à suoi heredi et successori così universali come singolari solamente il Iuspatronato della Prepositura di Pompesa, et quello della Pieve del Bondeno con tutte le loro pertinenze, et inoltre habbi et gli resti il diretto dominio et ragioni che si trova havere presentemente sopra beni allodiali di qualunque qualità si come herede del Sig. Duca Alfonso felice memoria, et come à nome suo proprio, con li suoi emolumenti et honoranze.

8. Che sua Santità faccia dare con effetto liberamente et senza alcun pagamento al Sig. Don Cesare, ò à suoi heredi tutte le possessioni della Lame del Carpiggiano con le loro case et edifitii che hebbe già il Vescovo di Bologna, et possede presentemente l'Arcivescovo di Bologna per la transattione et conventione fatta già sopra Cento et la Pieve fra il Duca Alfonso di fel. memoria, et il detto Vescovo di quel tempo, et tutto facci in forma amplissima et in ogni altro modo megliore.

9. Che la Camera Apostolica dia ogni anno al Sig. Don Cesare, suoi heredi et successori quindici mila sacca di sale ne magazeni di Cervia per il medemo prezzo, peso, misura et maniera che dava al Duca Alfonso Secondo, et possa il Sig. Don Cesare levarlo da Cervia et transitarlo liberamente per il Pò et Ducato di Ferrara senza pagamento di datio alcuno, et detto sale si dia di terzaria in terzaria, cioè ogni quattro mesi la rata, cominciando dal primo giorno di questo mese di Gennaro.

10. Che il detto Sig. Don Cesare ritenga li gradi, luoghi et sessioni, prerogative et preminenze per gratia speciale di sua Santità che havevano i Principi di Este mentre possedevano il Ducato di Ferrara.

11. Che (per) li beni precariati dell'Abbadia di Nonantula sua Santità si degni concedere alla città di Modena, et a quei di Nonantula una bolla gratiosa conforme alla Bonifaciana, ò almeno conceda di poterli appropriare con liberarli della detta Badia a cinque per cento del valore di essi da stimarsi da periti.

12. Che in gratia del Sig. Don Cesare faccia Carpi Città.

13. Che l'Illmo et Rmo Sig. Card. Aldobrandino non possa, nè altri per la Sede Apostolica entrar in Ferrara prima del giorno 29 del presente mese, nel qual tempo sarà partito il Sig. Don Cesare, et restandovi delle sue robbe dette di sopra possa egli mandarle anco poi liberamente nei stati sudetti; et similmente non entri prima nel Ferrarese, nè nelli altri luoghi che si rilascieranno genti armate.

14. Che sua Signoria Illustrissima et altri per la Sede Apostolica passato che sarà il sudetto termine entri nella Città pacificamente, et provegga che alcuno sia di che qualità ò conditione si voglia non riceva danno.

15. Che à quelli i quali vorranno andare col Sig. Don Cesare ò seguitarlo poi, et à loro et suoi heredi et successori sia conceduto il godere i suoi beni mobili, immobili et se moventi, et haverne le loro rendite liberamente come se habitassero, nè possano esser in alcun tempo astretti ad habitare in Ferrara, nè altrove ancorche havessero beni nello Stato Ecclesiastico, permettendosi però loro in pratticare, conversare et traficare liberamente.

Quae pacta, quae capitula, et quae omnia et singula supradicta et in praesenti instrumento contenta partes praedict. obligantes ut supra promiserunt sibi invicem mutuo, et vicissim praesentibus et stipulantibus ut supra attendere, observare, adimplere et exequi in omnibus et per omnia, prout in eis continetur, omni iuris et facti exemptione remota et quocumque impedimento cessante, etiam hiis, de quibus necesse esset hic fieri specialis et individua mentio, etiam talibus, quae invalidarent vel invalidare possent presens instrumentum tam respectu Sedis Apostolicae, quam praedicti Dñi Don Caesaris: quod instrumentum praelibatus Illmus Dñus Cardinalis, ut supra agens, virtute dictorum Brevium et facultatum, et omni meliori modo, quo potuit, promisit praedictae Sermae Dñae ut supra stipulanti, quod Sanctissimus Dñus noster auctoritate Pontificia et consistorialiter et de plenitudine potestatis, ac omni alio meliori modo convalidabit, illudque ratificabit in omnibus et per omnia in plenissima forma infra duodecim dies proximos, et praedictae Serenissimae Dñae ut supra stipulanti de praedictis verbum et fidem dedit. Hoc etiam pacto inter dictas partes qua supra stipulatione hinc inde interveniente expresse convento et adiecto, quod dictus Dñus Don Caesar teneatur et debeat ratificare omnia et singula in praesenti instrumento contenta, statim habita convalidatione et ratificatione praedicta a Smo Dño nro Papa, intra tempus habile, et hoc quia inter eos sic actum, dictum et conventum fuit, qua supradicta stipulatione inter eos praecedente et interveniente: et nihilominus renunciarunt dictae partes exceptioni non facti et non celebrati praesentis instrumenti, rei non sic gestae, forique privilegio et omni aliae exceptioni sive iuris beneficio, et statutorum et legum auxilio sibi ipsis aut cuilibet earum competenti et competituro, promittentes sibi invicem mutuo et vicissim praesentibus et stipulantibus utsupra a se promissa attendere et observare specialiter Romae, Ferrariae, Bononiae, et generaliter in omni alio loco, terra, castro, foro et iurisdictione, etiam praedictis, quantumcumque distantibus, et in praedictis locis et quolibet eorum conveniri posse voluerunt, nulla fori vel feriarum exceptione obstante, diebus feriatis et non feriatis, feriis aliquibus alicuius conditionis praesentibus et futuris non obstantibus, quibus exnunc prout extunc sponte renunciaverunt expresse: et si partes non attenderent et observarent a se ut supra promissa, voluerunt licere parti servanti et suis ut supra sua auctoritate propria et sine requisitione alicuius Iudicis ingredi, stare et apprehendere tenutam et corporalem possessionem bonorum omnium et singulorum partis a se promissa non observantis, et suorum ut supra ubicumque, et de quibus pars a se promissa observans magis et melius dicta bona eligere voluerit, vel sui ut supra voluerint, et ea bona vendere, donare, alienare vel penes se iusto pretio retinere tanquam sua bona propria iusto pretio empta et acquisita usque ad integram solutionem et satisfactionem totius tunc sibi debiti, suorumque damnorum, interesse et expensarum litis et extra. Quae damna, interesse et expensas sibi ipsis invicem reficere et restituere promiserunt, et de his stare et credere suis nudo et simplici verbo absque onere sui sacramenti, vel alia iuris aut testium probatione, remotis etiam in quocumque casu qui-

buscumque appellationibus et nullitatis dictionibus, et praemissis ooo contrafacere, dicere vel venire per se vel alium seu alios sub pena, solemni stipulatione praemissa, scutorum mille auri et obligatione antedicta: qua poena soluta vel non, supradicta omnia et singula sint nihilominus perpetuo firma. Et ita tactis per dictum Illm̄um et Rm̄um Dn̄um Cardinalem pectore more Illm̄orum et Revm̄orum DD. S. R. E. Cardinalium, et per dictam Serenissimam Dn̄am Ducissam scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Evangelia in manibus nostrorum infrascriptorum Notariorum insolidum rogatorum dictis nominibus in enimas suorum principalium respective iurarunt. Acta et celebrata fuere supradicta omnia et singula in Civitate Faventiae in palatio Dominorum Antianorum dictae Civitatis, praesentibus ibidem Perillustri et Revm̄o Dn̄o Hieronymo Mattheuccio Archiepiscopo Ragusino, et Reverendo Domino Herminio de Valentibus de Trevio Spoletanae dioecesis, et Illustrissimo Eqoite Dn̄o Camillo Gualengo Nobile Ferrariensi, et Illustri Domino Leandro Grileuzono Collaterali in Civitate Ferrariae Nobile Mutinensi, testibus ad praemissa omnia et singula vocatis, habitis specialiter atque rogatis.

Tenor vero supradicti Mandati procurae Serenissimae Dn̄ae Ducissae de verbo ad verbum sequitur prout infra, videlicet:

In Christi nomine, Amen. Anno eiusdem Nativitatis Millesimo qniogentesimo nonagesimo octavo, Indictione undecima, die nona mensis Ianuarii, Ferrariae in castro Ducali in camerino solitae residentiae infrascripti Domini Don Caesaris, praesentibus testibus vocatis et rogatis Illm̄o Domino Hercule Estensi Musto, Ill. D. Ioanne Baptista Laderchio, et Ill. D. Marco Antonio Riccio, Constitutus D. Don Caesar Estensis quondam D. Don Alphonsi sponte et certa eius animi scientia et omni meliori modo, via, iure, causa et forma, quibus magis et melius potuit et potest, non revocando propter hoc aliquem alium suum procuratorem per eum hacteous constitutum, sed potius confirmando, fecit, constituit, creavit et solemniter ordinavit suam veram legitimam Actricem, Factricem, Procuratricem, negociorumque infrascriptorum suorum gestricem, et quidquid melius dici, censeri et esse possit, Serenissimam Madamam Lucretiam Estensem Ducissam Urbini, absentem tamquam praesentem, specialiter et expresse ad nomine ipsius Dn̄i Constituentis et pro eo componendum, transigendum et concordandum, et quamcumque compositionem, transactionem et concordiam faciendum, ineundum et firmandum cum Ill. et Rm̄o D. Cardinale Aldobrandino, et alio quocumque nomine Sanctae Sedis et Camerae Apostolicae in et super tractatu ipsius compositionis tractatae, et tractandae cum praedicto Illm̄o et Rm̄o Dn̄o Cardinale nomine praedicto, super restitutione civitatis Ferrariae et aliorum locorum dependentium et connexorum, et qui ab ipsis partibus nominabuntur in Capitulis transactionis in et per modum, et cum illis pactis, modis, formis, capitulis, promissionibus et obligationibus, quibus eius Celsitudini videbitur et placuerit; et generaliter ad omnia alia et singula dicendum, faciendum, gerendum, exercendum et procuraodum, quae in praedictis et circa praedicta quomodolibet necessaria erant et opportuna, et quae ipsemet Constituens facere posset, si praesens esset, etiam si talia forent, quae mandatum exigerent magis speciale, quam praesentibus sit expressum, Dans praedictus Dn̄us Constituens praedictae Serenissimae Dn̄ae Procuratrici licet absenti plenum, liberum, generale et speciale mandatum in plena, libera, generali et speciali administratione in praedictis omnibus et singulis et quolibet praedictorum, promittensque dictus Dn̄us Constituens dictae Serenissimae Dominae Procuratrici, licet absenti, et mihi Notario infrascripto, uti publicae personae stipulanti et recipienti nominibus et vice omnium et singulorum quorum ioterest, intererit aut in futurum interesse posset seu poterit, se ipsum firmum, ratum et gratum perpetuo habiturum omne id, et quidquid qood per dictam Serenissimam Procuratricem actum, dictum, gestum et procuratum fuerit, sub hypotheca et obligatione omnium et singulorum sui et bonorum suorum praesentium et futurorum. Ego Franciscus quondam Dn̄i Baptistae Rondoni, publicus Apostolica et Imperiali auctoritatibus Notarius et civis Ferrariensis, supradictis interfui et ea rogatus scripsi, et subinde exemplari et in hanc publicam formam redigi feci cum signo et nomine meo solitis. Loco ✕ signi praedicti dn̄i notarii cum literis legalitatis hic inseri omissis. Ego Ludovicus Martini Camerae Apost. Notarius, qui de suprad. instrumento compositionis et transectionis in solidum una cum infrascripto Domino Francisco rogatus fui, et de illo notam sumpsi: ideo hoc praesens publicum instrumentum subscripsi, signavi et publicavi in fidem praemissorum requisitus. Ego Franciscus Roodonus, publicus Apostolica et Imperiali auctoritate Notarius et civis Ferrariensis, deputatus ab Illm̄o et Rm̄o Dn̄o Cardinali Bandino in provincia Romandiolae de latere Legato Apostolico, prout de huiusmodi deputatione constat in actis supradicti Dn̄i Ludovici, supradictis interfui et rogatus subscripsi una cum supradicto Dn̄o Ludovico etc. In praemissorum fidem hic me subscripsi cum signo et nomine meis. Nos Octavius Cardinalis Bandinus provinciae Romandiolae et Exarcatus Ravennae de latere Legatus, Universis et singulis praesentes visuris attestamur supradictos Dn̄os Ludovicum et Franciscum fuisse, et esse legales et authenticos Notarios, eorumque scripturis publicis in iudicio et extra adhibitam fuisse et esse fidem, in quorum etc. praesentes fieri per

Notarium provincialem Secretarium subscribi et sigillo nostro muniri fecimus. Datum Faventiae die decima tertia Ianuarii 1598. Ego Mercurius Sebastianus Secretarius in fidem subscripsi.

Cumque praedictae conventiones, pacta et capitula, ut prefertur, inita ad eiusdem Rom. Ecclesiae Sedisque et Camerae praedictae utilitatem maxime pertineant, ipseque Caesar se eo pacto nostra et Apostolicae Sedis gratia et clementia dignum reddiderit: Nos de omnibus et singulis nunciis, supradicto procurationis mandato, colloquiis, consultationibus, promissionibus, facultatibus et deliberationibus super praemissis, tam a dicto Caesare et eius nomine a Lucretia Ducissa praedicta, quam ab eodem Petro Cardinali habitis, plene, integre et sufficienter informati, ac praedictarum nostrarum literarum declarationis et promulgationis censurarum contra praedictum Caesarem, ut prefertur, expeditarum tenorem praesentibus pro expresso habentes, habita prius super his cum Venerabilibus fratribus nostris sanctae Rom. Ecclesiae Cardinalibus in Consistorio nostro secreto consultatione et deliberatione matura, de eorum consilio et unanimi assensu conventiones, pacta et capitula praeinserta omniaque in illis expressa et contenta, quae in universis et singulis eorum praesentibus hic pro repetitis et singillatim narratis haberi volumus, in omnibus et per omnia iuxta illorum continentiam et tenorem, nihil penitus addito, sublato vel ulla ex parte detracto aut immutato, ex certa nostra scientia ac de Apostolicae potestatis plenitudine ac omni meliori modo acceptamus, emologamus et ratificamus, illaque acceptata, emologata, rata ac grata habemus, validamus et confirmamus, nec non omnes et singulos tam iuris quam facti ac solemnitatum etiam substantialium, ac quarumcumque inhabilitatum ad quosvis actus iuridicos faciendos iuxta formam praedictarum nostrarum literarum, etiam ob censuras et poenas praedictas incursas contractarum, et ad praemissa consequenda et respective faciendа forsan obstantes, aliosque defectus, si qui intervenerint in eisdem, supplemus, ac ipsas conventiones, pacta et capitula eamdem vim et efficaciam idemque robur omnino habere et obtinere volumus, decernimus et declaramus, quam et quod haberent et obtinerent, si nos ipsi de simili fratrum consilio et assensu illa cum praedicto Caesare iniviuntim, et in specie etiam a principio et prius, quam dictae nostrae literae emanassent, inivissemus. Nosque ipsos et successores nostros Romanos Pontifices, Sedemque et Cameram praedictas, illorumque bona omnia pro eorum observantia iuxta praedictorum capitulorum formam specialiter obligamus et hypothecamus: super quibus omnibus et singulis, seu ipsorum aliquibus, etiam quascumque particulares concessiones seu expeditiones, in forma solita cum clausulis et decretis necessariis et opportunis, simul vel ad partem, prout eidem Caesari magis placuerit et expediens esse videbitur, nos facturos in verbo Romani Pontificis pollicemur. Et ulterius pro praemissorum ex parte nostra Sedisque et Camerae praedictae exequutione de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate ex illa nobis sicut ligandi, ita et solvendi a Domino attributa potestate confisi, de simili fratrum nostrorum consilio et assensu tam praedictum Caesarem exnunc prout extunc facta per ipsum reali, actuali et libera restitutione dictae Civitatis et Ducatus Ferrariensis cum omnibus suis pertinentiis, ac aliis iuxta earumdem omnium et singulorum capitulorum praedictorum continentiam et tenorem, quam etiam fautores, ministros, consiliarios, complices, familiares, sequaces, populum, iudices, officiales, aliosque in poenas, ac etiam in eandem, in quam idem Caesar incidisse declaratus fuit, hactenus quomodolibet incursos et in praedictis nris literis comprehensos, etiam quod aliquod ius aliis fuerit acquisitum, iuxta dictorum capitulorum formam, quorum omnium et singulorum nomina, cognomina, gradus qualitates et circumstantias praesentibus etiam pro expressis haberi volumus, a maioris excommunicationis, anathematis, maledictionis sententia ac aliis censuris Ecclesiasticis per quascumque Romanorum Pontificum Constitutiones ac literas die Coenae Domini legi solitas, necnon etiam sacros Canones generalium Conciliorum, ac praesertim oecumenici generalis Concilii Tridentini decreta, ac etiam rebellionis laesae maiestatis criminis in primo capite, necnon privationis gratiarum, titulorum, bonorum, praerogativarum, dignitatum, privilegiorum, favorum, facultatum quarumcumque, indultorum, tollerantiarum, remissionum, libertatum, immunitatum, iurisdictionum, et bonorum quorumlibet tam allodialium et emphyteuticorum, quam etiam feudalium ceterorumque quorumcumque per eum ante praemissa forsan a quibuscumque Ecclesiis, vel ab eis quomodolibet dependentibus habitorum seu quovis modo possessorum, ac in quibus et ad quae ius sibi quomodolibet competebat, eumdem Caesarem et alios praedictos vigore sententiae ac literarum nostrarum praedictarum super declaratione et promulgatione earumdem censurarum respective incursis, et contra eos per nos inflictis et pronunciatis, auctoritate, potestatis plenitudine et tenore praedictis gratiose absolvimus et liberamus, ac censuras et poenas huiusmodi illis et cuilibet eorum remittimus et condonamus, illosque universos et singulos unitati et communioni aliorum Christifidelium plenarie restituimus, et cum personis Ecclesiasticis super irregularitate contracta, eo quod censuris praedictis ligati se in divinis, non tamen in contemptum clavium, immiscuerint, dispensamus, fructusque propterea male perceptos illis condo-

namus, ac interdictum in Ferrariensi et aliis Civitatibus, terris et locis in dictis nris literis expressis per nos appositum remittimus et relaxamus, necnon praedictum Caesarem eiusque filios, fratres, consanguineos proximos, affines, coniunctos, fautores, consultores, adherentes, conversantes, complices et sequaces et quemlibet eorum, ac si nominatim singuli praesentibus essent expressi, ad patriam, famam gradus, honores ac successiones, dignitates et beneficia aliaque bona tam in nostris literis, quam in conventionibus, capitulis et pactis supradictis expressa et comprehensa, ac alias in pristinum et eum, in quo ante praemissa quomodolibet erant, statum plenissime in omnibus et per omnia restituimus, reponimus et plenarie reintegramus, perinde ac si sententia et literae nostrae praedictae nunquam emanassent, et et censurae ac poenae inflictae non fuissent.

Quocirca eidem Petro Cardinali per apostolica scripta mandamus, ut nostro atque Ecclesiae, Sedis et Camerae praedictarum nominae Civitatis et Ducatus Ferrariensis, ac terrarum, castrorum, oppidorum, necnon arcium et fortalitiorum, ac locorum quorumcumque praedictorum possessionem realem, et corporalem iuxta praedictorum capitulorum et conventionum continentiam et tenorem apprehendat, ac a dilectis filiis Communitatibus Universitatibus et hominibus Civitatis Ferrariensis, et aliorum locorum supradictorum fidelitatis iuramentorum recipiat, atque ipse capitula et conventiones in omnibus et per omnia observet et observari curet et faciat, Non obstantibus literis nostris praedictis, ac regula nostra de non tollendo iure quesito, quatenus opus sit, aliisve quibusvis Constitutionibus et ordinationibus apostolicis caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus tamen, ut tam Caesar quam alii quicumque vigore praesentium a censuris et poenis praedictis absoluti poenitentiam, quam confessor idoneus et ex approbatis ab ordinario per eorum quemlibet eligendus illis ob praemissa iniunxerit, adimplere et exequi omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre acceptationis, emologationis, ratificationis ratihabitionis, validationis, confirmationis, approbationis, suppletionis, voluntatum, decreti, declarationis, obligationis, hypothecationis, pollicitationis, absolutionis, liberationis, remissionum, condonationis, restitutionum, dispensationis, relaxationis, repositionis, reintegrationis, et mandati infringere etc. Si quis autem etc. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, XIIII Kal. Februarii, Ponificatus nostri Anno Sexto.

✠ Ego Clemens Catholicae Ecclesiae Episcopus.

✠ Ego Petrus Eps Tuscul. Card. Comensis.

✠ Iul. Ant. Eps Card. Praenest. S. Severinae.

✠ Ego Hier. tit. s. Mariae Transtib. Card. Rusticuccius.

✠ P. Card. Deza tit. s. Laurentii.

✠ Ant. Maria Card. Salviatus tit. s. Mariae de Pace.

✠ Ego Ant. tit. s. Marci presbyter Card. de Verona.

✠ Ego Simeon tit. s. Hieronymi Illyricorum Card. de Terranova.

✠ Ego Dominicus tit. s. Chrisogoni Card. Pinellus s. Mariae Maioris Archipresbyter.

✠ Ego Fr. Hier. tit. s. Mariae supra Minervam Card. Asculanus.

✠ Ego Antonius Card. Saulius tit. s. Stephani in Monte Coelio.

✠ Ego Marianus tit. ss. Marcellini et Petri presb. Card. de Camerino.

✠ Ego Fr. Gregorius tit. s. Augustini Card. de Montelparo.

✠ Ego Paulus tit. s. Ceciliae presbyter Card. Sfondratus.

✠ Ego Benedictus tit. s. Marcelli presbyter Card. Iustinianus.

✠ Ego Augustinus tit. ss. Ioannis et Pauli presb. Card. Cusanus.

✠ Ego Franc. Maria tit. s. Mariae in Aracoeli Card. a Monte.

✠ Ego Octavius tit. s. Alexii presb. Card. Paravicinus.

✠ Ego Hieron. tit. s. Pancratii presb. Card. Mattheius.

✠ Ego Octavius s. Mariae de Populo Card. de Aquaviva.

✠ Ego Flaminius tit. s. Honuphrii presbyter Card. Platus.

✠ Ego Federicus s. Mariae in Termis presb. Card. Borromeus.

✠ Ego Iulius tit. s. Quirici et Iulitae presb. Card. Saxus.

✠ Ego Guido tit. s. Petri in Monte Aureo presb. Card. Pepulus.

✠ Ego Franciscus tit. s. Martini in Montibus presb. Card. Cornelius.

✠ Ego Camillus tit. s. Eusebii presb. Card. Burghesius.

✠ Ego Cæsar tit. ss. Martyrum Nerei et Achillei presb. Card. Baronius.

✠ Ego Laurentius tit. s. Laurentii in Pane et Perna presb. Card. Blanchettus.

✠ Ego Franciscus tit. s. Silvestri presbyter Card. Davila.

✠ Ego Ferdinandus tit. s. Blasii presb. Card. de Quevara.

✠ Ego Franciscus tit. s. Thomae in Parione presb. Card. Mantica.

✠ Ego P. tit. s. Balbinae pbr Card. Arigonius.

✠ Ego F. Card. Sfortia s. Mariae in Via lata.

✠ Ego Ascanius s. Mariae in Cosmedin diaconus Card. Columna.

✠ Ego Odoardus Card. Farnesius diaconus s. Eustachii.

✠ Ego Ant. Facchinettus diaconus Card. ss. Quatuor Coronatorum.

✠ Ego Cinthius diac. Card. s. Georgii.

✠ Ego B. Card. Cesius diaconus s. Mariae in Porticu.

✠ Ego Andreas tit. s. Mariae in Domnica diaconus Card. Perettus.

M. Vestrius Barbianus. A. de Alexiis.
Reg. apud Marcellum secretarium.

CCCCXLI.

Ferrarienses per suos nuntios cardinali Aldobrandino legato Bononiae reverentiam et obedientiam exhibent.
Ex cod. membr. Ferraria recuperata fol. 71.

In Nomine Domini Amen. Praesenti publico Instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a Nativitate eiusdem Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Indictione undecima, die vero vigesima quinta mensis Ianuarii, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri, Dñi Clementis Divina providentia Papae Octavi, Anno eius sexto, coram Illmo et Rmo Dño Petro Aldobrandino Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali, ac Superintendente generali exercitus et totius status Ecclesiastici, meritissimoque Civitatis Ferrariae et aliorum locorum de latere Legato, existente in solita mansione deputata ad usum eius solitam audientiam publicam dandi, sedenteque subtus baldachinum sericium rubeum, habenteque vestimenta et cappam rubeam solitam et consuetam, penesque semetipsum a dextris subtus dictum baldachinum retinente Sanctissimum Sanctissimae Crucis Vexillum, in praesentiaque quamplurium nobilissimorum Ducum, Marchionum et aliorum virorum, et praecipue infrascriptorum per me Notarium ad infrascripta peragenda per infrascriptos Nobiles Nuncios videre vocatorum, rogatorum et adhibitorum, videlicet Perillustris et Rmi Dñi Horatii Spinulae, utriusque Signaturae Sanctissimi Domini nostri Papae Referendarii ac Civitatis Bononiensis et eius districtus meritissimi Vicelegati, Perillustris et Rmi Dñi Comitis Claudii de Rangonibus meritissimi Episcopi Regiensis, Perillustris et Rmi Dñi Ioannis Antonii de Grassis meritissimi Epi Faventini, Perillustris et Rmi Dñi Ioannis Andreae de Calegariis meritissimi Epi Bertinoriensis, necnon et Illmi et Excellentissimi Ducis Martii Columnae, Illmi et Exmi Ducis Petri Caetani, Illmi et Exmi Ducis Ioannis Antonii Ursini, Illmi et Exmi Marchionis Ascanii de Cornia, Illmi et Exmi Marchionis Pirrhi de Malvetiis, Illmi et Exmi Marchionis Caesaris de Pepulis, comparuerunt et personaliter se praesentarunt Perillustres DD. Comes Luigius de Montecuculis, Comes Iulius de Sacratis et Dñus Eques Galeatius de Fiaschis, omnes Nobiles Ferrarienses ac uti Nuncii ad dictum Illmum et Rmum Dñum Cardinalem Legatum transmissi per Perillustres DD. Iudicem ac Sapientes Communis Ferrariae, nomineque Nobilitatis, Populi ac totius illius Civitatis, et coram sua Illma et Rma Dominatione perventi, post humillimam eidem genibus flexis factam reverentiam per quemlibet eorum, eidem Illmo et Revmo Domino recipienti dederunt et praesentarunt nominibus praedictis unam epistolam clausam, munitamque, ut apparuit, solito Communitatis sigillo, quam dictus Illmus et Rmus Dominus Cardinalis benignissime acceptavit, illamque dedit Perillustri Dño Alexandro de Burghis dignissimo Priori Mudianae a secretis dicti Illmi Dñi Cardinalis, qui illam aperuit, et alta ac intelligibili voce perlegit, et postea de ordine dicti Illmi Dñi Cardinalis mihi Notario illam registrandam dedit, tenoris et continentiae infrascriptae, videlicet a tergo: All' Illmo et Rmo Sig. Prone Colmo, Il Sig. Card. Aldobrandino Legato. Bologna. Intus vero: Illmo et Rmo Monsignore Prone Colmo. Inteso che habbiamo l'accordo stabilito fra Vostra Signoria Illma et Rma et il Sig. Don Cesare d'Este, habbiamo giodicato nostro debito il farle reverenza, et riconoscerla per patrone, il che facciamo col mezo di tre nostri Gentilhomini, il Conte Luigi Montecucoli, il Conte Giolio Sacrati, et il Cavaliere Galeazzo Fiaschi. Degnisi Vostra Signoria Illma et Rma non solo di gradirli et gradire insieme l'uffitio che faranno à nome nostro, ma di prestar loro in ogni altro soggetto quella fede che farebbe à noi medesimi. Et con ogni reverenza le baciamo le mani. Di Ferrara il di 22. Gennaro 1598. Humilissimi Servitori, Il Giudice et Savii del Comone di Ferrara. Alberto dalle Monete Notaio de i Dodici Savii di Commissione. Qua epistola perlecta ut supra per dictum Perillustrem Dñum Priorem, et existentibus praedictis Perillustribus DD. Nunciis in conspectu dicti Illmi et Rmi Card. Legati, sistendo et capite discoperto, fuerunt a Perillustri Comite Aloysio Montecuculo, altero ex praedictis Nobilibus Nunciis, erga personam dicti Illmi et Rmi Dñi Card. Legati vernacula lingua prolata magna cum humilitate infrascripta verba praecisa, videlicet: Haveodo la Nobiltà et il Popolo di Ferrara inteso lo stabilimento dell'accordo passato col Sig. Don Cesare d'Este hora Duca di Mondona et di Reggio, ci hanno mandati à Vostra Signoria Illma affin che doppo haverle fatto humilissima riverenza la riconosciamo per quel Patrone, che come rappresentante la S. Sede Apostolica siamo obligati di riconoscerla, et la certifichiamo che tornando hora la nostra Città sotto il suo felicissimo Dominio, et obbedienza di santa Chiesa, se ne

ralegra infinitamente, vedendosi insieme uscita da i pericoli della guerra, et entrata nella sicurezza della pace, la quale spera di godere altretanto sicuramente col mezo di Vra Signoria Illma, quanto col medesimo suo mezo dubitò poco fa di provare le calamità, che portano seco i motivi delle armi, et perciò ricorre la medesima Nobiltà et Popolo di Ferrara à Vostra Signoria Illma supplicandola di volerli ricevere in protettione, si come all'incontro promettono ogni vera fede et ogni vera devotione alla Santa Sede et à Vostra Signoria Illma, col mezo della quale sperano dalla Santità di Nostro Signore ogni gratia come da Principe che sono sicuri, che entra in questo dominio per regnarvi solo à gloria di Dio benedetto, et à benefitio di detta Nobiltà et Popolo, che si rende sotto il suo felicissimo et clementissimo governo. Et statim post praedictam expositionem idem Perillustris exponens ac alii Nuncii praedicti de novo eidem Illmo et Revmo Cardinali humillimam genibus flexis reverentiam fecerunt, cum deosculatione manus et vestium dicti Illmi et Rmi Domini, qui benignissime ac maxima cum humanitate et dilectione dictis Nunciis osculum pacis tradendo, omnia in dicta epistola praesentata contenta ac verbotenus exposita acceptavit, humanissimeque ac benignissime illis respondit, offerendo se etiam nomine Sanctissimi Domini nostri Papae ac sanctae Matris Ecclesiae paratum omnia convenientia facere ac exequi in utilitatem, beneficium, commodum et honorificentiam Nobilitatis, Populi ac Civitatis Ferrariae. Super quibus omnibus et singulis praemissis petitum fuit a me Notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri atque confici Instrumentum et Instrumenta.

Acta fuerunt supradicta omnia Bononiae in Palatio Communis eiusdem Civitatis, et mansione ac locis supradictis, praesentibus praedictis testibus ad omnia praemissa vocatis et adhibitis.

(L. S.) Ego Horatius olim Dñi Balthassaris Rugerii Bononiensis civis, Apostolica, Imperiali ac Communis auctorit. Notarius, praedictis omnibus et singulis interfui, et de eis rogatus extiti, et ea omnia aliena manu mihi fida in hanc publicam formam redigi consensi: in quorum fidem hic me solemniter subscripsi.

Corrector et Consules Almi Collegii Notariarum Civitatis Bononiensis, Universis etc. fidem facimus et attestamur, qualiter supradictus Magnificus D. Horatius Rugerius Bononiensis, causarum patronus ac Civis et Notarius de supradicto Instrumento rogatus fuit et est Notarius publicus dictae Civitatis et in matricula Collegii nostri descriptus, eiusque Instrumentis et scripturis publicis plenam adhiberi fidem etc. In quorum etc. Datum Bononiae die 22. Augusti 1598.

Alex. Blanchettus dicti Collegii notarius.

CCCCXLII.

Instrumentum possessionis civitatis et ducatus Ferrariensis nomine Rom. ecclesiae per praedictum cardinalem legatum Ferrariae acceptae. *Ex orig. in cod. membran. Ferraria recuperata fol. 75.*

In nomine Domini, Amen. Anno a Nativitate eiusdem Dñi Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Indictione undecima, die vero vigesima octava mensis Ianuarii, Pontificatus Sñi in Christo Patris et D. N. D. Clementis divina providentia PP. VIII. anno sexto, Illmus et Rmus D. Petrus s. Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, totius status et exercitus Ecclesiastici Superintendens, in Civitate et Ducatu Ferrariae et ad quoscumque Italiae Principes de latere Legatus, et a Smo D. N. ad eiusdem Sñi ac S. Romanae Ecclesiae Sedisque et Camerae Apostolicarum nominibus Civitatis et Ducatus Ferrariae, et aliorum quorumcumque locorum ad praelibatum Smum, Ecclesiam Sedemque et Cameram praedictas ob lineam finitam Alphonsi II. et ultimi Ferrariae Ducis, seu alio quovis modo legitime devolutorum possessionem realem et corporalem apprehendendum, et iuramentum fidelitatis ab Universitatibus, Communitatibus et hominibus Civitatis et locorum praedictorum recipiendum expresse deputatus per eius litteras Apostolicas sub Dat. Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, quarto decimo Kal. Februarii, Pontificatus sui anno sexto, desuper sub plumbo expeditas, et per nos infrascriptos Notarios registratas, Volens mandata apostolica sibi commissa fideliter et diligenter exequi, intentionem suam nudavit et patefecit sese ad effectum praemissa adimplendi, Deo duce, ad Civitatem Ferrariae personaliter ire velle, et profectionis signo dari iusso, ipse una cum infrascriptis Rmis Dñis Praelatis, videlicet Perillustri et Rmo D. Alphonso Paleotto Archiepiscopo Bononiensi, ac Rmis Dñis Ioanne Antonio de Grassis Faventino, Ioanne Andrea Britonoriensi, Comite Claudio Rangono Regii, et Horatio Giraldo Comaclensi Episcopis, ac Rmis Dñis Hieronymo Aguechio Bononiensi utriusque Signaturae Sñi D. N. PP. Referendario, ipsiusque Illmi et Rmi D. Cardinalis Praelato domestico, et Marcello Marchisio dictae Signaturae Referendario, comitatus a sequentibus Ducibus et Domicellis, nempe Petro Caietano Sermonetae dicti exercitus Magistro generali et Martio Colunna Praefecto peditum Zagaroli Ducibus, et Io. Antonio Ursino Duce S. Gemini, ac Illmis Dñis Mario Farnesio tormentorum et apparatus bellici Praefecto, ac etiam Marchionibus Pirrho Malvetio equitum levis armaturae et Ascanio Corneo scolpetariorum equitum Praefectis, (et) Caesare Pepulo Marchione, ac etiam quinque equitum levis armaturae, totidemque scolpetariorum equitum turmis, quarum Duces

hi fuere Illmus D. Franciottus Ursinus Domicellus Romanus ad custodiam Principis electus, Illustres Dñi Octavius Bubalus Romanus, Caesar Ferrettus Prior Angliae Anconitanus, Agesilaus Marescottus Bononiensis, Comes Horatius de Marsciano Urbevetanus, Prosperus Iacobatius, Alexander a Mantica, Federicus de Baleonibus, Bartholomaeus Chiarus Romani et Comes Iacobus Pepulus Bononiensis, insequentibus nobilibus aulicis familiaribus et famulis dicti Illmi et Rmi D. Cardinalis, ac peditum alabarderiorum eius custodiae una cum Ill. Dño Equite Clementi Samuesio Carlutio eorum duce, ac multis aliis ducibus et cohortibus peditum, circa horam eiusdem diei decimam sextam ex dicta Civitate Bononiae per illius portam Galiera appellatam egrediens versus Ferrariam contendit, et adveniente nocte in Castro Sancti Georgii moratus, sequenti die ante lucem ex dicto Castro profectus ad Civitatem Ferrariae pergens, in itinere prope Turrim Ucellini nuncupatam perventus, ostenso sibi magno lapide veluti termino finium utriusque territorii Bononiae scil. et Ferrariae indice, ut apparet, et per eundem Illmum D. Cardinalim dicto lapide, in quo a parte Civitati Bononiae opposita insignia fel. record. Gregorii PP. XIII. et infra insignia Communis Bononiae, ab alia vero eiusdem lapidis seu termini parte versus Ferrariam insignia Ducum Estensium exculpta apparent, beneviso et considerato in nostrorum et testium infrascriptorum praesentia sponte, et ex certa eius scientia ac deliberata voluntate praelibati Sñi D. nostri, Ecclesiae Sedisque et Camerae praedictarum nominibus omni meliori et validiori modo, quo validius et melius potuit et debuit, ac potest et debet, huiusmodi finis recognovit, et in territorium Ferrariae prope dictum terminum praecedenti Cruce et magna parte ex praenominatis, qui secum ex civitate Bononiae discesserant, reliquis vero subsequentibus, ingressus realem, corporalem et actualem, pacificamque et quietam possessionem dicti territorii, ac omnium illi annexorum iurium, membrorum et pertinentiarum dictis nominibus apprehendere, et continuare se velle dixit et declaravit, ac cepit et apprehendit ramos arborum ibi prope existentium ac herbas terreni de eius mandato avulsos et collectas accipiendo, et glebas dicti terreni vertere iubendo et faciendo, omnesque et singulos actus ac terminos possessorios in similibus fieri solitos, et tam de iure quam consuetudine fieri requisitos faciendo et adimplendo, et elevatis in coelum oculis Deo Opt. Max. gloriosaeque eius Deiparae Virgini gratias agens, immensum huiusmodi beneficium a manu Dei, populorum erumnas miserati, largitum esse conspiciens gratias egit, et Psalmum: Te Deum laudamus etc. una cum infrascriptis Rmis Dñis Praelatis usque in finem devoti recitavit. Dum haec omnia sic, ut praefertur, fierent, tubarum cantu et timpanorum sono, ac militum et comitum vocibus ingenti gaudio exorto. Super quibus omnibus et singulis praemissis idem Illmus et Rmus D. Cardinalis mandavit sibi a nobis unum, seu plura publicum seu publica fieri et confici instrumentum et instrumenta. Actum ubi supra, praesentibus ibidem suprascriptis Ill. ac Rmo D. Archiepiscopo Bononiensi, ac Rmis Dñis Britonoriensi, Faventino, Regiensi et Comaclensi Epis, ac suprascriptis Rmis Agucchio et Marchisio Referendariis testibus ad praemissa omnia et singula vocatis, habitis specialiter atque rogatis.

Successive statim post huiusmodi actus, ut praemissum est, legitime factos praedictus Illmus et Rmus D. Cardinalis iter coeptum continuans, ad Palatium Belvederis nuncupatum prope Civitatem Ferrariae una cum suprascriptis accessit, in quo circa trium borarum spatium moratus est, frequenti interim Nobilium Ferrariensium numero, ac Perillustri et Rmo D. Hieronymo Matheuccio Archiepo Ragusino, et aliis ad illum visendum festinantibus, inter quos Illmus D. Comes Camillus Rondinellus Iudex Sapientum, et alii infradicendi Sapientes ac Nobiles civitatis Ferrariae, ac etiam clarissimi legum Doctores, videlicet Renatus Catus, Dantes Sogarius, Paulus Contugus, Io. Bapt. Buschettus, Dominicus Corrigianus, Ioannes Lilius et alii nomine eorum privato ac sui Collegii, et insuper Excellentes dñi Iulius Auricalcus, Hercules Parolinus, Franciscus Zurlatus et alii de Collegio Artium et Medicinae Professorum praesto fuere, et in stantia dicti Palatii, in qua praedictus Illmus et Rmus D. Cardinalis recesserat, vestem ab ima parte osculati, recepta benedictione, praedictus Ill. D. Iudex Sapientum nomine aliorumque Sapientum, inibi una cum nobis Notariis et eisdem testibus praesentium, huiusmodi seu in substantia similia verba praedicto Illmo et Rmo D. Cardinali humili gestu dixit, Civitatem et Cives Ferrariae lubentissime adventum ipsius Dñi expectare, interim se totum Commune repraesentantes Sanctissimum D. N. D. Clementem PP. VIII. S. R. E. Sedemque et Cameram Apostolicas veros Dominos Civitatis, Ducatus et annexorum Ferrariae recognoscere, ipsumque Illmum et Rmum D. Cardinalem nomine praedictorum Sñi, Sedis et Camerae ad capiendum possessionem dictae Civitatis non modo admittere, sed lubentissime suscipere paratos, Claves insuper habere in promptu non solum portarum Urbis, verum etiam Castri ac Carcerum Dñationi suae Illmae ad libitum consignandas, omniaque imperata facturos pollicendo, facultates et bona, ac etiam se ipsos suosque liberos pro Romani Pontificis et Ecclesiae servitio non minus alacri quam fideli animo effusuros. Ad ea breviter Cardinalis respondit: Sñmum D. Nrum ipsumque satis perspectam habere eorum devotam et propensam voluntatem et animum, si-

cut a Civibus nobilitate et virtute claris prout ipsi sunt expectari debet, ipsum Pontificem quanti hanc insignem ab eo recuperatam existimet Civitatem et Cives omnibus signis ostensurum beneficia pro eorum devotione et fide, quae merita exigere videntur, in dies collaturum, proinde merito gratulari posse ipsos in ditionem Romani Pontificis rediisse, Civitatem, quae a Summis Pontificibus fundamentum cepit et privilegiis decorata fuit, ipsum demum ex parte sua omnino curaturum, ut conceptae eorum spei optatus succederet finis. His verbis et aliis similibus in benevolentiae et amoris signum ab ipso prolatis, verbaque obsequii et gratiarum actionis illis replicantibus, paulo post ut possessionis apprehensionem, quam proposuerat, perficeret, et in Civitatem ingressum faceret, cubiculo descendit, et equo vectus, comitatus ab omnibus supradictis, praecedenti argentea Cruce, quam R. D. Cosimus Georgescus eius Capellanus violacea veste indutus equester deferebat, praemisso in Civitatem maiori peditum et equitum pacifice et ordinatim ingredientium numero, reliquis autem similiter subsequi iussis, ad Ecclesiam Deiparae Virginis S. Mariae Novellae nuncupatam extra portam dictae Civitatis, quam Castri Thealdi vulgo dicunt, prope Padum fluvium deflectit et ante portam Ecclesiae praedictae Rm̃um D. Ioannem Fontanam Ep̃um Civitatis Ferrariae cum albis vestibus ac mitra pontificaliter, et iuxta ipsum caeteros Canonicos Ecclesiae Cathedralis ac alios presbyteros, et religiosos claustrales una cum Confratribus sancti Iob processionaliter cum Cruce expectantes offendit: et statim praedictus Illm̃us et Rm̃us D. Cardinalis equo descendens, aquae sanctae benedictione aspersus, deosculata Cruce sibi oblata, reverentiam fecit, et statim sumpta Cardinalitia veste purpurea et galero mulam decentibus phaleris et ornamentis Pontificalibus nuncupatis instructam ascendit, et successive ante eiusdem Ecclesiae ianuam praesentibus semper ad huiusmodi actus nobis notariis eisdemque testibus, supradictus Ill. D. Comes Camillus Rondinellus Iudex, Ioan. Bapt. Cefalos Locumtenens praedicti D. Iudicis, Comes Honufrius Bevilacqua, Comes Alfonsus Turcus, Comes Galeatius Estensis Tassonus, Comes Thomas Estensis Mustus, Iulius Sacratus, Paulus Brusentinus, Alfonsus Guarescus, Franciscus Perondellus, Hercules Portus, Galeatius Riminaldus, Ludovicus Ariostus, Hieronymus Curionus, Ludovicus Zavaglia et Ludovicus Fiorinus, omnes Sapientes dictae Civitatis, illam et totum Commune Ferrariae repraesentantes et facientes, quis ex equi pedibus insilierant, post debitam reverentiam curvato genu et capite sponte non vi, dolo, metu vel fraude seducti, sed ex eorum certis scientiis ac spontanea et deliberata voluntate omni meliori modo, quo potuerunt, nomine dictae Civitatis et Communis Ferrariae, ac dicti eorum Magistratus, ac proprio eorum et privato claves ferreas omnium et singularum portarum dictae Civitatis, ac etiam illius Castri et carcerum in tribus pollubris seu bacinis argenteis existentes eidem Illm̃o et Rm̃o D. Cardinali nomine praedictorum Sm̃i D. N., Ecclesiae Sedisque et Camerae praedictorum recipienti et acceptanti obtulerunt, ac realiter et cum effectu consignarunt, devotionem et obedientiam eisdem Sm̃o ac praedicto Cardinali pollicendo et promittendo: et praedictus Illm̃us et Rm̃us D. Cardinalis, receptis huiusmodi clavibus et eorum volontate collaudata, benedictionem eisdem dedit, et incontinenti easdem claves Ill. D. Equiti Clementi Samnesio alabarderiorum custodiae Praefecto tradidit et consignavit, qui illas humiliter recepit et in eisdem pollubris deferri ante se fecit, asserens et affirmans praedictus Illm̃us et Rm̃us D. Cardinalis se per huiusmodi et alios precedentes et sequentes actus faciendos dictis nominibus Sm̃i, Sedis et Camerae claves huiusmodi acceptare, et possessionem dictae Civitatis, Ducatus et annexorum Ferrariae apprehendere et continuare velle. Actum ubi supra, praesentibus ibidem supradictis Perillustribus et Rm̃is D̃nis Archiep̃is Ragusino et Bononiensi, ac Rm̃is D̃nis Episcopis Britonoriensi, Faventino, Regiensi et Comaclensi, ac Rm̃o Hieronymo Aguochio et Marcello Marchesio Referendariis, testibus ad praemissa vocatis ut supra, habitis atque rogatis.

Successive praedictus Illm̃us et Rm̃us D. Card. praecedenti clero et Ep̃o Ferrariae cruceque et aliis praefatis, subsequentibus praedictis Rm̃is D̃nis Archiepiscopis, Episcopis ac Praelatis et multis aliis ex supranominatis, sub baldacchino sericeo albi coloris, quod infrascripti iuvenes et adolescentes dictae Civitatis, albis vestibus sericeis induti et torquibus aureis ornati, ad condecorandum ingressum, et ingredientem pedestres alternatim deferebant, hi fuere numero XXII. videlicet Comes Hippolitus Giliolus eorum caput, Doctor Alfonsus Gurettus, ac D̃ni Ludovicus Malatesta, Alfonsus Spagnolinus, Franciscus Zerbinatus, Thomas Bellagrandi, Alfonsus Patanius, Io. Paulus Bellagrandi, Alfonsus Morandi, Ioannes Paulus Obizzus, Caesar Signa, Hieroymus de Vincentiis, Nicolaus de Vincentiis, Hieronymus de Sinardis, Camillus Mazzolinus, Hieronymus Mariglella, Io. Bapt. Lucatellus, Hippolitus de Laveda, Franciscus de Sansonibus, Aleysius Cecchinus, Ioannes de Roi et Iacobus Celsta, versus dictam Civitatem et portam Castri Thealdi praedictam contendit, et superato ligneo ponte recens instaurato, insignia S. Matris Ecclesiae, Claves videlicet Apostolorum Principi ab humani generis Redemptori largitae, et ipsius Sm̃i D. N. Clementis PP. VIII. ac sua in muro supra portam coloribus picta aspexit, prout nos una cum eisdem testibus aspeximus, et in nostrorum et eorumdem praesen-

tia sponte et ex certa eius scientia, ac deliberata voluntate dictis nominibus pacificam, quietam, realem, corporalem et actualem possessionem dictae Civitatis, et annexorum iurium et pertinentiarum quorumcumque ad Sm̄um D. N., Ecclesiam, Sedem Cameramque praedictas, ut dictum est, devolutorum apprehendit et cepit, et in signum verae, realis, corporalis et actualis possessionis Capitaneum Anibalem Sturanum Ferrariensem cum aliquot militibus ad custodiam dictae portae existentem recedere et exire fecit, et loco eiusdem Anibalis Capitaneum Fabium Gallum Auximanum cum suis militibus ad beneplacitum deputavit, recepto prius ab eo iuramento de huiusmodi sibi commisso officio recte et fideliter exercendo ac exerceri faciendo, prout idem Capitaneus in nostrorum Notariorum et testium infrascriptorum praesentia, tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis, ad sancta Dei Evangelia in manibus praedicti Illm̄i et Rm̄i D. Card. iuramentum praestitit. Et ulterius praedictus Illm̄us et Rm̄us D. Card. pontem elevatorium dictae portae elevari, et portas claudi, deinde demitti et aperiri respective fecit. Super quibus omnibus et singulis praemissis petitum fuit sibi a nobis infrascriptis Notariis, ut unum vel plura publicum seu publica conficeremus et traderemus instrumentum et instrumenta. Actum ubi supra, praesentibus ibidem supradictis Perillustribus et Rm̄is Dñis Archiep̄is Bononiensi et Ragusino, ac Revm̄is Dñis Britonoriensi, Faventino, Regiensi et Comaclensi Ep̄is, et Revm̄is Dñis Hieronimo Agucchio et Marcello Marchesio utriusque Signaturae Referendariis, testibus ut supra vocatis, habitis atque rogatis.

Deinde statim peractis suprascriptis, populari applausu et vocibus ac tormentorum bombis, tubarum, tympanorum et campanarum sonis salutatus, ingenti iubilo omnium, qui vias et fenestras per quas transibat compleverant, exceptus, comitantibus semper supradictis ac testibus nobisque Notariis iisdem, versus Ecclesiam Cathedralem dictae Civitatis pergens, in itinere prope Ecclesiam sancti Iob erectum arcum triumphalem ligneum coloribus ornatum, si exigui temporis spatii, in quo confectus est, ratio habeatur, decentem admodum et elegantem notavit, is Gloriae, ut videbatur, dedicatus erat, habens in summitate ultimi fastigii superioris praedicti Sm̄i D. N. Clementis insignia sub chiara et clavibus Pontificiis, ac confalone depicta ad latera gloriosi Apostolorum Principes, et hos iuxta Honoris et Gloriae statuae visebantur, quasi praedicta insignia manu sustinentes, non procul Pax et Concordia ipsius Illm̄i et Rm̄i D. Card. insignia picta regebant, supra vero columnarum capita Iustitia et Diligentia palmis innixae aderant. Duae praeterea descriptae his verbis tabulae, prima videlicet: Clementis VIII. Pont. Max. et Gloriosissimi meritis magnitudine intuitu Divinitatis, invictaeque Iustitiae fortitudine Victoriosissimi; in altera vero: Et Petri Cardinalis Eminentissimi, qui in mirificis propriae vigilantiae consiliis et auspiciis victor Augustissimus, piissimo concordiae et pacis amore suspiratus est, Gloriae Immortali.

Evaso huiusmodi arcu alium in limine portae Palatii Ducalis appellati conspexit, is erat Aeternitati sacratus, in eius summitate praelibati Sm̄i, et ad latera insignia praedicti Illm̄i et Rm̄i D. Card. picta visebantur, cum nonnullis figuris illa sustinentibus, et infra tabulam huiusmodi verba continentem videlicet: Rerum ab illis praeclarissime ac divinitus gestarum, quas nulla unquam delebit oblivio, ab invictissimis etiam aut frustra petitarum aut omnino intentatarum, Aeternaeque nominis eorum Aeternitati.

Tertius et ultimus vero triumphalis arcus, sub quo transivit prope scalam atrii seu curtilis dicti Palatii versus Ecclesiam Foelicitati dicatus apparebat: ipsius enim Pontificis arma seu insignia a duabus statuis pro Clementia et Pace figuratis sustinebantur sub confalone in fastigio picto ab uno, et altero latere statuae Virtutem et Honorem repraesentantes ipsius Illm̄i D. Card. insignia regere videbantur, aliae praeterea figuratae pro ornamento arcus et declaratione significatus, videlicet Iridis arcus fugatis nubibus serenitatem ostentans, cum hac inscriptione, videlicet: Foelicitati, quam fugatis teterrimi belli nubibus, et perpetuae pacis serenitate reducta sanctissima tanti Pontificis clementia, et clementissima Cardinalis optimi virtus peperit S. P. Q. F. Numini Maiestatique eorum dedicatissimus summa fida religione consecravit.

Ventum deinde ad Templum Cathedrali Deo Opt. Max. et sanctis eius Georgio et Maurelio dedicatum, ante Palatium praedictum existens, tanta gentis utriusque sexus adventum huiusmodi cum gaudio expectantis multitudine refertum, ut accedentibus difficilis esset ingressus, Porta festonibus ornata erat, et supra praefati Sm̄i et a lateribus ipsius Card. insignia apposita erant, et sub Deiparae Virginis Mariae et gloriosissimi Partus ipsius statua aenea deaurata, haec erant inscripta, videlicet: Tu quoque Petrus eris et super hanc petram aedificabuntur Fundamenta Ecclesiae istae.

Eo itaque perventus Illm̄us et Rm̄us D. Card. praedictus cum praenominatis omnibus circa eiusdem diei horam xxiii. descendit, et prope ianuam aquae sanctae aspersione manu praedicti Rm̄i D. Ferrariae Ep̄i recepta iuxta altare maius dictae ecclesiae, habens paramenta alba serico et argento texta cum insigniis ipsius Illm̄i, Omnipotenti Deo devote et humiliter, ut ex aspectu et gestis colligi poterat, pro tanto beneficio Ecclesiae Romanae sibique, ac omnibus Christifidelibus huic Sanctae Sedi

devotis clementer collato gratias egit, genuflexus in loco destinato existens, choro interim vocibus et musicalibus instrumentis sonoro cantu et armonia Psalmum: Te Deum laudamus etc. decantante: finita gratiarum huiusmodi actione praedictus Rmus D. Epus Ferrariae orationem in libro Pontificali descriptam post dictum Psalmum alta voce cantavit: deinde praefatus Illmus et Rmus D. Cardinalis orationem s. Georgii alta voce legit, his peractis deosculato altari crucisque signo dextera facto, ad populum conversus apostolicam benedictionem summa omnium laetitia impartitus est. Quo facto iterum vocis multorum: Vivat Clemens VIII. Card. Aldobrandinus, saepe saepius acclamantibus, prout in itinere post ingressum continuo auditae sunt, et statim R. D. Franciscus Polos magistro caeremoniarum Smi publicavit Indulgentiam de ordine praefati Illmi et Rmi D. Cardinalis. Super quibus omnibus et singulis praemissis petitum fuit sibi a nobis Notariis publicis infrascriptis, ut unum vel plura conficeremus et traderemus instrumenta publica. Actum ubi supra, praesentibus supradictis Perillustribus et Rmis Dñis Archiepis Ragusino et Bononiensi, ac Rmis Epis Britonoriensi, Faventino, Regii et Comacli, ac Rmis Aguecchio ac Marchesio testibus ad praemissa omnia et singula vocatis, habitis specialiter atque rogatis.

Deinde incontinenti praefatus Illmus et Rmus D. Cardinalis discedens a dicta ecclesia, eadem comitante caterva, ad Castrum dictae Civitatis praecedente cruce, ipse benedictiones largiens se contulit, et quibus supra nominibus possessionem realem, corporalem et actualem, pacificamque et quietam dicti Castri et annexorum apprehendit, et coepit in illud ingrediendo, et singulos actus et terminos possessorios in similibus fieri solitos tam de iure quam consuetudine fieri requisitos faciendo et adimplendo, et inter alios actus Capitaneum Herculem Larchum ad custodiam dicti Castri seu Arcis depotatum cum eius militibus removeri, et discedere iussit et fecit, et illius loco ad beneplacitum suum deputavit Custodem seu Castellanum dicti Castri Capitaneum Hieronymum Iordanum de Perusio praesentem et acceptantem, qui tactis per eum corporaliter scripturis sacrosanctis ad sancta Dei Evangelia in manibus Dominationis suae Illmae de huiusmodi officio recte et fideliter exercendo debitum praestitit iuramentum, praesentibus nobis et testibus infrascriptis. Et insuper praefatus Illmus D. Cardinalis in signum verae, realis et corporalis possessionis pontem elevatorium elevari, et portas dicti Castri claudi, deinde aperiri mandavit et fecit. Et successive ad superiores stantias pro eius residentia praeparatas cum omnibus supradictis Rmis Dñis Archiepis, Epis, Praelatis, Ducibus ac Iudice Sapientum et Sapientibus accessit, et praedicti Dñi Iudex et Sapientes eundem Illmum et Rmum D. Cardinalem sedere fecerunt, et Sanctissimum D. Nrum Clementem PP. VIII. Sanctam Romanam Ecclesiam Sedemque et Cameram praefatas, ipsumque Illmum D. Cardinalem Legatum, a praefato Sanctissimo ad capiendum huiusmodi possessionem expresse deputato, veros Dominos dictae Civitatis, Ducatus et annexorum recognoverunt et recognoscere dixerunt, offerentes sese paratos esse obedientiam et fidelitatem praestare: et postquam illum in possessionem praedictam nomine Commonis Ferrariae induxerunt et immiserunt, praedictus Illmus et Rmus D. Cardinalis dixit et declaravit se huiusmodi captam et apprehensam possessionem dictis nominibus Sanctissimi, Ecclesiae, Sedis et Camerae retinere et continuare velle, nec propter ipsius discessum ab hac Civitate aut per depotationes ab eo factas seu faciendas de capiendo possessiones aliarum Terrarum dicti Ducatus et locorum devolotorum, aut per quemvis alium actum aliquod praeiudicium huiusmodi ab eo captae possessioni inferri seu illatam fore, et esse, posse seu debere. Super quibus omnibus et singulis praemissis petitum fuit sibi a nobis Notariis infrascriptis, ut unum vel plura publicum seu publica conficeremus et traderemus instrumentum at instrumenta. Actum in dicto Castro et stantiis, praesentibus supradictis Perillustribus et Rmis Dñis Archiepis Ragusino et Bononiensi, ac Rmis Dñis Episcopis Britonoriensi, Faventino, Regiensi et Comaclensi, ac Rmis Dñis Hieronymo Aguecchio et Marcello Marchesio utriusque Signaturae Sanctissimi Dñi nri Papae Referendariis, testibus ut supra vocatis atque rogatis.

(L. S.) Et Ego Ludovicus Martini Cam. Apost. Notarius de praeinserto possessionis instrumento in solidum una cum infrascripto Dño Francisco Rondono rogatus illud subscripsi, signavi et publicavi in premissorum fidem requisitus.

(L. S.) Ego Franciscus quondam D. Baptistae Rondoni, publicus Apost. et Imp. authoritatibus notarius et civis Ferrariensis, supr. interfui etc.

CCCCXLIII.

Instrumentum possessionis Comacli eiusque comitatus a cardinale Bandino nomine Clementis PP. VIII. captae.
Ex cod. membran. cui titulus: Comaclum, fol. 1. et in cod. Ferraria recuperata fol. 129.

In Nomine Domini Amen. Anno a Nativitate eiusdem Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Indictione undecima, tempore Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Dñi nostri, Domini Clementis divina providentia Papae Octavi, Anno eius sexto, die vero Iovis vigesimanona mensis Ianuarii, in mei Notarii publici testiumque ad haec specialiter vocatorum et rogatorum praesentia, praesens et personaliter constitutus Illmus et Rmus Dominus Octavius tituli sanctae Sabinae Sanctae

Romanae Ecclesiae presbyter Cardinalis Bandinus, Provinciae Romandiolae Exarcatusque Ravennae de latere Legatus, et ab Illmo et Revmo Dño Petro tituli sancti Nicolai in Carcere Diacono Cardinali Aldobrandino, totius status et exercitus Ecclesiastici generali Superintendenti, Ferrariae et aliorum locorum de latere Legato, specialiter deputatus et substitutus ad capiendum et apprehendendum veram, realem et actualem possessionem Civitatis Comacli eiusque Comitatus, Territorii, districtus, necnon Terrarum, Villarum, Arcium, fortalitiorum iuriumque universorum ob lineam finitam Serenissimi Alphonsi bonae memoriae Secundi et ultimi Ducis Ferrariae, seu alias ob causas ad sanctam Romanam Ecclesiam, Sanctissimum Dñum nostrum Papam Clementem Octavum Sedemque et Cameram Apostolicam reversorum, seu alias legitime devolutorum, aliaque omnia et singula infrascripta peragendum et exequendum, prout de huiusmodi deputatione et substitutione apparet publicum Instrumentum rogatum per Dñum Ludovicum Martini Notarium Reverendae Camerae Apostolicae sub die decima octava huius mensis Ianuarii praesentis Anni, quod mihi Notario idem Illustrissimus et Revmus Dñus Cardinalis tradidit et consignavit ad illudque relationem haberi voluit: vigore dictae deputationis et substitutionis idem Illmus Dominus Cardinalis Bandinus associatus magna militum armatorum, necnon familiarium aliarumque personarum multitudine, animo tamen et intentione supradicti Illmi D. Cardinalis Aldobrandini Superintendentis et Legati de latere praedicti nomine pro S. Romana Ecclesia, Sanctissimo Dño Nro Papa Clemente Octavo, Sedeque et Camera Apostolica dictam possessionem capiendi et apprehendendi, captamque et apprehensam retinendi et continuandi, ex Civitate Ravennae versus dictam Civitatem Comacli iter habuit, et perventus ad Turrim nuncupatam Bellocchio sitam in confinibus dictarum Civitatum Ravennae et Comacli prope littus Maris Adriatici, repertoque in eadem Turri quodam Ioanne Baptista de Lucianis Comaclense Custode, ut idem Ioannes Baptista asseruit, deputato a bonae memoriae Dño Alphonso Estense ultimo Ferrariae Duce, supranominatus Ioannes Baptista Custos claves eiusdem Turris eidem Illmo Domino Cardinali exhibuit et praesentavit, quas idem Illmus Dominus Cardinalis recepit, ingressusque deinde in dictam Turrim dictum Ioannem Baptistam licentiavit, et statim praefatus Ioannes Baptista licentiatus discessit, Turrimque vacuam, liberam et expeditam dimisit, et successive praefatus Illmus Dñus Cardinalis in illius Custodem elegit et deputavit Dñum Petrum de Carnevalibus Ravennatensem praesentem et acceptantem, clavesque Turris praedictae ab eodem Illmo Domino Cardinale recipientem, cui praefatus Illmus Dñus Cardinalis de dicta Turri fideliter custodienda, illaque ad Sanctissimi Dñi nostri Papae canoniceque intrantium successorum instantiam retinenda, et donec per Illmum Dñum Cardinalem Aldobrandinum Superintendentem et Legatum de latere praedictum aliter fuerit provisum, necnon de conficiendo Inventario tormentorum aliarumque rerum in ea existentium detulit iuramentum, prout idem Dñus Petrus, tactis scripturis sacrosanctis in manibus praefati Illustrissimi Dñi Cardinalis Bandini praedicta omnia et singula adimplere iuravit, sed nullum confecit Inventarium, quia incontinenti perquisitis omnibus mansionibus dictae Turris, nil adnotandum repertum fuit. Actum in dicta Turri, praesentibus Illmo Dño Francisco Cavalcante Romano, Magnifico Domino Alexandro Niella Savonensi et Rmo Dño Philippo Carradorio presbytero Feventino, testibus ad praedicta habitis specialiter atque rogatis. Deinde idem Illmus Dñus Cardinalis, relicto supradicto Dño Petro ad custodiam eiusdem Turris, et praemissa protestatione, quod per recessum ex ea possessionem captam non intendit aliquo modo amittere, quinimmo illam retinere et continuare intendit, associatus ut supra Comaclum versus iter prosequendum, perventus prope Arcem nuncupatam La Rocchetta di Magnavacca posita iuxta idem Mare Adriaticum, distantem tribus miliaribus vel circa a dicta Civitate, obviam habuit Reverendum Dominum Ioannem de Thomasiis Archipresbyterum pluresque Canonicos Cathedralis Ecclesiae, necnon Dños Hieronymum de Tomasiis et Ioannem Baptistam de Fabris Massarios, et quam plures alios cives et habitatores eiusdem Civitatis Comacli, qui maximam prae se ferentes laetitiam, ac saepe saepius acclamantes: Viva Papa Clemente Ottavo et la Santa Romana Chiesa, humiliter eidem Illmo Domino Cardinali obedientiam praestiterunt. His peractis idem Illmus Dñus Cardinalis associatus praeter alios a supradictis quoque Comaclensibus ad supradictam Arcem Rocchetta di Magnavacca nuncupatam pervenit, ubi claves dictae Arcis a Benedicto de Cavaleriis Comaclense, qui uti deputatus a Communitate dictae Civitatis cum pluribus militibus ad illius custodiam reperiebatur, exhibente et praesentante recepit, ingressusque postea in dictam Arcem eundem Benedictum aliosque milites ibidem repertos dimisit et licentiavit, prout statim idem Benedictus omnesque milites praedicti sic licentiati et dimissi abierunt, dictamque Arcem seu Turrim nuncupatam eidem Illmo Domino Cardinali liberam et expeditam reliquerunt et relaxarunt: et incontinenti praedictus Illmus Dominus Cardinalis quo supra nomine in Custodem eiusdem Arcis elegit et deputavit Dñum Paulum Armilleum Cerviensem praesentem et acceptantem, clavesque eiusdem Arcis ab eodem Illmo Domino Cardinali recipientem: insuperque idem Illmus Dñus Cardinalis eidem Domino Paulo de

Arce praedicta fideliter custodienda, illaque ad Sm̃i Domini nr̃i Papae Clementis Octavi, dunec vixerit, eoque defuncto ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegii et praefati Sm̃i Dñi nr̃i Papae canonice intrantium successorum instantiam retinenda, et donec per Illm̃um Dñum Cardinalem Aldubrandinum Superintendentem et Legatum de latere praedictum aliter fuerit provisum, necnon de conficiendo Inventario tormentorum aliarumque rerum in ea existentium detulit iuramentum, prout idem Dñus Paulus in manibus eiusdem Illm̃i Dñi Cardinalis, tactis scripturis sacrosanctis, praedicta omnia et singula adimplere iuravit. Actum in dicta Arce, praesentibus Illustribus Dominis Alexandro Lignanu Bononiense, Augustinu Bongiuvanne Romano et Francisco Basso I. V. D. Ravennate testibus ad praemissa habitis specialiter ac rogatis. Deinde idem Illm̃us Dñus Cardinalis, relicto ad custodiam eiusdem Arcis Dominu Paulo praedicto repetitaque protestatione, quod per recessum ex ea nun intendit possessionem iam captam et apprehensam aliquo modo amittere, quinimmo illam retinere et continuare intendit, associatus ut supra ex dicta Arce versus Civitatem Comacli iter continuando ad quandam Turrem Rubeam nuncupatam, per duo milliaria vel circa a dicta Civitate distantem sitamque secus Canale aquarum Vallium Comacli, pervenit, in qua Turri cum invenisset quendam Alphunsum Sozzium a Portu Ferrariensem deputatum, ut idem Suzzius asseruit, a bonae memoriae Domino Alphonso Estense ultimo Ferrariae Duce, idem Illm̃us Dñus Cardinalis ei praecepit, quod claves dictae Turris sibi consignaret, indeque cum tota eius familia abiret, ac liberam, vacuam et expeditam dimitteret praefatam Turrim, prout supranominatus Alphunsus Suzzius statim Illustrissimo Dño Cardinali praedicto claves consignavit, ex dictaque Turri cum tota eius familia discessit, et illam liberam ut supra eidem Illm̃o Dñu Cardinali dimisit: et successive praefatus Illm̃us Dñus Cardinalis in Capitaneam dictae Turris elegit et deputavit Dominum Luduvicum Gabuccinum Forosempruniensem praesentem et acceptantem, qui claves praedictae Turris ab eodem Illm̃o Domino Cardinali recepit, necnon etiam de eadem Turri fideliter custodienda, illaque ad Sm̃i Dñi nr̃i Papae Clementis Octavi, donec vixerit, eoque defuncto, ad Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Collegii, et praefati Sm̃i Dñi nr̃i Papae canonice intrantium successorum instantiam retinenda, et dunec per Illm̃um Dñum Cardinalem Aldubrandinum Superintendentem et Legatum de latere praedictum aliter fuerit provisum, necnon de conficiendo inventariu tormentorum aliarumque rerum in ea existentium iuramentum praestitit, prout tactis scripturis sacrosanctis in manibus dicti Illm̃i Dñi Cardinalis Bandini iuravit. Actum in Turri praedicta, praesentibus Magnificis Dñis Ludovico Falcone Firmano, Carolu Fantutiu de Aspra Sabinensi et Francisco Savinu de Sancta Victoria Firmanae dioecesis, testibus ad praemissa habitis specialiter atque rogatis. Postmodum idem Illm̃us Dominus Cardinalis, relicto praefato Dño Luduvico ad custodiam Turris praedictae, repetitaque denuo protestatione, quod per discessum ex ea non intendit aliquo modo possessionem iam captam et apprehensam amittere, quinimmo illam retinere et continuare intendit, ex dicta Turri exivit et associatus ut supra iter prosequendo, tandem ad dictam Civitatem Comacli per Canales et Valles maximo utriusque sexus hominum dictae Civitatis laetitia et exultatione pervenit, in eamque ingressus ad Ecclesiam Cathedralem sancti Cassiani nuncupatam primitus se contulit, ibique Deo gratias egit: deinde ad Palatium solitae residentiae Gubernatoris eiusdem Civitatis accessit, ubi visu, quod Civitas praedicta Gubernatore egebat, qui tam in Civilibus quam in Criminalibus causis ius redderet, in Gubernatorem eiusdem Civitatis cum ordinaria iurisdictione ac solitis honoribus et oneribus, et dunec per Illm̃um Dominum Cardinalem Aldobrandinum Superintendentem et Legatum de latere praedictum fuerit aliter provisum, elegit et deputavit Magnificum et excellentem Dñum Franciscum Bassum I. V. D. Ravennatem, cui litteras patentales concessit in forma solita et consueta: qui Dñus Franciscus Gobernator in continenti in manibus supradicti Illm̃i Dñi Cardinalis Bandini, tactis scripturis sacrosanctis, de fideliter dictum officium exercendo iuxta formam dictarum litterarum patentalium iuravit. Deinde idem Dñus Gubernator publicari fecit in dicta Civitate bannimenta in ingressu officii pro bonu gubernio fieri solito. Insuperque praefatus Illm̃us Dñus Cardinalis in signum verae, realis et actualis possessionis quo supra nomine captae mandavit Massariis dictae Civitatis, quatenus insignia Sm̃i Dñi nostri Papae Clementis Octavi, Sanctaeque Romanae Ecclesiae supra ostium Palatii solitae residentiae Dñi Gubernatoris, ac etiam supra Palatii Communitatis dictae Civitatis ostium opponi curent, prout iidem Massarii insignia praedicta statim in locis praedictis apponi curarunt, et ego Notarius una cum infrascriptis testibus opposita vidi. Ulterius idem Illm̃us Dominus Cardinalis Bandinus, uti deputatus et substitutus ut supra a praefato Illm̃o Dñu Cardinali Aldobrandino Superintendente et Legato de latere praedicto, pro eadem Sancta Romana Ecclesia, Sm̃o Dño nostro Papa Clemente Octavo, Sedeque et Camera Apostolica praedictis alios actus iurisdictionales et possessorios in similibus fieri solitos fecit, gessit et exercuit, veramque, realem et actualem possessionem Civitatis Comacli eiusque Territorii, Comitatus, districtus et aliorum praedictorum cepit et apprehendit, captamque et apprehensam retinuit et

continuevit. Super quibus omnibus et singulis praemissis petitum fuit a me Notario publico infrascripto unum vel plura publicum seu publica fieri, atque confici instrumentum et instrumenta. Acta fuerunt haec in Civitate Comacli et locis de quibus supra respective, praesentibus Illustri Dño Marco Antonio de Maximis Romano, Magnifico et excellenti Dño Ioanne Christoforo Osio I. V. D. Ravennate, et Magnificis Dñis Capitaneo Rugierio Savino Firmano, Bartholomeo Donato Romano et Stephano de Rubeis Amerino testibus ad praemissa habitis, vocatis specialiter atque rogatis.

(L. S.) Et ego Flavius Sacchettus de Aspra Sabinensi, publicus Apost. auctoritate Notarius in Archivio Rom. Curiae descriptus, qui una cum supradictis testibus praemissis omnibus interfui et de illis notam sumpsi ac rogatus fui: ideo hoc presens Instrumentum subscripsi, signavi et publicavi in praemissorum fidem rogatus atque requisitus.

Ego Oct. tit. S. Sabinae presb. Card. Bandinus.

(Deinde sequuntur:) Iuramentum fidelitatis et vassallagii prestitum per Commune et homines Comacli.

Possessio Palatii nuncupati Le Casette.

Inventarium rerum repertarum in Arce Magnevacca.

Inventarium rerum repertarum in Turri Rubea.

Inibitio facta Thomae de Beccariis, Depontario et Capserio introituum Vallium Comacli.

Alia inhibitio facta Antonio Ferro Proveditori Vallium Comacli.

Deputatio Capserii et Depositarii ac Proveditoris introituum Vallium Comacli una cum edicto Illmi Dñi Cardinalis super redditibus earumdem Vallium.

Deputatio Provisoris lignamiuum pro manutentione Vallium, et etiam Revisoris Bullettarum.

Nos Octavius miseratione divina tituli sanctae Sabinae Sanctae Romanae Ecclesiae presbyter Cardinalis Bandinus, Archiepiscopus Firmanus ac Provinciae Romandiolae et Exarchatus Ravennae de latere Legatus, fidem facimus atque attestamur instrumenta, quae in hoc volumine nuncupato Comaclum habentur a fol. primo usque ad fol. 29. existentia N. 6. et respective continent infractam possessionem Civitatis Comacli eiusque Comitatus per nos tamquam substitutum Illmi et Revmi Dñi Cardinalis Aldobrandini Ferrariae Legati alias captam nomine S. R. E.; Item Iuramentum fidelitatis per Commune et homines eiusdem Comacli Civitatis in manibus nostris prestitum; Item possessionem Palatii nuncupati Le Casette; Item Inventarium rerum repertarum in Arce Magnavacca et in Turri Rubea, et demum inhibitionem ac deputationem per nos factam Depositarii et Capserii ac Proveditoris et alia spectantia ad Valles Comacli esse vera originalia in publicam et auctenticam formam redacta, et propria manu scripta per Flavium Sacchettum publicum Notarium, per nos ad supradicta specialiter assumptum atque electum, qui se de praedictis omnibus et singulis, prout in iisdem instrumentis narrantur, nobis praesentibus rogatus est et ea omnia solemni stipulatione munivit, cuius scripturis plenam adhibere fidem in iudicio et extra solitum esse dicimus atque affirmamus. In quorum omnium fidem et testimonium suprascripta instrumenta in calce singulorum manu nostra subscripsimus, quod et in praesenti etiam publico scripto peregimus, et ulterius ad perpetuam rei memoriam nostro sigillo hoc ipsum signari ac muniri fecimus. Datum Ferrariae in Palatio Dñi Ioannis Baptistae Laderchii Doctoris Imolae nuncupati, ad praesens pro nostra habitatione electo, die duodecimo mensis Octobris Anno Dñi Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Pontificatus vero Smi Dñi nři Clementis VIII. anno septimo.

Ego Oct. tit. S. Sabinae presb. Card. Bandinus omnibus interfui et ita affirmo. (L. S.)

Ioannes Pacificus secretarius de mandato.

CCCCXLIV.

Iuramentum fidelitatis, vassallagii et ligii homagii praestitum per commune Ferrariae in manibus cardinalis legati. *Ex cod. Ferraria recuperata fol. 95.*

In Nomine Domini, Amen. Presenti publico instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum, quod Anno a Nativitate eiusdem Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Indictione xi., die vero Dominico prima Februarii, Pontificatus Smi in Christo Patris et D. N. D. Clementis div. provid. Papae VIII. Anno sexto, existente Illmo et Rmo D. Petro s. Nicolai in Carcere Diacono Cardinale Aldobrandino in Civitate et Ducatu Ferrariae, et ad quoscumque Italiae Principes de latere Legato, in ecclesia Cathedrali dictae Civitatis Deo O. M. et sanctis eius Georgio et Maurelio dedicata, prope altare maius eiusdem ecclesiae ad latus dexterum subtus baldachinum argento et albo serico textum, insigna eiusdem Illmi et Rmi Dñi Cardinalis habens, et super eius solitam sedem eminenter positam, et simili argenteo et sericeo panno seu tela coopertam, sedente, et ibi prope insignem crucem argenteam more Illustrissimorum et Rmorum DD. S. R. E. Cardinalium de latere Legatorum habente, inter Missarum solemnia, celebrante Illre et Rmo D. Ioanne Fontana dictae Civitatis Episcopo pontificaliter indulto et Clero assistente, praesentibus ibidem Rmis DD. Praelatis ac nonnullis Ducibus et multis Capitaneis, Nobilibus, Petriciis, Civibus et innumeris particularibus hominibus et personis utriusque sexus sacrorum celebrationi et infradicendo actui solemni interessentibus, in nostro Notariorum insolidum rogatorum

testiumque infrascriptorum praesentia personaliter comparuerunt, et humiliter se presentarunt coram eodem Illmo et Rmo D. Cardinale Legato infrascripti Illmus D. Iudex et Sapientes dictae Civitatis, videlicet: Comes Camillus Rondinellus Iudex Sapientum, Io. Bapt. Ceffalus Locumtenens dicti Iudicis, Comes Honofrius Bevilacqua, C. Alfonsus Turcus, C. Galaetius Estensis Tassonus, C. Thomas Estensis Mustus, Dñi Iulius Sacratus, Paulus Brusentinus, Alfonsus Guarescus, Franciscus Perondellus, Hercules Portus, Galeatius Riminaldus, Ludovicus Ariostus, Hieronymus Curionus, Ludovicus Zuvaglia et Ludovicus Fiorinus Sapientes dictae Civitatis, totum Commune et Universum populum Civitatis et districtus Ferrariae repraesentantes et facientes, congregati ad effectum praestandi infrascriptum iuramentum nomine ipsorum proprio et privato ac dicti Magistratus, ac etiam totius populi praedicti hesterna die per edictum publicum de mane et de sero in loco solito publicatum convocati. Quod quidem iuramentum iuxta formam infrascriptam altero ex nobis Notariis infrascriptis, scilicet me Ludovico Martini genu flexo prope dictam Sedem existente alta et intelligibili voce legente prout infra, videlicet: Noi Camillo Rondinello Guidice de Savii, Gio. Batt. Ceffalo Luogotenente d'esso giudice, Honofrio Bevilaqua, Alfonso Turco, Galeazzo Estense Tassoni, Thomaso Estense Mosti, Giulio Sacrato, Paolo Brusentino, Alfonso Guaresco, Francesco Perondello, Hercole Porti, Galeazzo Riminaldi, Lodovico Ariosto, Girolamo Curioni, Lodovico Zuvaglia et Lodovico Fiorini Savii eletti già in vita del Sermo Sig. Duca Alfonso, e tutti assieme con il Sig. Cav. Alessandro Canano et Anibale Zaninello, quali per esser impediti d'indispositione non sono qui presenti, confirmati dalla benignità di V. S. Illma et Rma, come consta per publico rogito, rapresentanti per la nostra autorità et inveterata consuetudine, confermata come s'è detto, tutt'il popolo di Ferrara et suo distretto, affermando di essere l'intero numero noi qui presenti, eccetto li doi sopradetti Cav. Canano et Sig. Zaninello assenti, per quali promettiamo de rato de far ratificare il presente atto nel termine che parerà à V. S. Ill. et Rma, potendo noi legitimamente far questo per esser oltra le dua terze parti come si vide. Essendo noi per vigore della Bolla di N. S. Clemente P. VIII. sciolti et liberati per gratia speciale di Sua Santità da qualsivoglia giuramento di fedeltà et obedienza per noi fatto à favore del Sermo Sig. D. Cesare d'Este, et anco assoluti dalle censure et pene ecclesiastiche perciò incorse, dechiaramo, confessiamo et cognoscemo primeramente l'elettione, giuramento et qualsivoglia obedienza per noi data à favore del detto Sig. D. Cesare, quale s'era intruso nel Ducato di Ferrara, esser state et esser nulle et invalide, et nullo et invalido et di nessuna fermezza et momento et il giuramento et tutte l'altre cose sopra ciò fatte, et quelle indi seguite esser state et essere contro la volontà nostra estorte, et senza alcuna autorità, et queste tutte et qualsivoglia altre fatte in qualsivoglia modo in pregiudicio della Santa Sede Apostolica revocando et detestando, comandando che si cassino, aboliscano et scancellino da qualsivoglia libro, et che s'abbruggino, volendo et ordinando che s'babbino per casse, annullate, cancellate, bruggiate, revocate et detestate, Recognoscendo anco la Santità di N. S. Clemente Papa VIII., la S. Romana Chiesa et la Sede et Camera Apostoliche veri padroni della Città, Ducato et distretto di Ferrara con mero et misto impero et podestà di sangue et total giurisdizione delle ragioni, et tutti suoi beni et di tutte le città, terre et luoghi del detto Ducato et distretto, et suoi annessi altre volte concessi in feudo dalli predecessori di Sua Santità alli antecessori d'Alfonso II. et ultimo Duca de Ferrara gloriosa memoria, si come nelle Investiture sopra ciò fatte, devoluti alla Sede et Camera predette legitimamente per esser finita la linea del detto Alfonso ò per qualsivoglia altro modo. Inherendo à tutte l'altre recognitioni et confessioni di qualsivoglia sorte ultre volte fatte à nome della Città et popolo di Ferrara, et da suoi deputati à favore delli Sommi Pontefici et della Sede Apostolica, et unco à quelle fatte da Noi per la consegna delle chiavi delle porte, castello et priggioni di questa città, et immissione in essa et recevimento in padroni, volendo che queste s'habbino qui per espresse à pieno et à sufficienza, Facendo pieno homaggio liggio et Vassallaggio al prelibato Smo S. N. Papa Clemente, S. Romana Chiesa, Sede et Camera predette, et per esse à voi Illmo et Rmo Sig. Pietro di s. Nicolò in Carcere Diacono Card. Aldobrandino di tutto lo Stato et essercito ecclesiastico generale Sopraintendente, et in questa Città et Ducato di Ferrara et à qualsivoglia Prencipe d'Italia de latere Legato presente, et à nome di Sua Santità, Chiesa, Sede et Camera predette accettante et recevente Promettemo et facemo professione, che da questa hora inanzi saremo fedeli, devoti et obedienti al prelibato Smo S. N. Clemente Papa VIII. et suoi successori, che intraranno canonicamente, non saremo in consiglio, consentimento ò fatto, che perdino vita ò membro ò siano presi di mala cattura. Il consiglio secreto, quale per essi ò suoi messi ci faranno sapere, non violaremo senza licenza sua ad alcuno. Et se sapremo, che si tratti cosa alcuna contro la persona, honore et dignità in pregiuditio suo per quanto potremo l'impediremo che non si facci, et gli lo faremo sapere per messaggieri espressi ò altri, per quali fedelmente et quanto prima gli possa pervenire à notitia. Il Papato Romano et le regaglie del beato Pietro, et tutte le singole raggio-

ni, quali ha la S. Rom. Chiesa, Sede et Camera in questa Città, Ducato et distretto con li annessi et luoghi devoluti, per tutto deffenderemu con tutte nostre forze contr'ogni persona: li statuti, leggi et ordinationi di N. S. et suoi successori osservaremo et faremu osservare per quanto potremo, et tutte le altre cose, quali li veri et fedeli vassalli delli ducati, città, terre et luoghi, soggetti alla Sede Apostolica mediatamente ò immediatamente fanno et devonu fare, et ciascuna di esse faremo et adempiremo, et faremu fare et adempire per quanto potremo. Le quali cose tutte dette di sopra et ciascuna di esse à nome di sopra tanto publico quanto privatu promettiamo et giuramo, et ciascunu di noi promette et giura d'attendere et osservare senza dulo, fraude et malitia: cossi Iddio nui et ciascunu di nui aiuti, et questi santi de Diu Evangelii.

Supradicti omnes et singuli DD. Iudex et Sapientes ibidem praesentes genuflexi, praemissis auditis et bene per eos, ut asseruerunt, intellectis, in manibus praedicti Illmi et Rmi D. Cardinalis Legati, Smi D. N. PP. Ecclesiae, Sedis et Camerae praedictarum nominibus acceptantis et recipientis, corporaliter tactis per eos ambabus manibus Evangeliis sacrosanctis, ac deosculata reverenter Sma Servatoris nostri Crucifixi imagine in libro Caeremoniali nuncupato impressa, dictis nominibus propriis et privatis, ac Magistratus et totius populi predicti iuxta supradictam formam sponte, et ex eorum certis scientiis ac deliberatis voluntatibus, non vi, dolo, metu vel aliqua fraude seducti, omni meliori modo, via, iure, causa et forma, quibus validius, melius et efficacius potuerunt et debuerunt, ac possunt et debent, prestiterunt et quilibet ipsorum unus post alium, tactis Evangeliis ut supra, iuravit et praestitit. Actum ubi supra, praesentibus ibidem Perillustre et Rmo D. Hieronymo Archiepiscopo Ragusino, Rmo D. Hieronymo Agucchio utriusque Signaturae Sanctissimi D. N. Papae Referendario etc. ut supra pag. 566.

CCCCXLV.

Iuramentum fidelitatis, vassallagii et ligii homagii praestitum pontifici in Urbe per oratores Ferrarienses.
Ex cod. Ferraria recuperata fol. 465.

In Nomine Domini Amen. Praesenti publico Instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum, quod Anno a Nativitate eiusdem Domini Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Indictione undecima, die vero vigesima prima mensis Martii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Dñi nostri, Domini Clementis divina providentia Papae Octavi anno septimo, In mei Notarii Camerae Apostolicae et testium infrascriptorum praesentia personaliter Constitutus Illmus et Rmus Pater Dñus Silvius Antonianus, Canonicus Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, Cubiculi eiusdem Sanctissimi Domini nostri Papae Praefectus et Secretarius domesticus, retulit mihi Camerae Apostolicae et devolutionis Ducatus Ferrariensis Notario publico infrascripto, die decima septima praesentis mensis Martii fuisse rogatum de iuramento obedientiae et fidelitatis, quod eidem Sanctissimo Domino nostro Papae et Sanctae Sedi Apostolicae praestiterunt Illmi Domini Renatus Catus, Comes Onufrius Bevilacqua, Comes Hercules Giliulus et Ioannes Baptista Cefalus Iurisconsultus, quatuor ex Oratoribus ab Illmis Dominis Iudice et Sapientibus, ac Communitate et hominibus Civitatis Ferrariae ad pedes Sanctitatis Suae deosculandum, et illi ac Sanctae Sedi Apostolicae debitum fidelitatis iuramentum praestandum missi, quod iuramentum Dominatio sua Illma in publicum Instrumentum redactum mihi eidem Notario consignavit tenoris sequentis, videlicet:

In Nomine Domini Amen. Omnibus praesens scriptum visuris, lecturis et audituris notum sit, quod feria tertia maioris hebdomadae die decima septima Martii MDXCVIII. Romae in Palatio Apostolico apud Sanctum Petrum in Aula, quae dicitur Constantini, Sanctissimus Dominus noster Clemens PP. VIII. sedens in solio eminenti cum stola, adstante Sacro Rmorum Dominorum sancte Romane Ecclesie Cardinalium Collegio, admisit ad osculum pedis, et ad praestandum fidelitatis iuramentum quatuor Oratores missos ad Sanctitatem Suam et ad Sedem Apostolicam a Iudice et Sapientibus et Communitate Ferrariae: hi fuere Renatus Catus, Comes Onufrius Bevilacqua, Comes Hercules Giliulus, et Ioannes Baptista Cefalus Iurisconsultus. Sex autem dilecti fuere, sed Comes Galeatius Tassonus in morbum incidit, cum adhuc Ferrariae esset, Comes vero Alfonsus Turcus, unus etiam ex Oratoribus ab eadem Communitate missis, Romae quidem praesens, sed valetudine impeditus non interfuit. Hi igitur quatuor a Guido Praevosto et Ioanne Paulo Mucantio Caeremoniarum Magistris primum adducti sunt ad pedes Sanctitatis Suae cum genuflexionibus consuetis, et osculato pede Sanctitatis Suae obtulerunt ei litteras missivas supradictorum Iudicis, Sapientum et Communitatis Ferrariae ad Sanctitatem Suam scriptas, datas vigesima tertia Februarii anni praesentis, vulgari sermone conscriptas, quas ego Secretarius infrascriptus iussu Sanctitatis Suae clara voce legi, et quarum tenor est talis, extra: Alla Santità di Nostro Signore Papa Clemente VIII. Intus vero: Beatissimo Padre. Vengono à Santissimi piedi di Vostra Beatitudine il Sig. Renato Cato, il Conte Hunufriu Bevilacqua, Conte Alfonsu Turco, Conte Hercole Gilioli, Conte Galeazzo Tassone et il Sig. Gio. Battista Cefalu Giureconsulto, eletti Ambasciatori da noi, per rendere in nume di tutto il Pupolo à Vostra Beatitudine quell'ubidienza, et à prestar quel giuramento di

fedeltà, che conviene à Città che per molta gratia di Dio sia venuta immediatamente sotto il dominio di Santa Chiesa et della Santità Vostra, la quale supplichiamo humilissimamente di prestare à detti nostri Ambasciatori quella fede che degnarebbe di dare à noi medesimi, che con ogni humiltà adorandola le baciamo i Santissimi piedi. Di Ferrara il dì XXIII. Febraro MDXCVIII. Di Vostra Beatitudine, Humilissimi et devotissimi servi, Il Giudice et Savi del Commune di Ferrara. Alberto dalle Monete Notaro de XII. Savi di Commissione. Quibus lectis, unus deinde ex Oratoribus praedictis, videlicet Renatus Catus flexis genibus, sicut et eius Collegae, habuit orationem latinam eorum legationi accommodatam, in qua sui et Collegarum adventus causam praecipuam expressit, nimirum ut Sanctissimo Domino nostro et Sanctae Sedi Apostolicae uti veri subditi et vassalli iuramentum fidelitatis praestarent: qua oratione absoluta iterum ad pedes Sanctitatis Suae reducti sunt Oratores praedicti, ibique pariter genuflexi, propositis coram eis sacrosanctis Evangeliis, idem Renatus Catus suo ipsius et Collegarum, ac Civitatis et Communitatis Ferrariae nomine legit et pronunciavit clara voce et de scripto formam iuramenti fidelitatis, et tam pro se ipsis, quam pro Populo et Civitate Ferrariae dederunt, iurarunt et praestiterunt Sanctissimo Domino Nro Papae Clementi VIII. eiusque successoribus Romanis Pontificibus canonice intrantibus, et Sedi Apostolicae ac Romanae Ecclesiae fidelitatem, Vassallagium et ligium hominium, confitentes, agnoscentes et promittentes Civitatem Ferrariae eiusque districtum et universam eius ditionem, civitates, oppida, castra, terras, fortalitia pertinere ad immediatum dominium, plenam, liberam et absolutam potestatem Sanctitatis Suae et Summi Romani Pontificis pro tempore existentis, et Sanctae Romanae Ecclesiae, Sedis et Camerae Apostolicae, et ad eam solam, neque ad quemcunque alium spectare, dictamque Civitatem Ferrariae cum omni eius ditione, ut supra, devolutam esse pleno iure ad eandem Romanam Ecclesiam, et Cameram Apostolicam ex linea finita per obitum felicis recordationis Alphonsi Estensis ultimi Ferrariae Ducis proxime defuncti, promittentes iidem Oratores tam suo, quam Civitatis et Communitatis Ferrariae nomine quo supra se nullo unquam tempore alium Dominum recogniturus, nisi Sanctitatem Suam et Summum Romanum Pontificem et Sedem Apostolicam, eiusque mandatis se omni cum fidelitate, ut tenentur, perpetuo obtemperaturos, prout in supradicta iuramenti forma plenius continetur: qua perlecta, tam idem Renatus, quam caeteri Oratores praedicti singuli iurarunt, tactis ambabus manibus et osculatis sacrosanctis Evangeliis. Acta haec sunt die, mense, anno et loco quibus supra, praesentibus Praelatis et Aulicis Romanae Curiae ex omni ordine quamplurimis et familiaribus Dñi Nri Papae, et nominatim Ludovico Angelita clerico Firmanae dioecesis, Pincerna eiusdem Domini Papae et Camerario, assistente Ioanne Baptista Saxatello clerico Imolensis dioecesis, Canonico Basilicae Sanctae Mariae Maioris de Urbe et Papae Camerario intimo participante, Hieronymo Centello clerico Romano, et Conrado Tartarino clerico Civitatis Castelli, Sanctissimi Domini Nostri Papae Cubiculariis secretis. Et quia ego Silvius Antonianus Romanus presbyter, Canonicus Basilicae Sancti Petri de Urbe, eiusdem Sanctissimi Domini Nostri Papae Camerae Magister et Secretarius domesticus, omnibus et singulis supradictis, dum sic agerentur, interfui, et de eisdem iussu Sanctitatis Suae rogatus fui etiam ad referendum in Camera Apostolica: ideo in fidem praedictorum omnium et singulorum praesentem attestationem et relationem aliena manu mihi fida scriptam subscripsi mea manu et sigillum meum apposui. Loco ✠ sigilli. Super quibus omnibus et singulis petitum fuit a me Notario publico, ut unum vel plura conficerem Instrumenta publica. Actum Romae in Aula ante cubiculum Sanctitatis Suae, praesentibus ibidem Illmo et Rmo D. Tiberio Cerasio, Suae Sanctitatis et Camerae Apostolicae Thesaurario generali, et Illustri D. Pompeio Molella Fisci eiusdem Sanctissimi Domini Nri Papae Procuratore generali, testibus ad praemissa omnia et singula vocatis et habitis.

(L. S.) Ego Lutius Calderinus Camerae Apostolicae et causae devolutionis Ducatus Ferrariensis Notarius, de praemissis rogatus praesens Instrumentum subscripsi et publicavi requisitus.

CCCCXLVI.

Cardinalis Aldobrandinus legatus gesta et acta per suos substitutos in capienda possessione castrorum etc. ducatus Ferrariensis confirmat. *Ex cod. membr. Ferraria recuperata fol. 457.*

Nos Petrus miseratione Divina sancti Nicolai in Carcere Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, totius status et exercitus ecclesiastici Generalis Superintendens, et in Civitate ac Ducatu Ferrariae, et ad quoscunque Italiae Principes de latere Legatus, per praesentes nras litteras declaramus atque notum esse volumus, in hoc volumine inscripto, Ferraria recuperata, foliorum 456. contineri publica instrumenta eorum, quae nos in recuperatione ac adeptione possessionis Status et Ducatus Ferrariae nomine Smi Domini Nri Papae Clementis Octavi et Sanctae Romanae Ecclesiae peregimus, necnon etiam quae infrascripti nri substituti ac specialiter Subdelegati gesserunt, videlicet: Illmus et Rmus dñus Cardinalis Bandinus in capienda possessione Civitatis et Comitatus Comacli, Rmi Dñi Hieronimus Matthenccius Archiepiscopus Ragusinus in dividendis ac recipiendis scripturis, Dñus Claudius

Rangonus Epus Regiensis in terris et locis Figaroli, Stellatae, Tercentae, Mellariae et Bondeni, Dñus Ioannes Fontana Epus Ferrariae in aliis terris, castris et locis Porti, Argentae, Lugi, Sanctae Agathae, Massae Lombardorum, Consilicis, Cotignolae, Bagnacaballi et Filli, Dñus Horatius Geraldus Epus Comaclensis in terris Crespini, Ariani, Codegori, Massae Fiscaliae et Miliarii, Dñus Horatius Spinola in terris Centi et Plebis, Illmus Dominus Marius Farnesius super dividendis et recipiendis tormentis bellicis, Dñus Hercules Portus in possessione piardarum (sic), passuum, datiorum et aliorum similium locorum existentium sub nostra Ferrariae legatione: quas omnia per praedictos nostros Subdelegatos gesta, necnon etiam stipulata per notarios ab ipsis electos ac deputatos, et alia a nostris notariis Ludovico Martino et Francisco Rondono in publicam formam redacta, et ea omnia et singula in hoc praesenti volumine contenta approbamus, ratificamus atque emologamus, et ea, qua fungimur auctoritate, acceptamus, et nullitates omnes, si quae forsan intervenerint, aut alias quosvis defectus tam iuris quam facti et solemnitatum etiam substantialium corroboramus, et omni meliori modo iisdem supplemus. In quorum omnium fidem, testimonium, robur ac firmitatem praesens hoc instrumentorum volumen ad perpetuam rei memoriam nostra manu subscripsimus, nostroque sigillo muniri ac roborari fecimus. Datum Ferrariae die xv. Novembris 1598. Pontificatus vero Smi D. N. Anno Septimo.

P. Card. Aldobrandinus Legatus. (L. S.)

Hermanius de Valentibus secretarius de mandato

CCCCXLVII.

Clemens PP. VIII. concedit civitati Ferrariensi, ut apud sedem apostolicam oratorem habere possit, cui in cappella et aliis publicis actibus pontificiis ad instar aliorum oratorum locus designatur. *Ex Reg. Brev. fol. 230. et Bull. Rom. Tom. V. P. II. pag. 239.*

Dilectis filiis Iudici Sapientum ac Sapientibus et Consiliariis Civitatis nostrae Ferrariensis.

Clemens PP. VIII.

Dilecti filii, Salutem etc. Paterna nostra erga vos ac Civitatem nostram Ferrariensem, quos in visceribus gerimus caritatis, voluntas nos inducit, ut nullam vos cohonestandi ac privilegiis et gratiis ornandi occasionem praetermittamus. Motu igitur proprio ac ex certa scientia ac mera deliberatione nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine vobis, ut unum oratorem a vobis iuxta formam alias per nos praescriptam eligendum ad nos et apostolicam sedem mittere, et in Romana curia retinere valeatis, qui orator apud nos et eamdem sedem residere et locum in cappella nostra pontificia, ac in quibuscunque aliis actibus solemnibus, in quibus nos et pro tempore existentes Romani pontifices cum curia nostra et Principum ac aliarum Civitatum oratoribus adesse solemus, per nos assignandum locum habere, ac quibuscunque honoribus, privilegiis, praerogativis et favoribus, quibus alii civitatum nobis et sanctae Romanae Ecclesiae subiectarum oratores frui et gaudere solent et possunt, pari modo frui et gaudere possit et debeat, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus, Non obstantibus etc. Datum Romae apud S. Petrum sub annulo piscatoris die 1. Martii 1599. Pontificatus nostri anno octavo.

CCCCXLVIII.

Dominicus Blondus mittitur pro componendis differentiis confinium inter status Ferrariae et Mantuae. *Ex Reg. Brev. fol. 464. et Bull. Rom. T. V. P. II. pag. 464.*

Dilecto filio Dominico Blondo utriusque Iuris Doctori, Commissario nostro.

Clemens PP. VIII.

Dilecte fili, Salutem et apostolicam benedictionem. Cum ad componendas differentias, quae super finibus inter statum nostrum Ferrariae et [inter] statum Mantuae dilecti filii Nobilis viri Vincentii Mantuae et Montisferrati Ducis temporali dominio subiectum vertuntur, aliquam personam fide, prudentia, doctrina, integritate et experientia praestantem, quae cum alia persona ad hunc effectum a praedicto Vincentio Duce deputanda, seu forsan deputata conveniat, et ad loca differentiarum accedat ipsasque differentias concordare curet, deputare decreverimus: ad te, qui nunc Auditoris generalis causarum civilium nrae civitatis Bononiensis munere fungeris, ac de cuius fide, integritate, doctrina ac in rebus agendis solertia et dexteritate plurimum in Domino confidimus, direximus oculos nrae mentis: itaque te nostrum et Apostolicae Sedis ad praemissa peragenda Commissarium cum facultate et auctoritate omnia et singula, que ad huiusmodi differentias concordandas pro nro et eiusdem Sedis honore ac praedicti status nostri Ferrariae atque status etiam Mantuae communi quieta et commodo expedire cognoveris, faciendi, gerendi et exequendi, necnon pro distinctione agrorum terminos et testes lapideos inter utriusque status fines in locis tibi, et deputato dicti Ducis benevisis constituendi auctoritate apostolica tenore praesentium constituimus et deputamus, in contrarium facientes non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud S. Marcum sub annulo piscatoris die 24. Iulii 1602. Pontificatus nostri anno undecimo.

CCCCXLIX.

Instrumentum concordiae super aquis Clanarum inter Paulum PP. V. et Ferdinandum Medicеum magnum Etruriae ducem initae. *Ex originali.*

In Nomine Domini Amen. Praesenti publico instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a Nativitate Dñi Millesimo sexcentesimo

septimo, Indictione v. die vero decima mensis Septembris, Pontificatus Sanctissimi In Christo Patris et Dñi nři, Dñi Pauli Divina providentia Papae V. anno tertio. Cum nunquam satis fuerit provisum controversiis, quae continuo inter Plebanos et Clusinos occasione confinium et aquarum exoriuntur, ut illis aliquando de communi consensu finis imponeretur, deputati nuper fuerunt hinc inde tam a Smo Dño nostro, quam a Sermo Magno Etruriae Duce Commissarii, qui post accessum ad loca differentiae, habito simul pluries tractatu et re bene discussa, redierunt suis Principibus, quae gesta fuerunt, renunciantes: unde postea Sanctissimus Dñus noster iterum deputavit Perillustrem et reverendum D. Fabritium Verospum utriusque Signaturae Referendarium et audientiae literarum contradictarum Auditorem, nec non Perill. D. Mutium Matthaeium nobilem Romanum, sicuti pariter Sermus Magnus Etruriae Dux pro parte sua elegit Illustrissimum D. Ioannem de Nicolinis nobilem Florentinum et suum apud Smum D. N. oratorem, qui deputati iuxta suas facultates per literas apostolicas in forma Brevis, nec non instrumentum procurae respective inferius registrandum in nostrum Notariorum in solidum rogatorum et testium infrascriptorum praesentia ad infrascriptam transactionem devenerunt.

1. Che dalli Pievaioli et Ecclesiastici si faccia nel Paduale verso Città della Pieve un argine grosso in pianta palmi trenta, in cima palmi dieci et alto quanto giudicheranno li Periti d'ambe le parti, che basti à riparare che l'acque della Chiana escrescenti dell'inverno non lo cavalchino, et si faccia con sua banchina larga palmi dodici, et detto argine sarà distante da quello che banno li Chiusini dalla parte verso Chiusi braccia centocinquanta, et così si mantenga, acciò in quel mezzo di detti argini la Chiana habbia il suo corso, et si cominci dal Chiaro della Pieve con seguitarsi sempre con la sudetta distanza sino al fine dell'argine Giafigliazzo verso le Torri.

2. Da questo termine in sù verso le Torri si vada continuando con la medesima linea quanto si potrà, dove sia terra da farlo, et sempre così distante dall'acqua della Chiana dell'estate, che vi si possino ritenere l'acque dell'inverno che non lo cavalchino, et si arrivi sino al Poggio del Papa o al Rio della Valle de Sassi con attestarlo quivi al sito alto, ma dal detto Rio in sù verso le Torri si lassi come di presente.

3. Che li Pievaioli siano obligati a mantenere detto argine stabile, nè variarlo in modo alcuno in pregiudizio de Chiusini, nè tollerare che sia danneggiato, ma gastigare li dannatori, et risarcire tutte le rotture et danni che in quel luogo succedessero.

4. Che oltre questo in caso di danno, di rotture o abbassamento di detto argine non rimediandovi li Pievaioli subito che succedino così d'inverno come d'estate, competa alli Chiusini libera facultà di risarcirlo et rialzarlo à spese dell'obligati, fattone però prima intimatione al Governatore et alli Priori con semplice lettera missiva, et in loco delli Priori al lor Cancelliere, acciò possa mandare è vedere per loro interesse.

5. Che li Chiusini per il mantenimento del corso dell'acqua della Chiana nel corso che ha di presente, seguitino di perfettionare con ingrossamento et alzamento al pari di quello della Pieve l'argine che banno di presente, et con allungarlo verso il Chiarore della Pieve, et devino mantenerlo.

6. Che inoltre devino continuare l'Alia cominciata fino al Monte grossa et alta come sarà il resto dell'argine.

7. Che tanto li Pievaioli quanto li Chiusini, et ciascuna delle parti infra il loro argine et le terre possa fare un fosso per scolo di dette terre capace di detto scolo.

8. Che li Chiusini siano obligati mantenere et risarcire il sudetto loro argine come li Pievaioli, et non lo facendo habbino li Pievaioli la medesima facoltà circa questo argine delli Chiusini, che di sopra si riserba alli Chiusini circa quello delli Pievaioli.

9. Che il confino delli Pievaioli s'intenda sempre fino all'acqua tanto dentro li due argini, quanto di fuora, ogni volta che la Chiana pigliasse altro corso, ma all'hora sarà in potere delli Chiusini di fare ritirare indietro li Pievaioli con richiudere di nuovo detta Chiana fra li due argini.

10. Che dalla detta Alia in sù verso le Torri già che la Chiana và quasi accanto al Monte de Chiusini non siano obligati li Chiusini à farvi argine.

11. Che tutto il paese con l'acqua, argini et ogni altra cosa verso Città della Pieve dall'acqua della Chiana s'intenda di dominio, proprietà, giurisdittione et territorio delli Pievaioli.

12. Che l'acqua della Chiana sopra il Chiarore della Pieve verso le Torri con li suoi effetti, iurisdittione, territorio, dominio, proprietà, pesche, porti, gabelle et altro si conservi come di presente alli Chiusini con facoltà libera et assoluta di mantenere corrente detta acqua, nettare l'alveo, levare ogni impedimento, et fare tutto quello sarà opportuno per mantenerla corrente ancora lungo la banchina dell'argine de Pievaioli, li quali sotto pretesto di loro territorio fino all'acqua non possano fare innovatione, ma il tutto si aspetti alla facoltà delli Chiusini, li quali inoltre devino alzare, ingrossare, fortificare et mantenere il loro argine come di sopra, accomodarli la banchina, et possino perciò valersi del terreno dell'alveo fra l'uno et l'altro argine tante volte quanto bisognerà.

13. Che il Chiarore della Pieve si mantenga colle sue pesche et altro come al presente sotto il dominio, proprietà, iurisdittione et territorio delli Pievaioli, et in evento di diseccatione l'acqua che

passerà per quello sarà nel medesimo modo de' Pievaioli, di maniera che li Chiusini non possano per alcun tempo venire con il suo confine se non fino all'acqua.

14. Che infra il Chiarore della Pieve et il canale sopra Buterone con arrivare fino al detto canale, et con tagliare cannucce, scerpi, veticci et altro che vi sia fino alla pelle della terra senza però scavamento d'essa si faccia dalli Pievaioli un'apertura di largbezza di braccia ottanta, et si mantenga d'ogni tempo alla detta pelle della terra, et sia in facultà alli Chiusini volendo intervenire quando si farà di tempo in tempo detta apertura.

15. Che mancando li Pievaioli d'havere ogni anno per tutto il mese d'Agosto tagliato come sopra per mantenimento di detta apertura sia in facoltà libera delli Chiusini, senza se li possa dare impedimento alcuno, scritto che si havranno nel mese di Settembre al Governatore et alli Priori della Pieve con bastare che la lettera dei Priori sia presentata al loro Cancelliere et aspettato per quindici giorni, acciò il Governatore et li Priori ne possino dar notitia alli loro Superiori à Roma, il supplire et far lavorare per li Pievaioli à spese di detti Pievaioli senza però scavamento.

16. Che la Tressa con il Moiano et altre acque de Pievaioli, che in quella si trovano al presente, s'habbia à pigliare dalli Pievaioli verso la Pieve, et separata dall'acqua della Chiana, in maniera che li periti sopradetti giudichino non possa nuocere all'argine de Pievaioli, si conduca dalli medesimi ad entrare nel Chiarore della Pieve lontano per cinquanta braccia dalla bocca sudetta della Chiana, et per il medesimo Chiarore di mano in mano che si diseccasse si vada conducendo all'apertura sopradetta arginata dalla parte di verso la Chiana, acciò non gli impedisca il suo corso et esito per l'apertura, et alli Chiusini à cautela loro in questo caso di diseccatione di mano in mano che succedesse, competa facoltà di metter mano à detto lavoro et proseguirlo in luogo delli Pievaioli, ogni volta che li havranno fatto sapere a quelli che si è detto nel precedente capitolo, et in spatio d'un mese non si sarà preso provedimento.

17. Che à tutti li lavori sopradetti si metta mano dalle parti quanto prima, et di tutto si faccia instromento publico con le clausole solite et opportune, con aprovatione di Sua Santità per parte della Pieve, et di Sua Altezza per parte di Chiusi.

Et pro maiori transactionis et concordiae praedictarum ac presentis instrumenti subsistentia praedicti Rm̃us D. Verospus et D. Mutius ex parte Suae Sanctitatis, nec non dictus Illustrissimus D. Ioannes ex parte Serm̃i Magni Ducis respective deputati promiserunt, et quilibet ipsorum promisit, quod iidem Sm̃us et Serm̃us huiusmodi instrumentum et omnia in eo contenta valide ratificabunt.

Demum transactionem, compensationem et concordiam huiusmodi, praesensque instrumentum ac omnia et singula in eo contenta praedicti domini deputati promiserunt, et mutua ac solemni stipulatione hinc inde interveniente convenerunt perpetuo et inviolabiliter attendere et observare, ac attendi et observari facere per Communitates et subditos praedictos respective, et alios quoscunque ut supra, et in aliquo non contravenire, dicere vel facere per se vel alium seu alios in iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliqua ratione vel causa, pretextu vel quesito colore sub poenis in dictis capitulis contentis: pro quibus omnibus et singulis observandis obligarunt, et quilibet ipsorum obligavit sese dictis nominibus, prout in dictis capitulis continetur, renunciantes etc. iurarruntque etc. praedictus Rm̃us D. Verospus tacto pectore more Praelatorum, et dicti dñi deputati scripturis sacrosanctis ad sancta Dei evangelia respective. Super quibus etc. Actum Romae in palatio Illm̃i et Rm̃i Dñi Francisci Mariae Cardinalis de Monte nuncupati, et in camera audientiae S. Illm̃ae Dominationis, etiam ipso Illm̃o D. Cardinali assistente, praesentibus ibidem Illm̃o D. Io. Baptista Incoronato nobili Romano, et Magnifico ac excellenti D. Petro Gerio quondam Rochi de Aretio V. I. D. et D. Io. Baptista Portinario de Dovadula Britonoriensis dioec. ac R. D. Adriano Ciamberlino quondam Evangelistae de Cingulo Auximanae dioec. testibus ad id vocatis et rogatis.

Tenor autem Brevis Sanctissimi talis est, qui sequitur, videlicet:

Dilectis filiis Magistro Fabritio Verospio in utraque Signatura nostra Referendario, et literarum audientiae nostrae contradictarum Auditori, ac Mutio Matthaeio nobili Romano, Commissariis nostris.

Paulus PP. V. Dilecti filii, salutem et apostolicam beneditionem. Cum superioribus mensibus vos licet non solos Commissarios nr̃os super negocio Clanarum specialiter deputaverimus cum facultatibus tunc expressis, prout in nostris sub die xix. mensis Aprilis proxime praeteriti in hac forma Brevis expeditis litteris plenius continetur: nunc utriusque vestrum fide, prudentia, integritate, et singulari erga nos et Apostolicam Sedem devotione plurimum in Domino freti, certis de causis animum nostrum moventibus vobis ambobus simul procedentibus, ut cum Dilecto filio Nobili viro Ferdinando Medices Magno Duce Etruriae sibi subiectae, eiusque subditis territorii nimirum Clusinae Cotonae et Montis Politiani pro nostris, et Sedis Apostolicae subditis territorii Civitatis Plebis, et Marchiouatus Clugii et aliorum locorum super controversiis et differentiis occasione aquarum Clanarum, et fluminum in illas confluentium, necnon finium et iurisdictionis inter ipsos nostros et Sedis Apostolicae ex una, et dictum Ferdinandum Magnum Ducem eiusque subditos ex altera partibus verten-

tibus transigere et concordare, ac huiusmodi controversias et differentias per viam transactionis huiusmodi praecidere et terminare, ac super his unum vel plura transactionis instrumenta cum promissionibns, conventionibus, pactis, obligationibus, clausulis et cautelis necessariis et opportunis celebrari facere, quascumqne Civitates et homines civitatum, terrarum et locorum nobis et Sedi Apostolicae subiectorum pro observantia omnium et singulorum, quae stabiliveritis, obligando, et alia omnia et singula, quae in praemissis et circa ea necessaria seu qnomodolibet opportuna fore dnxeritis, etiam si talia forent, quae specialem requirerent mentionem aut mandatum, dicere, ordinare facere et exequi libere et licite possitis et valeatis, auctoritate apostolica tenore praesentium plenam, liberam et amplam facultatem, potestatem et auctoritatem concedimus et impartimur, Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac civitatum et locorum praedictorum etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis qnoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum qnomodolibet concessis, confirmatis et approbatis, quibus omnibus et singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis babentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisqne contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Marcum sub anulo piscatoris die VII. Septembris MDCVII. Pontificatus nostri anno tertio. Scipio Cobellutius.

Locus ⊙ anuli piscatoris.

Tenor autem instrumenti mandati procurae Serenissimi Magni Ducis est, qui sequitur, videlicet:

In Dei nomine Amen. Anno a salutifera Incarnatione D. N. Iesu Christi Millesimo sexcentesimo septimo, Indictione quinta, die vero quinta Septembris, Paulo V. Pontifice Maximo et Serenissimo Ferdinando Medice Etruriae Magno Duce dominante, Actum Florentiae in palatio Serenissimi Magni Dncis nuncupato Pitti, praesentibus M. Illmo Dño Bellisario Vinta primo a secretis Status S. C. Serenissimae et Domino Angelo Pauli del Bufalo nobili Romano Equite divi Stepbani testibus. Publice pateat, qualiter Serenissimus Dominus Ferdinandus Medices Etruriae Magnus Dux tertius, Florentiae et Senarum Dux quartus quolibet dictorum nominum tam coniunctim quam divisim, et alias omni meliori modo, via, iure, causa, nomine et forma, qno, qua et quibus magis et melius ac validius fieri potuit et potest, citra revocationem cuiuscumqne alterius mandati per eius Celsitudinem hactenus facti tam in infrascriptum dñum Procuratorem, quam in quamcumque aliam personam, fecit, constituit, creavit et solemniter ordinavit eius verum, certum, legitimum et indubitatum Procuratorem et negociorum infrascriptorum gestorem, ac certum Nuncium specialem et generalem, ita tamen quod generalitas specialitati non deroget nec contra, videlicet Illmum Dñum Ioannem de Nicolinis nobilem Florentinum et S. C. Serenissimae apud Smum Dñum nostrum Oratorem, licet absentem, sed tanquam praesentem specialiter et expresse [ad] nomine, et pro parte ipsius Serenissimi Magni Ducis dictis quibus supra nominibus et qnolibet eorum conveniendum, transigendum et concordandum cum dicto Sanctissimo Domino nostro Papa, sive eius deputatis vel deputandis ad id legitime per suam Sanctitatem super differentiis, quae iamdiu versae sunt, et adhuc vertuntur indecisa inter Communitatem et homines Civitatis Plebis dominii Ecclesiastici ex una, et Communitatem et homines Clusii Status Senarum ex alia causa, et occasione confinium et aquarum Clanarum ad conveniendum (inquam) modo et forma, et cum Capitulis infrascriptis, et non aliter nec alio modo, videlicet:

1. Che dalli Pievaioli etc. ut supra eadem decem et septem capitula.

Et super praedictis et qnolibet praedictorum per duos Notarios unum per quamlibet partem eligendos, et quemlibet eorum in solidum unum sive plura publicum sive publice instrumentum, vel instrumenta confici faciendum cum quibusvis promissionibus, obligationibus, renunciationibus, clausulis et cautelis dicto dño Procuratori bene visis et placitis, et etiam cum iuramento in forma solemni praestando in animam et super animam ipsius Serenissimi Dñi Constituentis, et cum promissione, etiam si opus erit, quod dicta Communitas et homines dictae Civitatis Clusinae, et cuiusvis alterius Civitatis et loci iurisdictionis dicti Sermi Magni Ducis, in praedictis et qnolibet praedictorum quomodolibet interesse habentis vel habituri, praedicta omnia et singula pro parte illis tangente et spectante attendent et observabunt, et dictus Sermus Magnus Dux et eius Sermi Successores in Magno Ducatu et aliis eius Ducatibus praedictis inviolabiliter attendere et observare facient absque ulla iuris vel facti exceptione, dummodo idemptidem fiat pro parte suae Sanctitatis respectu dictae Communitatis et hominum Civitatis Plebis, et generaliter etc. dans etc. promittens etc. sub hipotheca etc. Super quibus etc. mandavit mihi Notario publico infrascripto, quatenus de praedictis hoc praesens publicum conficerem Instrumentum.

Ego Laurentius Mutius quond. Camilli filius, civis et Notarius publicus Florentinus, de praedictis rogatus in fidem subscripsi, ac mei Notariatus signum apposui. Locus ✕ signi Notarii praedicti.

Leonardus Accoltus I. C. Flor. Archivi Cancellarius vidit VI. Septembris 1607.

Iacobus Mannellus I. C. Conservator vidit.

Nos Baccius Pencius civis ac Notarius publicus Florentinus, necnon ad praesens Proconsul

Collegii Iudicum et Notariorum civitatis Florentiae, fidem facimus et attestamur supradictum dominum Laurentium Mutium de supradicto mandati Instrumento rogatum fuisse et esse Notarium publicum Florentinum. In quorum fidem praesentes fieri fecimus etc. Dat. Florentiae anno, mense, Indictione et die supradictis. Locus ✕ Sigilli.

(L.S.) Et quia ego Hieronymus Scanardus de Civitate Maleani in Sabinis, Camerae Apostolicae Notarius, de supradictis transactione, compositione et concordia una cum domino Bartholomaeo Dino Notario publico, et Consulatus nationis Florentinorum in Urbe Cancellario, in solidum rogatus fui: ideo praesens instrumentum subscripsi, signavi et publicavi in fidem requisitus.

(L.S.) Et quia ego Bartholomaeus Dinius civis Collensis, Notarius publicus et Cancellarius Consulatus nationis Florentinae Urbis, de praemissis in solidum cum supradicto dño Hieronimo Scanardo Reverendae Camerae Apostolicae Notario rogatus fui: ideo in fidem me subscripsi et publicavi, ac meo solito signo signavi requisitus.

Eisdem Anno, Indictione et Pontificatu quibus supra, die vero xxii. mensis Octobris Rmus dñus Fabritius Verospus audientiae litterarum contradictarum Smi Dñi nri Papae Auditor, habens prae manibus litteras apostolicas in forma Brevis praelibati Smi Domini nri Papae ratificationis instrumenti concordiae praeinsertae, et volens iuxta promissionem ab eo factam, quod dictum intrumentum a supradicto Smo Domino nro ratificaretur, facto consignavit mihi Notario easdem litteras in forma Brevis tenoris sequentis, videlicet:

Paulus PP. V. Ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem ea, quae ad litium et discordiarum materias praecidendas, ac mutuam pacem et charitatem firmandam mandato praesertim suo provide concordata et stabilita sunt, rata, grata et firma habere ac decernere, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Cum itaque, ut controversiis, quae continuo inter dilectos filios Communitates et homines Civitatum Plebis et Clusii occasione confinium et aquarum exoriuntur, aliquando tandem de communi consensu finis imponeretur, deputati fuerint hinc inde tam a nobis, quam a dilecto filio Nobili viro Ferdinando Etruriae sibi subiectae Magno Duce certi Commissarii, qui post accessum una cum Peritis ad loca differentiae, habitis simul pluribus tractatibus et re bene discussa, omnia nobis diligenter renunciarunt: quorum relatione audita et re mature considerata, nos ex iisdem Commissariis a nobis deputatis duos, Magistrum videlicet Fabritium Verospium in utraque Signatura nostra Referendarium et audientiae litterarum contradictarum Auditorem, necnon Mutium Matthaeium Nobilem Roman. iterum deputavimus, et dictus Ferdinandus Magnus Dux pro parte sua deputavit Ioannem de Nicolinis Nobilem Florentinum, et suum apud nos et Sedem Apostolicam Oratorem, dilectos filios, qui iuxta facultates per nostras in forma Brevis literas, ac instrumentum procurae respective concessas ad infrascriptam concordiam, et transactionem per publicum desuper celebratum instrumentum devenerunt huiusmodi sub tenore, videlicet: Praesenti publico instrumento etc. 1. Che dalli Pievaioli etc. Et pro maiori etc. ut supra. Demum transactionem, compositionem etc. ut supra usque testibus ad praemissa vocatis habitis specialiter atque rogatis. Cum itaque iidem deputati promiserint, quod instrumentum praedictum tam a nobis, quam a dicto Ferdinando Magno Duce ratum habebitur, et dictus Ferdinandus Magnus Dux, sicut accepimus, ex parte sua concordiam et transactionem praefatas et dictum instrumentum cum omnibus in eo contentis ratificaverit: idcirco motu proprio, non ad alicuius super hoc nobis oblatae petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione et ex certa scientia nostris concordiam praedictam, ac praeinsertum intrumentum ac omnia et singula in illo contenta, sicut provide et mandato nostro facta sunt, apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, ac rata et grata habemus et perpetuo confirmamus, illisque perpetuae et inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos tam iuris quam facti etiam substantiales defectus, si qui in eisdem intervenerint, supplemus, Decernentes concordiam praefatam ac instrumentum praeinsertum huiusmodi, ac omnia et singula in illo contenta perpetuo rata, valida et firma esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere et inviolabiliter observari debere, sicque et non aliter per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam caussarum palatii apostolici Auditores, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpetrandi facultate et auctoritate, iudicari et difiniri debere, ac irritum et inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. praedecessoris nostri de una, et in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis authoritate praesentium ad iudicium non non trahatur, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis statutis et consuetudinibus etiam iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et approbatis, quibus omnibus et singulis, eorum tenores praesentibus pro expressis et ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romae apud Sanctum Marcum sub Anulo Piscatoris die

xxix. Octobris MDCVII. Pontificatus nri anno tertio. Scipio Cobellutius. Locus ⊙ anuli piscatoris.

Dicta die Illmus Dnus Ioannes de Nicolinis nobilis Florentinus, Serenissimi D. Don Ferdinandi Medices Etruriae Magnus Ducis apud Smum Dnum nostrum pro sua Celsitudine orator, ad docendum quod dictus Sermus Dnus Magnus Dux ratificavit supradictum instrumentum concordiae, facto consignavit mihi notario instrumentum dictae ratificationis tenoris sequentis, videlicet:

In Dei nomine Amen. Praesenti publico instrumento cunctis pateat evidenter et sit notum, quod anno a salutifera Incarnatione D. N. Iesu Christi Millesimo DC. septimo, Indictione v. die vero decima nona mensis Sept. Paulo V. P. M. et Sermo Ferdinando Medices Etruriae Magno Duce dominante, Dictus Sermus Dnus Ferdinandus Medices Etruriae Magnus Dux III. Florentiae et Senarum Dux IV. asserens et affirmans se habuisse, et habere plenam notitiam et scientiam mediante lectura S. C. Serenissimae per M. Illustrem dominum Laurentium Usimbardium illius a secretis facta de quodam instrumento transactionis, conventionum et capitulorum factorum et initorum inter Perillustrem et Rmum D. Fabritium Verospium utriusque Signaturae Referendarium, et audientiae literarum contradictarum Auditorem, ac Perillustrem D. Mutium Matthaeium nobilem Romanum deputatos a Smo Dno nostro Papa Paulo V. ex una, et Illmum dominum Iohannem de Nicolinis nobilem Florentinum, oratorem dicti Sermi Magni Ducis Etruriae apud dictum Sanctissimum Dominum nostrum, et eiusdem Sermi Magni Ducis procuratorem ex alia super differentiis, quae diu verterunt inter Communitatem et homines Civitatis Plebis dominii Ecclesiastici ex una, et Communitatem et homines Civitatis Clusii Status Senarum ex alia, de quo instrumento rogati fuerunt D. Hieronimus Scanardus Camerae apostolicae Notarius, et D. Bartholomaeus Dinus Notarius et Cancellarius Consulatus nationis Florentinae Urbis, et quilibet eorum in solidum sub die x. praesentis mensis Septembris praesentis anni MDCVII. et cuius instrumenti tenor de verbo ad verbum est iste, videlicet:

In nomine Dni, Amen. Praesenti publico etc. 1. Che dalli Pievaioli etc. Et pro maiori etc. Demum transactionem, compositionem etc. ut supra usque testibus vocatis atque rogatis.

Et quia ego Bartholomaeus Dinus, Notarius et Cancellarius Consulatus Florentinae nationis Urbis, una cum dno Hieronimo Scanardo Camerae Apostolicae Notario in solidum de praemissis rogatus fui: ideo in fidem me subscripsi et publicavi ac meo solito signo signavi requisitus. (L✕S.)

Et volens dictus Sermus M. Etruriae Dux supra registratum conventionis, transactionis et capitulationum instrumentum solemniter ratificare iuxta tenorem decimi octavi ex capitulis praedictis, hinc est, quod idem Sermus Dnus Ferdinandus Medices Etruriae Dux III. et Florentiae et Senarum Dux IV. quolibet dictorum nominum tam coniunctim quam divisim, et alias omni alio meliori modo ex eius certa scientia ac deliberata voluntate, et non per aliquem iuris vel facti errorem, per se et suos in dicto Magno Ducatu et Florentiae et Senarum Ducatibus successores quoscumque respective dictum supra insertum instrumentum conventionis, transactionis et capitulationum, et omnia et singula in eo contenta ratificavit, approbavit et emologavit, et illius ac omnium et singulorum in eo contentorum mihi Notario infrascripto, uti publicae et autheuticae personae solemniter stipulanti et recipienti pro omnibus et singulis, quorum interest, intererit vel interesse possit quomodolibet in futurum, observantiam promisit, et quod eius in dictis Ducatibus et quolibet eorum successores, ac etiam quod homines et personae dictae Communitatis Clusii, et cuiusvis alterius civitatis et loci tam dominii Florentini quam Senensis respective inviolabiliter et omni tempore attendent, et observabunt sub hypotheca et obligatione suae Celsitudinis Serenissimae DD. NN. et suorum in Magno Ducatu, et aliis Ducatibus praedictis et quolibet eorum successorum, ac hominum et personarum dictarum Communitatum, et bonorum omnium et singulorum dictorum Ducatorum Florentiae et Senarum, ac dictarum Communitatum et hominum respective, et sub qualibet iuris et facti renunciatione ad haec necessaria pariter et cautela, et sub vinculo iuramenti, quod coram me et testibus infrascriptis solemniter praestitit manu dextera super pectus suum imposita. Super quibus etc. Actum Florentiae in Galleria S. C. Serenissimae, praesentibus Illmis D. Francisco filio quondam Bartholomaei ex Marchionibus Montis Sanctae Mariae, Capitaneo generali militiae pedestris praefati Serenissimi Magni Ducis, et dno Fabritio quondam dni Marchionis Floramontis de Malespinis, Marchione Terrae Rubeae et Burginovi, Praefecto militum Alamannorum custodiae Palatii suae Celsitudinis Serenissimae, et dno Angelo quondam dni Pauli del Bufalo nobile Romano, testibus ad praemissa vocatis, habitis atque rogatis.

Ego Laurentius Motus quondam Camilli filius Civis et Notarius publicus Florentinus de dicta ratificatione rogatus in fidem subscripsi, ac mei notariatus signum apposui. Locus ✕ signi Notarii.

Leonardus Accoltus I. C. Florentinus Archivi Cancellarius vidit xxii. Septembri MDCVII.

Petrus Alamannus Conservator vidit.

Nos Baccius Pencius Civis et Notarius publicus Florent. etc. ut supra. In quorum fidem etc. et sigilli nri impressione muniri mandavimus. Dat. Florentiae die xxii. Septembris MDCVII. (L✕S.)

(L. S.) Et quia supradicta copia sive transumptum Brevis ac instrumenti praeinsertarum ratificationum cum originalibus suis, previa diligenti ac fideli auscultatione, concordare inveni: Ideo ego idem Hieronimus Scanardus Reverendae Camerae Apostolicae Notarius subscripsi, signavi et publicavi in praemissorum fidem requisitus.

CCCCL.

Fabritius Verospius ad componendas lites exortas super confinibus et iuribus pascendi inter civitates Reatinam et Ducalem, necnon homines terrarum Montis Leonis et Leonissae mittitur. *Ex Reg. Brev. fol. 423. et Bull. Rom. Tom. V. P. III. pag. 423.*

Dilecto filio Magistro Fabritio Verospio in utraque Signatura nostra Referendario.

Paulus PP. V.

Dilecte fili, sal. etc. Ut omnibus controversiis super confinibus et iuribus pascendi inter dilectos filios Communitatem et homines Civitatis nostrae Reatinae ex una, ac Universitatem et homines Civitatis Ducalis ac Terre Cantalicis ex altera, locorum Pontis Curvi similiter ex una, ac Universitatem et homines Terrae Rocchae Guillelmae item ex altera, necnon inter Universitatem et homines Terrae Montis Leonis pariter ex una, et Universitatem et homines Terrae Leonissae status Ecclesiastici et respective Regni Neapolitani ex altera similiter partibus vertentibus finis perpetuus amicabiliter, quod et maxime cupimus, imponatur, ac de tua fide, prudentia, integritate ac doctrina in aliis gravibus negotiis nobis probatis plurimum in Domino confisi, motu proprio ac ex certa scientia et matura deliberatione nrīs te ad hoc negotium Commissarium nostrum Apostolicum deputamus, tibique, ut ad loca differentiarum te personaliter conferas, committimus et mandamus, et quascumque differentias, lites ac controversias tam confinium, quam iurium pascendi praedictorum, et alias quascumque inter utrumque statum ac ditionem temporalem subditosque praedictos concernentes audire, necnon cum deputatis a dilecto filio Nobili viro Petro de Castro Comite de Lemos, eiusdem Regni Neapolitani Prorege convenire, et cum eisdem de his, quaecumque necessaria et opportuna tibi visa fuerint, tractare ac terminare, necnon tractatus, terminationes et conventiones ad communem dictorum populorum utilitatem cum eiusdem deputatis in scripturam redigere, et contractus super eisdem celebrare, quascumque Communitates et homines Civitatum, Terrarum et locorum nobis et Apostolicae Sedi subditorum pro observantia omnium et singulorum, quae terminaveris et stabiliveris, obligando, et pro exequutione omnium et singulorum praemissorum Universitatibus et quibuscumque personis subditis nrīs praedictis cuiusvis status, gradus, conditionis et qualitatis, etiam quantumvis privilegiatis et exemptis tam Ecclesiasticis etiam regularibus cuiusvis ordinis quantumvis exempti, quam laicis et Baronibus, Comitibus et Marchionibus et aliis quibuscumque cuiuscumque dignitatis et praeeminentiae auctoritate nostra praecipere et mandare, necnon etiam unum vel plures Commissarios cum simili vel limitata facultate deputare, et alias quascumque provisiones, quae tibi magis necessariae videbuntur, facere, nec non ad pecuniarias tuo arbitrio applicandas et corporales poenas, earum exequutionem contra inobedientes transgressores ordinationum tuarum, et similiter contra eos, quos ex subditis nostris aliquid innovasse aut contravenisse constiterit concordiis et transactionibus peractis, procedere, et non solum terminos finium locorum praedictorum et eorum situationes recognoscere, declarare, sed etiam in illis locis, in quibus terminorum vestigia non apparebunt, novos terminos apponere et constituere, et poenas etiam gravissimas contra amoventes vel occultantes dictos terminos etiam pro tuo arbitrio imprimere, atque in omnibus et singulis praedictis summarie, simpliciter et de plano, sola facti veritate inspecta ac omni et quacumque appellatione remota, etiam procedere, quoscumque quavis auctoritate et potestate fungentes citare, et sub censuris et poenis arbitrio tuo similiter moderandis et applicandis inhibere, etiam per edictum publicum, constito tibi, quantum sufficere videbitur, de non tuto accessu citare, attentata et innovata quaecumque revocare et in pristinum restituere, et singulis diebus et horis etiam feriatis in honorem hominum procedere, et demum caetera omnia et singula, quae in praemissis et circa ea necessaria quomodolibet fuerint seu opportuna, etiam si talia sint, quod speciali nota digna essent et specialem requirerent mentionem, facere, dicere, gerere et exequi libere et licite possis et valeas, plenam, liberam et absolutam facultatem et auctoritatem concedimus et impertimur, Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papae VIII. etc. Datum Romae apud S. Marcum sub Annulo Piscatoris die xxiv. Maii mdcxi. Pontificatus nostri anno sexto.

CCCCLI.

Urbanus PP. VIII. congregationem super confinibus status sedi apostolicae mediate et immediate subiecti instituit, illiusque praefectum et consultores nominat. *Ex orig. et Bull. Rom. T. VI. P. I. pag. 85.*

Urbanus episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. Debitum Pastoralis officii Nobis meritis licet imparibus divina dispositione commissi mentem nostram continua pulsat instantia, ut ad ea, quae nrae et Sedis Apost. Civitatum, Oppidorum et locorum aliorumque bonorum confinium et terminorum manutentionem et conservationem, ac illorum incolarum nostrorum et dictae Sedis subditorum securitatem et tranquilli-

litatem concernunt, etiam per novarum Congregationum praemissis sedulo vigilantium erectionem procuranda opem et operam, quantum Nobis ex alto conceditur, efficaces impendamus, aliasque desuper disponamus, prout ad Camerae nostrae et subditorum eorumdem utilitatem et status nostri Ecclesiastici tuitionem conspicimus in Dño salubriter expedire. Nuper siquidem ex praemissis et certis aliis tunc expressis rationibus et causis adducti, ac Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum vestigiis inhaerentes, unam a fel. record. Sixto V. sub Kalendis Iulii Pontificatus sui anno primo, qua cavetur, ne bona in forenses et Castra, aliaque iurisdictionalia tam in forenses, quam in subditos absque Sedis Apostolicae licentia alienentur, ac aliam a piae memoriae Clemente VIII. sub pridie Nonas Iulii Pontificatus sui anno x. praedictae Sixti innovatoriam ac extensivam, ac reliquam perpetuo valituras constitutiones a recol. memoriae Paulo etiam V. Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, sub XII. Kal. Decembris Pontificatus sui anno XIII. respective datas, editas, ac praedictas Sixti et Clementis praedecessorum etiam innovatoriam et declaratoriam, non tantum Apostolica auctoritate perpetuo approbavimus, confirmavimus et innovavimus, sed etiam ad Castra dirota, Tenutas, praedia etiam non iurisdictionalia in confinibus loci iurisdictionalis, et ad bona in nostro et S. R. E. statu ac confinio Principum exterorum sita, illorumque locationes ac censuum annuorum super praemissis impositiones, et impositorum venditiones dicta auctoritate etiam perpetuo extendimus et ampliavimus, prout in nostris desuper sub dat. Kal. Iunii Pont. nostri anno IV. confectis litteris plenius continetur. Verum quia, sicut nobis postea non sine gravi animi nostri moerore innotuit, variae impune contra Constitutionum et Litterarum praedictarum tenores factae fuerunt alienationes, et nisi in praemissis aliquod opportunum remedium adhibeatur, periculum est, ne temporis progressu et varietate iurisdictio aliqua usurpetur, et termini seu fines iurisdictionales confundantur, seu confusioni et usurpationi huiusmodi occasio praebeatur: Nos in praemissis, quantum cum Domino possumus, opportune providere volentes, ac Constitutionum et litterarum huiusmodi, a quibus per praesentes recedere non intendimus, sed in earum primaevo robore eas perpetuo remanere, volumus totos et integros tenores etiam veriores, ac datas perinde ac si de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, motu proprio, non ad alicuius nobis desuper oblatae petitionis instantiam, sed ex certa scientia meraque deliberatione nostris, ac de Apostolicae potestatis plenitudine Congregationem de Confinibus status Ecclesiastici Nobis et Sedi Apostolicae mediate et immediate subiecti nuncupandam, quae uni ex eiusdem S. R. E. Cardinalibus, qui Praefectus, et aliis partim ex sacra Consulta status huiusmodi, partim ex Camera Apostolica praedicta, necnon etiam aliquibus aliis insignibus a Romano Pontifice pro tempore existente seligendis viris, qui Consultores dictae Congregationis respective existant, constare debeat, et apud quam ac Praefectum et Consultores huiusmodi omnes et singulas venditiones, permutationes, alienationes et quascumque alias dispositiones contra vel praeter tenorem et formam dictarum Constitutionum et litterarum factas ac faciendas, tam partibus instantibus, quam ex officio cognoscendi, examinandi, ac prout eis visum fuerit, in toto vel in parte cassandi, annullandi, aut nullas declarandi, moderandi, restringendi, revocandi, confirmandi et approbandi, aut de novo concedendi, et dubitationes quascumque super eisdem Constitutionibus et litteris causa et occasione alienationum huiusmodi ortas vel oriundas tollendi, declarandi et decidendi; necnon controversias et lites quascumque sive inter Nos, Sedem et Cameram Apostolicam, et quascumque personas tam saeculares quam Ecclesiasticas cuiuscumque dignitatis, gradus, ordinis, status, conditionis et praeeminentiae, etiam de quibus specialis et individua mentio facienda foret, et quascumque Civitates, Castra, Oppida, Universitates, Collegia, Monasteria et loca etiam pia et religiosa, regularia et saecularia, etiam exempta quovis nomine nuncupata, sive etiam inter easdem personas, Civitates, Collegia, Monasteria et loca praedicta motas seu movendas, ac omnes et singulas alias causas Civiles et Criminales et Capitales ac mixtas audiendi, cognoscendi, et quoad Criminales, dummodo sententiam sanguinis per se ipsos non ferant, absque alicuius irregularitatis incursu definiendi et decidendi; et confines quoscumque status huiusmodi et singularum illius civitatum, oppidorum, terrarum et quorumvis aliorum locorum invisendi, declarandi, ponendi et amovendi; perturbantes, occultantes, amoventes, incidentes aut ponentes terminos seu alias quomodolibet, et qualitercumque in et super confinibus et terminis, et circa confinia, seu ab eis dependentia, annexa vel connexa delinquentes, aut aquas in vel prope confinia quomodolibet derivantes, aut ab eisdem amoventes, aut aedificium quovis nomine nuncupatum construentes, et quamcumque servitutem prope vel in confinibus imponentes civiliter, et dummodo sententiam sanguinis, ut praefertur, per se ipsos non ferant, criminaliter eorum arbitrio, omni et quacumque appellatione remota, puniendi, vel cuiuscumque personae sibi bene visae etiam in dignitate Ecclesiastica non constitutae, quae tamen a Praefecto et Consultoribus huiusmodi ad id idonea indicata fuerit, causas huiusmodi committendi, sive eam in toto vel in parte cum iisdem facultatibus subdelegandi; ac unum vel plures Commis-

sarios vel Notarios ad capiendas informationes, conficiendosque processus, quando, quoties ac cum quibus opus fuerit, et ad confines invisendos illorumque plantas et descriptiones conficiendas cum provisionibus, salariis atque expensis per Praefectum et Consultores praedictos declarandis, ac per locorum Communitates atque alios interesse habentes, vel etiam per nram Cameram arbitrio ipsorum Praefecti et Consultorum persolvendis, transmittendi et deputandi; ac personis quibuscumque in vel prope confinia status praedicti habitantibus pro confinium huiusmodi defensione arma quaecunque (non tamen brevioris mensurae) deferendi simili arbitrio licentiam concedendi; necnon omnes et singulas causas, lites, controversias et quaestiones de et super confinibus, vel eorum annexis seu connexis principaliter vel secundarie, ut praefertur, motas et movendas a nostris Sacrae Consultae, boni Regiminis et aquarum et aliis Congregationibus dictae Camerae, et aliis quibuscumque Tribunalibus, Iudicibus, Praesidentibus, Gubernatoribus etiam Urbis, nec non Camerae Apostolicae generali et sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, nostris etiam et dictae Sedis de latere Legatis tam ex officio, quam ad partium instantiam reassumendi et avocandi, citandi et inhibendi, etiam sub censuris et poenis pari arbitrio imponendis, moderandis et applicandis, et illas sic reassumptas et avocatas, et omnes et quascumque alias praemissa quomodolibet concernentes summarie, simpliciter et de plano, sola facti veritate inspecta, ac manu regia et sine strepitu et figura iudicii, similiter quacumque appellatione remota, cognoscendi, seu eisdem Congregationibus, Tribunalibus, Legatis, Iudicibus et aliis personis eidem Congregationi bene visis remittendi et committendi cum iisdem facultatibus etiam simili arbitrio, et respective cum participatione tamen nostra, et non alias, ea omnia agendi et gerendi, quae super Confinibus, Territoriis et alienationibus, venditionibus, permutationibus praemissisque omnibus et singulis, et circa ea Nos et Sedes Apost. facere possemus, quaeque pro nrorum subditorum quiete et dicti status conservatione necessaria, seu quomodolibet opportuna per eos respective iudicabuntur, etiam privative ad Congregationes, Tribunalia, personas et Iudices praedictos, et alios etiam quomodolibet qualificatos sive incidenter sive principaliter agatur, plena, libera et absoluta potestas resideat, Apostolica auctoritate praedicta earumdem tenore praesentium similiter perpetuo erigimus et instituimus. Ac in Congregationis sic erectae et institutae pro eius felici regimine et administratione Dilectos filios nrum Martinum S. Mariae Novae Diaconum Cardinalem Ginettum nuncupatum Praefectum, Stephanum vero Duratium nostrum et Camerae Apostolicae Thesaurarium generalem, et Ioannnem Beninum eiusdem Camerae Clericum, ac Franciscum Vitellium Sacrae Consultae praedictae Praelatum, necnon etiam pro tempore existentem eiusdem Consultae Secretarium, ac Antonium Cerrum nostri Consistorii, Camerae et Fisci Advocatum, et Caesarem Raccagnum eiusdem Camerae Apostolicae Commissarium generalem, et Felicem Contelorium Bibliothecae nostrae Vaticanae, et illius ac Io. Baptistam Confalonerium in Theologia Magistrum Arcis S. Angeli Archivorum Custodes, Sedis Apostolicae Notarios, in Consultores, et eumdem Felicem in Secretarium eisdem auctoritate et tenore constituimus et deputamus. Decernentes praesentes litteras de subreptionis vel obreptionis seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae vel quopiam alio defectu notari vel impugnari nunquam posse, sed illas semper et perpetuo validas et efficaces fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illasque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, derogationibus aliisque contrariis, etiam totum tenorem continentibus dispositionibus minime comprehendi, sed semper ab illis excipi, et quoties illas revocari vel limitari aut suspendi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas, ac de nove concessas esse et fore, sicque et non alias in praemissis omnibus et singulis per quoscunque Iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos et Vicelegatos, dictaeque Sedis Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultata et auctoritate, ubique et in quacumque instantia iudicari et diffiniri debere; irritum quoque et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Mandantes propterea praedictis ac pro tempore existente Praefecto, necnon Consultoribus dictae Congregationis et eorum singulis, ut praesentes nostras litteras observent et exequantur, ac faciant ab aliis, quantum in eis erit, omnibus opportunis iuris et facti remediis firmiter et inviolabiliter observari, Non obstante, quatenus opus sit, nostra de Iure quaesito non tollende, ac similis mem. Pii PP. IV. etiam praedecessoris nri de similibus, seu aliis gratiis interesse Camerae praedictae quomodolibet concernentibus in eadem Camera registrandis et insinuandis, ita ut praesentes absque alia in eadem Camera admissione et registratione validae sint, suumque debitum sortiantur effectum, aliisque Apostolicis etiam in provincialibus, synodalibus et universalibus Conciliis editis specialibus vel generalibus Constitutionibus et ordinationibus, ac Camerae et Consultae huiusmodi, aliarumque Congregationum seu Tribunalium, si quae sint, necnon Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum et locorum quorumcunque etiam iuramento con-

firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis Camerae Consultaeque, ac Congregationibus seu Tribunalibus huiusmodi, etiam super Iure similes causas etiam privativo quoad alios cognoscendi et terminandi, ac Communitatibus, Universitatibus, Baronibus et aliis quibusvis, etiam motu simili, etiam consistorialiter aut alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis et innovatis, quibus omnibus, etiam si alias pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem praesentibus etiam pro pleno et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter et expresse harum serie derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod earumdem praesentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarii dictae Camerae Apostolicae subscriptis, ac Capitis seu Praefecti, vel alicuius ex modernis et pro tempore existentibus Consultoribus huiusmodi sigillo munitis, eadem prorsus tam in iudicio quam extra illud in omnibus et per omnia fides adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nrae erectionis, institutionis, constitutionis, deputationis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem etc. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem Anno Incarnationis Dominicae M.DC.XXVII. Kalend. Octobris, Pontificatus nostri Anno Quinto.

CCCCLII.

Pontifex declarat per emptorem quorumcumque locorum in statu Ecclesiastico existentium titulum ducatus, marchionatus etc. locis huiusmodi annexum non acquiri sine sedis apostolicae licentia. *Ex originali.*

URBANUS PP. VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Cum rationi minus consentaneum sit, ut translato in alios dominio Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in statu nostro Ecclesiastico existentium, ac honoris et dignitatis titulis plerumque non tam sui, quam illa possidentium, vel maiorum ipsorum intuitu et contemplatione ob praeclara eorum erga Romanos Pontifices, et Sedem Apostolicam Christianamque Rempublicam merita decoratorum, ipsi quoque tituli huiusmodi quasi accessorie translati censeantur: hinc est, quod nos motu proprio et ex certa scientia maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura Constitutione declaramus et decernimus, quod de caetero perpetuis futuris temporibus per quamcumque Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in Statu nostro Ecclesiastico mediato, vel immediato exitentium venditionem, et quamvis alienationem, etiam alienationis latissime sumpto vocabulo, non censeatur in emptorem et quemlibet alium quocumque titulo lucrativo, vel oneroso et alias quomodolibet acquirentem translatus titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus, nec titulum huiusmodi transferendi data facultas, etiam si titulus huiusmodi Civitati, Oppido, Castro, Terrae vel loco venditae seu vendito, et alienatae seu alienato annexus, seu in ea vel eo erectus esset, nisi in licentia Apostolica vendendi et alienandi iuxta constitutiones fel. rec. Sixti V. Clementis VIII. et Pauli V. Romanorum Pontificum praedecessorum nrorum, ac nras omnino prius obtinenda specifice et verbis expressis translatio tituli huiusmodi concessa fuerit. Praesentes quoque literas quovis praetextu vel causa de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae vel alio quovis defectu notari, impugnari, retractari, in ius vel controversiam vocari nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas et efficaces existere et fore, plenamque roboris firmitatem obtinere, sicque et non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici et curiae Camerae Apostolicae generalem Auditores et dictae Camerae Clericos Praesidentes, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac eiusdem S. R. E. Camerarios, Civitatumque, Oppidorum, Castrorum, Terrarum et locorum huiusmodi Gubernatores et Magistratus quomodolibet nuncupatos nunc et pro tempore existentes, ac quosvis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter indicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, Non obstantibus praemissis ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostra de iure quaesito non tollendo et aliis Cancellariae Apostolicae regulis, legibus quoque Imperialibus et municipalibus, ac quorumvis locorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis et literis Apostolicis quibusvis locis et personis quomodocumque nuncupatis, ac qualitercumque qualificatis, etiam speciali nota et mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, irritantibusque et aliis decretis

etiam motu, scientia et potestatis plenitudine similibus in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quaevis aliae expressio facienda esset, aut aliqua alie exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium et singulorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter et exprese derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die XVII. Maii MDCXXXIX. Pont. nri anno decimosexto.

CCCCLIII.

Tractatus pacis mediante rege Francorum initae inter Urbanum PP. VIII. et Odoardum Farnesium Parmae ducem. *Ex originali.*

Louis par la grace de Dieu Roy de France et de Navarre, A tous ceux qui ces presentes lettres verront Salut. Aiants veu le Traitté de Paix entre Nostre Tres Sainct Pere le Pape et nous promettans pour nostre tres cher et tres amé Cousin le Duc de Parme, conclu par nostre entremise et les soings de la Reyne Regente nostre tres honorée Dame et Mere, signé de nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Dunghi Plenipotentiaire de Sa Saincteté, et de nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Bicchi nostre Plenipotentiaire, en vertu de leurs pleins Pouvoirs, desquels ensemble de tous et chacuns les Articles dudict Traitté la teneur s'ensuict.

Al nome di Dio.

La Santità di nostro Signore Papa Urbano Ottavo havendo sempre con paterni pensieri e pietoso zelo desiderata, e con più opere et intromissioni, degne della sua pastorale carità, procurata la concordia et unione trà Principi Christiani, et la tranquillità e quiete de' popoli che à quella è consecutiva, con intima amaritudine d'animo ha poi rimirato quelli eventi, che hanno portata la Santità Sua medesima à muover l'armi, e veduti involti anco i popoli à lei temporalmente soggetti in quei travagli, da quali con tanto amore et ardore ha tentato e tutta via tenta d'esimere quelli dogn'altro Potentato Christiano.

Essendosi dunque in sequela d'emergenti occorsi nello Stato di Castro col Duca Odoardo Farnese contratta lega trà la Republica di Venezia, il Granduca di Toscana et il Duca di Modena nella forma et ai fini già publicati, e desiderando il Rè Christianissimo per sua filiale riverenza alla Santa Sede, e per sua sincera amicizia così col Duca sopradetto, come con gli altri già detti Principi Collegati, videre in tutto quietate le dissensioni e rimessa all'evidenza del mondo quella vera benevolanza e corrispondenza, che per divina grazia non punto s'è diminuita nel secreto delli animi loro, e così mediante la cassazione dell'armi e con una buona pace rifiorire à gloria di Dio e spirituale e temporale salute d'ognuno li Stati loro nell'antico splendore, ha Sua Maestà per più mezi, et in fine per quello del Signore Cardinale Bichi supplicata Sua Santità, et esortate le altre parti à quella concordia, che pure esse hanno preteso redintegrare con l'istessa trattazione dell'armi, et ha conseguito, che la Santitè Sua e gli altri Principi predetti, lasciando vincere li sensi e le forze loro dalle preghiere et esortazioni della Maestà Sua, desistano in tutto dalle hostilità, e deposte le armi si rimettano in quella manifesta e vicendevole corrispondenza, che Sua Santità ha sempre conservata, etiandio tra gli horrori della guerra, lucida e pura nel cuore suo verso di loro da vero et amorevole Padre et essi scambievolmente alla Santità Sua come veri et ossequenti figliuoli.

Per tanto Sua Santità con petto ripieno di zelo dell'honor di Dio, e del bene publico non meno che di paterno affetto alle persone particolari de' medesimi Principi, è condescesa ad ascoltare benignamente le preghiere et intercessioni del Rè Christianissimo, il quale per mezzo come sopra del Signore Cardinale Bichi suo Plenipotenziario, e del Marchese di Fontenay suo Ambasciatore, à cui Sua Maestà ha dato sopra ciò spezial mandato, ha supplicato la Santità Sua à degnarsi di perdonare al Duca Odoardo Farnese quanto è avvenuto per occasione delle differenze circa il Ducato di Castro, e d'assolverlo dalla scomunica et altri pregiudizii ne' quali fosse perciò incorso, come ancora di levare l'interdetto, al quale sono state sottoposte le Città e li Stati di Parma e Piacenza; et ha pure inoltre aggiunte istanti preghiere, che si degni redintegrare il Duca medesimo nella pristina grazia della Santità Sua, desiderata e domandata dal istesso con quell'humiltà riverenza e sommissione, che conviene à divoto Vassallo della Santa Sede e del Vicario di Christo, essendo egli pronto à deporre le ermi e restituire tutto quello che tiene dello Stato Ecclesiastico, et à far ogn'altra ossequiosa et reverente demonstrazione.

In seguito di ciò assicurata Sua Santità anco d'essa riverenza, che la Republica di Venetia et il Granduca di Toscana et il Duca di Modena professano alla Santa Sede, e del bono desiderio che tengono, di che si recida e rimuova l'occasione della presente guerra, per poter continuare liberamente et apertamente le loro ossequiose demonstrazioni verso la Santità Sua medesima, è essa convenuta per mezo del Signore Cardinale Donghi suo Ple-

nipotenziario col Rè Christianissimo in persona del Signore Cardinale Bichi suo Plenipotenziario, come sopra, nelle seguenti condizioni, et in quelle che per quanto riguarda i Principi Collegati sono espresse in altra scrittura separata, la quale sarà corrispettiva à questa con reciproca relazione dell'una all'altra.

I. E prima il detto Signor Cardinale Bichi nella già detta qualità promette, che il Duca sopradetto consegnerà il giorno sessagesimo, da contarsi dal giorno immediato dopo l'ultima ratificazione che tutte le parti haveranno fatta del presente trattato, liberamente a' deputati della Santità Sua il Bondeno e la Stellata, ritirandone i presidii nel Parmegiano e lasciarà libero ogn'altro luogo dello Stato Ecclesiastico, e trà il tempo presente et il detto giorno il Duca farà demolire le fortificazioni da lui fatte al Bondeno.

II. Sarà lecito al Duca di transportare da detti luoghi tutte le artiglierie et altre armi, e viveri, e munizioni d'ogni sorte da esso introdottevi. Scambievolmente il Duca sarà tenuto restituire quei pezzi d'artiglieria, che ha presi à Castiglione del lago et ogn'altro che havesse levato altrove dallo Stato Ecclesiastico.

III. All'incontro Sua Santità in riguardo delle possenti intercessioni et istanti preghiere del Rè Christianissimo per l'assoluzione dalla scomunica, e per il perdono, come anche per la rimozione dell'interdetto, come sopra, si piega e condescende benignamente à dare à esso Duca ogni facoltà necessaria in ordine à quella, come anco à perdonargli ogni cosa avvenuta per causa delle già memorate differenze sopra il Ducato di Castro, et à rimovere il già imposto interdetto, et insieme à redintegrare l'istesso nella sua pristina benevolenza et buona grazia.

IIII. Di più per sua soprabondante benignità promette la Santità Sua mediante il Signore Cardinale Donghi suo Plenipotenziario al Rè Christianissimo, in persone del Signore Cardinale Bichi Plenipotenziario di Sua Maestà, di rendre al Duca e per esso à suoi deputati il giorno sessagesimo, da contarsi dal giorno immediato dopo l'ultima ratificazione che tutte le parti hoveranno fatta del presente trattato, Castro con tutti gli altri beni confiscatigli, così mobili come immobili, dritti et azioni et ogni altro luogo preso in occasione della presente guerra, e d'entro il tempo dato per la detta restituzione Sua Santità farà demolire le fortificazioni fabricate à Castro, à Montalto e Valentano.

V. E ciò con espressa dichiarazione, che per la capitulazione et restituzione sopradette non sia acquistata al Duca alcuno nuovo dritto ò azione, ma sia riposto in quel ius e ragione che prima de presenti motti gli competevano, e l'istesso s'intenda respettivamente convennto e disposto anco in riguardo della Camera Apostolica.

VI. Si riserva à Sua Santità di ritirare d'entro à detto tempo da predetti et altri luoghi da restituirsi tutte l'artiglierie, et altre armi e munizioni tanto da guerra quanto da bocca, le quali vi havesse introdotte, lasciandovi però quelle artiglierie che l'esercito Ecclesiastico ritrovò al suo ingresso in quelli, e riponendovi anche quelle che per avventura se ne fossero levate.

VII. Promette il medesimo Signore Cardinale Bichi nella già detta qualità, che il Duca non darà alcuna molestia à qualsivoglie suo suddito per havere servito Sua Santità in questa guerra, anzi che userà verso di loro ogn'amorevole trattamento con lasciarli tornare liberamente à le loro habitasioni, à godere come per avanti dei loro beni et effetti, senza che sopra di essi possano essere molestati per la detta causa, et in somma trattarli benignamente in ogni parte da Principe moderato e buono, come se nulla fosse proceduto da alterare la conveniente buona disposizione dell'animo suo. Cesserà parimente ogni impedimento, che vi fosse, à gli Ecclesiastici così regulari come secolari, e che in qualsivoglia modo sono assenti per occasione della presente guerra, di rittornare à lor luoghi e case, e di godere dei loro beni.

VIII. Scambievolmente Sua Santità con pastorale pietà condescende à perdonare à suoi sudditi così seculari come Ecclesiastici, che hanno servito al Duca ò seguito le sue parti, e lasciarli tornare ai luoghi di loro solita habitazione à godere delle loro sostanze, e si degnerà trattarli con ogni sorte di benignità e clemenza, come se nulla fosse preceduto.

IX. Saranno reciprocamente liberati et restituiti dall'una parte e dall'altra i prigioni fatti nella presente guerra ò con occasione di essa con intiera immunità, senza che siano costretti à pagare alcuna ranzone per il loro riscatto.

X. Promette inoltre il Signore Cardinale Bichi in nome come sopra, che il Duca disarmerà e licenzierà le sue truppe, riservandosi solo le guarnigioni convenienti in questa congiuntura che si trovano armati li Stati à lui confinanti.

Tutte le quali cose Sua Santità promette d'osservare dal canto suo dandone la sua parola al Rè Christianissimo et alla Regina Regente, Madre di Sua Maestà, e dichiarandosi, che si contenta, che le arme delle Maestà Sua siano contro gli inosservanti, e reciprocamente il Signore Cardinale Bichi in nome della Maestà Sua prometta la precisa effettuazione di quel che ha promesso per il Duca. E per rendere questo accomodamento più fermo et più durabile, promette anco l'assistenza dell'armi di S. Maestà à favore di chi haverà esseguito contro l'inosservanti, promettendosi nondimeno la Maestà

Sua tanta corrispondensa à d'ambe le parti, che non haverà da haver maggior pensiero che riconoscersene obligata più che mai à Sua Santità del suo filiale ossequio, et invitata verso del Duca alla continuazione et augmento del suo parziale affetto. In fede di tutto ciò che nella sopra scritta capitolazione si comprende, sarà essa sottoscritta dal Signore Cardinale Dongbi et dal Signore Cardinale Bichi Plenipotenziarii respettivamente di Sua Santità e della Maestà Sua e ratifficata dalle medesime Santità e Maestà loro. In Ferraria questo dì 31. di Marzo 1644.

„Io Gio. Stephano Cardinale Donghi, Plenipotentiario della Santità di nro Signore Papa Urbano Ottavo e della sancta Sede Apostolica, prometto quanto sopra."

In Venetia questo dì et anno sopradetto.

„Io A. Cardinale Bichi Plenipetentiario del Rè Christianissimo prometto quanto sopra."

Seque il tenore del Breve della Plenipotenza di Sua Santità nel Signore Cardinale Donghi: *Dilecto filio nostro Ioanni Stephano S. R. E. Cardinali Dongho nuncupato*, con apposizione del sigillo dell'Anello pescatorio.

URBANUS PP. VIII.

Dilecte fili noster, salutem et apostolicam benedictionem. Bellum contra nostrum et huius sanctae Sedis Apostolicae statum a Republica Veneta Principibusque illi confoederatis, ac Odoardo Farnesio motum stabili pace pro communi bono componi, quantum in nobis est, summopere cupientes, motu proprio ac ex certa scientia et matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine circumspectioni tuae, de cuius fide, prudentia et in rebus agendis dexteritate plurimum in Dño confidimus, ut cum dicta Republica Principibusque illi confoederatis ac praedicto Odoardo, sive cuiuslibet eorum plenipotentiariis, sive etiam pro eodem Odoardo aliisque praedictis cum Carissimo in Christo filio nostro Rege Christianissimo, seu cum quolibet alio catholico Principe mediante Regis praedicti, seu cuiuslibet catholici Principis plenipotentiario pacem nostro et dictae Sedis nomine tractare et concludere, et pacis, quam vigore praesentium concluseris, inviolabilem perpetuamque observantiam ex nra eiusdemque Sedis parte spondere et polliceri, etiam si talia essent, quae specialem et individuam requirerent mentionem, nihil omnino excipiendo, Nosque et Sedem praedictam ad servandam illam omni meliori et validiori modo obligare, ac desuper quascumque scripturas necessarias et quomodolibet opportunas conficere et confici facere libere et licite possis et valeas, plenissimam et amplissimam facultatem, potestatem et auctoritatem tenore praesentium concedimus et impartimur, Decernentes exnunc validum, firmum et efficax fore quidquid praesentium huiusmodi tenore tractaveris, pepigeris, conveneris et concluseris, Nosque et eandem Sedem ad illius observantiam obligatos fore, non secus ac si nos ipsi personaliter pacem ipsam tractassemus et conclusissemus, sicque etiam non aliter in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii Apostolici Auditores ac sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, Nosque ipsos et successores nros ac Sedem praedictam, et quoscumque alios quavis potestate fungentes nunc et pro tempore existentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere, ac irritum et inane, si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, Non obstantibus apostolicis ac in universalibus, provincialibus et synodalibus Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die XXIIII. Augusti MDCXLIII. Pont. nostri anno XXI. M. A. Moraldus.

Seque il tenore della patente della Plenipotenza del Rè Christianissimo nel Sig. Cardinale Bichi.

LOUIS par la grace de Dieu Roy de France et de Navarre, A tous ceux qui ces presentes lettres verront Salut. Le feu Roy Louis le Juste d'immortelle memoire, nostre tres honoré Seigneur et Pere, ayant toujours apprehendé, que la guerre d'Italie qu'il avoit veu commencer entre nostre Tres Sainct Pere le Pape et nostre tres cher et tres amé Cousin le Duc de Parme sur le suject du Duché de Castro, ne produisist des effects dommageables au public, employa en mesme temps son entremise et ses soings pour terminer leurs differends. Mais comme il n'a pû de son vivant achever cet ouvrage, le mal s'est beaucoup augmenté par une Ligue fermée entre la Serenissime Republique de Venisse, nos tres chers et tres amés Cousins le Grand Duc de Toscane et celuy de Modene, qui ont pris les armes pour assister de leurs forces nostre dict Cousin le Duc de Parme: et pendant que S. Saincteté et ladicta Republique employoient leur mediation pour l'accommodement de la paix generale, ils se sont trouvés eux mesmes en estat d'avoir besoing d'un semblables secours. C'est pourquoy desirans le bien et repos de l'Italie pour l'advantage et utilité des Princes, et prevenir les malheurs qui leur pourroient arriver, Nous estimons de ne pouvoir mieux faire, que de suivre les mesmes desseins du feu Roy pour pacifier tous ces troubles, et continuant nostre entremise faire choix de quelque personnage d'eminente dignité, sur la prudence et dexterité duquel nous puissions attendre quelque bon succés, et d'autant que nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Bicchi a commencé d'agir en nostre nom vers les Princes interessés

en cette guerre, qui ont eu bien agreable nostre mediation et les offices qu'il a faits de nostre part, et que pour les continuer il a besoing d'un pouvoir suffisant prour proposer et conclurre, promettre et donner les assurances necessaires pour la garantie des choses, qui auront esté arrestées entre eux: Nous avons jugé ne pouvoir faire un meilleur choix que de sa personne, pour faire en nostre nom toutes les functions de Mediateur avec plein pouvoir et confiance. Pour ces causes et autres à ce nous mouvans de l'advis de la Reyne Regente, nostre tres honorée Dame et Mere, de nostre tres cher et tres amé Oncle le Duc d'Orleans, de nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Mazarin et de plusieurs autres Princes et notables personnages de nostre Conseil, Nous avons commis et deputé, commettons et deputons par ces presentes signées de nostre main nostredict Cousin le Cardinal Bicchi pour representer nostre personne en la mediation de la paix, que nous souhaitons de voir establie heureusement dans toutte l'Italie par nostre entremise, luy donnons plein pouvoir de faire en nostre nom tous offices convenables pour ce suject, negotier, traitter, proposer, arrester et conclurre telles conditions qui seront trouvées raisonnables entre eux, promettre et accorder de par nous tout ce qu'il estimera necessaire pour l'effect de ladicte paix, se transportant aux lieux et endroits necessaires pour agir et travailler, selon qu'il jugera le plus à propoe avec lesdicts interessés, leurs Ambassadeurs ou Ministres pour parvenir à une si bonne fin, et generallement faire comme nous mesmes ferions ou faire pourrions, si nous y estions presens en personne, jaçoit qu'il y eust chose qui requist mandement plus special, qu'il n'est contenu en ces presentes. Promettons en foy et parole de Roy soubs l'hypoteque de tous et chacuns nos biens presens et à venir d'avoir pour agreable, et accomplir de nře part tout ce qui aura esté promis, arresté et conclu en ladicte qualité de Mediateur et Plenipotentiaire pour nous, et de n'aller ny venir jamais au contraire, Car tel est nře plaisir. En tesmoing de quoy nous avons fait mettre nře seel à cesdictes presentes. Donné à Paris le XIII. jour de Septembre l'an de grace mil six cens quarante trois, et de nostre Regne le premier.

Signé LOUIS.

Et sur le reply: Par le Roy la Reyne Regente sa Mere presente: Signé De Lomenie, con sigillo grande di cera gialla appeso.

Li soprascritti transunti di Breve et Patente di Plenipotenza respettivamente Apostolica et Regia sono stati da me infrascritto confrontati con li loro originali et trovati puntualmente uniformi a quelli. In Venetia questo di 31. di Marzo 1644.

Alessandro Scarlatti Secretario.

Nous apres avoir fait faire la lecture de tous les articles dudict Traitté en nře conseil en presence de la Reyne Regente, nostre tres honorée Dame et Mere, de nostre tres cher et tres amé Oncle le Duc d'Orleans, de nostre tres cher et tres amé Cousin le Prince de Condé, de nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Mazarin, de l'avis de nostredict conseil et de nostre certaine science, pleine puissance et auctorité royale avons iceux articles et Traitté de paix cydessus transcrits approuvés, ratiffiés et auctorisés, en ce qui nous concerne approuvons, ratiffions et auctorisons par ces presentes signées de nostre main. Promettons en foy et parole de Roy la garantie et execution d'iceux pour les faire garder et observer inviolablement par tous ceux qu'il appartiendra, sans permettre ny souffrir qu'il y soit contrevenu, et sans jamais aller ny venir allencontre directement en quelque sorte et manier que ce soit, Car tel est nostre plaisir. En tesmoing de quoy nous avons fait mettre nostre seel à cesdictes presentes. Donné à Paris le XV. jour d'Avril, l'an de grace Mil six cens quarante quatre, et de nostre regne le premier.

LOUIS.

Par le Roy la Reyne Regente sa mere presente
DE LOMENIE.

CCCCLIV.

Tractatus pacis mediante rege Francorum initae inter Urbanum VIII. rempublicam Venetorum ac duces Etruriae et Mutinae de statu pontificii rebus componendis per usurpationem ducis Parmae perturbatis. *Ex originali.*

Louis par la grace de Dieu Roy de France et de Navarre, A tous ceux qui ces presentes lettres verront Salut. Ayant veu le traité de paix entre Nře Tres S. Pere le Pape et les Princes colliguez d'Italie, conclu par nře entermise et les soings de la Reyne Regente nře tres honorée Dame et mere, signez de nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Donghi Plenipotentiaire de Sa Sainctetě, et de nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Bichi nostre Plenipotentiaire, et des Sieurs Nani Plenipotentiaire de la Serenissime Republique de Venise, Gondi Plenipotentiaire de nostre tres cher et tres amé Cousin le Grand Duc de Toscane, et Tassoni Plenipotentiaire de nostre tres cher et tres amé Cousin le Duc de Modene, en vertu de leurs pleins pouvoirs, des quels ensemble de tous et chacuns les articles dudict traité la teneur s'ensuit.

Al nome di Dio.

Essendosi hoggi col divino favore capitolato per il bene della pace trà la Santità di Nostro Signore Papa Urbano VIII. mediante il Sig. Card. Donghi suo Plenipotenziario, et il Rè Christianissimo per mezo del Sig. Cardinal Bichi Plenipotenziario di Sua Maestà, come per scrittura alla

quale sarà la presente correspettiva, la Republica di Venezia, il Gran Duca di Toscana et il Duca di Modona, li quali, come s'è detto in quella si erano collegati insieme, si dichiararono che come non per altro fine si sono uniti in lega offensiva et hanno mosse le armi che per la detta redintegrazione, così fermissimi in continuare li non mai interrotti ossequii loro verso la Santa Sede, et alla persona della Santità Sua, à honor di Dio e servizio della medesima Santa Sede hanno convenuto con Sua Santità mediante scambievolmente i loro Plenipotenziarii, per mezo del Sig. Cardinal Bichi Plenipotenziario come sopra, negl'infrascritti Capitoli e dichiarazioni.

I. Che questa scrittura, come si è detto, e'intenda correspettiva all'altra di questo medesimo giorno, e correlativa a quella.

II. Cesserà dal giorno della sottoscrizione della presente fatta da tutte le Parti ogn'atto d'hostilità dall'una parte et dall'altra, per doversi scambievolmente procedere trà loro con soliti termini di Christiana benevolenza.

III. Seguite le sottoscrizioni e ratificazioni della presente si ritireranno da ogni parte le Armi nelli Stati proprii, lasciando solo i presidii ne'luoghi presi sino al giorno assegnato per le restituzioni da farsi, e detta ritirata sarà fatta pacificamente, e senza che la soldatesca nel ritirarsi commetta atti d'hostilità ò altro disordine ne'luoghi di dove partirà, e per dove passerà, e quelle truppe che Sua Santità ha di presente nel Perugino, eccetto però i presidii de'luoghi, che tien guardati, saranno ritirate di là dal Tevere.

III. Sarà liberamente restituito con reciproche consignazioni dalli Principi della lega tutto quello che hanno preso nello Stato Ecclesiastico per occasione della presente guerra, e da Sua Santità Castro e Montealto al Duca Odoardo Farnese con tutti gli altri beni à lui confiscati, mediante però la restituzione che dovrà esser fatta dal medesimo Duca, si come è espresso nell'altra scrittura sopranominata. E tali restituzioni andranno fatte il sessagesimo giorno immediato dopo l'ultima ratificazione, che tutte le Parti havranno fatta del presente trattato.

V. Li presenti Possessori de'luoghi da restituirsi faranno demolire le fortificazioni fattevi.

VI. Sarà permesso alli medesimi di ritirare da detti luoghi tutte le Artigliarie et altre Armi e munizioni che vi havessero introdotte, lasciandovi però quelle Artigliarie et altre Armi che al tempo vi havranno trovate, e riponendovi quelle che per avventura u'havessero levate.

VII. Saranno rimosse dall'una parte e dall'altra le gelosie e le novità, che potessero essere cagione di sospezione e diffidenza; et à tal fine saranno demolite dalla Republica le fortificazioni fatte per occasione della presente guerra alla Polisella, e in diversi luoghi lungo il Canal bianco, et altre se ve ne fossero verso li confini dello Stato Ecclesiastico nel Dominio Veneto, fatte però in occasione, come sopra, benche avanti la mossa dell'armi della Lega. Altretanto sarà fatto dal Duca di Modona di quelle fortificazioni, che in occasione come sopra havesse fatte ne'suoi Stati in vicinanza de'confini di Santa Chiesa. E così scambievolmente Sua Santità demolirà quelle, che ha fabricate e Lagoscuro sù l'una e l'altra riva del Pò, e l'altre, se ve ne sono, fatte per detta occasione, benche avanti la mossa delle armi della Lega verso li confini del Dominio della Republica e verso quelli del Duca di Modona, delle quali fortificazioni sarà data nota tanto da Sua Santità, quanto da ciascun altro di essi Principi, il quale pretenda che siano demolite, costando però che siano fatte nella maniera sopra espressa.

Quanto poi alle fortificazioni fabbricate respettivamente da Sua Santità e dal Gran Duca sù i confini dell'uno contro l'altro, convengono trà loro le Parti di non demolirle, atteso che non sono di tal natura da dar sospetti e gelosie.

VIII. Tali demolizioni, come ancora le sopradette, compresevi parimente quelle di Castro e del Bondeno, come nell'altra scrittura, a cui s'ha relazione, dovranno farsi trà il presente giorno et il dì stabilito, come sopra, per le restituzioni, e ciò con intervento de'Deputati, li quali sarà lecito alle Parti mandarvi per assistervi, vedere et attestare a i loro Principali la buona fede, con che si sarà proceduto alle dette demolizioni.

IX. Quanto alle novità seguite alle Chiane, le cose saranno rimesse ne'termini espressi nelle Capitulazioni trà la Sede Apostolica e la Casa del Gran Duca.

X. Saranno liberamente rilassati i Prigioni dall'una e dall'altra parte senza pagamento d'alcuna ranzone.

XI. Si perdonerà da ogni Principe respettivamente a'feudatarii, vassalli, offiziali di guerra, Terre, Communità, luoghi e sudditi di qualunque sorte, i quali havessero servito alla parte contraria, ò si fossero à quella in qualsivoglia modo volontariamente dati, et à loro si permetterà di stare ò tornare alle case proprie, e godere liberamente de'beni et effetti loro, e del lor privilgi, azzioni et immunità come prima.

Si restituiranno alli medesimi sopradetti tutti quei beni, che per tal causa fossero stati loro confiscati, ò in altro modo levati, ò sequestrati, etiamdio non ostante che fossero stati dati, donati ò assegnati ad altri, havendosi per rivocata et annullata ogni sentenza, dichiarazione, assignatione, tradiziona ò possessione che per tal causa fosse di già preceduta et ancora consumata.

Detta restituzione s'intenderà lor fatta dal dì, che saranno seguite le restituzioni generali, con permissione e facoltà di rientrare nell'attual governo, e con prestarsi à questo fine ogni assistenza et aiuto, cominciando dal medesimo giorno à correrne l'entrata et i frutti à favore degli antichi Possessori, i quali s'intenderanno riposti nelle prefate ragioni e titoli al modo stesso et à punto come per avanti la presenta guerra.

XII. Et alla participazione de'medesimi benefizii e tutte cose sopradette condescende benignamente Sua Santità d'ammettere ancora il Duca della Cornia.

XIII. Et havendo tanto la Republica, quanto il Gran Duca e Duca di Modona impedito alli Cavalieri della Religione Gierosolimitana di Malta il gudimento de'frutti delle lor Commende, et altre entrate et obvenzioni, che detta Religione tiene respettivamente nelli Stati loro, per occasione dei presenti moti, è stato convenuto e stabilito, che rimosso ogni sequestro et impedimento tanto la Republica, quanto il Gran Duca e Duca di Modona lascino liberamente e pienamente godere alla già detta Religione et à i Cavalieri di essa li frutti d'ogni Commenda, e d'ogni altro corpo d'entrata di qualunque sorte che sia nelli Stati loro, senza che gli siano impediti per detta causa.

XIV. Cesserà parimente ogn'impedimento che vi fosse à gli Ecclesiastici così Regolari come secolari, e che in qualsivoglia modo sono assenti per occasione della presente guerra, di ritornare à i lor luoghi e case, e di godere dei loro beni.

XV. Si pattuisce, conviene e dichiara espressamente, che siano riservate tanto alla Santa Sede e Camera Apostolica, quanto alli Principi sopradetti et à ciascuno di essi tutte le ragioni, pretensioni e capitolazioni, che hanno ò possono havere tanto in riguardo de'privilegii, immunità, esenzioni, iuspadronati, bonorificenze, concessioni e prerogative d'ogni sorte, quanto de'patti, transazioni, ragioni di beni allodiali, feudali ò misti respettivamente, ò per qualsivoglia altra causa, benche ricercasse individua e speciale menzione tanto della qualità, quanto della sostanza, e che tutta restino conservate intatte et illese nel termine preciso, in che erano avanti la presente guerra, et avanti l'ammassamento delle truppe e d'ogn'altra preparazione e tentativo in ordine à quella; con dichiarazione che questo capo, come anco tutto il contenuto della presente capitolazione deva intendersi à buona fede e con ogni larghezza a favore tanto di Sua Santità e della Camera Apostolica, quanto di ciascheduno separatamente de' Principi Collegati.

XVI. Si dichiara parimente, che per questa capitolazione non s'intenda acquistata alcuna nuova ragione alle Parti, ma tutte le ragioni di ciascuna di loro restino semplicemente nell'esser loro primiero come sopra.

XVII. Di più si conviene che nessuna delle Parti possa per danni reciprocamente dati ò patiti per le occasioni sopradette pretendere alcun risarcimento per qualsivoglia via e modo.

XVIII. Fatte le sopradette restituzioni si disarmerà da tutte le Parti senza alcuna dilazione sinceramente e con buona fede, ritenendosi solo ne'luoghi de'presidii la guarnigione solita tenervisi in tempo di pace; e stante che la Republica ha il suo Dominio che confina da più parti con diversi Stati, ne'quali di presente sono armi in piedi, che però per ragione di buon governo intratteneva anche prima de'presenti moti considerabil nervo di gente, durando tuttavia le medesime cause dichiara e promette, che quelle milizie che le converrà mantenere per occasione come sopra, la redurrà in luoghi lontani, e da non dar gelosia allo Stato della Chiesa.

XIX. Si dichiara espressamente che qualsivoglia lega ò trattato che vi fosse, tanto dalla parte di Sua Santità, quanto da quella de'Principi della Lega, non ripugnano e non ripugneranno, che di buona fede s'osservi precisamente tutto ciò che vien concordato nelle presenti Capitolazioni.

XX. Per maggior cautela d'osservazione di quanto sopra si consegneranno reciprocamente ostaggi al Rè Christianissimo per essere restituiti à quelli che di buona fede haveranno eseguito, quanto è stato convenuto e promesso nella presente trattazione, e questi saranno offiziali di guerra o altri da nominarsi nella ratificazione del presente Capitolato di qualità proporzionata da tutte le parti.

XXI. E di più tanto Sua Santità, quanto la Republica, il Gran Duca e Duca di Modona danno la lor parola al Rè Christianissimo, et alla Regina Reggente sua Madre, promettendo alla Maestà loro d'osservare puntualmente quanto sopra è stabilito, con dichiarazione che si contentano d'haver l'armi della Maestà Christianissima contro di loro e contro ciascuno di essi in caso d'inosservanza; e le Maestà loro scambievolmente per zelo della prememorata concordia, e per renderla più ferma e durabile, promettono l'assistenza delle lor forze à favore di chiunque de'sopradetti havrà eseguito di buona fede, contro chi riuscisse inosservante. Se bene le Maestà loro si promettono d'essere invitate dalla corrispondenza di tutti à conservare con ciascuno il solito affetto loro, e far sempre à gloria di Dio e ben publico sentire ad ognuno di essi respettivamente avvantaggioso frutto della loro Reale venerazione et amicizia.

In fede e per fermezza di quanto sopra si è espresso, le presenti saranno sottoscritte da Plenipotenziarii respettivamente di Sua Santità, della Maestà Sua, della Republica di Venezia, del Gran

Duca di Toscana e del Duca di Modona e ratificate dalli detti Principi. In Ferrara questo dì 31. di Marzo 1644.

„Io Gio. Steffano Cardinal Donghi Plenipotentiario della Santità di N. S. Papa Urbano Ottavo e della S. Sede Apostolica prometto quanto sopra.“

In Venetia questo dì et anno sopradetto.

„Io A. Card. Bichi Plenipotentiario del Re Christianissimo prometto quanto sopra.“

„Io Giovanni Nani Cav. Procur. Plenipotentiario della Rep. di Venetia prometto quanto sopra.“

„Io Gio. B. Gondi Cav. Plenipotentiario del Gran Duca di Toscana prometto come sopra.“

„Io Hippolito Estense Tassoni Plenipotentiario del Duca di Mod. prometto quanto di sopra.“

Nous apres avoir faict faire la lecture de tous les articles dudiet traité en nostre Conseil en presence de la Reyne Regente nre tres honorée dame et mere, de nostre tres cher et tres amé Oncle le Duc d'Orleans, de nostre tres cher et tres amé Cousin le Prince de Condé, de nostre tres cher et tres amé Cousin le Cardinal Mazarin de l'advis de nostredict Conseil et de nostre certaine science, pleine puissance et authorité Royalle avons iceux articles et traités de paix cydessus transcrits approuves, ratiffiez et authorisez, en ce qui nous concerne approuvons, ratiffions et authorisons par ces presentes signées de nre main. Promettons en foy et parole de Roy la garentie et execution d'iceux pour les faire garder et observer inviolablement par tous ceux qu'il appartiendra, sans permettre ny souffrir qu'il y soit contrevenu; et sans jamais aller n'y venir à l'encontre directement, ny indirectement en quelque sorte et maniere que ce soit, Car tel est nostre plaisir. En tesmoing de quoy nous avons faict mettre nostre secl à ces dictes presentes. Donné à Paris le xv. jour d'Avril l'an de grace mil six cens quarante quatre, et de nre Regne le premier.

LOUIS.

Par le Roy la Reyne Regente sa mere presente.
De Lomenie.

CCCCLV.

Innocentius PP. X. pro tuenda Romanae ecclesiae iurisdictione in castro S. Caesarii contra gubernium ducale Mutinense Breve edit. *Ex originali.*

Innocentius PP. X. Ad futuram rei memoriam. Cum sicut accepimus nuper dilectus filius nobilis vir Franciscus Dux Mutinensis, aut eius ministri praetenderint facere, vel etiam fortassis, nullo tamen iure suffulti, indebite fecerint nonnullas actiones, novitates et actus iurisdictionales in Castro S. Caesarei, eiusque Territorio in confinibus nostri Comitatus Bononiensis et Ducatus Mutinensis sito, in quo iurisdictio merumque et mixtum imperium ad nos et Apostolicam Sedem, etiam ratione supremi dominii, ex variis titulis et causis legitime spectat et pertinet, prout per diversas concessiones et litteras apostolicas et instrumenta aliasque scripturas, ac documenta antiqua et moderna constare dignoscitur: Nos, qui iurium Sedis praedictae assertores a Domino constituti sumus, ne ex taciturnitate nra vel ministrorum nostrorum consensus aut conniventia seu tollerantia in praemissis praesumi, vel per novitates et actus huiusmodi aliqui Nobis et eidem Sedi praeiudicium illatum, dictoque Duci ius etiam minimum in praedicto Castro eiusque Territorio acquisitum fuisse vel esse, ullo unquam tempore praetendi possit, quantum cum Deo possumus, providere volentes, necnon causarum, titulorum ac concessionum, litterarum, instrumentorum, scripturarum et documentorum quorumcumque huiusmodi tenores etiam veriores, aliaque necessario hic exprimenda et inserenda praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, Motu proprio ac ex certa scientia et matura deliberatione nris, deque Apostolicae potestatis plenitudine omnes et singulas novitates et actus, ut praefertur, et alias quomodolibet in praefato Castro per dictum Franciscum Ducem, aut eius ministros seu eorum iussu factas et factos, cum inde sequutis quibuscumque fuisse et esse ipso iure nullos et invalidos ac nullius plane roboris vel momenti, indebiteque et illicite citra aliquam iurisdictionem, sed temere et clandestine factos et de facto praesumptos, nullumque praeiudicium etiam minimum supremo nostro et dictae Sedis dominio, aliisque iuribus Nobis et eidem Sedi in dicto Castro quomodolibet competentibus intulisse nec inferre, sed illa sarta tecta et illesa ut prius remanere, neque novitates et actus huiusmodi ullum statum fecisse, nec Duci praedicto et cuicumque alii ullum omnino ius aut titulum vel possessionem seu quasi tribuisse vel tribuere, seu illis inde acquisitum fuisse quoquomodo praetendi, dici, censeri et intelligi unquam posse, sed perinde ac si non emanassent pro non factis perpetuo haberi debere, tenore praesentium decernimus et declaramus, ac ad abundantiorem cautelam et quotiens opus sit, easdem novitates et actus hactenus factas et factos, aliosque quoscumque forsan infuturum quandocunque quomodolibet faciendos cum omnibus et singulis inde sequutis motu, scientia, deliberatione, potestatis plenitudine ac tenore paribus annullamus, irritamus, cassamus, damnamus viribusque et effectu evacuamus, adeo ut nullo unquam temporis cursu etiam longissimo et ultra metam centum annorum ulla praescriptio incipi, nec perfici aut prorsus ullo modo induci, nullusque titulus inde oriri queant. Decernentes praesentes litteras ac in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod dictus Franciscus Dux aut eius ministri, ac quicumque alii in praemissis interesse habentes seu habere quomodolibet praetendentes ad ea vocati aut auditi non fuerint,

nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis aut nullitatis, vel intentionis nostrae aut alio quantumlibet magno, inexcogitato et dubitantiali defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in ius vel controversiam revocari aut ad terminos iuris reduci, vel adversus illas restitutiones in integrum aut aperitionis oris vel quodcumque aliud iuris facti ..... remedium impetrari, eut etiam motu simili concesso quempiam in iudicio vel extra illud uti seu se iuvare posse, sed easdem praesentes cum omnibus et singulis in eis contentis semper et perpetuo validas, firmas et efficaces fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, sicque et non alias in praemissis per quoscumque Iudices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici Auditores ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de latere Legatos, et quoscumque alios quacunque auctoritate fungentes nunc et pro tempore existentes, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari, interpretari et definiri debere, ac irritum et inane quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, Non obstantibus praemissis et apostolicis, ac in Conciliis universalibus provincialibusque et synodalibus editis generalibus vel specialibus Constitutionibus et ordinationibus, et quatenus opus sit, nostra de tollendo iure quaesito et aliis nostris et Cancellariae apostolicae regulis, necnon quibusvis etiam iuramento, confirmatione apostolica vel alia quavis firmitate roboratis statutis et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et litteris apostolicis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus et insolitis clausulis et irritantibus, et aliis decretis in contrarium praemissorum etiam motu simili et consistorialiter, ac alias quomodolibet emanatis, concessis, confirmatis, approbatis et pluries innovatis, quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua et expressa ac de verbo ad verbum insererentur, praesentibus pro expressis et insertis formamque in illis traditam pro servata habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum specialiter et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Martii MDCLIV. Pontificatus nostri anno decimo. G. Gualterius.

CCCCLVI.

Capitula concordiae inter Alexandrum PP. VII. et Ferdinandum II. magnum Etruriae ducem super aquis Clanarum inita. Ex originali.

I. Che il fiume Astione nella parte superiore al suo Regolatore si mantenga in avvenire da i sudditi del Serenissimo Gran Duca dentro al suo alveo sino al confine del Territorio di Cetona con quello di Città della Pieve, e si mandi ad imboccare nell'alveo vecchio hoggi interrito, scavandolo per le vestigie che vi si vedono con suoi argini sicuri et alti sopra le maggiori escrescenti, e da medesimi si fortifichi la steccata che impedisce il corso verso il piano de Cetona, e si riempia tanto dell'alveo per detto piano che non possa più corrervi, e tutte queste operazioni dovranno fare e mentenere da i medesimi sudditi di Sua Altezza secondo la forma che sarà da i Periti concordemente dichiarata tanto nella profondità quanto nella largbezza.

II. Che da i sudditi di Nro Signore si scavi l'alveo chiamato del Peruzzi hoggi ripieno, dal principio del loro territorio sino al regolatore con larghezza di alveo e sicurezza di argini, come nella parte superiore, come sarà parimente dichiarato da medesimi Periti, e con declive che continuando il fondo superiore termini alla soglia da farsi al detto Regolatore, e di qui si proseguisca e mantenga per il suo solito corso, e sempre dentro agli argini sino al suo antico ingresso nella vena della Chiana, conforme la pianta antica che sarà contrasegnata da periti con esprimere nell'istrumento che si celebrerà la distanza del detto ingresso dal Regolatore del Buterone; e la escavatione si faccia con declive naturale del fondo dal piano di detta soglia, sino al fondo che sarà nella vena della Chiana, doppo che sarà escavata, e per tal letto del Peruzzi senza impedimento alcuno habbia da caminare l'acqua ordinaria dell'Astrone; e però si debba da i medesimi sudditi di Sua Santità conservare sempre netto, libero e corrente.

III. Che da i medesimi sudditi di Sua Santità si debba aprire e riedificare il sopradetto Regolatore di Astrone, con la bocchetta senza cataratta capace delle acque ordinarie dell'inverno solamente come prima, che sia di palmi sette di luce in altezza e di palmi dodici in larghezza, la cui soglia si ponga sotto la sommità del muro accortellato dal Regolatore vecchio palmi sei e mezzo, che sono palmi quattordici e un quarto sopra la soglia vecchia, e palmi dieci sotto il piano presente della campagna, e nel rimanente si osservi la forma del vecchio con obligo di mantenere questo nuovo sempre aperto e netto da ogni impedimento, acciò l'acque vi habbiano il corso senz'alcuno ristringimento e l'esito libero, et alla medesima profondità, alla quale si costituirà di presente, si mantenga nell'avvenire.

IV. Che da medesimi sudditi di Sua Santità si faccia la escavatione dell'olveo di Romani detto delle Cardeta, hoggi ripieno à segno, che possa ricevere le acque straordinarie e delle piene di detto fiume, e acciò non serva ad altro, e per rimediare per quanto si può, che per esso alla volta della

Chiana non si conduca breccia et impostime, che le faccia danno et impedisca il corso ò canale della detta Chiana verso Buterone, si faccia e mantenga all'imboccatura di detto alveo un muro le cui sommità sia à livello del colmo della luce del Regolatore, e quello impedisca l'ingresso delle acque ordinarie, e debba l'alveo suddetto accomodarsi in modo che le acque straordinarie, e delle piene dell'Astrone che vi entreranno, doppo che haveranno corso lo spatio di due terzi poco più ò meno in quello, acciò non entrino nella corrente della Chiana à traverso nè sparpagliate, se le dia una piega e corso à mano destra verso il Buterone con canale opportuno e capace, per il quale sbocchi nella Chiana à seconda dell'acque dalla parte di sopra delle terre e ponte di Buterone, e tale si mantenga.

V. Che da i sudditi di S. Santità si riedifichi il ponte di Buterone e si riaprano le due bocchette di larghezza di palmi otto e di altezza di palmi dodici l'una, le soglie delle quali si alzino sopra le vecchie palmi sette, e queste bocchette si conservino in avvenire nella medesima forma, stato, situazione e misure, et alla istessa invariabile profondità, alla quale si costituiranno di presente, e sempre aperte e libere, acciò tanto le acque superiori della Chiana e Tresa, quanto l'escrescenti di Astrone di ogni tempo vi possino passare secondo la suddetta loro apertura e capacità.

VI. Che il fiume della Tresa da i sudditi di S. Santità si metta e mantenga dentro ò luogo il suo alveo hoggi ripieno, che passa verso il Colle de Tombarelli, e per un alveo arginoso à sboccare nella vena della Chiana à seconda sopra il passo delle Botti; e sia lecito à i sudditi di S. Altezza in evento che questa rompesse verso di loro, ò facesse altra entrata di quella che sopra si è detto in loro pregiudizio, il fare argini sul proprio e difendersi, senza però impedire i scoli dell'aggiacente territorio della Pieve; e dal suddetto sbocco della Tresa sino alle Biffa si faccia da i sudditi di Sua Altezza un canale proportionato e capace à ricevere le acque superiori, e dal luogo suddetto della Biffe sino al Buterone si continui da sudditi di Sua Santità il medesimo canale, e si mantenga dall'una e dall'altra parte rispettivamente ne i detti spazii sempre pulito e scavato con profondità di palmi quattro sotto il piano presente del terreno allo sbocco della Tresa al passo delle Botti, di dove si proseguisca con pendenza continuata et uniforme sino al piano della soglia delle bocchette recedendo da i capitoli quattordici, quindici e sedici della Concordia del 1607. disponenti circa la detta Tresa e circa il taglio delle canuuccie, con dichiarazione però che la profondità della medesima escavatione in tutto questa tratta, la quale sarà di presente dai Periti stabilita, non si possa per l'avvenire alterare, ma si debba mantenere all'istesso fondo; e da questa soglia si proseguisca parimente da i sudditi di Nřo Signore la escavatione del canale della vena della Chiana sino al ponte di sotto con la pendenza che dà il piano della campagna, levati i dorsi e questo così escavato si mantenga sempre libero e corrente.

VII. Che non possa farsi da i sudditi di Sua Santità alcuna cosa di nuovo nel canale, che impediva il libero corso delle acque alla volta del ponte di sotto, non intendendo per questo che s'impedisca di rifare l'argine del Campo della Volta quando lo stimino necessario, purche non serri detto canale; et all'incontro i sudditi di Sua Altezza non possino fare alcuna sorta di lavoro per le quale s'impedisca ò ristringa il corso dell'acqua verso i ponti murati di Arezzo.

VIII. Che i sudditi di Sua Santità e di Sua Altezza, ciascuno rispettivamente nel proprio territorio, faccino e perfettionino e mantenghino sino all'ingresso nella Chiana i due canali per scolo de i fiumicelli di Cetonesi, e perciò siano mantenute libere da i sudditi di Sua Santità le due aperture nel Bastione detto di Clemente nel medesimo sito, e della istessa capacità che sono adesso, cioè quella della Chietena di palmi ventitre, e l'altra del Maltaiolo di palmi diciotto. E per schivare le controversie in avvenire si dovranno nel fine de presenti capitoli dichiarare i siti precisi, nelli quali hora sono le suddette dui aperture della Chietena e del Maltaiolo, con esprimere termini stabili perpetui, cioè tante canne distanti da ciaschedano de i due colli contigui, et all'ingresso del territorio Ecclesiastico de due canali de Cetonesi si metta un termine di pietra per ciascheduno.

IX. Che le Concordie del 1600. e del 1607. restino nella loro forza e vigore in tutte quelle parti, circa le quali non si è fatta contraria dispositione.

X. Che di tutte le operationi di sopra stabilite si faccia Pianta e profilo concordemente con relatione à termini stabili da eleggere et apporsi in quei siti, che si stimeranno opportuni per regola e ricognitione delle suddette operationi, e per il successivo mantenimento di esse nello stato nel quale si ridurranno e in qualunque tempo, la qual Pianta e profilo siano sottoscritti da Commissarii e Periti di ambe le parti, et inoltre si notino nel fine de presenti Capitoli tutte le misure che si giudicheranno più necessarie per detti effetti.

XI. Che per la puntuale e continuata osservanza delle suddette cose siano deputate ogni anno persone, che le riconoscano con sufficiente facoltà di farle ridurre e mantenere nello stato come sopra convenuto, e questo oltre alle diligenze che dovranno farvi ella giornata i custodi o ministri in questo effetto deputati ò da deputarsi da ciascuna delle parti, e non in altro modo.

XII. Che per amorevole e reciproca essecutioni delle cose sopradette, prima del mese di Maggio 1665. si trovino insieme ne'luoghi sopradetti un Perito per parte, acciò che in quello che per la loro effettuatione habbia bisogno di disegno ò misura, rimanghino d'accordo del modo et ordine di principiare e proseguire dette operationi, e nel medesimo tempo si deputino persone con facoltà di riconoscere in detti luoghi tutti i termini de confini, e ritrovarli et alzarli, dove si trovassero sepolti ò diruti, il che si dovrà fare coll'intervento dell'una e l'altra parte e non in altro modo, e si deva dare principio a' lavori dentro al mese di Maggio 1665. e proseguirli senza levar mano nè tempi e stationi proportionate à tali operationi, come anco si deva per tutto il mese di Aprile 1666. stabilirsi in Roma con i Ministri del Serenissimo Granduca il tempo e termine, che bisogni per l'intiero adempimento delle operationi convenute; e di tutto ciò che si è stabilito ne' presenti capitoli si faccia istrumento publico, coll'insertione delle cose notate à parte nel fine di questi, che sono le misure mentionate di sopra, e questo si faccia coll'approvatione di Sua Santità e del Serenissimo Granduca.

XIII. Che in caso che detto tempo e termine non venisse dichiarato per tutto il mese di Aprile 1666. ò che in quello da ciascuna delle parti non si affettuassero le operationi convenute, ò si mancasse di osservare quanto sin qui si dispone, sia lecito e possa l'altra nonostante qualsivoglia eccettione ritornare alle ragioni che se gli competessero in vigore delle passate Concordie.

Nota delle misure mentionate ne' presenti Capitoli:

Larghezza dell'alveo dell'Astrone sopra il Regolatore in fondo palmi Romani trentacinque.

Profondità del medesimo alveo sopra il Regolatore quella che dal fondo presente di detto alveo alla steccata verrà con declive ripartito à trovare la soglia della becchetta del Regolatore.

Riempimento da farsi dell'alveo del piano di Cetona canne ottanta Romane dietro alla steccata per maggiore fortificatione di essa.

Larghezza dell'alveo del Peruzzi sotto il Regolatore per la lunghezza di canne cento, palmi ventitre in fondo.

Larghezza dell'alveo rimanente sino al suo sbocco in Chiana palmi venti in fondo.

Distanza dello sbocco di detto alveo del Peruzzi nella vena della Chiana dalle bocchette di Buterone canne quattrocento, come s'inferisce dalla pianta antica sottoscritta dalle parti.

Imboccatura dell'alveo de Romani palmi trentacinque.

Larghezza del medesimo sino al suo sbocco palmi trentacinque in superficie al piano della campagna.

Distanza dello sbocco dell'alveo de Romani dalle bocchette di Buterone braccia Chiusine quattrocentocinquanta, che sono canne Romane centoventisette e mezza.

Larghezza del canale dallo sbocco della Tresa sopra il Passo delle Botti sino al ponte di sotto palmi trenta in fondo.

Distanza dell'apertura del Maltaiolo nel Bastione di Clemente da un termine murato verso il Poggio de Cavalieri canne quarantanove; distanza di detto termine dal detto Poggio canne undici e palmi sette, che in tutto sono canne sessanta e palmi sette.

Larghezza della detta apertura al piano della campagna palmi diciotto.

Distanza della detta apertura dall'altra di Chietena canne treeento trentaquattro e palmi sei.

Larghezza della detta apertura di Chietena al piano della campagna palmi ventitre.

I siti ne i quali si stima oppertuno di porre i termini per segni stabili notati in questi Capitoli, sono:

Lo sbocco della Tresa nella vena della Chiana.

Il mezzo del taglio delle Cannuccie.

Lo sbocco dell'alveo de Romani.

Lo sbocco dell'alveo del Peruzzi.

La steccata dell'alveo superiore dell'Asterone.

Gli altri già fini, dove si dovranno notare i segni, sono questi: La Torre di Beccati, la Biffa, il ponte di Buterone, il ponte di sotto, il Regolatore dell'Astrone.

„Io Gasparo di Carpegna approvo per parte di N̄ro Signore i presenti Capitoli e note, e mi sono sottoscritto di ordine della Santità Sua."

„Io Serafino Cenci approvo per parte del popolo Romano li presenti Capitoli e note, e mi sono sottoscritto come sopra."

„Io Antonio Michelozzi approvo per parte del Serenissimo Granduca i presenti Capitoli e note, e mi son sottoscritto d'ordine di Sua Altezza."

CCCCLVII.

Capitula conventionis inter Clementem PP. XI. et magnum Etruriae ducem initae ad exstirpandos latrones et facinorosos confinia utriusque dominii infestantes. *Ex originali.*

Capitoli trà l'Em̄o e R̄mo Signor Cardinale Casoni Legato di Bologna, et il Ser̄mo Granduca di Toscana, per la estirpazione de' Banditi e Facinorosi dell'uno e dell'altro stato.

Che si permetta alla gente dell'uno e l'altro stato passare nelli stati alieni per quattro o cinque miglia solamente con occasione di perseguitare Banditi e altra gente di mal'affare, purche non si entri in luoghi murati.

Che dall'una e dall'altra parte si lascino i Prigioni in quello stato, ove saranno stati presi,

per domandarli poi vicendevolmente ne' luoghi, dove saranno Banditi o altrimenti condannati, con questo però che i delitti capitali che havessero commesso nel luogo dove saranno presi, possino esser castigati dal Giudice del medesimo luogo.

Che si piglino tutti quelli dei quali si averà notizia esser Banditi dello stato confinante, (se però non saranno prima stati assicurati) ritenendoli in carcere per domandarli come sopra; et in caso d'assicurazione debba proibirsi lo accostarsi à confini per venti miglia.

Che si facciano arrestare tutti gli uomini non conosciuti che passando armati con armi proibite e fuori di strade maestre, e per le montagne e confini si renderanno sospetti, acciò diano conto dell'esser loro.

Avvertendo nondimeno di non impedire i Vergari che andassero in Maremma con bestiami, usando in questo discrezione.

Che la presente Capitolazione duri e durare s'intenda per un anno dal giorno della sua publicazione e continuata per un'altro anno, mentre non si faccia dichiarazione di disdetta da una delle parti.

Dato in Firenze li 14 Decembre 1709.

IL GRANDUCA DI TOSCANA.

(L. S.)

Carlo Antonio Gondi

(Dato in Bologna dal Palazzo della Legazione questo dì 5 Decembre 1709. Cardinale Casoni.)

CCCCLVIII.

Concordia inter Benedictum PP. XIII. et Carolum VI. Romanorum Imp. inita super restitutione civitatis Comaclensis eiusque vallium caeterorumque annexorum. *Ex originali cum magno sigillo imperiali.*

Carolus VI. Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Rex Germaniae, Castellae, Aragoniae, Legionis, utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Gallitiae, Maioricarum, Seviliae, Sardiniae, Cordubae, Corsicae, Murciae, Giennis, Algarbiae, Algezirae, Gibraltaris, Insularum Canariae et Indiarum, ac Terrae firmae Maris Oceani, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Limburgiae, Geldriae, Wirtembergae, superioris et inferioris Silesiae, Calabriae, Athenarum et Neopatriae, Princeps Sueviae, Cataloniae et Asturiae, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviae, Moraviae, superioris et inferioris Lusatiae, Comes Habspurgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae et Arthesiae, Landgravius Alsatiae, Marchio Oristhani, Comes Goziani, Namurci, Rossilionis et Ceritaniae, Dominus Marchiae Sclavoniae, Portus Naonis, Biscaiae, Molinae, Salinarum, Tripolis et Mechliniae etc.

Notum testatumque facimus omnibus et singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, Quod, cum inter Summi Pontificis Benedicti XIII. ac Caesareum Nostrum Ministros, Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Fabritium Episcopum Portuensem et Sanctae Rufinae Presbyterum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Paulutium et Status Secretarium, necnon Reverendissimum in Christo Patrem Dñum Alvarum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Cienfuegos, Episcopum Cataniensem, Sancti Bartholomaei in Insula Presbyterum, plena cum facultate utrimque munitos die vigesima quinta Novembris Millesimo septingentesimo vigesimo quarto, sequens conventio inita et conclusa fuerit;

Cum saluti publicae ac Orbi praesertim Christiano omnino conveniat, stabilem inter Pontificiam et Caesaream Aulas concordiam servari colique, et post occupatum casu Comaclum Summi nuper Pontifices per suos respective Ministros et Nuntios continue instituerint, dictum Comaclum in eum, in quo prius erat, statum restitui, nec antea pacem concordiamque futuram; eumque his aliisque gravissimis pro salute publica tandem mota rationibus Sacra Caesarea Maiestas Carolus Sextus Romanorum Imperator pro distinctissima sua, qua in Sanctam Romanam Ecclesiam et Apostolicam Sedem fertur, aequanimitate probe cognoverit, rem hanc in ea, qua usque huc versata fuit, conditione absque periculo publico persistere diutius non posse, eapropter momentosum hoc negotium pro re interim componenda Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Alvaro Cienfuegos tandem committendum duxerit, qui vigore Imperialis plenipotentiae propria Sacrae Caesareae Maiestatis manu et sigillo munitae, cum Plenipotentiario Pontificio per literas in forma Brevis expeditas munito, rem ipsam susciperet: hinc praenominati Ministri Plenipotentiarii nomine et plena facultate, ut supra, in Articulos sequentes circa dimittendam possessionem Comacli, salvo cuiuscunque iure, convenerunt, videlicet:

Primo, promitti a Summo Pontifice pro se suisque Successoribus Romanis Pontificibus Sedeque Apostolica, se eosdemque nec ratione damnorum, quae occasione Comacli sive ante, sive per, sive etiam post apprehensam a Copiis Caesareis eius possessionem Territorio Sedis Apostolicae, eiusve Subditis quocumque demum modo illata fuissent, neque ratione fructuum ex Comaclo hactenus perceptorum ullo unquam tempore a Sacra Caesarea Maiestate Serenissimaque Domo Austriaca quidpiam postulaturos, neque etiam a Subditis et Incolis Comaclensibus eo nomine ullos indemnitatis aut reparationis sumptus exacturos: quinimo vi huius articuli omnes istas aliasque eiusmodi praetensiones pro penitus sublatis perpetuo habendas esse.

Secundo, possessionem Comacli a Sacra Caesarea Maiestate eo duntaxat pacto dimitti, ut in eandem Sedes Apostolica restituatur, ut prius, ita scilicet ut neque eidem Sedi Apostolicae per hanc restitutionem aliquid novi Iuris tributum, neque Imperio vel Domui Atestinae quidquam Iuris sublatum esse censeatur, sed Sacrae Caesareae Maiestatis et Imperii, Domusque Atestinae iura omnia tam respectu possessorii quam petitorii salva remaneant, neminique ex hoc actu praeiudicium ullum irrogatum intelligatur, usque dum cognitum fuerit, ad quem Comaclum pertineat.

Tertio, convenisse de amnestia generali pro omnibus Subditis et Incolis Comaclensibus, et specialiter pro iis, qui a tempore praedictae occupationis vel etiam antea suam erga Caesaream Maiestatem et Imperium devotionem peculiariter testati, vel Comacli politicis, civilibus, oeconomicis aut militaribus officiis, vel etiam ex causis sive publicis sive privatis ad Aulam Caesaream Eiusve Administros ablegati fuerunt: Ac proinde vigore huius amnestiae praedictis Subditis et Incolis Comaclensibus, nec quoad personas, neque quoad bona, statum vel securitatem praememoratis aliisve huiusmodi causis quidquam molestiae aut impedimenti directe vel indirecte inferendum esse.

Porro sarta tecta servari omnia Iura, privilegia, immunitates et praerogativas, quibus Subditi et Incolae Comaclenses ante supradictam occupationem usi et potiti sunt, vel uti aut potiri debuissent.

Cum vero Innocentius XIII. prius quam stipulati hi articuli plenum effectum sortiti erant, rebus humanis exemptus, Eiusdem in Sede Pontificia Successor Benedictus XIII. eadem mente pariter sit, atque vigore suarum requisitorialium de vigesima secunda Iulii nuperi insistat, ideoque suum nunc Ministrum pleno etiam cum facultate instruxerit munieritque, prout tenor appositus in fine huius conventionis exhibet:

Itaque Plenipotentiarius Pontificius nomine Summi Pontificis et Camerae Pontificiae recipit, et pro recepta ex nunc haberi vult restitutionem realis possessionis dictae Civitatis Comaclensis, aliorumque locorum occupatorum et pertinentiarum in eo, in quo prius erant, statu iuxta praesentis conventionis modum et articulos praeinsertos acceptat, eodem etiam nomine promittens eo, quae a Summo Pontifice praestanda in praemissis articulis continentur.

Insuper praedictus Eminentissimus et Reverendissimus Dominus Cardinalis Alvarus Cienfuegos nomine quo supra promittit, pro pleno atque integro effectu dictae dimissionis et restitutionis praesidia Caesarea, eorumque milites intra tres menses a die ratihabitionis computandos a dicta Civitate Comaclensi locisque occupatis recessuros, **ac tam Militares quam Civiles cuiuscunque generis Officiales iuxta consuetum in huiusmodi evacuationibus modum, suppeditatis tamen navigiis vel** curribus et iumentis pro locorum opportunitate necessariis ad asportanda bellica et propria eorum mobilia, adeo ut integrum liberumque Summo Pontifici sit praesidium suorum Militum inducere et collocare, ibidemque potestatem libere, ut prius, exercere.

Denique promittunt etiam memorati Eminentissimi et Reverendissimi Dñi Cardinales omnium et singulorum, quae in praesentis Instrumenti articulis contenta sunt, ratificationem intra quadraginta dies ex Pontificia et Caesarea Aula secuturam esse.

Pro quibus praedictis omnibus observandis et implendis uterque ex dictis Eminentissimis et Reverendissimis Dominis Cardinalibus Plenipotentiariis, tacta cruce pectorali, iuravit et manu propria duplex exemplum praesentis Instrumenti mutuae Conventionis subscripsit et signavit, ut unum eorum penes praefatum Emum Plenipotentiarium Pontificium et alterum penes dictum Emum Cienfuegos existat. Actum Romae vigesima quinta Novembris Anno Millesimo septingentesimo vigesimo quarto.

(L. S.) Ego Fabritius Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Paulutius Sanctitatis Suae Plenipotentiarius affirmo, promitto et iuro ut supra.

(L. S.) Ego Alvarus titulo S. Bartholomaei in Insula S. R. E. Cardinalis Cienfuegos Sacrae Caesareae et Catholicae Maiestatis Plenipotentiarius affirmo, promitto et iuro ut supra.

Tenor Plenipotentiae Pontificiae.

Venerabili fratri nostro Fabritio Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae S. R. E. Cardinali Paulutio nuncupato.

Benedictus PP. XIII.

Venerabilis frater noster, salutem etc. De tua spectata fide, prudentia, integritate et in rebus agendis dexteritate plenam in Domino fiduciam habentes, motu proprio et ex certa scientia et matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine Te ad ineundam Conventionem, per quam Sedes seu Camera nostra Apostolica dimissionem et possessionem Comacli ac pertinentiarum, aliorumque locorum recipiat in nostrum et Sedis praedictae Plenipotentiarium tenore praesentium nominamus, constituimus et deputamus, Tibique, ut Nostro et dictae Sedis nomine cum dilecto filio nostro Alvaro S. R. E. Presbytero Cardinali Cienfuegos nuncupato, quem Charissimus in Christo filius noster Carolus Hispaniarum Catholicus et Romanorum Rex in Imperatorem Electus laudabili causarum dissensionum tollendarum studio ductus sufficienti ad id Mandato munivit, de dimissione et receptione possessionis Comacli ac perti-

nentiarum, aliorumque locorum huiusmodi agere, illaque tractare et concludere libere et licite possis et valeas, plenam et amplam facultatem harum serie concedimus et impertimur, Decernentes validum et efficax fore, quidquid eorumdem praesentium vigore tu egeris, tractaveris et concluseris, id omne acceptum et gratum firmumque ac ratum habere, necnon observare, complere et exequi in verbo Romani Pontificis promittentes, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die prima Septembris Millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Pontificatus nostri anno primo.

B. Cardinalis Oliverius.

Tenor Plenipotentiae Caesareae.

Nos Carolus Sextus Divina favente clementia Electus Romanorum Imperator semper Augustus ac Rex Germaniae, Castellae, Aragoniae, Legionis, utriusque Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae, Sclavoniae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Cordubae, Corsicae, Murciae, Giennis, Algarbiae, Algezirae, Gibraltaris, Insularum Canariae et Indiarum ac Terrae firmae Maris Oceani, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carniolae, Limburgiae, Lucemburgiae, Geldriae, Wirttembergae, superioris et inferioris Silesiae, Athenarum et Neopatriae, Princeps Sueviae, Cataloniae et Asturiae, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviae, Moraviae, superioris et inferioris Lusatiae, Comes Habspurgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae et Artesiae, Landgravius Alsatiae, Marchio Oristhani, Comes Goziani, Namurci, Rossilionis et Ceritaniae, Dominus Marchiae Sclavonicae, Portus Naonis, Biscaiae, Molinae, Salinarum, Tripolis et Mechliniae etc.

Notum testatumque facimus tenore praesentium Universis, Quod Nos Reverendissimum in Christo Patrem Dominum Alvarum S. Romanae Ecclesiae Cardinalem Cienfuegos, Episcopum Cataniensem, Sancti Bartholomaei in Insula Presbyterum, cuius prudentia et integritas Nobis iamdudum et continuo probatae sunt, in Plenipotentiarium Nostrum Caesareum constituerimus, prout eundem vigore harum constituimus, dantes plenam ipsi facultatem cum Secretario Status Reverendissimo in Christo Patre Domino Fabritio Epo Portuense et S. Rufinae Presbytero Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinale Paulutio, quem Benedictus Decimustertius Summus Pontifex pro hac causa et negotio destinavit, atque solita Plenipotentia vigore Brevis de prima Septembris nuperi munivit, super conficiendo publico Instrumento, quo Camera Romana dimissionem et possessionem Comacli, uti prius, recipiat, conveniendi, tractandi, tractatum concludendi signandique, verbo nostro Caesareo promittentes, quod Nos eandem Conventionem et Instrumentum omnino approbaturi, ratum, gratum, firmumque habituri simus, in quorum fidem ac robur hasce manu nra subscriptas sigillo nro Imperiali muniri iussimus. Datum in Civitate nostra Viennae die vigesima prima Octobris Anno Millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Regnorum nrorum Romani decimo quarto, Hispanicorum vigesimo secundo, Hungarici et Bohemici vero pariter decimo quarto.

CAROLUS.

Vidit Ioannes Wilhelmus Comes de Wurmbrandt.

Ad Mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium
P. W. Nob. Dom. de Georgenthal.

Nos praedictam Conventionem sic initam et conclusam in omnibus ac singulis eiusdem Articulis laudaverimus, approbaverimus, confirmaverimus et ratam habuerimus, quemadmodum eandem hisce laudamus, approbamus, confirmamus et ratam habemus, promittentes verbo nostro Imperiali, Nos omnes et singulos Articulos in dicta conventione expressos inviolabiliter observaturos, nec eisdem ullo modo contraventuros, aut quantum in Nobis erit, contraveniri passuros esse: in quorum maiorem fidem et testimonium praesentes ratificatorias manu nostra subscriptas Sigilli nostri Caesarei appressione muniri iussimus, quae Dabantur in Civitate nostra Vienna die undecima Decembris Anno Millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Regnorum nrorum Romani decimo quarto, Hispanicorum vigesimo secundo, Hungarici et Bohemici vero pariter decimo quarto.

CAROLUS.

Vidit I. W. Comes de Schœnborn.

Ad Mandatum Sacrae Caesareae Maiestatis proprium
P. W. Nob. Dom. de Georgenthal. m. pp.

CCCCLIX.

Conventio inter Benedictum PP. XIV. et Mariam Theresiam uti Milani et Mantuae Ducissam super confinibus territoriorum Mantuani et Ferrariensis inita.
Ex originali.

Convenzione e dichiarazione per i Confini di Terra del Ducato di Mantova colla Provincia di Ferrara.

Essendo per la vetustà e per le vicende delle guerre e accampamenti militari consunti, e caduti in diverse parti li termini divisori dello Stato di Mantova con quello di Ferrara, e reso in dubbio in alcuni siti il confine, ed anche la ragione privata delle rispettive Comunità e sudditi con discordia ed inquietudine de' medesimi, fù nel mese di Aprile scorso accordato per la reciproca indennità e tranquillità fra l'Emo e Rmo Signor Cardinale Barni Legato di Ferrara, e l'Illmo ed Eccmo Sig. Conte Cristiani Vicegovernatore di Mantova di far riconoscere col mezzo di comuni ministri lo stato

presente di detta confinazione, e confrontarla cogli antichi disegni de'limiti che conservansi ne'rispettivi Archivii, e di rilevare sulla faccia del luogo il ristabilimento praticabile a quiete comune della vera e giusta confinazione.

Deputati adunque in vigore delle vicendevoli facoltà governative della parte di Sua Eminenza il Sig. Conte Muzzarelli Consigliere del primo Ordine, e dalla parte di Sua Eccellenza il Sig. Conte Casali Consigliere nel supremo Consiglio di Giustizia di Mantova e Delegato a Confini, si portarono gli stessi Ministri sul fatto, e visitata nel corso di più giorni la faccia de'luoghi, e fatte le opportune diligenze espresse nella visita, che sarà registrata a piedi della presente Convenzione sotto A, si trovarono d'accordo in progettare la nuova linea divisoria di due dominii, conformemente all'antica e risultante dalle due relazioni fatte rispettivamente da detto Sig. Conte Muzzarelli all'Eminenza Sua sotto B, e dal Sig. Conte Casali a Sua Eccellenza sotto C, cioè per la parte Mantovana da Michelangelo Ferrarini Perito comunale di Mantova, e per la parte Ferrarese da Giovanni Giacomelli Perito della Rev. Camera Apostolica, o da Giuseppe Forecchii Perito del pubblico di Ferrara.

Prese successivamente in considerazione dagli accennati Emo Legato ed Illmo ed Eccmo Vicegovernatore le respettive consulte delli due enunziati ministri, furono avanzate all'intelligenza delle rispettive Corti per implorare l'oracolo delle medesime sopra l'effettuazione della progettata linea divisoria.

Si degnò Sua Santità di dare l'assenso per parte sua con lettera di Segretaria di Stato, spedita sotto li 29 di Aprile 1752 da registrarsi sotto E, e Sua Maestà si degnò similmente di darlo con Cesareo Reale dispaccio spedito sotto li 15 Giugno scorso per via dell'Eccmo Governo Generale evacuato a detto Sig. Vicegovernatore sotto li 30 dello stesso mese da inserirsi sotto la lettera F.

Nulla dunque più restando che di mandare ad effetto le disposizioni conciliate fra li due Ministri, ed approvate dall'uno e l'altro Sovrano, sono in conseguenza l'Emo et Rmo Sig. Cardinale Giovanni Battista Barni, del titolo di S. Tommaso in Parione, Legato a latere della Città e Ducato di Ferrara, e l'Illmo ed Eccmo Sig. Conte Cristiani Signore di Ravarano, Casola e Casa Selvatica, Consigliere intimo attuale di Stato delle Loro Maestà Imperiali, Generale Sovraintendente delle Regie Poste in Italia, Gran Cancelliere per Sua Maestà nella Lombardia Austriaca, e suo Vicegovernatore per gli Stati di Mantova, Bozolo e Sabbioneta, concordemente convenuti in vigore delle vicendevoli accennate facoltà ne'seguenti articoli.

I. In seguito delle rispettive Sovrane approvazioni si spediranno alli due accennati Signori Consiglieri Conti Casali e Muzzarelli subito segnate le presenti Convenzioni le opportune Commissioni, per portarsi nuovamente sul fatto e far eseguire la linea divisoria risultante da detto disegno e dalle loro Relazioni per i Confini di Terra, facendo rimettere gli antichi termini caduti per la vetustà, e piantare de'nuovi ne'siti opportuni a rendere per l'avvenire certa la nuova linea de'limiti fra il territorio Ferrarese e Mantuano, di modo che non rimanga alcuna dubbiezza sopra la vera estenzione dell'uno e dell'altro territorio, facendo anche imprimere ne'pilastri nuovi da farsi a comuni spese le armi di Sua Santità nel lato corrispondente al territorio Ferrarese, e quelle di Sua Maestà nel lato corrispondente allo Stato di Mantova, rimossi gli stemmi degli antichi possessori.

II. Restando colla nuova linea a maggior quiete de'rispettivi sudditi li colatori finitimi alli due Dominii, parte nell'intiera loro estensione in proprietà de'Mantovani, e parte nello stesso modo in proprietà de'Ferraresi, ed alcuni in proprietà di un dominio colla servitù passiva di ricevere le acque, che scolano dall'altro per i siti annunziati nell'accennata visita, resta dichiarato a norma del parere di detti Ministri, che ove resta lo scolo ad una delle parti, e l'argine all'altra rimanga a favore degli Utenti di detto scolo la sola servitù attiva dell'arginare e riparare rispettivamente l'arginatura necessaria, salve nel resto le ragioni private e i possessi de'rispettivi sudditi colla dipendenza dovuta al Sovrano Territoriale del paese, ove mediante il nuovo stabilimento de'limiti, resteranno situati li beni, sopra i quali i sudditi dell'una e dell'altra parte per i casi delle contingibili controversie, e giudicii occorrenti per tali suoi beni goderanno delle loro ragioni.

III. Terminata che sarà sotto gli ordini delli accennati due ministri la posizione de'nuovi termini, e in conseguenza effettuata la linea divisoria de'confini di terra, sarà dell'incarico de'Ministri medesimi di far formare nuovo disegno colla più accurata esattezza di tal linea sotto le opportune denominazioni, segnato da'rispettivi ingegneri e da'Ministri medesimi a perpetua prova dell'identità, e dovranno farsene quattro originali, cioè il duplicato per cadauna delle parti ad effetto di conservare un esemplare autentico in ogn'uno delli due Archivii provinciali, e rimetterne un'altro ad ogn'una delle due Corti accompagnati tutti d'altrettante relazioni delli due Delegati per l'esecuzione data alla loro Commissione.

IV. Resterà in tal modo pacifico il confine di terra; non si è potuto dar passo a render tale per ora anche quello d'acqua per la pendenza nel sito denominato il Boschetto controverso tanto per la superiorità territoriale, quanto per le ragioni private, pretese sopradetto sito dalli Marchesi del-

la Valle Mantovani per una parte, e dalla Serma Signora Principessa Ereditaria di Modena, ed altri Ferraresi per l'opposita parte: perciò si conviene, che all'occasione che li Signori Consiglieri rispettivamente delegati si trasferiranno al luogo dei confini di terra per farvi erigere li termini fra li territorj di Ostiglia e Melara, debbano anche portarsi al Boschetto con avvisarne preventivamente le parti ed i particolari possidenti, ed ivi far rilevanza de' documenti tanto intorno all'origine e principio di detto Boschetto, quanto del proseguimento della formazione del medesimo, come altresì dell'ultimo stato presente di questo, e rilevare in somma tutto ciò che può influire nella decisione della presente controversia, e farne ancora rilevare, occorrendo, una mappa concorde dello stato presente coll'ubicazione in quella di tutto ciò, che da documenti e dalle testimonianze risulterà rispetto alli tempi passati, ed all'origine di detto Boschetto. Tutto poi il risultato e rilevato in detta visita si esibirà in forma autentica tanto all'Emza Sua, quanto a Sua Eccellenza per provvedere di concerto, e a seconda delle facoltà loro compartite dalle rispettive Corti nel modo che giudicheranno di equità e di giustizia.

V. Siccome però le parti contendenti si sono fatte a sostenere i rispetti loro assunti, resta convenuto che li due Ministri come sopra delegati, si facciano presentare ogn'uno dagl'interessati del suo dominio una sostanziale deduzione de' diritti, che rispettivamente pretendono sopra il detto sito e de' fondamenti e giustificazioni di detti diritti, acciò servano di fondamento all'amichevole decisione.

VI. Formate che saranno le dette deduzioni nel modo sopra espresso, si presenteranno alla Commissione per decidere in quel modo che sarà di giustizia, ed intanto l'Eminenza Sua conterrà colla sua autorità i sudditi Ferraresi, e Sua Eccellenza i Mantovani, affinchè si astengano dalle operazioni di fatto nel sito controverso, e salvo l'*uti possidetis* a chi si trova nel materiale possesso. Nascendo dispute sopra qualche emergenza si ricorrà alla superiore loro autorità per il rimedio provisionale, che sarà trovato consentaneo alle circostanze, sino a tanto che possa venirsi, con maggior cognizione di causa ad una determinazione diffinitiva sopra la suddetta unica restante pendenza, la qual determinazione però dovrà dipendere a suo tempo dalla successiva ratifica delle due Corti, per non essere le medesime ancora informate dello stato di tale questione, e della provvidenza che possa essere stimata congrua a differenza de' confini di terra, per i quali si sono degnate di dare con piena cognizione di causa l'approvazione a quanto si è divisato frà detti Signori Cardinale Legato e Vicegovernatore, ed in conseguenza più non rimane, che dare a suo tempo il rapporto dell'esecuzione. Ed in fede delle predette cose sarà da medesimi firmata di proprio pugno, e cambiata in originale la presente Convenzione munita rispettivamente col solito sigillo delle loro armi.

Dato dal Castello di Ferrara li 2 Settembre 1752.

(L. S.) G. B. CARD. BARNI LEGATO.

Dato in S. Martino di Bozolo li 2 Settembre 1752.

(L. S.) IL CONTE CRISTIANI.

CCCCLX.

Conventio inter Benedictum PP. XIV et rempublicam Venetorum inita de differentiis super molendinis in flumine Tartari exortis. *Ex originali.*

FRANCISCUS LAUREDANO Dei gratia Dux Venetiarum etc. Pro tollendis plane iurgiis dirimendisque controversiis, quas excitabant identidem molendina ceteraeque id generis molitiones in flumine Tartari substructae, e re visum est Pontifici Maximo Benedicto XIV. nostraeque simul Reipublicae solerti ad hoc opera studioque adhibito, Illmi et Rmi Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis Camerarii Silvii Valenti Sanctitati Suae a secretis, ac nobilis viri Petri Andreae Capello Equitis ordinarii nostri apud Sanctam Sedem Legati, quibus amplam utrisque ad negotium eiuscemodi rite peragendum facultatem mandato Principum constat esse collatam, aequas concordiae tabulas die XVI. Augusti MDCCLIV. mutua paciscentium consensione perscriptas exarare. Initae vero pactionis exemplum huiusmodi est.

In Dei Nomine Amen.

Per terminare la differenza insorta, e che si agita da lungo tempo fra la Santa Sede e la Serenissima Republica di Venezia intorno la permanenza o rimozione dei molini, che spettanti a i sudditi Pontificj e Veneti esistono sulle acque del fiume Tartaro, sono finalmente convenuti i due rispettivi Principi nella sequente economica ed amichevole concordia, cioè: Che dal detto fiume Tartaro si debbano unninamente levar via tutti gli impedimenti, che trattengono il libero corso dell'acque e che à tal'effetto dall'una e dall'altra parte debbano sollecitamente, e nello stesso tempo rimuoversi tutti i molini ed altri edificii consimili esistenti in esso fiume con le loro Roste, e che debba parimente disfarsi la così detta Rota di Vallalta e sue Roste, e che nè dall'una nè dall'altra parte sia per fatto del Principato ò de suoi sudditi possono in avvenire essere introdotti i suddetti o altri molini nel medesimo fiume, ancorchè per breve tempo e per motivo di rifugio, e neppure rifabbricarsi la suddetta ò altra Rota, mà debba il fiume Tartaro rimaner sempre e in ogni tempo libero e sgombro da tal sorta d'impedimenti. Con espressa

dichiarazione, patto e promessa reciproca, ehe se l'una delle parti in avvenire contravenisse al presente accordo coll'introdurre anche un solo molino per qualunqne causa, ancorchè fortuita in detto fiume, la pressnte convenzione resti ipso facto di niun valore, debba considerarsi come non fatta e rientri l'altra parte ue'suoi diritti qnalunqne sieno. Bene inteso però, che quando l'introduzione suddetta fosse per innavvertenza ò per altra causa di un suddito rispettivo, non rimanga per qnesto invalidato il presente accordo, mà debba in tal caso il Signor Cardinal Legato di Ferraru e il Signor Podestà di Rovigo, uppena ricevuto l'avviso l'uno dall'ultro della seguita innovazione, ordinarne la rimozione e procedero al castigo del reo, e quando in ciò maneasse ò il Signor Cardinal Legato ò il Signor Podestà suddetti, ai quali dai due Principi doveranno rispettivamente darsi le opportune istruzioni ed ordini su quanto sopra, passi allora allu parte aggravuta il diritto di demolire da se il moliuo ò altro consimile edifieio introdotto, ed inoltre insisterà presso l'altra parte per esigere il castigo del delinquente da punirsi dal suo proprio Sovrano. Tanto più poi sarà leeito alla parte pregiudicata di venire ulla sopra espressa demolizione senza verun precedente uvviso frà gli uccennati Signor Cardinal Legato o Podestà, nel caso ehe il suddito contraventore tornusse più d'una volta à commettere eonsimili innovazioni. In fede di ebe il presente accordo è stato segnato con i respettivi sigilli du noi sottoscritti Pleuipotenziari medianti i Pienpoteri della Suntità di Nostro Signore e della Serenissima Republica di Veuezia vicendevolmeute comunicati e cambiati, e de quali il tenore è il seguente.

Benedictus PP. XIV. Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedietionem. Ad amicabilem concordiam iniendam (iueundam) pro componendis dirimendisque enntroversiis inter Apostolicam hane Sanetam Sedem ex una, et dilectos filios Nobiles viros Ducem et Dominium Venctorum ex ultera partibus aliquot abhine annis exortis circa molendina, et alia euiuscumque generis aedificia in flumine Tartari existentia, visum est Nobis inter caetera opportuniora excogitutum illud suseipero consilium, quod decet Nos sequi in suprema sacri Apostolatus procuratione eonstitutos tanquam amantissimos pacis erga eosdem Ducem et Dominium, qui nt sua erga Nos atque hanc Sanctam Sedem comprobent pietatem, ad finem controversiis huiusmodi omni, qua fieri possit, magis pacata ae iusta ratione imponendum sese paratos obtulerunt. Nos sane perpensum habentes ad huiusmodi negocium, benedicente Domino, absolvendum et perficiendum aeqne responsurum tuum studium, diligentiam et fidem, ac de tua in praemissis quam iu caeteris rebus pro Apostolica dicta Sede praeclare gerendis loculenter probasti, dexteritate et virtute confisi sanius duximus expedire, ut gravissimum hoc munus tibi demanderemus. Itaque te in nostrum et Sedis prefatae Plenipotentiarium tenore praesentium nominamus, constituimus et deputamus, tibique per praesentes committimus, ut hac in re pro viribus contendas, ut consiliis sententiisque cum dilecto itidem filio Nobili viro Equite Petro Andrea Capello eiusdem Ducis et Dominii apud Nos et Sedem praedictam Oratore, cui eadem causa ab ipsis Duce et Dño ad aequitatis normam transigenda fuit mandata, mutuo collatis communicatisque eas potissimum recipias et admittas, atque etiam caeteras praeferas conditiones et pacta, quae ad penitus abolendas controversias et defensiones (dissensiones), et ad pacem eoncordiamqne inter Ducem et Dominium huiusmodi eonfirmandam stabiliendamqne pro tua prudentia duxeris aecommodatiora. Eapropter tibi in eodem obeundo munere per Nos tribui atque impertiri ampliorem, qua solet, auetoritatem pro iusta totius controversiae terminatione deeernentes, et declarantes nos quidquid in praemissis per te cum eodem Petro Andrea provide pro bono et commodo Ducis et Dominii Sedisque eiusmodi actum, gestum, definitum et stabilitum fuerit, ratum, firmum et approbatum habituros, Quibuseumque in contrarium facientibus non obstantibus. Datum Romae apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die XII. Augusti MDCCLIV. Pont. nostri anno XIV. Dominicus Cardinalis Passioneus. Foris: Venerabili fratri nostro Silvio Episcopo Subinensi S. R. E. Cardinali Valenti nuncupato.

Francisco Lauredano Dei grutia Dux Venetiarum etc. Praesentium tenore notum testatumque facimus, qnod studio amicabiliter componendae cuiuscumque controversiae inter Sanctam Sedem Nostramque Rempublicam aliqnot abhine annis exortae circu molendina, et aliu cuiuscumque generis aedificia in flumine Turtari existentia placuit Senatui nostro huic peragendo, conficiendoque muneri dilectissimum nobilem virum Petrum Andream Capello Equitem, ordinarium nrum apud Sanctam Sedem Legatum, de cuius probata fide spectataqne prudentia et in negotiis rite administrandis experientia merito Respublica Nostra confidit, eligere, eumque vigore praesentium eonstituire Commissarium Nostrum plenaque facultate munire, ad hoc ut cum pari facultate constituto etiam Commissario Illmo et Rmo S. Romanae Ecclesiae Cardinali Camerario Silviu Valenti u secretis Beatissimi Patris Benedicti XIV. collatis amicabilibus consiliis, tractare et convenire, et quae eis visa fuerint, subscribere et signare possint et valeant. Idque aeqne libere ac si Nos ipsi Senatus Consulto ea omnia perageremus et signaremus, quo fieri potest arctiori modo spondentes, quod quaecumque antefatus Commissarius noster tradita sibi facultate ita egerit,

concluserit, subscripserit et signaverit, rata quoque Senatus auctoritate habituri sumus, ratihabitionum tabulas intra conveniens tempus expedituri. In quorum fidem roburque praesentes Nras plenae potestatis tabulas more solito conscriptas atque subscriptas Sigillo S. Marci appensione roborari fecimus. Datum in Nostro Ducali Palatio die XIII. Iulii anno MDCCLIV. Indictione secunda.

Santorio Santorio Segretario.

Dichiarando in ultimo, che un mese dopo il concambio delle Ratifiche debba havere contemporaneamente esecuzione la presente concordia. Roma 16. Agosto 1754.

(L. S.) S. Cardinale Valenti.

(L. S.) Pietro Andrea Capello Amb. Veneto.

Quae proinde inter eosdem utrinque Delegatos pacta in hanc rem et promissa leguntur, ea nos grata et rata habemus omnia Senatus auctoritate, stare conventis parati, quava ratione Principem decet effecturi, ne a Nostris, ne ab aliis ullo modo aut tempore violentur. In cuius rei testimonium praesentes litteras ex stilo Reipublicae Nrae subscriptas, sigilli nostri appensione muniri iussimus. Datum in Nostro Ducali Palatio die XXXI. Augusti MDCCLIV. Indictione secunda.

Santorio Santorio Segretario.

CCCCLXI.

Tractatus ad dirimendas controversias, quae de limitibus inter ditiones Mantuanam et Ferrariensem agebantur, inter Benedictum PP. XIV. et Mariam Theresiam Romanorum imperatricem uti Milani et Mantuae ducissam initus, rescissis instrumentis insertis. *Ex originali.*

Nos Maria Theresia Dei gratia Romanorum Imperatrix, ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae Sclavoniaeque Regina, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Brabantiae, Mediolani, Styriae, Carinthiae, Carnioliae, Mantuae, Parmae et Placentiae, Limburgiae, Lucemburgiae, Geldriae, Wurtembergae, Superioris et Inferioris Silesiae, Princeps Sueviae et Transylvaniae, Marchio Sacri Romani Imperii Burgoviae, Moraviae, Superioris et Inferioris Lusatiae, Comes Habspurgi, Flandriae, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, Goritiae, Gradiscae et Arthesiae, Comes Namurci, Domina Marchiae Slavonicae, Portus Naonis, Salinarum et Mechliniae etc. Lotharingiae et Barri Dux, Magna Dux Hetruriae etc. Notum testatumque presentium vigore facimus. Quum ad definiendos Limites Mantuanum inter et Ferrariensem Ducatum, dirimendasque utriusque ditionis subditorum hucusque vigentes controversias, a Nro ac Sanctae Apostolicae Sedis plena ad hoc facultate instructis Ministris, Tractatus quidem die tertia Maii currentis anni Melarae conclusus, subscriptus et signatus fuit, cuius tenor sequitur. Essendo state assunte da Suddelegati della Legazione di Ferrara e Vicegoverno di Mantova le informazioni opportune ad appurare li fatti, per li quali restarono indecisi nella Convenzione de' 2 Settembre 1752 alcuni Articoli di pendenze fra lo Stato Ecclesiastico ed il Ducato di Mantova, e così condotte le cose a termine di una finale determinazione, si sono uniti nell'infrascritto luogo di Melara l'Emo et Rmo Signor Cardinale Banchieri Legato di Ferrara, e l'Illmo ed Eccellmo Sig. Conte Cristiani Vice-Governatore di Mantova e Ministro Plenipotenziario di Sua Maestà l'Imperatrice Regina, e seguendo gli ordini dalle rispettive Corti diretti ad assodare l'armonia fra li due Stati, ed troncare qualunque vertenza, sono convenuti ne' seguenti Articoli.

Per il Confine di Acqua dello Stato Ferrarese col fiume Pò, ed a fronte delli Distretti di Rovere e Sermide Mantovani.

I. Riconosciuti gli Atti fatti dalla Commissione suddelegata dalli due Governi in esecuzione della Convenzioni antecedenti fra l'Emo Barni e S. E. il Sig. Conte Cristiani relativamente al sito chiamato il Boschetto, e cadente sotto i Testificati rispettivi, seguiti sotto il primo e li 18 Luglio 1752, e li 19 Aprile 1753, il quale è delineato nella Pianta concordemente rilevata e firmata sotto li 26 Maggio 1753 dal Prefetto dell'Acque Mantovane Antonio Maria Azzalini e dall'Architetto Pontificio Giovanni Giacomelli, si è da Sua Emza e da detto Eccellmo Sig. Conte Cristiani dichiarato, che in detto sito il confine Mantovano non si stenda se non fin dove si stende l'acqua del fiume nella maggiore sua naturale pienezza, fuori del caso dell'inondazione, a che in conseguenza la parte del continente chiamata, come sopra, il Boschetto, e descritta della detta Mappa e Testificati spetti al Territorio Ferrarese, salve le ragioni dei privati relativamente alla controversia privata che percuote il sito medesimo.

II. Anche negli altri siti intermedi fra il Mantovano e Ferrarese servirà il fiume Pò tanto superiormente, quanto inferiormente di confine stabile fra li due Stati di Ferrara e di Mantova, restando al Ducato di Mantova unitamente al Dominio di tutto il fiume col suo Alveo a Rami vivi quello ancora delle ripe dalla parte Ferrarese, sin dove stende presentemente, s'accaderà che stenda in avvenire in larghezza il suo corso, nel tempo della maggiore sua naturale pienezza, esclusi li casi d'inondazione, dimodocchè il confine abbia sempre da secondare la inclinazioni del fiume, naturali però e senza fatto d'uomo, verso l'uno o verso l'altro Territorio di Ferrara o di Mantova, e resti al Territorio Ferrarese tutto quanto è posto a sinistra del fiume e fuori della sua ripe.

III. Li cespugli a virgulti nati spontaneamente, o da nascere dalla parte Ferrarese nelle ripe

ed alveo scoperto del fiume Pò, saranno goduti da' frontisti Ferraresi, senza pregiudizio però del diritto territoriale di Mantova sopra il fiume suddetto e parti integranti del medesimo, con dichiarazione che non si abbia da fare dentro l'alveo o ripe alcuna variazione di superficie, nè coltura che influir possa ad alterare la qualità del feudo ed il corso del fiume.

IV. Sarà permesso a' Ferraresi di fare opere munienti per sostenere i loro argini paralelli al corse del Pò, anche nell'alveo del detto fiume, purchè non siano respingenti, al qual effetto non solamente sarà loro lecito di riparare le vecchie opere già esistenti, ma ancora di farne delle nuove, previo però in questo caso l'avviso da darsi dal giudice d'argine Ferrarese al Prefetto delle acque Mantovane, affinchè possa riconoscere il nuovo lavoro, il quale trovandosi muniente, dovrà avere effetto senza altra formalità, ed in caso di disparere dovrà riferirsi a' rispettivi Governi, e tutto ciò senza pregiudizio del dominio spettante al Ducato di Mantova sopra la totalità del Pò lungo le ripe Mantovane.

V. Per preservare gli argini Ferraresi da ogni nocumento, che potessero loro inferire i molini Mantovani esistenti sul Pò, resta convenuto, che il governe di Mantova debba rinnovare, e far eseguire con buona fede l'Editto de' 4 Giugno 1670, in vigore di cui si proibisce di tenere li molini vicino a' froldi, cioè a luoghi che sono in corrosione viva, e solo si permette il poterli tenere lontano da' medesimi froldi pertiche cinquanta, ed a Burga sempre in detta distanza, tanto sopra, quanto sotto a' detti froldi, nè si possono porre e tollerare in vicinanza alle Restare, quando la loro ripa non abbia altrettanta distanza dal piede dell' argine, oppure non vi fosse un buon tivaro, cioè un terreno sodo e consistente, nel qual caso vi potranno stare, benchè la Restara avesse la sola larghezza di pertiche venticinque dall'argine alla di lei ripa, ordinande al Magistrato Camerale di Mantova, in qualunque corso di trasgressione, di dare un pronto provvedimento, e stendendo la detta disposizione, che concerne la conservazione degli argini Mantovani, anche agli argini Ferraresi.

Per il Confine di Terra di Sermide oltre Pò Mantovano in concorso del Bondeno e Stellata Ferrarese.

VI. Il confine fra il Distretto del Bendeno Ferrarese e quello di Sermide Mantovano, situati di là del fiume Pò, comincierà nella giusta metà dal canale denominato di S. Martino, dirimpetto al fosso colatore divisorio delli due Territorj e Giurisdizioni Mirandolese e Ferrarese situato fra le due proprietà, l'una chiamata Coda di Rondine e l'altra Pedocca, il quale canale di S. Martino, siccome superiormente è stato dichiarato nel trattato, stipulato fra le due Corti di Vienna e di Modena li 24 Luglio 1752 appartenere, in quanto alla Sovranità territoriale alli due Stati di Mantova e della Mirandola *pro diviso*, così si è stabilito, che inferiormente la di lui metà in larghezza, adiacente al territorio Mantovano, spetti al Ducato di Mantova, e l'altra metà adiacente al territorie Ferrarese, spetti al Ducato di Ferrara, sino all'imboccatura della fossa appellata di Confine, posta fra le valli Ferraresi e la proprietà Mantovana chiamata La Vella, salva al possessore della Corte Roversella, avente causa dalla Camera di Mantova, la ragione di porteggiare dall'una all'altra riva del canale di S. Martino con il batello, che si trova in possesso di tenere.

VII. Dal canale di S. Martine il confine dovrà piegare a metà della fossa denominata di Confine, la quale sarà divisoria, cominciando dal di lei principio, o sia testa, e progredendo per la di lei asta in retta linea sino al cavo Mantovano e di là sino al fossa, posto fra il terreno lasciato al di fuori dell'argine Ferrarese chiamato del Serraglio de' Pilastri, e la Corte di Percara, o sia il prato Mazzele, di ragione del Conte Giulio Cesare Negrisoli, salva al Conte Carlo Colloredo, come padrone della Corte della Boschetta e della Vella, succeduto alla Camera Ducale di Mantova per contratto di compra fatto nel 1747, la ragione di tagliare secondo l'antico pacifico possesso le canne e paviere della fossa di Confine sino alla riva pendente Ferrarese.

VIII. Dalla fossa di Confine correranne li limiti delli due territorj a metà del detto fosse privato, quanto sia dal punto A. sino al punto B. e dal detto punto anderanne proseguende a metà di Solco, e secondo l'andamento della linea punteggiata di colore rosso, risultante dalla mappa firmata dal Prefetto delle acque Mantovane Francesco Antonio Cremonesi e dall' Architetto Pontificio Giovanni Giacomelli, e vidimata da' detti Signori Plenipotenziarj, che sarà registrata sotto I. sino all' argine paralelle alla fossalta, dove il confine salendo a traverso dello stesso argine per linea retta anderà a terminare al piede dalla riva esteriore dell' istesso canale della fossalta, ed al preciso punto segnato C.

IX. Essende il canale dalla fossalta pacificamente Mantovano, rimaneva in controversia la linea divisoria delli due territorj nel tratto adiacente fra il canale della fossalta a l'argine Ferrarese, mentre i Ferraresi pretendevano di portare il loro confine su tutta la Restara sino alla ripa delle stesso canale, e viceversa li Mantovani pretendevane di pertare il loro confine sine al piede dell' una o dell' altra parte, si è da Sua Emza e da S. Eccellenza adottato il temperamento di seguire in tale oscurità la regola legale accordande al canale tanta ragione sulla sponda, quanta è la presente sua profondità, la quale fatta l'escavazione

a buon fondo, ascendendo a giudizio de' Periti, per adeqnato a braccia quattro, misura Mantovana, dovrà in conseguenza il confine costeggiare la sponda destra della fossalta nella detta distanza di braccia quattro, da misurarsi dalla sommità della ripa, e da tirarsi a proporzione del corso dell'istesso canale, dimodochè tutto quanto resterà alla destra di tale linea sia Ferrarese, e quanto resterà alla sinistra sia Mantovano, e ciò dal detto punto segnato C. sino al punto segnato D. dove incomincia la Tennta de' Conti Arrivabeni denominata La Vella.

X. Dal principio di detta tenuta marcata D. dove il confine si parte dalla fossalta, anderà proseguendo sulla riva sinistra della fossa ultimamente escavata dai Ferraresi per formare l'argine del Campo Bondesano, ed indi similmente sulla sponda sinistra della Bassa così detta Ferrarese, che scorre lungo al piede delli due argini, l'uno chiamato del Campo e l'altro di Cinta, sino al punto segnato E. dove il Dosso Bondesano, di ragioni de' Conti Facchini, viene a terminare in figura angolare alla fossalta, che ivi nuovamente s'incontra dirimpetto al chiavichetto denominato dell' Oselliera, talmente che la ripa pendente della detta fossa e della detta Bassa dalla parte sinistra sia compresa nel territorio Mantovano, e tutto il resto tanto della fossa che della Bassa sia Ferrarese.

XI. Dalla detta estrema punta del Dosso Bondesano, segnata E. il confine anderà scendendo, e camminando al piede della destra riva di fossalta colla sopradetta continuata distanza di braccia quattro Mantovani, secondo la regola e la proporzione che si è superiormente fissata, restando il terreno intermedio fra la riva di fossalta e l'argine interiore Ferrarese, denominato di Spagna, nel territorio e possidenti Ferraresi sino al fosso privato chiamato della Questione, dove il confine piegherà a metà di detto fosso, e anderà procedendo sino alla strada denominata Imperiale.

XII. Dal fosso così detto della Questione il confine anderà seguitando sulla giusta metà della strada Imperiale sino all'argine maestro del fiume Pò, posto fra la chiavica delle Quadrelle e la Stellata, o di là anderà a finire per linea retta all'acqua viva del fiume Pò, ove finisce il Mantovano, e subentra il Ferrarese da ambi i lati del fiume, dovendo la detta strada Imperiale dal primo sino all'ultimo punto restare commune, libera e promiscua per gli usi privati de' sudditi sì Mantovani che Ferraresi, e divisa per metà, per rapporto alla superiorità territoriale.

Per le Acque che scorrono dallo Stato Mantovano di quà e di là del fiume Pò sullo Stato Ferrarese, o dallo Stato Ferrarese sul Mantovano.

XIII. Per il libero sgolo delle acque Mantovane, che mediante il canale di S. Martino, ed il cavo Mantovano si scaricano in Burrana, per il cavamento de' condotti, e per la manutenzione degli argini, diretti alla reciproca difesa dalle Rotte di Secchia o di Panaro, si dovranno osservare in tutte quelle parti, che sono compatibili collo stato presente, le publiche convenzioni, la prima de' 7 Ottobre 1527, rogata da Pietro Bettini e da Onofrio Zaita, che sarà registrata sotto il N. 2, e l'altra de' 4 Giugno 1548, ricevuta da Genidio Bolzoni e Battista Saracco, che sarà registrata sotto il N. 3.

XIV. Essendo rilevato essere stati fatti da possessori Ferraresi de' taglj negli argini di Cinta, detti do' Pilastri e di Spagna, posti inferiormente al Dosso Bondesano, per li quali taglj, che si suppongono contrarj al tenore delle antiche convenzioni, si scaricano delle acque Ferraresi nella fossalta Mantovana, si è appuntato, che detti taglj debbano farsi otturare ed impedirsi che siano nel tratto successivo più riaperti, quando nel termine di un mese prossimo non si accordino cogl'interessati Mantovani della fossalta sopra qualche altro temperamento, che potesse essere di mutua convenienza, tanto sopra le acque Ferraresi trattenute con detto argine dallo scorrere sul Mantovano, quanto sopra le altre, che ristagnano nel Campo Bondesano per il nuovo argine, da cui è stato circondato.

XV. Per le acque, che derivano dal territorio di Ostiglia Mantovana e cadono sopra il territorio di Melara Ferrarese, per l'espurgo de' condotti, e per la conservazione degli argini si dovranno attendere, compatibilmente però collo stato odierno delle cose, e colla convenzione de' 2 Settembre 1752 le antiche convenzioni fatte fra le rispettive Comunità, e li due Stati di Ferrara e di Mantova la prima de' 30 Gennaio 1551 per rogito di Genidio Bolzoni o Madaglio Frezzi, che sarà inserita sotto il N. 4, la seconda de' 25 Ottobre 1611 per rogito di Giacomo Vacchella, che sarà unita sotto il N. 5, la terza de' 31 Maggio 1652 per rogito di Vincenzo Albera, che sarà segnata N. 6, e l'ultima de' 28 Aprile 1688 per rogito di Annibale Paganini e Giovanni Gemiaiani, che sara marcata N. 7, ordinando ad Antonio Avigni di Ostiglia di non prendersi in avvenire l'arbitrio d'intestare, in pregiudizio del Marchese Villa Ferrarese, il cavo chiamato di Santa Maria, o situato di là da' termini stabiliti colla convenzione de' 2 Settembre 1752, e dichiarando, che in caso di novità fatta, o da farsi dentro la confinazione territoriale Ferrarese, spetti al tribunale di Ferrara di procedere, come troverà di giustizia.

XVI. Affinchè non siano ingombrati, nè impediti li canali destinati al publico sgolo delle acque, non sarà permesso nè alli sudditi Mantovani, nè alli Ferraresi di porre arrellate, nè altri impedimenti artificiali, nè di fare maceri da canape o

pescare, se non colle arti e reti da filo nel canale S. Martino, Cavo Mantovano e Burrana, in tutta la di loro estensione superiore o inferiore, nè negli altri condotti posti di là del fiume Pò, che servono a scolare le acque limitrofe, e venendo posti tali impedimenti ne' canali e colatori, che si sono dichiarati diversori fra li due Dominj, sarà lecito tanto all'una che all'altra giurisdizione di farli rimovere anche dalla parte appartenente all'altro territorio.

XVII. Conciliati in tale modo la confinazione fra lo Stato Mantovano o Ferrarese, resteranno aboliti tutti i processi, che fossero fatti e pendenti ne' rispettivi Uffizj Pretori, che dipendono da Ferrara o da Mantova per causa de' confini contenziosi, dichiarando che non si abbia da ulteriormente procedere contro qualunque persona, che fosse per detto titolo processata.

XVIII. Per dare il finale compimento alla confinazione che si è stabilita, saranno spediti sopra luogo li due rispettivi ingegneri, cioè il Prefetto Francesco Antonio Cremonesi e l'Architetto Gio. Giacomelli a rilevare di comune concerto, ed in giusta misura la mappa di esecuzione, ed a piantare a comune spese li termini di sasso vivo nei luoghi opportuni, facendone la di loro descrizione e concorde relazione a' rispettivi Governi, e formando sei originali della mappa esecutoriale, tre per ciascuna provincia, da rassignarsi, da essi firmate, e da ritenersi nelli rispettivi Archivj.

XIX. Per assicurare la perpetuità della convenuta confinazione, e troncare per sempre l'occasione di nuove discordie, resta convenuto, che di triennio in triennio si facci dal Commissario dei Confini per la parte di Mantova e dal Commissario Pontificio de' Confini per la parte di Ferrara la visita de' confini, intendendosi fra loro rispetto al tempo più comodo, e che gli stessi Commissarj colla scorta della presente Convenzione e dell'antecedente de' 2 Settembre 1752 abbino a far rimovere tutte le novità, che fossero state fatte contro le medesime, e far ripiantare li termini che fossero caduti, e darne concorde relazione, da ambi sottoscritta, alli rispettivi Governi.

XX. Finalmente hanno li detti Signori Plenipotenziarj approvato la relazione de' 26 Novembre 1753, firmata dal fu Prefetto Azzalini e dal detto Architetto Giacomelli, intorno all'esecuzione data alla Convenzione suddetta de' 2 Settembre 1752, e hanno ordinato, che per integrità dell'opera sia colla stessa Convenzione registrata appiedi della presente sotto il N. 8.

Per le Corse delle Barche Corriere e da Colli fra Mantova e Ferrara.

XXI. Per troncare le differenze insorte fra i rispettivi Uffizj di Posta di Ferrara e di Mantova, e fra li rispettivi Paroni da barca delle dette città, per rapporto alle corse delle barche corriere dipendenti da detti Uffizj, e delle barche da colli, relativamente all'interesse di dette arti, seguitando la Commissione la massima dell'uguaglianza fra li due Dominj e del beneficio vicendevole del commercio, ha appuntato:

1. Che sia lecito all'Ufficio di Ferrara mandare a Mantova una barca corriera, come l'Ufficio di Mantova ne manda una a Ferrara.

2. Che per non incontrarsi nelle corse a comune svantaggio si osservi l'alternativa delle settimane, e che la barca corriera di Mantova debba partire da Mantova il Giovedì a mezzo giorno, e ripartire da Ferrara il Venerdì a mezzo giorno di una settimana, e quella di Ferrara debba partire da Ferrara alla Domenica della settimana successiva a mezzo giorno, e ripartire il Martedì a mezzo giorno da Mantova.

3. Che dette corriere debbano ricapitare le lettere chiuse, e i pacchetti raccomandati alli rispettivi Uffici di Posta e consegnarle gratis, e sia proibito farne la distribuzione fuori dell'Ufficio.

4. Che la barca Mantovana de' colli debba partire il Martedì mattina da Mantova, e ripartire da Ferrara nel Martedì mattina della settimana successiva, e la barca Ferrarese da colli debba all'incontro partire da Ferrara nell'istesso Martedì, in cui la Mantovana parte da Mantova, e ripartire similmente nel Martedì della successiva settimana da Mantova.

5. Che le suddette due corriere della Domenica et del Giovedì debbano immancabilmente partire nelle settimane, giorni ed ore destinate; e che le barche da colli, qualora si dall'una che dell'altra delle parti, per mancanza di carico, tralasciassero di partire nel Martedì sopra assegnato alla rispettiva loro partenza e ripartenza, non possono più partire sino al Martedì del successivo loro turno.

6. Che siano proibite nell'uno e nell'altro Dominio le corse di altre barche di trasporto in pregiudizio delle barche suddette; ma per riparare all'aggravio pubblico, che potesse nascere da tale privativa, dovrà dalli due Governi di concerto, e sentiti gli spedizioneri formarsi una Tariffa comune per il nolo delle mercanzie, pacchetti non raccommandati all'Ufficio della Posta e passeggeri.

7. Sarà libero all'una e all'altra corriera e barche il ricarico rispettivamente in Ferrara ed in Mantova, e dovrà si dall'una che dall'altra parte di buona fede impedirsi ogni maneggio pregiudiziale a tale libertà.

8. Al principio del mese di Settembre prossimo venturo dovranno comminciarsi le corse, ed il turno delle due rispettive corriere o delle barche da colli alla forma della presente Conven-

sione, purchè siano in tale tempo sopravveante le Ratifiche delle due Corti di Roma e di Vienna, e frattanto dovrà continuare la solita corsa della corriera di Mantova.

XXII. Piacendo a Sua Santità ed a Sua Maestà Imperiale Regia di ratificare il presente Trattato, dovrà farsi il cambio delle rispettive ratifiche nel termine di due mesi, o più presto se sarà possibile. Ed in fede delle predette cose è stato lo stesso Trattato sottoscritto, per duplicati originali, dal detto Eminentissimo Sig. Cardinale Legato e dal detto Eccellentissimo Sig. Conte Cristiani, e munito da' soliti sigilli delle di loro rispettive Armi.

Dato in Mantova li 3 Maggio 1757.

(L. S.) Il Cardinale Banchiere.

(L. S.) Cristiani.

Hinc Nos, visis perpensisque dicti Tractatus Articulis, eundem in omnibus et per totum ratum gratumve habuimus ac approbavimus, prout illum hisce praesentibus ratum gratumve habemus ac approbamus, Verbo Caesareo Regio et Archiducali spondentes, Nos omnes eiusdem articulos ex fide impleturas, neque ut a Nostris ullo modo illis contraveniatur, unquam passuras esse. In quorum fidem maiusque robur hasce ratificationis Nostrae tabulas propria manu subscripsimus, Sigilloque Nostro Caesareo Regio et Archiducali pendente firmari iussimus. Datum in Civitate Nra Viennae die vigesima septima mensis Septembris Anno Domini MDCCLVII. Regnorum Nrorum decimo septimo.

(L. S.) MARIA THERESIA.

Vidit A. Comes a Kaunitz Rittberg.

Ad Mandatum Sac. Caes. Regiae Maiestatis proprium
Frid. a Binder.

CCCCLXII.

Tractatus inter Benedictum PP. XIV. et Mariam Theresiam Romanorum imperatricem ut Milani ducissam initus ad promovendum commercium inter sanctam sedem et Lombardiam, rescissis singularum mercium formulis censendi. *Ex originali et impressis.*

Nos Maria Theresia Dei gratia Romanorum Imperatrix ac Germaniae, Hungariae, Bohemiae necnon Dalmatiae, Croatiae, Slavoniaeque Regina etc. Postquam ad promovendum inter Insubriae Nostrae et S. Sedis Apostolicae Subditos Commercium a Nostro plena ad id facultate praedito Ministro cum Sanctitatis Suae Ministro pari facultate praedito Tractatus quidam, die et anno in illo nominatis, conclusus ac signatus fuit sequentis tenoris.

Trattato di Commercio fra la Santa Sede e la Lombardia Austriaca.

Mostrando la sperienza quanto sia pregindicato il commercio universale, e la convenienza delle finanze e de' popoli dalli dazj imposti sulla navigazione del fiume Pò ne' rispettivi dominj, si è mossa la Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIV, ed ugualmente Sua Maestà l'Imperatrice Regina Duchessa di Mileno e Mantova a provvidamente pensare ad un Trattato di Commercio per le loro dominazioni in Italia, e ad uno stabilimento di tariffe atto a facilitare la navigazione del fiume, ed il traffico de' rispettivi sudditi; quindi autorizzati a tal'effetto li sottoscritti Signori Ministri Plenipotenziarj, cioè per parte di Sua Beatitudine e della Santa Sede l'Emo e Rmo Signor Cardinale Archinto Secretario di Stato, e per la parte di S. Maestà Duchessa di Milano e di Mantova l'Illmo ed Eccmo Sig. Conte Cristiani Consigliere Intimo Attuale di Stato, Gran Cancelliere di S. Maestà per la Lombardia Austriaca, e Vice-Governatore di Mantova, medianti le rispettive plenipotenze cambiate fra loro in originali e trascritte a piedi del presente Trattato, sono convenuti ne' seguenti articoli.

I. Li sudditi della Santa Sede ed abitanti nei suoi Stati d'Italia saranno trattati nella Lombardia Austriaca ed assistiti, come lo sono le nazioni più favorite ed amiche, e lo stesso trattamento sarà fatto nelli Stati della Santa Sede in favore dei sudditi di S. Maestà ed abitanti nella sua Lombardia Austriaca.

II. Sarà vicendevolmente assistita e protetta l'accennata navigazione per li rispettivi popoli, e merci procedenti dalli Stati soggetti alle due Potenze contrattanti, e vicendevolmente difesa e garantita specialmente per tutti que' tratti, ne' quali spetta detto fiume Pò dall'una all'altra ripa a' rispettivi Sovrani.

III. In conseguenza di questa massima da essi stabilita per regola si sono accordati in un vicendevole e corrispettivo ribasso de' due dazj, li quali si sono trovati essere maggiormente gravosi al commercio: L'uno è il dazio della gabella grossa di Cremona, che per parte di S. Maestà si esigge sul Pò laddove scorre lungo il Cremonese libero in detto sito da ogni altro dazio; L'altro del Ponte di Lagoscuro, che si esigge dalla S. Sede sul Pò lungo il Ferrarese, ove il fiume dal confine Mantovano sino alla sua foce di Goro sbocca in mare, appartenendo interamente alla S. Sede, dipende in conseguenza dalla sola sua autorità di facilitare in quella parte di commercio.

IV. Quindi si contenta Sua Beatitudine in nome della Santa Sede e per tutti i suoi Successori di ridurre a favore de' sudditi di Sua Maestà abitanti ne' suoi Stati di Lombardia il detto dazio di transito appartenente alla Rev. Camera Apostolica, e solito pagarsi al Ponte di Lagoscuro al piede dell'inserta tariffa segnata A., cosicchè li mercanti e le merci procedenti dalla Lombardia Austriaca, o a quella diretti e dirette, tanto ascen-

dendo che discendendo il fiume, non siano soggetti a maggior pagamento per detto dazio in tutto il tratto dal Pò lungo il Ferrarese, come sopra; per quelle merci però, che procederanno da luoghi originarj e di prima mano, e non mai per le altre merci di qualunque sorta, che provenissero per mezzo di Stati Esteri situati nel Golfo Adriatico non compresi nel presente Trattato, ancorchè venissero le dette merci commesse o dirette alla Lombardia Austriaca. Viceversa li sudditi della S. Sede abitanti ne' suoi Stati d'Italia, ed i mercanti e le merci procedenti da detti suoi Stati o ad essi diretti e dirette, tanto ascendendo che discendendo il fiume, non saranno tenuti nel Cremonese, ove il fiume spetta a S. Maestà, ad altro dazio che a quello portato dalla tariffa ridotta ed ingiunta sotto B., e saranno in conseguenza li sudditi e negozianti dell'uno e l'altro dominio reciprocamente esentati e difesi in beneficio della rispettiva e vicendevole navigazione e libertà da ogni e qualunque molestia, come si pratica verso le nazioni più favorite.

V. Non essendo compreso in detta tariffa il dazio de' sali appartenente alla Camera Apostolica, si riduce per li sali forastieri destinati alla provvista de' Stati di S. Maestà in Lombardia procedenti da qualunque parte, niuna eccettuata, e fin'a qualunque quantità, oltre le tremila moggia di ordinaria provvista, fissamente tal dazio a paoli nove per moggio, nella quale tassa s'intenda compresa qualunque ragione potesse appartenere alla Camera Apostolica per obbligare il Ducato di Milano a provvedersi de' sali dello Stato Ecclesiastico, o a pagare in denaro il correspettivo di tale obbligo. Se poi accadesse di provvedersi dalle saline Pontificie di alcuna quantità di sali, e condursi per la provvista de' Stati di S. Maestà in Lombardia, il dazio sarà per tali sali fissamente ridotto a paoli sei per moggio, sempre però con dichiarazione, che in amendue i casi si ritengbino per il transito la cautele praticate sin'ora, e qualunque altra si trovasse in progresso più opportuna ad ovviare allo spargimento di detti sali nelli Stati della Santa Sede.

VI. L'altro dazio di transito de' due scudi per ogni migliajo d'olio solito esiggersi nel Ferrarese, e già assegnato a' Monti della Città di Ferrara, come pure altri spettanti ad alcuni particolari sulle acque Ferraresi, saranno per la loro tenuità e circostanze ritenuti e pagati stabilmente secondo lo stato presente.

VII. Il dazio Mantovano di Viadana sarà in concorso de' sudditi dello Stato Ecclesiastico ritenuto sul piede fissato nel Trattato di Mantova dei 24 Luglio 1752 in concorso de' Stati di Modena, e riferito nella specificazione C. Il dazio di Borgoforte sarà in favore de' mercanti e delle merci procedenti dallo Stato Ecclesiastico, o dirette come sopra, al piede espresso nell'allegato D; all'incontro il così detto Traverso di Dosolo, e gli altri dazj o siano diritti di transito imposti sulle acque Mantovane ed enunciati sotto detto allegato D., ed i piccoli dazj di Sacchetta e della Città di Casalmaggiore saranno correspettivamente anch'essi per la loro tenuità ritenuti a pagati secondo lo stato presente.

VIII. Volendo le due Potenze contribuire ulteriormente alle comodità e vantaggi de' loro sudditi, hanno pensato ad assicurar loro il comodo delle necessarie provviste: onde accorda S. Maestà allo Stato Ferrarese ed altri dominj della Santa Sede in Italia l'annua estrazione dal Mantovano a misura di Mantova di sei mila sacchi di riso nato in quella provincia, e di mille cinquecento moggia dal Cremonese a misura Cremonese, e similmente nato in quella provincia, mediante il pagamento de' dazj e diritti corrispondenti a tali estrazioni.

IX. Accorderà reciprocamente S. Santità in favore de' Stati e sudditi della Lombardia Austriaca l'estrazione del canape, formento ed avena, che previe le dovute licenze, e colla riserva dell'interiore provvista, come sopra, occorresse tirare dalli Stati della Santa Sede per servizio de' sudditi della Lombardia Austriaca, come sopra, mediante il pagamento de' soliti dazj e tratte.

X. Dichiarandosi che eccettuato il solo caso della necessaria interna provvista, ancorchè in qualche anno a qualsisia altro oggetto si vietassero generalmente dette estrazioni, nondimeno dovranno sempre intendersi permesse a comodo de' rispettivi sudditi delle due Potenze contrattanti, ogni volta però che sotto loro nome non ne passi alcuna porzione ad altre nazioni non contrattanti.

XI. Per ovviar dunque all'abuso, nel caso come sopra, di altri nomi nel conseguire le accennate estrazioni, dovranno li provisori venire rispettivamente e reciprocamente muniti de' certificati de' rispettivi Governi e Tribunali competenti dell'uno e dell'altro dominio, co' quali certificati rimanga assicurata la conversione de' generi ad uso e beneficio delle sole due nazioni contrattanti.

XII. Riduce S. Maestà alla metà di tutti gli altri dazj del transito di terra della Lombardia Austriaca, quando occorresse a' sudditi della Santa Sede, e come sopra, transitare con merci e generi per occasione di commercio sulle strade, ove possino essere imposti nella Lombardia Austriaca per uscire a parti forastiere; e viceversa Sua Santità accorda a' sudditi della Lombardia Austriaca, e come sopra, uguale ribasso per simili transiti di terra, che loro occorressero per commercio ne' Stati della Santa Sede per uscire a parti forastiere come sopra.

XIII. Accorda similmente S. Maestà il ribasso di un terzo per i dazj imposti sopra l'estrazioni delle manifatture procedenti dalla Lombardia Austriaca e dirette alli Stati della Santa Sede, mediante il così detto ritorno, cioè la giustificazione che le manifatture sieno effettivamente passate nello Stato Ecclesiastico per uso del medesimo Stato, quando tale ritorno fosse richiesto, affinchè non possa abusarsi di tale facilità in favore di altre nazioni non privilegiate; e coll'istessa condizione accorda S. Santità vicendevolmente il ribasso di un terzo ai dazj imposti sopra l'estrazione delle manifatture de' suoi Stati dirette alla Lombardia Austriaca.

XIV. Promettono vicendevolmente S. Santità e S. Maestà per loro medesimi, e per i loro successori la perpetua osservanza delle dette riduzioni e tariffe, e che nè di presente, nè in avvenire saranno imposti altri nuovi dazj e gravezze nè sopra le acque del sudetto fiume Pò, nè sulli rispettivi Continenti in pregiudizio della presente Convenzione sopra le mercanzie procedenti e dirette rispettivamente, come sopra, alli porti, luoghi e Stati di Sua Santità in Italia, ed alli Stati di Lombardia di Sua Maestà tanto per i transiti di terra, come per quelli di acqua come sopra.

XV. La presente Convenzione sarà perpetua e reale fra gli Stati della Lombardia Austriaca e quelli della Santa Sede in Italia, e sarà ratificata nel termine di tre mesi dall'infrascritta data, e più presto, se sarà possibile, e in fede delle predette cose sarà il presente Trattato di Commercio sottoscritto dalli accennati Ministri Plenipotenziarj, e munito del solito sigillo delle loro Armi.

Roma 7 Dicembre 1757.

(L. S.) A. Cardinale Archinto.

Milano 30 Novembre 1757.

(L. S.) Il Conte Cristiani.

Hinc Nos, visis examinatisque huius Tractatus Articulis, eos in omnibus et singulis una cum annexo separato articulo ratos gratosve habuimus et approbavimus, sicut illos praesentibus Ratihabitionum Tabulis ratos gratosve habemus et approbamus, Verbo nostro Caesareo et Archiducali spondentes, Nos eosdem ex fide adimpleturas, neque ut a Nostris iisdem ullo modo contraveniatur, unquam passuras esse. In quorum fidem maiusque robur hasce Ratihabitionis Nostrae Tabulas propria manu subscripsimus, sigilloque Nño Caesareo Regio et Archiducali pendente firmari iussimus. Datum in Civitate Nostra Viennae die 2. Mensis Maii Anno Domini 1758. Regnorum Nostrorum XVIII.

(L. S.) MARIA THERESIA.

Vidit A. COMES A KAUNITZ RITTBERG.

Ad Mandatum Sac. Caes. Regiae Maiestatis proprium
Frid. a Binder.

CCCCLXIII.

Conventio inter Clementem PP. XIII. et Franciscum I. Romanorum imperatorem super venditione bonorum allodialium, quae idem imperator uti magnus Etruriae dux in ducatu Urbini et in Romandiola possidebat.

Ex originali.

Essendosi determinata la Maestà dell'Imperatore Francesco I. Duca di Lorena e Bar, e Granduca di Toscana di vendere ed alienare alla Santità di Nostro Signore Papa Clemente XIII. ed alla sua Camera Apostolica tutti li beni, che sono affittati a Bianchi e Renoli nello Stato di Urbino nella Romagna, ed in altro qualunque luogo dello Stato Pontificio, ed essendo altresì concorsa la Santità di Nro Signore nella volontà di comprarli e di acquistarli nel modo che segue, con avere autorizzato a tale effetto i sottoscritti loro Ministri Plenipotenziarj, cioè per la parte di Sua Beatitudine Monsig. Arcivescovo di Tebe Nunzio Pontificio alla Corte di Vienna, e per la parte di S. M. C. il suo Consigliere intimo e Direttore delle Finanze Signor Giovanni Adamo Posch, mediante le rispettive plenipotenze e procure cambiate tra loro in originali e fedelmente trascritte in copia a piè della presente, cioè quella di Sua Santità in data di Roma de' 6 Agosto 1763 e quella di S. M. C. in data di Vienna de' 12 Novembre dello stesso anno.

Di qui è che io sottoscritto Consigliere intimo di S. M. C. e in vigore della sopradetta plenipotenza alieno, vendo, cedo e rinunzio per ed in nome della M. S. come Granduca di Toscana e per i suoi Serenissimi Figli, Eredi e Successori nel Granducato di Toscana in perpetuo con tutta la pienezza di podestà e di dominio tutti e singoli beni, che dalla Maestà Sua si possiedono ed alla medesima appartengono, posti nella Legazione di Urbino e di Romagna, cioè le Fattorie di Pesaro, Sinigaglia, Fossombrone, Urbania, Urbino, come tutti i canoni, livelli, esigenze e risposte per qualsivoglia titolo spettanti alla M. S. tutti altresì i Molini tanto di Pesaro che in qualsivoglia altro luogo posti e situati, e la Tenuta e feudo del Poggio di Berni nel territorio di Ravenna li vendo, dico, e li cedo con tutte le loro pertinenze, adjacenze, ragioni, privilegj ed azioni di qualunque sorte alla Santità di Nostro Signore Papa Clemente XIII. e sua Camera Apostolica, e per essa a Monsignor Borromeo Arcivescovo di Tebe e Nunzio Apostolico in Vienna a ciò deputato, stipulante ed accettante, compresi anche li palazzi, le fabriche co' loro mobili, quegli cioè che sono ad uso de' fattori e de' ministri, giuspatronati, e frutti di qualunque specie, giardini, bestiami, utensili ed attrezzi necessarj *ad fundum instructum*, da liquidarsi in appresso fra me e il predetto Monsignor Nunzio, l'archivio delle scritture esistenti in Pesaro ed altrove spettanti ai medesimi beni, ed ogni altra cosa di loro pertinenza e

diritto, niuna affatto eccettuata, per il tutto godere, tenere ed avere come proprio in perpetuo, mediante lo sborzo libero ed effettivo del prezio e somma di *Scudi cinquecento cinquanta mila* pagabili in zecchini Romani, valotati a paoli venti per zecchino, a chi sarà dalla M. S. autorizzato a riceverli ai confini dello Stato Pontificio con la Toscana, e nel luogo più comodo in vicinanza di quegli; il qual pagamento si farà nel modo che segue, cioè scudi duecento mila subito che sarà consegnata alla Santità Suo la ratifica di S. M. Cesarea, o li restanti scodi trecento cinquanta mila dentro un enoo, e a misura de' pagamenti che si faranno dalla Camera Apostolica gli affittuarj dei beni corrisponderanno ad essa proporzionalmente l'affitto, eseguito poi il pagamento totale, la medesimu Camera entrerà al possesso di tutti i sopradetti heni.

E perchè è mente e costante volontà della medesima M. S. di garantire in perpetuo i heni come sopra vendnti da ogni evizione e molestia particolare, o generale che potesse in avvenire succedere, però e tenore di queste intenzioni e dell'a me commessa plenipotenza, oltre il dover restare obligati in genere tutti i heni dello M. S. prometto di più in nome della medesima, che tutti quei vincoli ed ipoteche che mai potessero essere sù i detti heni, o per fideicommisso, o per qualsivoglia titolo e capo, o per il testamento e disposizione della Serma Principessa Maria Luisa de' Medici Elettrice palatina, saranno da S. M. nell'atto della Ratifica colla pienezza della Sovrana S. autorità trasferiti e trasfusi in altri suoi beni ed effetti, che gode e possiede nell'Austria, cioè a dire ne'heni di Mannersdorff, Sommerain, Hof am Leytaberg, An, Hof an der March, Engelhartstetten, Stophenreit, Wizeldorff, Loimersdorff e Croisenhrunn, che essendo tutti fondi liberi, allodiali e di suo pieno e perfetto dominio, prometto a nome di S. M. che nello stesso atto della Ratifica saranno dalla medesima M. S. colla stessa suprema sua autorità surrogati in tutto e per tutto per l'entrante valore e rendita ei beni compresi nella presente vendita, co'medesimi vincoli di pretesi fideicommissi, d'ipoteche e di altra qualunque obligazione, sicchè l'effetto sio che da qui innanzi non più i beni che vendo a nome di S. M. Imperiale, ma solamente i beni come sopra surrogati e posti nell'Austria s'abhiano a considerare per affetti e quelle stesse ipoteche, obligazioni e vincoli, che mai esser potessero sopra i beni venduti, essendo questa la precisa intenzione e mente dell'Augustissimo Imperatore, e nome del qoale pure consento alla Camera Apostolica, che sia in suo potere di fare intavolare i sopra descritti beni ne' libri della casa provinciale dell'Austria in Vienna, i quali obbligo a suo favore come seconda ipoteca per assicurarli la sua indennità, qualora quelli di Toscana primieramente obbligati non bastassero per tale effetto in caso di evizione.

E così similmente io sottoscritto Arcivescovo di Tebe e Nunzio Apostolico alla Corte di Vienna in virtù della mia plenipotenza dichiaro di accettare la suddetta alienazione, vendita, cessione, rinunzia o traslazione nella forma e co' patti di sopra espressi, e specialmente col patto di surrogare ai heni venduti i sopradetti effetti liberi di S. M., come pure prometto che S. Santità nell'atto della Ratifica in qualità di Sovrano de' territorj ove sono situati i beni compresi in questa vendita, li dichiarerà colla pienezza della sue autorità, attesa la suddetta surrogazione, affatto liberi e sciolti da tutte le ipoteche o vincoli anche di fideicommisso da trasferirsi e trasfondersi nei heni come sopra surrogati: e quest'alienazione e vendita l'accetto per il prezzo e somma di Scudi cinqoe cento cinquanta mila moneta Romana da pagarsi liberamente nel luogo, valuta, tempo o modo già detto, e con tutti gli altri patti di sopra espressi, e specialmente del pagare gli affittuarj de' suddetti heni alla Santità Sua, ò sia alla Camera Apostolica quella porzione dell'affitto ohe corrisponda ai pagamenti del prezzo che farà la stessa Camera a Sua Maestà.

E per tutti i miglioramenti riconosciuti come tali, ohe mai fatti evessero ne' detti fondi i presenti affittuarj Bianchi e Renoli, per cui appartenesse a' medesimi de jure, e secondo lo stilo dello Stato Ecclesiastico di essere rimborzati dalla detta Camera Apostolica, prometto io similmente e nome della medesima. In fede abbiamo sottoscritti e muniti de' nostri Sigilli due esemplari del presente Contratto, promettendone in nome de' nostri rispettivi Sovrani la piena leale osservanza. Dato in Vienna questo dì 26 Dicembre 1763.

(L. S.) V. Arcivescovo di Tebe Nunz. Ap.
(L. S.) Posch.

Plenipotenza di Sua Santità.

Venerabili fratri Vitaliano Archiepiscopo Thebarum, apud Charissimum in Christo filium nrum Franciscum Romanorum Regem in Imperatorem electum, nostro et Apostolice Sedis Nuntio.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis frater, salutem etc. Postulat nostri muneris ratio, ut quae ad Ditionem nostram Ecclesiasticam amplificandam atque tuendam pertinere videntur, ea quantum in nobis est, sollicite exequamur. Itaque cum acceperimus charissimum in Christo filium nostrum Franciscum Romanorum Regem in Imperatorem electum, Ducem Lotharingiae et Bari, ac Magnum Ducem Hetruriae sibi subiectae vendere et alienare statuisse omnia hona, sive libera et vulgo ut dicitur allodialia, sive etiam feudalia et iurisdictionalia eiusvis generis atque speciei, quae tanqoam eiusdem Hetruriae Magnus Dux atque uti haeres clarae memoriae Annae Ma-

riae Aloysiae Medices Principissae, dum vixit, Hetruriae ac Neoburgi Ducissae viduae habet et possidet in Ducatu nr̃o Urbinatensi atque in Provincia Romandiolae et Exarcatu nostris Ravennatensi nec non in quibusvis aliis nr̃ae et Sedis Apostolicae temporalis ditionis partibus (exceptis dumtaxat quae positae sunt in alma Urbe nostra), et velle simul in ea venditione comprehendere omnes Census et Canones, pensiones, responsiones cuiuscumque pariter generis, mobilia, immobilia et semoventia, iura, actiones et credita cum annexis et connexis omnibus ad eundem Franciscum Regem in Imperatorem electum, nominibus quibus supra, quavis de causa spectantia et pertinentia pro pretio quingentorum quinquaginta millium scutorum monetae Romanae: Nos quidem optantes huiusmodi bona et iura omnia pro Camera nostra Apostolica pratio praedicto emere et acquirere, nulli sane melius negotium huiusmodi pertractandum et absolvendum committere posse censuimus, quam fraternitati tuae, cuius studium, diligentiam, dexteritatem et fidem in caeteris rebus pro hac Apostolica S. Sede gestis iam penitus novimus et perspectam habuimus. Hac ergo spe et fiducia confisi, Te in nostrorum et Sedis Apostolicae praedictae Plenipotentiarium tenore praesentium nominamus, constituimus atque deligimus, tibique ut nr̃o dictaeque Sedis nomine cum alia persona, ab eodem Francisco Rege in Imperatorem electo tamquam Magno Hetruriae Duce et haerede, ut praefertur, Principissae Annae Mariae Aloysiae nominanda, et pari ad hoc auctoritate munita, Emptionem omnium praedictorum bonorum iuriumque pretio praedicto contrahere et pacta, conditiones ac leges secundum instructionem, quae per Secretarium nr̃um Status ad te transmittetur, coniunctim subscribere, tuoque et illius signis munire libere et licito possis et valeas, plenam et amplam facultatem harum serie concedimus et impartimur, Decernentes validum et efficax fora quidquid earumdem praesentium vigore tu subscripseris et signaveris, atque id omne acceptum et gratum firmumque ac ratum habere, nec non observare et exequi in verbo Rom. Pontificis promittentes, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die VI. Augusti MDCCLXIII. Pont. nostri anno sexto.

N. Cardinalis Antonellus.

Plenipotenza di Sua Maestà Cesarea.

Francesco per la grazia di Dio Imperatore de' Romani sempre Augusto, Re di Germania e di Gerusalemme, Duca di Lorena e di Bar, Gran Duca di Toscana etc. In virtù delle presenti nr̃e Lettere e Plenipotenza concediamo al nr̃o diletto e fedele Giovanni Adamo Posch, nostro Consigliere intimo e Direttore delle nostre Finanze, ogni nostra facoltà di poter per Noi, ed in nome nostro come Gran Duca di Toscana alienare, vendere e cedere, rinunziare e trasferire per Noi, li nostri Eredi e Successori in perpetuo con tutta la pienezza di proprietà e di dominio li nostri beni di Urbino, Senigaglia e Pesaro posti nella Romagna, nel modo che più ampiamente saranno descritti nell' Istromento di Vendita da farsi, con tutti gli annessi e connessi, ragioni e azioni qualunque siano, che da Noi si possiedono ed a Noi appartengono, a favore e disposizione della Santità del Pontefice regnante PP. Clemento XIII. e per esso a cui ne sarà legittimamente autorizzato per goderli, possederli ed usufruttuarli come proprj ed in perpetuo; e detta vendita per il prezzo e somma di scudi cinquecento cinquanta mila moneta Romana, pagabile nella forma da convenirsi con il nostro in questa parte plenipotenziario predetto Consigliere intimo e Direttore delle nostre Finanze Giovanni Adamo Posch, Promettendo Noi di avere per rato e grato ogni atto sopra di ciò da farsi, anzi in quanto sia di bisogno con altre nr̃e Lettera di approvarlo e ratificarlo in tutto il suo contenuto e nelle conformità che speriamo che possa essere approvata e ratificata dalla Santità Sua. Dato in Vienna li 12. Novembre 1763.

(L. S.) FRANCESCO.

Vidit C. B. di Pfutschner.

D'ordine di Sua Maestà Imperiale e Reale
Richard.

Benchè nell'annesso Contratto di vendita stipolato questo giorno sia dichiarato, che la Camera Apostolica potrà fare intavolare nei Libri della Casa Provinciale d'Austria i diversi beni allodiali descrittivi, che Sua Maestà Imperiale per secondare le mire della Corte di Roma si è compiacciuta ipothecare oltre quelli che possiede in Toscana, il sottoscritto Arcivescovo di Tebe e Nunzio Apostolico alla Corte di Vienna, riconosce però e dichiara in nome della predetta Camera Apostolica, che i suddetti beni allodiali Austriaci non devono ne dovranno mai esser considerati che come una *seconda ipotheca* di cui potrà prevalersi la Camera Apostolica solamente qual'ora quei situati in Toscana e parimente obbligati non sieno bastanti per indennizzarla in caso di evizione di quelli d'Urbino, de'quali si tratta nel suddetto contratto. Ed inoltre promette in nome della Camera, che i suddetti allodiali non dovranno sotto qualunque pretesto intavolarsi nei libri della casa provinciale d'Austria durante il Regno glorioso di Sua Maestà Imperiale. In fede ho sottoscritti e muniti del mio sigillo due esemplari del presente articolo separato. In Vienna questo dì 26. Dicembre 1763.

(L. S.) V. Arcivescovo di Tebe Nunz. Ap.

Francesco per la grazia di Dio Imperatore de'Romani sempre Augusto, Re di Germania e di

Gerusalemme, Duca di Lorena e di Bar, Gran Duca di Toscana etc. etc. Giovanni Adamo Posch nostro Consigliere intimo e Direttore delle nostre Finanze avendo in virtù delle nostre Lettere e Plenipotenza, speditali sotto il dì 12. Novembre prossimo passato, venduto a nome nostro e Sua Santità Clemente XIII. e per essa alla Camera Apostolica i diversi beni di nostra attinenza situati nella Legazione d'Urbino a di Romagna, approviamo, confermiamo e ratifichiamo in tutto e per tutto nei modi, forme, prezzo e patti espressi la vendita dei suddetti beni specificati nel Contratto stipulato sotto qnesto dì 26. Decembre 1763. tra esso e l'Arcivescovo di Tebe Nunzio Apostolico parimente antorizzato dalla sua Corte a far la suddetta compra. Promettiamo per Noi e nostri Snocessori nel Grandncato di Toscana di liberare i suddetti beni da qnalunque ipoteca e vincolo, ancbe di fidecommisso, a cui potessero esser soggetti, e per tal'effetto con la pienezza della nostra autorità Sovrana obblighiamo tutti i nostri beni situati in Toscana, ai quali surroghiamo in oltre per maggior cautela della detta Camera Apostolica nel modo accennato tanto nel predetto Contratto, che nell'articolo separato annesso al medesimo, qnelli che con piena ragione di dominio possediamo affatto liberi nell'Austria, cioè li beni di Mannersdorff, Sommerain, Hof am Leytaberg, An, Hof an der Marck, Engelharstetten, Stophenreit, Wizeldorff, Loimersdorff e Croisenbrunn. In fede di che abbiamo la presente Ratifica firmato della nostra propria mano e munito del nostro Sigillo segreto. Dato in Vienna li 26. Decembre 1763.

(L. S.) FRANCESCO.

Vidit C. B. di Pfutschner.

D'ordine di Sua Maestà Imperiale e Reale
Richard.

CLEMENS PP. XIII.

L'Arcivescovo di Tebe nostro Nunzio Apostolico alla Corte di Vienna avendo in virtù della Plenipotensa, speditagli sotto il dì 6. Agosto dell'anno prossimo passato, comprato a nome nostro e per il conto della Camera Apostolica i diversi beni, ebe Sua Maestà l'Imperadore come Granduca di Toscana possiede nella Legazione d'Urbino e di Romagna, approviamo, confermiamo e ratifichiamo in tutto e per tutto ne'modi, forme, prezzo e patti espressi la compra de'suddetti beni specificati nel Contratto stipolato sotto il dì 26. Decembre 1763. tra esso, ed il Consigliere Intimo e Direttore delle Finanze di S. M. I. Giovanni Adamo Posch, parimente antorizzato a fare la snddetta vendita. Promettiamo di diehiarare i suddetti beni affatto liberi e sciolti da tutte le ipotecbe e vincoli anche di Fideicommisso, di far subito pagare la prima rata del prezzo, e successivamente il restante nel modo e tempo convenuto, e di avere insieme per buono, fermo e valido l'articolo separato annesso al suddetto Contratto. In fede di che vogliamo che il presente nostro Chirografo abbia e debba avere sempre piena esecuzione ed effetto colla nostra semplice soscrizione. Dato dal nostro Palazzo Apostolico Quirinale questo dì 19. Settembre 1764.

CLEMENS PP. XIII.

CCCCLXIV.

Conventio inter Pium PP. VI. et Leopoldum I. magnum Etruriae ducem super confiniis Civitatis Plebis, marchionatus de Castiglione del Lago ac comitatus Laviani status pontificii, et Cetoni, Clusii ac Montis Politiani status Etruriae resciasis documentis eidem conventioni adiectis.

Ex originali.

PIETRO LEOPOLDO per grazia di Dio Principe Reale d'Ungheria e di Boemia, Arciduca d'Austria, Gran Duca di Toscana etc. etc. Avendo noi veduto il pubblico Istrumento, ebe per rimediare alle differenze di confini fra i Territorj di Città della Pieve, del Marchesato di Castiglione del Lago e della Contea di Laviano Stato della Chiesa, ed i Territorj di Cetona, Chiusi e di Montepulciano Stato di Toscana, fu stipulato nel dì 4. Febbrajo 1778. dal Prelato Carlo Andrea Pelagallo Commissario eletto da Sua Santità con Breve del dì 8. Novembre 1776. e dal Senator Balì Conte Federigo Barbolani da Montauto nro Ciambellano e Proveditore del Monte di Pietà, eletto in nostro Commissario con Motuproprio de'4. Febbrajo 1777. approviamo l'Istrumento suddetto in tutti i suoi articoli e documenti inserti, e ne promettiamo la piena osservanza; e volendo a forma del convenuto procedere alla ratifica del medesimo, autorizziamo di nro motuproprio, e con nostra piena scienza il Senatore Prior Tommaso de'Conti Piccolomini nostro Consigliere Intimo attuale di Stato, e Direttore del Dipartimento degli Affari esteri a ratificarlo nel nostro Real nome, e affirmare per ciò la qui annessa copia autentica e a munirla del nro sigillo. Dato in Firense li 14. Aprile 1778.

(L. S) PIETRO LEOPOLDO.

Vidit D. Angelo Tavanti.

Per ordine di Sua Altezza Reale
Luigi di Schmidveiller.

Al nome di Dio amen. L'anno di nro Signore Gesù Cristo Mille settecento settantotto, Indizione undecima, e questo dì quattro Febbrajo dell'Anno Mille settecento settantotto, sedendo la Santità del Sommo Pontefice Papa Pio Sesto, l'anno terzo del suo Pontificato, e regnando Sua Altezza Reale il Serenissimo Pietro Leopoldo Primo, Principe Reale d'Ungheria e di Boemia, Arciduca d'Austria e Gran Duca di Toscana Nono.

La Santità del Sommo Pontefice Papa Pio Sesto, e Sua Altezza Reale il Serenissimo Pietro Leopoldo Principe Reale d'Ungheria e di Boemia,

Arciduca d'Austria e Gran Duca di Toscana intenti a render sempre più solida la buona corrispondenza, che già è passata, e passa tra i due Stati confinanti, ed assicurare maggiormente la quiete e tranquillità dei respettivi loro sudditi, volendo prevenire ogni controversia, e togliere qualunque benchè remota cagione di disputa, che per ragione dei confini potessero insorgere fra i popoli dei territori di Città della Pieve, Marchesato di Castiglione del Lago, e Contea di Laviano soggetti al dominio della Santa Sede per una parte, ed i popoli dei territori di Cetona, Chiusi e Montepulciano soggetti al dominio del Gran Ducato di Toscana per l'altra parte, convennero a quest' effetto non solamente di riapporre i termini giurisdizionali, che nei suddetti territori o per incuria degli uomini, o per ingiuria del tempo fossero rovinati o smarriti, ma anche di stabilire con nuovi termini la confinazione di quei luoghi, nei quali non era stata fin ora determinata. Quindi furono deputati per il consegnimento di sì provido fine dalla prefata Santità Sua con suo Breve del dì otto Novembre Mille settecento settantasei, consegnato in copia autentica a noi Notari infrascritti, che si unisce al presente Instrumento sotto il N. 1, per suo Commissario l' Illmo e Rmo Monsiginor Carlo Andrea Pelagallo Referendario dell' una e dell' altra Segnatura, Uditore delle Contradette e Ponente della Sacra Congregazione del buon Governo, per Mattematico il padre Francesco Maria Gandio delle scuole Pie, professore delle mattematiche sublimi e miste nell'Archiginnasio della Sapienza di Roma, e mattematico della Sacra Congregazione del buon Governo, e per Ingegnere il Sig. Francesco Tiroli geometra del popolo Romano, e similmente dalla prefata Altezza Sua Reale con suo Motuproprio del dì ventinove Giugno Mille settecento settantasei, consegnato in copia autentica a noi Notari infrascritti, che si unisce al presente Instrumento sotto il N. 2, per suo Commissario l'Illmo Sig. Ippolito Scaramucci Luogotenente fiscale, ed in caso d'impedimento l'Illmo Sig. Giovanni Gianni Auditore della Camera delle Comunità, per Mattematico il Sig. Dottore Pietro Ferroni, mattematico di Sua A. R. e professore nell' Università di Pisa, e per Ingegnere il Sig. Giuseppe Salvetti, ingegnere di Sua Altezza Reale a Capo ingegnere della Camera delle Communità dello Stato Fiorentino, acciocchè colle facoltà ai medesimi respettivamente concedute tutte insieme ritrovandosi sulla faccia dei luoghi esaminassero, riconoscessero e determinassero uniformemente la vera e giusta linea del confine giurisdizionale dividente i respettivi due Stati suddetti.

Portatisi pertanto i precitati Signori Commissari, e Mattematici ed Ingegneri fino dal dì 15 Novembre dell'anno Mille settecento settantasei sulla faccia del luogo, quale più volte visitato ed esaminati lungamente gl' opportuni autentici documenti, le precedenti concordie e piante, tennero diversi congressi, ed incominciarono fra loro le due deputazioni alcuni trattati, i quali rimasero interrotti e sospesi per la malattia e susseguita morte del sullodato Sig. Scaramucci, ed attesa l'indisposizione sopragiunta al Sig. Auditore Gianni, come sopranominato, in vece del prefato Sig. Scaramucci fu infine nominato dalla Reale Altezza Sua con suo Motuproprio del dì quattro Febbrajo Mille settecento settantasette, consegnato in copia autentica a noi Notari infrascritti, che s' unisce al presente Instrumento sotto il N. 3, per la stessa commissione l'Illmo Sig. Conte Federigo Barbolani da Montauto Ciambellano delle LL. MM. II. e RR. e delle LL. AA. RR. Proveditore del Monte di Pietà di Firenze.

Riassuntisi in seguito i già intrapresi Trattati, le precitate deputazioni dopo il congresso tenuto in Città della Pieve nel dì diciasette Febbrajo dell' anno Mille settecento settantasette devennero, salva l'approvazione dei loro Sovrani, a stabilire l'andamento della linea del confine giurisdizionale dividente i due Stati della Chiesa e di Toscana nei territori di Città della Pieve da una, e di Cetona e di Chiusi dall' altra parte, incominciando da un punto posto sul Poggio anticamente denominato di Rampognano, e proseguendo fino al punto inclusivamente dell' attestatura dell' antico argine dei Pievajoli col Poggio denominato del Papa, come resulta dalla concordia firmata in detto giorno ed anno dai Signori Commissari, Mattematici ed Ingegneri d' ambe le Corti, consegnata in copia autentica a noi Notari infrascritti, che s' unisce al presente Instrumento sotto il N. 4, la quale fu poi pienamente approvata dai respettivi Sovrani, come resulta dalle lettere dei nominati Sigg. Commissari, consegnate parimente in copia autentica a noi Notari infrascritti, che si uniscono al presente Instrumento sotto i Numeri 5 e 6.

Proseguitosi il Trattato della restante confinazione dall' attestatura dell' argine dei Pievajoli fino al Poggio Marzocco, dopo replicate visite locali, diversi congressi ed esami d' autentici documenti, e di piante già concordate in altri precedenti trattati, insorsero dei dubii, i quali dalle respettive deputazioni essendo stati comunicati alle loro Corti, fu dai respettivi Sovrani amanti di conservare ed accrescere fra loro la reciproca benevolenza, e fra i due Domini la buona armonia con eguale amorevolezza determinata anche in questo tratto la linea del confine giurisdizionale.

Ond' è che i Sigg. Commissari, Mattematici ed Ingegneri delle respettive deputazioni, avendo a forma delle Sovrane determinazioni concordemente esaminati e fissati sulla faccia del luogo i punti dove collocar si dovevano i termini giurisdizionali, fecero ivi precisamente inalzare i termini predetti

e passarono in seguito alla formazione delle piante necessarie, dalle quali possa rilevarsi l'andamento di tutta la linea del confine giurisdizionale già concordato, il numero dei termini, la qualità e quantità delle misure delle distanze e degl' angoli, o sì vero la posizione precisa di tutti i termini mentovati, come resulta dall' esatta descrizione o processo verbale sottoscritto da tutti i Deputati delle due Corti, e consegnato in copia autentica a noi Notari infrascritti, che s' unisce al presente Instrumento sotto il N. 7, e come egualmente apparisce dalle piante predette, disegnate separatamente in cinque carte sottoscritte dai Commissari, Mattematici ed Ingegneri di Sua Santità e di Sua A. R. il Gran Duca di Toscana, e consegnate parimente a noi Notari infrascritti per unirsi al presente Instrumento sotto il N. 8.

Ed essendo volontà di Sua Santità e di Sua A. R. il Sermo Gran Duca di Toscana di far celebrare un publico Instrumento per la perpetua ed esatta osservanza di quanto è restato convenuto ed eseguito nel presente Trattato, fu a quest' effetto da Sua Santità con suo Breve del dì sei Dicembre dell' anno Mille settecento settantasette, consegnato in copia autentica a noi Notari infrascritti, che s' unisce al presente Instrumento sotto il N. 9, autorizzato il prefato Illmo e Rmo Monsig. Carlo Andrea Pelegallo suo Commissario a stipulare liberamente in nome della Santità Sua ogni opportuno contratto, con concordare, dichiarare, approvare, ratificare ed emologare quanto è stato di sopra convenuto ed eseguito dalle deputazioni respettive, e con facoltà amplissima di eleggere un Notaro per celebrare gli opportuni Instrumenti; e l' Illmo e Rmo Monsignore Carlo Andrea Pelagallo Commissario e Procuratore suddetto ne' nomi, in virtù delle facoltà, come sopra conferitegli, ha eletto e deputato in Notaro della pontificia deputazione me Aurelio Canestrelli Notaro della Romana Curia, come costa dalla nomina autenticamente fatta e consegnata in copia autentica a noi Notari infrascritti, che s' unisce al presente Instrumento sotto il N. 10. E da Sua A. R. il Sermo Gran Duca di Toscana all' oggetto medesimo con suo Motuproprio del dì ventiquattro Novembre dell' anno Mille settecento settantasette, consegnato in copia autentica a noi Notari infrascritti, che s' unisce al presente Instrumento sotto il N. 11, fu autorizzato il precitato Illmo Sig. Conte Federigo Barbolani da Montauto suo Commissario a stipulare liberamente in nome della R. A. S. ogni opportuno contratto, con concordare, dichiarare, approvare, ratificare ed emologare quanto è stato di sopra convenuto ed eseguito dalle deputazioni respettive, e con facoltà amplissima di eleggere un Notajo per la celebrazione dell' Instrumento predetto; e l' Illmo Sig. Conte Federigo Barbolani da Montauto Commissario di S. A. R. e Procuratore suddetto ne' nomi, valendosi delle facoltà come sopra conferitegli, ha eletto e deputato per Notaro della regia deputazione Toscana me Dottore Claudio Masini Notaro publico Fiorentino, come costa dalla nomina autenticamente fatta e consegnata in copia autentica a noi Notari infrascritti, che s' unisce al presente Instrumento sotto il N. 12.

E volendo i respettivi Sigg. Commissari devenire presentemente all' esecuzione della loro delegazione e commissione, quindi è che l' Illmo e Rmo Monsignore Carlo Andrea Pelagallo Commissario di Sua Santità ne' nomi e modi suddetti, e l' Illmo Sig. Conte Federigo Barbolani da Montauto Commissario di Sua A. R. nei nomi e modi suddetti spontaneamente etc. in presenza di noi Notari infrascritti a tale oggetto espressamente chiamati ed incaricati come sopra di rogarci del presente atto, ed in presenza dei testimoni infrascritti dichiararono quanto appresso.

In primo luogo i Signori Commissari predetti essendo assicurati dalla loro osservazione oculare, e dal deposto uniforme dei Mattematici ed Ingegneri deputati quivi presenti, e sentendosi ancora da noi Notari e testimoni infrascritti per relazione di tutti i componenti le respettive deputazioni e noi ben cogniti, che i termini giurisdizionali elevati, i quali dividono i territori di Città della Pieve, del Marchesato di Castiglione del Lago e della Contea di Laviano nello Stato Ecclesiastico dai territori di Cetona, di Chiusi e di Monte Pulciano nel Gran Ducato di Toscana, siano stati precisamente inalzati nei luoghi e punti precedentemente concordati, e che la descrizione dei termini riportata sotto il Nro. 7, e le piante annesse sotto il Nro. 8 al presente Instrumento concordate e sottoscritte da Monsignor Carlo Andrea Pelagallo e Sig. Conte Federigo Barbolani da Montauto Commissari, dal P. Francesco Maria Gaudio e Signor Dottore Pietro Ferroni Mattematici, e dal Sig. Francesco Tiroli e Signor Giuseppe Salvetti Ingegneri, rappresentano l'andamento preciso della linea del confine concordemente fissato fra i due Stati della Chiesa e di Toscana, i punti, ove sono elevati i termini, la qualità e quantità delle misure delle distanze interposte fra i sopracitati termini, e le loro posizioni angolari ratificano, confermano, e rato e fermo aver vogliono tutto ciò che è stato fatto ed operato a forma della descrizione e piante suddette riportate sotto i Nri 7 e 8 dichiarando ed espressamente volendo i Commissari nei nomi etc. che tale terminazione ordinata e concordata, e realmente o con effetto seguita nel modo e forma di sopra espressa, ed in detta descrizione e piante contenute indichi nella sua totalità e singolarità i veri e legittimi confini e termini giurisdizionali fra i territori di Città della Pieve, del

Marchesato di Castiglione del Lago e della Contea di Laviano, ed i territori di Cetona, di Chiusi e di Monte Pulciano, e così in questa parte fra lo Stato di Toscana e lo Stato Ecclesiastico che si devano perpetuamente osservare e custodire per mantenere l'amorevole e reciproca tranquillità fra i sudditi dei respettivi Principi confinanti, dichiarando inoltre e volendo espressamente i Commissari predetti ne' nomi e modi che sopra, che la surriferita concordia del dì diciasette Febbrajo Mille settecento settantasette riportata il Nr. 4, la precitata ed allegata descrizione riportata sotto il Nr. 7 e le cinque piante riportate sotto il Nr. 8 facciano parte integrante del presente Instrumento.

E poichè è interesse delle respettive parti ad oggetto di conservare un amichevole corrispondenza e tranquillità fra i popoli limitrofi, la presente confinazione ed i termini concordemente ele ati si mantengono stabili e perpetuamente situati nei punti, ove esistono adesso, e che sono corrispondenti alle piante autentiche e firmate da tutti i componenti le deputazioni Ponteficia e Toscana; così resta convenuto e fermamente stabilito, che ogni cinque anni i Giusdicenti, Cancellieri e Rappresentanti le Comunità di Città della Pieve e del Marchesato di Castiglione del Lago, il Giusdicente e Ministri della Contea di Leviano nello Stato di Chiesa, e parimenti i Giusdicenti, Cancellieri e Rappresentanti le Comunità di Cetona e Chiusi, e di Montepulciano nello Stato di Toscana, dopo essere precedentemente fissati di concerto i giorni opportuni, procedano unitamente all' esatta visita e recognizione dei termini giurisdizionali come sopra inalzati nel confine dei respettivi territori e Stati Pontificio e Toscano, e ne celebrino in seguito con rogito di un Notaro per parte pubblico Instrumento, per il quale effetto saranno consegnate alle respettive Comunità e Contea di Laviano le copie autentiche del presente Instrumento e Documenti annessi.

Che se per qualunque motivo fosse ritrovato in occasione delle visite predette, o in qualunque altra circostanza denneggiato uno o più termini precitati, resta concordemente stabilito, che qualora non si tratti che di puro riattamento, debbano convenire i respettivi Giusdicenti e Rappresentanti sulla faccia del luogo del metodo di effettuare, o procedere immediatamente all' esecuzione del medesimo, ben' inteso però l'obbligo di dover subito dare il ragguaglio di quanto sarà stato operato alle loro Corti. Ma nel caso dell' avulsione d'uno o più termini, ne dovranno senza indugio prima di far cosa alcuna i suddetti Giusdicenti dar parte alle precitate respettive Corti, con indicare se siano sicuramente reperibili i punti, ove era stato trovato mancante uno o più termini, affine di attenderne le Sovrane Determinazioni.

E siccome il presente Trattato e Commissione ha avuto per solo oggetto la fissazione dei termini giurisdizionali fra i due Stati della Chiesa e di Toscana nei più volte enunciati territori, perciò si conviene che debbano restar ferme e nel pieno loro vigore le precedenti Concordie tanto riguardanti il Regolamento dell'acque, come anche qualunque altra convenzione in quelle parti, nelle quali non venga derogato alle medesime coll'atto presente.

Molto più essendo alieno dalla mente e volontà dei rispettivi Sovrani unicamente intenti alla tranquillità dei sudditi, il pregiudicare ai privati domini, possessi e diritti che loro competono, perciò si concorda e si dichiara che la linea del confine stabilita rispetto alla giurisdizione Sovrana non altererà in minima parte i detti domini, possessi e diritti competenti ai respettivi sudditi sopra il suolo o asciutto, o coperto dall'acque, o paludoso che sia, il quale resterà fermo presso le persone, Comunità o altri Dipartimenti, che continueranno a goderne e perciperne il frutto, come ne godono attualmente, a condizione di dover restar soggetti a tutte le leggi dei due respettivi Stati e ordinazioni dei due respetttvi Sovrani.

Inoltre si preserva ai sudditi Pontificii la facoltà di abbeverare e lavare il bestiame di qualunque specie nell'acque dei Chiari e Chiarine di Chiusi e Montepulciano, coll'amenda peraltro del danno dato contro i padroni del bestiame a favore dei possidenti e dei pescatori dannificati, uniformandosi nel restante alle leggi del Granducato di Toscana.

Finalmente per mantenere la buona armonia fra i popoli confinanti, e per togliere qualunque questione tra loro a causa dello sconfine del bestiame, resta convenuto che si attenda reciprocamente un buon confine tra il territorio Ecclesiastico ed il territorio Toscano rispetto al bestiame suddetto di qualunque specie, il qual buon confine si estenda nell'uno e nell'altro territorio fino alla distanza di canne Romane cento e di palmi dieci l'una di architetto, dalla linea della confinazione giurisdizionale, di maniera che per lo sconfine delle predette distanze debba reciprocamente rimettersi la pena, e possa solamente pretendersi l'emenda del danno, colle condizione espressa che in tutti gli altri casi fuori dello sconfine del bestiame si osservino la leggi veglianti nel territorio, nel quale altre trasgressioni si commettessero.

Le quali cose tutte l'Illmo e Rmo Monsig. Carlo Andrea Pelagallo Commissario di Sua Santità, e l'Illmo Sig. Conte Federigo Barbolani da Montauto, Commissario di S. A. R. il Sermo Arciduca Gran Duca di Toscana etc. ne' nomi suddetti, in adempimento delle precitate convenzioni, e di tutte e singole le cose in esse contenute, con-

cordate, espresse ed eseguite, senza eccezione alcuna l'una cosa all'altra congruentemente riferendo, ed in virtù dell'accennata facoltà come sopra ricevute, delle quali intendono presentemente di valersi, ratificarono, accettarono, approvarono, emologarono e ratificano, accettano, approvano, emologano etc. in ogni etc. senza alcuna clausula di riserva, salva però sempre la ratifica di Sua Santità e di S. A. R. il Sermo Arciduca Gran Duca di Toscana, ed il sollecito cambio delle dette ratifiche, promettendo ancora le cose come sopra narrate di sempre attendere ed inviolabilmente osservare, come pure di farle attendere ed osservare dalle Comunità di sopra descritte, e dai sudditi dell'uno e dell'altro Stato, e di non contrafare, dire o opporre sotto qualunque pretesto, diritto, titolo o quesito colore, ancora di enorme ed enormissima lesione, e per qualunque altra causa pensata ed impensata, e forse non espressa, sebbene dovesse necessariamente esprimersi. Per l'osservanza delle quali cose l'Illmo e Rmo Monsig. Carlo Andrea Pelagallo, e l'Illmo Sig. Conte Federigo Barbolani da Montauto Commissari suddetti ne' predescritti nomi si obbligarono ed obbligano Sua Santità, come egualmente la R. A. S. il Sermo Arciduca Gran Duca di Toscana, a forma delle facoltà a loro compartite, promettendo etc. rinunziando etc. e giurando detto Illmo e Rmo Monsig. Carlo Andrea Pelagallo tacto pectore more praelatorum, e detto Illmo Sig. Conte Federigo da Montauto tactis scripturis etc.

Fatto, letto, rogato e pubblicato il presente Instrumento in luogo detto il Piano delle Cardete, e precisamente presso il termine giurisdizionale segnato di numero Romano trentatrè, che fa confine tra i territori di Città della Pieve e di Chiusi, quivi presenti l'Illmo Sig. Vincenzio Cartoni figlio della buona memoria Dottore Pasquale, attual Gonfaloniere dell'Illma Comunità di Città della Pieve, l'Illmo Sig. Francesco Pagani figlio della buona memoria Giovan Filippo, altro Gonfaloniere della detta Comunità di Città della Pieve, l'Illmo Sig. Capitano Francesco Antonio Dini figlio della buona memoria Giovan Battista, uno dei Capi di Uffizio dell'Illma Comunità di Castiglione del Lago, Illmo Sig. Basilio Taccini figlio della buona memoria Capitano Anton Felice, altro dei Capi d'Uffizio della detta Comunità di Castiglione del Lago, l'Illmo Sig. Capitano Ercole Tommasi figlio della buona memoria Tommaso Giusdicente della Contea di Laviano, ed il Sig. Pietro Rossi figlio del fù Antonio Ministro di detta Contea di Laviano, tutti dello Stato Pontificio, L'Illmo Sig. Giuseppe del fù Liberio Avignanesi Gonfaloniere della Città di Montepulciano, l'Illmo Sig. Spinello del fù Francesco Benci uno dei Priori nobili di detta Città di Montepulciano, Illmo Sig. Antonio del fù Giulio Paolozzi Gonfaloniere della Città di Chiusi, l'Illmo Sig. Capitano Giacomo del fù Samuelli Priore originale della Città di Chiusi, il Sig. Pasquale del fù Muzio Tosoni Capo Priore della Terra di Cetona, il Sig. Giuseppe del fù Domenico Albertelli secondo Priore di detta Terra di Cetona, tutti dello Stato di Toscana, e unitamente con i sopranominati Pontificii tutti testimoni al presente atto specialmente chiamati rogati etc.

Ego Aurelius Canestrelli Plebanus Civis, Dei gratia et Apostolica auctoritate Notarius publicus in Archivio Romanae Curiae descriptus, ac ab R. P. D. Carolo Andreae Pelagallo Commissario Apostolico specialiter deputatus, ut supra de praemissis rogatus hoc praesens subscripsi, meoque signo munivi rogatus etc. (L. S.)

Ego Laudius olim Iuris utriusque Doctor Michaelis Masini I. U. D. Civis et Notarius publicus Florentinus deputatus ut supra, de praedictis rogatus in fidem propria manu me subscripsi, meoque signo munivi ad laudem Dei Deiparaeque semper Virginis Mariae. (L. S.)

Numero I.

Dilecto filio Magistro Carolo Adreae Pelagallo in utraque Signatura nostro Referendario.

Pius PP. VI.

Dilecte fili, Salutem et Apostolicam benedictionem. Singularis tuae erga Nos et Apostolicam Sedem devotionis affectus, necnon fides, prudentia, doctrina aliaque virtutum merita, quibus te novimus insignitum, Nos inducunt, ut in gravibus eiusdem Sedis negotiis tua opera libenter utamur, illaque tuae fidei committamus. Te itaque in nrum et Apostolicae Sedis Commissarium una cum dilectis quoque filiis Francisco Maria Gandio Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum et Matheseos professore, ac Francisco Tiroli Machinario, Ingegnere vulgo nuncupato, ad effectum accedendi ad confinia Status nostri Ecclesiastici, ac Magni Ducatus Etruriae Dilectissimo in Christo filio nostro Petro Leopoldo Archiduci Austriae, Regio Bohemiae Principi ac Magno Duci subiectae in ea parte, quae Vallis Clanae vulgo Valdichiana nuncupatur, ibique tractandi cum dilectis ibidem filiis Hippolyto Scaramucci Locumtenente fiscali, et ipsius Petri Leopoldi Archiducis et Magni Ducis praedicti Commissario, dictoque Hippolyto deficiente, cum Ioanne Gianni Auditore, necnon etiam cum Petro Ferroni Matheseos professore, ac Iosepho Salvetti Machinario ab eodem Petro Leopoldo Archiduce et Magno Duce deputatis, eorumdem confiniorum suo ordini restitutionem cum facultate et auctoritate absolvendi ac terminandi eum ipsis sic deputatis controversias, et constituendi ea, quae minoris relevantiae sint, et in quibus conformis sententia comperiatur, caetera vero graviora ad Nos referas, ut quid nostrae men-

tis ac intentionis fuerit, ea inde patefaciamus, auctoritate nr̃a Apostolica tenore praesentium constituimus et deputamus, Mandantes propterea dilectis filiis civitatum et locorum Status Ecclesiastici praefati Gubernatoribus, Potestatibus, necnon Communitatibus, Universitatibus et hominibus, officialibus et executoribus quibuscumque, quatenus tibi favorabiliter assistentes in praemissis pareant, ac operi auxilium et obsequium praestent, teque tanquam nostrum et Sedis Apostolicae Commissarium excipiant et recognoscant, non permittentes te quomodolibet molestari vel impediri, In contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die VIII. Novembris MDCCLXXVI. Pontificatus nostri Anno Secundo.

I. Card. de Comitibus.

In Dei Nomine Amen. Praesens suprascripta copia extracta fuit ex suo originali existente penes Illm̃um et Rm̃um D. Carolum Andream Pelagallo Commissarium Apostolicum, cum quo facta per me etc. collatione in omnibus concordare inveni, salvo etc. In quorum etc. Datum in Civitate Plebis hac die XXXI. Ianuarii MDCCLXXVIII.

„Ita est Aurelius Canestrelli Notarius publicus Civitatis Plebis et deputatus in fidem etc."

Numero II.

Sua Altezza Reale nomina il Luogotenente Fiscale Ippolito Scaramucci per intervenire in qualità di Suo Commissario alla Visita e Recognizione dei Confini tra lo Stato Ecclesiastico et i Territori di Chiusi, Cetona e Monte Puleiano, e a fare quanto occorre per convenire col Commissario di Sua Santità di una chiara e stabile confinazione; e in caso che il predetto Luogotenente Fiscale fosse impedito, nomina in sue vece l'Auditore della Camera delle Comunità Giovanni Gianni.

Nomina pure per Mattematico il Dottore Pietro Ferroni e per Ingegnere Giuseppe Salvetti, che dovranno portarsi sulla faccia dei Luoghi insieme col Commissario, che anderà alla visita sopradetta, e fare tutte quelle operazioni e riscontri, che saranno creduti necessari per l'oggetto sopracennato. Dato in Firenze li 29 Giugno 1776.

PIETRO LEOPOLDO.

Vidit Angelo Tavanti.
Di Schmidveller.

Numero III.

Sua Altezza Reale attesa la morte del Luogotenente Fiscale Ippolito Scaramucci e l'impedimento sopragiunto all'Auditore Giovanni Gianni nomina il Conte Federigo Barbolani de Montauto, suo Ciambellano e Provveditore del Monte di Pietà di Firenze, per portarsi in Valdichiana in qualità di Suo Commissario all'oggetto di visitare e riconoscere col Mattematico Pietro Ferroni e coll'Ingegnere Giuseppe Salvetti i termini tra lo Stato Ecclesiastico, e i Territori di Chiusi, di Monte Pulciano e di altri luoghi del Gran Ducato da quella parte, e di fare ogni altra operazione necessaria per devenir con i Deputati Pontificii a una chiara Confinazione di Territori suddetti, il tutto a forma delle Istruzioni del dì 28 Ottobre 1776. Dato in Firenze il dì 4 Febbrajo 1777.

PIETRO LEOPOLDO

Vidit Angelo Tavanti.
Francesco Bened. Mormorai.

CCCCLXV.

Conventio inter Pium PP. VI. et Iosephum II. Romanorum imperatorem inita super venditione bonorum allodialium Estensium, quae idem imperator in ducatu Ferrariensi possidebat. *Ex originali.*

I. Sua Maestà Cesarea a cui appartengono gli infrascritti beni in forza dei respettivi titoli, che si specificheranno nell'Istromento da stipularsi, come in appresso, vende a Sua Santità Pio VI, e per esso alla Rev. Camera Apostolica la Tenuta dello Mesolo, Valli di Valano, il Palazzo, Case, botteghe in Ferrara, annessi e connessi, in qual modo stesso che attualmente sì nell'attivo che nel passivo si godono da Sua Maestà, ed alla medesima appartengono rapporto alle annue rendite fisse pecuniarie d'affitti, livelli, censi, diritti, unitamente a' privilegj, esenzioni, poste, osterie, magazzeni; come pure vende tutti li bestiami grossi e minuti di qualunque specie, gli attrezzi, ordigni, mobili, scorte, sementi attualmente esistenti nella Tenuta, Palazzo, Valle, Case etc. da rilevarsene il quantitativo dai libri dell'Amministrazione Imperiale, e da registrarsene l'inventario corrispondente nell'Istromento da stipularsi, come in appresso; e finalmente cede sì nell'attivo che nel passivo l'affitto perpetuo denominato della Prepositura Pomposiana, con trasferire in Sua Santità e Camera Apostolica gli stessi diritti competenti a Sua Maestà, esclusa qualunque variazione.

II. A titolo del prezzo del presente Contratto Sua Santità si obbliga di pagare nella Città di Milano alla Cassa della Tesoreria generale all'atto della stipulazione dell'Istromento, che dovrà effettuarsi nel termine infrascritto, la somma convenuta in *Scudi novecento mila Romani*, da paoli dieci per ogni scudo: il quale intero pagamento di scudi novecento mila dovrà farsi in valute d'oro e d'argento, al corso della tariffe ora vigente nella città di Milano, ragguagliando lo scudo Romano da paoli dieci con lo zecchino Romano a scudi due e bajocchi cinque per ogni zecchino.

E quanto sopra se è fatto, e si fà con l'opportuna traslazione di ragioni, non che di dominio e possesso debitamente riferendo speciale costituto dell'aquirente, come in cosa di lui propria, e con

tutte quelle altre clausole, che sono di stile, e che più ampiamente si apporranno nell'Istromento, di cui in appresso: ben'inteso però, che li detti beni e ragioni, come sopra vendute e cedute respettivamente, non possano passare in altrui dominio o ipoteca, se non sarà prima intieramente pagato il loro prezzo convenuto come sopra.

III. E benchè i magazzeni tutti della Mesola restino compresi nella presente compra e vendita, tuttavia rapporto ai sali, che per conto di Sua Maestà si trasmettono nelle provincie a lei soggette in Lombardia, si accorda alla detta Maestà Sua e suoi etc. l'uso libero, o sià deposito gratuito in quelli stessi magazzeni, de'quali attualmente si servono le regie finanze della Lombardia Austriaca; e per togliere ogni motivo di controversia sopra la custodia di questo essere, si apporranno alla porta dei magazzeni predetti due chiavi diverse, l'una delle quali la riterrà lo spedizionere, che sua Maestà avrà facoltà di deputare tanto per il sale quanto per le merci ed altri generi, e la detta chiave rimarrà presso lo stesso spedizioniere, sin tanto che restino i sali ne'detti magazzeni; l'altra chiave poi rimarrà presso il Ministro, che il Tesoriere di Ferrara deputerà, e così dovrà praticarsi di volta in volta, che verrà il caso.

IV. Quanto poi alle merci d'ogni sorte, ed anche tabacchi, farine ed altri generi che dagli Stati di Sua Maestà passeranno alla Lombardia Austriaca, accorda perpetuamente Sua Santità alla Maestà Sua e suoi etc. l'uso ossia deposito libero e gratuito di que'magazzeni de'quali attualmente si serve a questo effetto: esclusi quindi tutti que'magazzeni che attualmente sono affittati ad altri, come puro esclusi tutti quelli che per qualunque uso Sua Santità fabbricasse di nuovo e riducesse ad uso di magazzeni, e molto più esclusi li granaj e qualunque altro edificio che attualmente non servisse ad uso de'magazzeni. Li suddetti magazzeni, dei quali se ne accorda l'uso gratuito a Sua Maestà e suoi etc. per il deposito delle merci, generi e come sopra, saranno sempre custoditi dal solo Ministro di detta Tesoreria secondo la pratica delle dogane e luoghi destinati al deposito delle merci; restando sempre a carico di Sua Santità la manutenzione de'magazzeni suddetti in perpetuo, cioè tanto di quelli inservienti al deposito delle merci, generi etc. che dei sali come sopra.

V. I generi e prodotti che si trovassero invenduti al tempo della stipulazione dell'instromento, Sua Santità si obbliga d'acquistarli a pronti contanti al prezzo che correrà in detto tempo nel luogo dove detti generi esisteranno.

VI. Che parimenti Sua Santità rileverà a pronti contanti tutti li crediti esigibili, che l'Amministrazione Imperiale giustificherà d'avere; li restanti rimarranno a disposizione di Sua Maestà.

VII. Il presente Contratto di compra e vendita, eccettuate le Valli di Valano, avrà il suo principio nel giorno di San Michele 29 del prossimo mese di Settembre, nel qual tempo dovranno ridursi li presenti Capitoli a pubblico Istrumento, da ratificarsi da' Sovrani contraenti nelle solite forme, e rapporto alle dette Valli di Valano a tutto Dicembre, acconsentendo Sua Maestà che frattanto sia lecito ai Ministri di Sua Santità il dare quelle disposizioni, che secondo lo stile si crederanno opportune al regolamento di tutto ciò che riguarda i prossimi futuri raccolti dal mese di Settembre in appresso, salvo però rispetto ai frutti del corrente anno Mille settecento ottantacinque, che venissero raccolte dopo il detto mese di Settembre, poichè non solo queste rimarranno di pertinenza di Sua Maestà, ma le sarà anche facoltativo di potersi prevalere per il loro raccolto e custodia de'comodi necessarj.

VIII. Si obbliga Sua Maestà di far consegnare a Sua Santità li documenti che esisteranno ne'suoi archivj risguardanti la provenienza della Tenuta, Valli, Edifiej etc. i diritti o prerogative della medesima, come pure i documenti che riguardano gli affitti, censi, livelli, usi etc. e finalmente le mappe, carte topografiche etc. e tutt'altro che appartiene ai predetti allodiali e Propositura cadenti nel presente Contratto, de'quali documenti si formerà inventario da registrarsi in calce dell'Istromento, come sopra da stipularsi.

IX. Li veglianti affitti dovranno mantenersi da Sua Santità per tutto il tempo della loro durativa.

X. Si raccomandano a Sua Santità tutti gli attuali inservienti agli alliodiali predetti, non che tutti quelli che sono stabiliti alla Mesola, anche per ragione di commercio, ed il Delegato Apostolico si fa carico di presentare a Sua Santità la raccomandazione di Sua Maestà per l'attuale Ministero degli allodiali, e di quelli che sono stabiliti alla Mesola per ragione di commercio.

XI. Promette Sua Maestà, che al presente Contratto accederanno in forma valida col loro consenso tanto in nome proprio, che in nome de'loro eredi e successori le LL. AA. Reali il Serm̃o Arciduca Ferdinando d'Austria, e la Serm̃a Arciduchessa e Principessa Maria Beatrice d'Este sua sposa.

„ Conte Carlo di Colloredo Delegato da S. M. C. come da lettera di S. E. il Signor Ministro Plenipotenziario Conte di Wilseck data in Milano il corrente 13 Novembre 1784 consegnata al Signor Delegato Apostolico."

„ Conte Antonio Greppi Delegato da Sua Maestà Cesarea come dalla succinnata lettera 13 Novembre 1784."

„ Messer Antonio Gnudi Delegato Apostolico, come da lettera del fû Em̃o Signor Cardinal Pal-

lavicino Secretario di Stato, in data di Roma 4 Dec. 1784, consegnata a' Sigg. Delegati Imperiali."

Giuseppe II. per la Dio grazia eletto Imperatore de' Romani semper Augusto, Re di Germania, Ungaria e Boemia, Arcidnca d'Austria, Doca di Borgogna, Lorena, Milano e Mantova etc. etc. Essendo Noi entrati in un concerto col Beatissimo Padre Pio VI. Sommo Pontefice sulla cessione da farsi al medesimo a titolo di vendita e compra della Tennta della Mesola, e di tutti gli altri beni allodiali già Estensi a Noi appartenenti e situati nel Territorio di Ferrara, è stato stipulato e conclnso il reletivo Contratto dai Commissarj a tal fine delegati, dal Conto Carlo Ottavio di Colloredo e dal Conte Antonio Greppi per parte Nra, e dal Marchese Antonio Gnudi per parte di Sua Santità in Milann ai 24. Giugno anno corrente. Avendo Noi pertanto vednto il qui annesso formale Instrumento celebrato soccessivamente in Milano il primo giorno di questo mese per la consomazione dello stesso Contratto insieme co' gli articoli da esso dipendenti, e riconoscinto altresì che il suo contennto è pienamente conforme alli precedenti concerti, la confermiamo e ratifichiamo con qnesto Nostro Chirografo da concambiarsi con nn eguale, che sarà spedito da Sua Santità per la reciproca ratifica delle cose convennte. In conferma di quanto sopra abbiamo il presente Nostro Chirografo firmato di propria mano e fatto mnnire col Nostro Sigillo. Dato nella Nostra Città di Viennn il giorno 13. Dicembre 1785. l'anno xxii. del nostro Impero e vi. del nostro Regno Ereditario.

(L. S.) GIUSEPPE.

W. Kaunitz R.
Per S. M. l'Imperatore e Re
G. Perges.

Pio Papa VI. Pontefice Massimo.

Essendo Noi entrati in concerto con Sua Maestà Cesarea e Regia l'Imperatore Giuseppe Secondo sulla cessione a titolo di compra e vendita da farsi dalla Maestà Sna a Noi della Tennta della Mesola, e di tutti gli altri beni allodiali già Estensi a Sua Maestà appartenenti, e situati nel territorio della Nostra provincia di Ferrara, è stato stipolato e conelnso il relativo Contratto dai Commissarj a tal fine delegati, cioè dal Marchese Antonio Gnndi delegato per parte Nostra, e dal Conte Carlo Ottavio di Colloredo, e dal Conte Antonio Greppi delegati per parte di Sna Maestà Cesarea in Milano ai 24. Giugno dell'anno corrente. Avendo Noi pertanto vedoto il qui annesso formale Istromento celebrato successivamento in Milano il primo giorno di qnesto mese per la consumazione dello stesso Contratto insieme cogli articoli da esso dipendenti, e riconoscinto altresì che il sno contennto è pienamente conforme ai precedenti concerti, lo confermiamo e ratifichiamo con qnesto Nostro Chirografo da concambiarsi con un eguale, che sarà spedito da Soa Maestà Cesarea per la reciproca ratifica delle cose convennte. In conferma di quanto sopra abbiamo il presente Nostro Chirografo firmato di propria mano, e fatto munire col solito sigillo. Dato nella nostra Città di Roma dal Palazzo Apostolico Vaticano il giorno 23. Decembre 1785. l'anno xi. del nostro Pontificato.

PIUS PP. VI.

Ignatius Card. Boncompagni Ludovisi
à secretis Status Sanctitatis Suae.
Per la Santità di Nostro Signore e Sua Rev. Camera Apostolica.
Giuseppe Miselli Commissario generale
di detta Rev. Camera.

CCCCLXVI.

Conventio inter Pium PP. VI. et Ferdinandum III. magnus Etruriae ducem inita de non construendis aedificiis in confiniis utriusque status nisi in certa locorum distantia. *Ex originali.*

Ferdinando III. per la grazia di Dio Principe Reale di Ungheria e di Boemia, Arciduca di Austria e Grandnca di Toscana etc. etc. Avendo Noi attentamente letto e considerato il Concordato diretto ad estendere a tutti i lnoghi di confine fra lo Stato Pontificio e Toscano la proibizione di nuove fabbriche ad nna data distanza dalla linea giurisdizionale, già pattuita in altre parti, passato in Roma in Nome della Santità del Sommo Pontefice Pio VI. e in Nome Nostro nel dì 17. del corrente mese tra Monsignor Carlo Maria de' Federici Segretario della Cifra, a tal atto depntato dalla Santità Sua con biglietto della Pontificia Segreteria di Stato del dì 28. Novembre 1792. ed il Cavaliere Giovanni Gianni Nostro Incaricato di Affari presso la Santa Sede, parimente a tale atto da Noi depntato con rescritto de' 19. Novembre suddetto, di Nostro Motuproprio e certa scienza approviamo il mentovato Concordato in tutte le sue parti et articoli, e solennemento a forma di quanto in esso si è convenuto lo ratifichiamo, e ne promettiamo la piena osservanza. Dato in Firenze li venticinque Gennaro Mille settecento novantatre.

FERDINANDO GRANDUCA.

Vidit Antonio Serristori.
E. di Gilkesch.

Essendosi dai doe Sovrani il Sommo Pontefice Papa Pio Sesto, ed il Serm̃o Arcidoca Ferdinando Terzo Granduca Decimo di Toscana concordemente riconoscinta la reciproca utilità del Patto apposto in alcune delle moderne riconfinazioni tra lo Stato Ecclesiastico ed il Grandncale, relativamente alla proibizione di nuovi edifizj dentro una stabilita distanza dalla linea del confine giurisdizionale, sono i doe prelodati Sovrani vennti nell'unanime determinazione di estendere l'osservanza

del preindicato patto a qualunque altra parte ancora dei confini Pontificj e Granducali, ove non si trovasse il patto suddetto compreso fra le altre condizioni apposte all'Istrumento e Trattato della rispettiva confinazione. Sono stati pertanto dai prelodati Sovrani antorizzati al Concordato da celebrarsi in conseguenza, salva la Sovrana respettiva ratifica, i due infrascripti Deputati per mezzo delle opportune facoltative di riportarsi in copia autentica in piè del presente, in seqnela delle quali e delle respettive particolari Istruzioni hanno i Deputati antedetti stabilito e convennto solennemente quanto appresso.

I. Che in qualunque parte della linea giurisdizionale dividente lo Stato Pontificio dal Granducato di Toscana, ancorchè non sia ciò stipulato per patto del respettivo Istrumento di confinazione, resti proibito in avvenire a qualunque suddito o abitante dell'uno e dell'altro Stato di fabbricare o costruire case, capanne, stalle, forni, seccatori o altri edifizj stabili di qualsivoglia natura, o di ampliare in verun modo alcuna fabbrica già esistente, se non alla distanza di canne quaranta Florentine, di braccia cinque l'una, che sono canne Romane 52. palmi 1. once 8. minuti 4. dalla linea di confine dividente i due Stati, sotto la pena in genere delle demolizioni del fabbricato di nuovo a tutte spese del contravventore, e sotto quelle più speciali pene, che porterà seco la particolare legislazione criminale del respettivo Stato, nel cui territorio avrà luogo la contravvenzione.

II. Che resti in conseguenza molto più espressamente proibito come sopra il traversare con i così detti cavalcavia o altro edifizio qualunque d'interna communicazione la strada o linea del confine dei predetti due Stati, riserbandosi i due Sovrani di prendere di concerto in appresso gli opportuni provvedimenti per quegl' edifizj, che ormai già esistono di tal natura presso la linea di confine.

III. Che non ostanti le sopraespresse proibizioni sia lecito peraltro a qualsivoglia suddito, o abitante dei due Stati limitrofi di ampliare i molini già esistenti, o costruirne dei nuovi lungo le ripe dei fiumi o torrenti anche dentro l'enunciata distanza di canne quaranta Fiorentine dalla linea di confine, purchè però della costruzione dei nuovi, o ampliazione degli antichi sia riconosciuto il bisogno, e venga accordato il permesso da ambedue i Governi, ben inteso che il Governo, nel territorio del quale voglia costruirsi o ampliarsi il molino, e non il particolare edificatore, abbia l'incarico di procurare l'annuenza dell'estero respettivo Governo.

IV. Che non ostanti parimente le proibizioni surriferite, s'intende sempre riservato ai due respettivi Sovrani il dritto di eriggere dentro la citata distanza del confine nuove dogane, o altri edifizj a quelle appartenenti, o ampliare i già esistenti, ogni qualvolta sieno destinati all'oggetto di preservare e custodire le respettive Sovrane Regalie.

V. Che debbano i riservi contenuti come sopra nei precedenti articoli III. e IV. intendersi estesi ancora a tutti que'luoghi di confine tra lo Stato Ecclesiastico e Granducale, ove fosse già nel respettivo finale Istrumento di confinazione pattuita senza riserva o specificazione alcuna la surriferita proibizione in genere delle nuove fabbriche ad una data distanza del confine.

VI. Che per quanto ha rapporto allo Stato Pontificio debbano le sopraespresse proibizioni comprendere qualunque persona ecclesiastica o secolare, o qualsisia corpo morale, che per qualsivoglia amplissimo privilegio potesse pretendere di essere esente dall' osservanza del presente Concordato, giacchè nelli dominj di S. A. R. il Sermo Granduca di Toscana non vi è alcun individuo o persona ecclesiastica o secolare, nè alcun corpo morale, che possa pretendere o dirsi di essere privilegiato.

VII. Che il medesimo debba dentro un mese dal giorno della sua stipulazione esser solennemente approvato e sanzionato mediante il baratto delle respettive Sovrane Ratifiche.

VIII. Che dentro due mesi dal giorno della ricevuta ratifica venga pubblicato nell'uno e nell'altro Stato, e specialmente ne' luoghi, che restane respettivamente a confine, e che non erano prima soggetti alla proibizione come sopra concertata, l'opportuno editto relativo all'osservanza del presente Concordato.

Noi sottoscritti usando delle facoltà conferiteci dai rispettivi nostri Sovrani, e qui inserte originali e colle reciproche copie autentiche, abbiamo fissato il presente Concordato, e vi apponghiamo il nostro nome e sigillo, salve le ratifiche per parte di Sua Santità, e di S. A. R. il Sermo Arciduca Gran Duca di Toscana.

Carlo Maria dei Federici Segretario della Cifra e Deputato dalla Santità di Nostro Signore Papa Pio VI.

(L. S.)

Cavaliere Giovanni Gianni Incaricato degli Affari e Deputato da S. A. R. il Sermo Arciduca Granduca di Toscana.

(L. S.)

ARGUMENTA.

BONIFACIUS PP. IX. (coronat. 9. Nov. 1389. † 1. Oct. 1404.)

1389. 16. Nov. Bonifacius PP. IX. per cardinalem camerarium quaedam iocalia in pignus tribus millibus floren. auri tradit Francisco Ser Ghini de Senis. Nr. 1. pag. 1.

— 2. Dec. Anselmus de Raziis et Nicolaus de Calvis constituuntur syndicatores senatoris Urbis et eius officialium. Nr. 2. pag. 2.

1390. 8. Ian. Firmanis ad quinquennium vicariatus in temporalibus eorum civitatis et comitatus sub annuo censu IIM. flor. auri confirmatur. Nr. 3. pag. 3.

— 3. Febr. Vicariatus civitatis Esculanae populo et communitati eiusdem civitatis sub certis capitulis et promissionibus et annuo censu IIM. flor. auri conceditur. Nr. 4. pag. 6.

— 4. „ Oddonus Spinola et Baptista de Bartoloctis Bonifacio IX. tradunt arcem Narniensem. N. 5. p. 15.

— 1. Mart. Cardinali legato, ut nobilibus de Piis de Carpo nonnullas possessiones poderae Comitissae Mathildis nuncupatas in feudum concedat. Nr. 6. pag. 15.

— 24. Maii. Vicariatum civitatis Ferrariensis eiusque comitatus et districtus Alberto marchioni Estensi, et eius filiis ad vitam sub annuo censu XM. florenorum concessum, insertis historia precedentium investiturarum et conditionibus, pontifex confirmat. Nr. 7. pag. 16.

— 4. Iunii Vicariatus civitatis Urbini et S. Angeli papalis alias Caliensis Antonio comiti Montisferetri, eiusque fratri et filiis ad XII. annos sub censu DCCC. floren. una cum nonnullis castris conceditur. Nr. 8. pag. 21.

— 8. Aug. Constitutio, qua cavetur, ne rector Marchiae Anconitanae alienationes et infeudationes bonorum etc. ulterius facere praesumat. Nr. 9. pag. 25.

— 18. Sept. Constitutio contra usurpatores bonorum ad cameram apostolicam pertinentium, qui monentur eadem bona infra spatium unius mensis restituere. Nr. 10. pag. 26.

— 26. Nov. Wenceslaus Romanorum rex oratores suos cum certis capitulis ad eundem pontificem pro recipienda imperiali corona mittit. Nr. 11. pag. 27.

— 9. Dec. Cardinalibus commissariis, ut ad sublevandam ecclesiam Romanam contra rebelles nonnulla bona ecclesiarum, monasteriorum etc. in Urbe eiusque districtu existentium oppignorare, vel etiam alienare possint. Nr. 12. pag. 28.

1391. 3. Ian. Fratribus de Malatestis et eorum filiis conceditur vicariatus civitatum Ariminensis, Fanensis et Forosinfroniensis. Nr. 13. pag. 28.

— 23. „ Electo Cortonensi, ut Wenceslaum Romanorum regem in laudabili proposito pro recipienda imperiali corona Romam veniendi confirmet, eique ad hoc decimas unius anni in Bohemia et Germania concedat. Nr. 14. pag. 32.

— 29. Maii. Nuntio apostolico, ut res Italiae collapsas componat et pacem inter Galeatium de Vicecomitibus et Florentinos Bononiensesque instauret. Nr. 15. pag. 34.

1391. 11. Sept. Statuta et pacta inter pontificem et Romanos inita. Nr. 16. pag. 35.

1392. 27. Ian. Laudum et arbitrium per pontificem tamquam compromissarium latum inter comitem Montisferetri et domicellos de Malatestis Ariminenses. Nr. 17. pag. 37.

— 5. Mart. Capitula inter pontificem et Romanos pro instauranda quiete in Patrimonio B. Petri et partibus Romanis inita. Nr. 18. pag. 45.

— 21. Iunii. Malatesta de Malatestis eiusque complices Tudertinae civitatis invasores ad comparendum coram pontifice citantur. Nr. 19. pag. 46.

— 7. Aug. Perusini pontifici vicariatum eorum civitatis ab Urbano VI. ipsis concessum libere resignare, plenumque dominium sub quibusdam conditionibus restituere intendunt, si ipse una cum sua curia ibi residere velit, inserto conventionis inter eos initae instrumento. Nr. 20. pag. 48.

— 27. „ Francisco de Gonsaga imperiali in civitate Mantuana vicario pontifex castrum Gonzagae in nobilo fendum concedit sub annuo censu unius accipitris, castrum ipsum in comitatum erigit, et feudatario pro tempore dignitatem comitis confert. Nr. 21. pag. 56.

— 29. Oct. Vicariatus civitatis Bononiensis et eius pertinentium sub certis conditionibus et annue censu quinque milium floren. communi Bononiensi ad XXV. annos conceditur. Nr. 22. pag. 57.

— 30. Nov. Civitas Perusina pontifici sese plenissimo subiicit, facta per instrumentum fide. Nr. 23. pag. 71.

1393. 13. Ian. Monaldo de Monaldensibus eiusque haeredibus ad tertiam usque generationem pontifex quaedam castra Urbevetanae dioecesis donat. Nr. 24. pag. 72.

— 27. „ Ludovico et Lippo de Alidosiis vicariatus Imolensis sub annuo censu mille flor. auri confertur. Nr. 25. pag. 72.

— 21. Febr. Quibusdam nobilibus Marchiae Anconitanae terras ecclesiae occupantibus ad comparendum coram pontifice terminus prorogatur. Nr. 26. pag. 76.

— 29. Mart. Cornetanis pontifex auxilium mox se missurum contra eorum civitatis et territorii invasores significat. Nr. 27. pag. 76.

— 29. Maii. Nicolao de Balionibus et Bartholomaeo Ceccharelli copiam pontifex dat XIIIM. floren. pro militibus in defensionem civitatis Perusinae mutua contrahendi sub hypotheca vectigalis camerae apostolicae debiti. Nr. 28. pag. 77.

— 15. Iunii. Ioannes de Vico Praefectus Urbis se conversum simulans sacrum collegium cardinalium adiit, ut pontifex statum ecclesiae restauret. Nr. 29. pag. 77.

— 8. Aug. Capitula Bonifacii PP. IX. de eius cum curia reditu ad Urbem per conservatores et officiales populi Romani accipiuntur. Nr. 30. pag. 78.

— 30. „ Conrade Prosperch marescallo generali mille florenos auri per fratres de Alidosiis Imolenses persolvendos quolibet anno assignantur. N. 31. pag. 81.

1394. 5. Maii. Pontifex mandat, ut Narniensis rocchae castellanus per duos tantum annos praesideat, omnia civitatis officia per Gebellinos exerceantur, XV. Guelfis extra civitatem ad tempus relegatis, reliqui omnes tam Gebellini quam Guelfi in civitatem restituantur etc. Nr. 32. pag. 82.

— 28 Iunii. Cardinali camerario pontifex copiam det XXIIM. flor. auri mutua a Carolo de Malatestis accipiendi pro defensione status Romanae ecclesiae sub hypotheca civitatis Brictenoriensis. Nr. 33. pag. 83.

— 10. Iulii. Pontifex Malatestam de Malatestis datae fidei violatorem et usurpatorem civitatis Tudertinae excommunicatum enuntiat. Nr. 34. pag. 83.

— 8. Aug. Pontifex mutuum XVIIIM. floren. auri Romanae ecclesiae necessitatibus a communi Florentino per duos cardinales deputatos sub pignore castri Castricarii contractum confirmat. Nr. 35. pag. 88.

1396. 26. Ian. Episcopo Fulginati, ut verbum crucis contra Brordum de Michelottis Perusinum invasorem terrarum ecclesiae proponendum curet. Nr. 36. pag. 88.

— 16. Maii. Ioanni de Vico Praefecto Urbis pontifex de certis capitulis pacis cum eo et Viterbiensibus ineundae scribit. Nr. 37. pag. 89.

— 9. Iunii. Pontifex concordiam cum Ioanne de Vico et Viterbiensibus per Andream Thomacellum nomine Romanae ecclesiae initam confirmat. Nr. 38. pag. 90.

— 22. „ Praedicta concordia cum omnibus capitulis, pactis, promissionibus et obligationibus iterum a pontifice approbatur. Nr. 39. pag. 90.

1397. 1. Mart. Ioannes Holand comes Huntingdensis confalonerius in terris ecclesiae et gentium armigerarum capitaneus generalis constituitur. Nr. 40. pag. 91.

— 19. Iulii. Bononiensibus, ne de annuo censu camerae apostolicae debito cuiquam sine speciali mandato pontificis provisionem solvant. Nr. 41. pag. 91.

— 27. Sept. Astorgio de Manfredis vicario Faventino extendit vicariatum in terras Montismaioris etc. sub annuo censu unius librae cerae. Nr. 42. pag. 91.

1398. 26. Febr. Cecho et Pino de Ordelaffis vicariis in temporalibus Forlivii, ut de annuo censu vicariatus ipsorum CCC. floren. auri magistro Ioanni de Piscibus civi Beneventano, medico pontificis, singulis annis assignent. Nr. 43. pag. 92.

1398. 6. Mart. Natoli Bucii Natoli vineam cum eius pertinentiis ob conspirationem in Urbis statum perturbandum capitis damnati adiacenti castro S. Angeli pontifex annectit. Nr. 44. pag. 93.
— 4. Iulii. Pileus episcopus Tusculanus vicarius generalibus in Urbe etc. constituitur. Nr. 45. pag. 93.
— 11. „ Malatesta de Malatestis Urbis senator, vicarius in temporalibus et capitaneus generalis Urbis eiusque districtus a pontifice nuntiatur. Nr. 46. pag. 94.
— 20. Aug. Gaspar Cossae capitaneus generalis classis pontificiae constituitur. Nr. 47. pag. 95.
— 13. Nov. Ioannes de Ceccano capitula treugae per se et suos nuntios cum archiepiscopo Nicosiensi camerario pontificis inita ratificat. Nr. 48. pag. 96.
1399. 11. Ian. Senatori Urbis, ut officio senatus perfuncto insignia camerario ecclesiae restituat. Nr. 49. p. 96.
— 7. April. Salvusconductus macellario domini papae datur pro conducendis animalibus ad Urbem pro usu hospitii pontificii. Nr. 50. pag. 97.
— 4. Maii. Capitula et petitiones Anagninorum ad ecclesiae obedientiam revertentium pontifex admittit et confirmat. Nr. 51. pag. 97.
— 22. Iunii. Ioanni Ceccharelli domicello Setino eiusque haeredibus castrum Cisternae et roccham, et quasdam alias possessiones pontifex remunerationis causa concedit et confirmat. Nr. 52. pag. 100.
— 5. Sept. Petrus Passarellus castri Marcni Albanensis dioecesis capitaneus constituitur. Nr. 53. pag. 101.
— 20. Oct. Capitula treugae unius anni inter Romanam ecclesiam et Ioannem Sciarrae de Vico Praefectum Urbis initae. Nr. 54. pag. 102.
1400. 18. Mart. Quibusdam castris Tiburtinae dioecesis incolis opibusque deficientibus dimidium gabellae salis et focatici remittitur. Nr. 55. pag. 104.
— 28. April. Bartholomaeo Carraffae senatori Urbis, ut cum quibusdam nobilibus condemnatis compositionem facere possit. Nr. 56. pag. 104.
— 14. Maii. Processus Bonifacii PP. IX. contra Columnenses. Nr. 57. pag. 105.
— 22. „ Theobaldus de Hannibalis Romani populi extra muros Urbis contra Columnenses capitaneus constituitur. Nr. 58. pag. 110.
1401. 17. Ian. Instrumentum concordiae inter pontificem et Columnenses initae. Nr. 59. pag. 111.
— 18. Nov. Viterbienses pontifici se submittunt, regimen civitatis reformant, et omnes partes et tyrannidem etc. abolent. Nr. 60. pag. 116.
1402. 15. Mart. Carolo de Malatestis omnia bona Pauli Muccioli de Balacchio de S. Archangelo publicata conceduntur. Nr. 61. pag. 117.
— 1. Aug. Pontifex capitula cum Ursinis de mutuo sibi praestando auxilio pro tuendis utriusque partis terris inita confirmat. Nr. 62. pag. 118.
— 7. „ Homines vicariatus dominorum de Malatestis in Marchia Anconitana, Iudaeis nequaquam exceptis, ab impositionibus eximuntur. Nr. 63. pag. 121.
— 7. Sept. Salvus conductus pro Aprotinis et aliis venientibus cum animalibus ad pascua Romana. N. 64. p. 121.
— 9. Nov. Episcopo Feretrano, ut Carolum, Pandulphum et Malatestam censuris spiritualibus et temporalibus ad ecclesiae militandum cum M. lanceis iuxta pacta compellat. Nr. 65. pag. 122.
1403. 3. Iunii. Civitatis Terracinensis impignorationem Ioannello Thomacello a camerario ecclesiae XIIM. flor. concessam pontifex sancit. Nr. 66. pag. 122.
— 1. Oct. Pontifex Rupertum comitem palatinum Rheni in Romanorum regem electum approbat, adiecto iuramento per eius nuntios praestito. Nr. 68. pag. 124.
1404. 1. Mart. Indulta officiales nominandi nonnullis universitatibus seu magnatibus terrarum ecclesiae concessa revocantur. Nr. 69. pag. 125.
— 12. Iunii. Communi Civitatis Castelli pontifex vicariatus eiusdem civitatis et districtus ad decem annos sub annuo censu M. flor. auri concedit. Nr. 70. pag. 126.
— 6. Iulii. Donadeo collectori, ut nomine ecclesiae possessionem civitatis Faventinae ab Astorgio de Manfredis, qui vicariatum eiusdem civitatis sponte resignet, recipiat, cum eoque compositionem faciat. Nr. 67. pag. 123.

INNOCENTIUS PP. VII. (coron. 2. Nov. 1404. † 6. Nov. 1406.)

1404. 27. Oct. Capitula concordiae etc. inter Innocentium PP. VII. et Romanos inita, insertis illis cum Bonifacio PP. IX. Assisii conclusis (vide supra Nro. XXX. pag. 78.). Nr. 71. pag. 131.
— 21. Dec. Rectori Campaniae et Maritimae, ut generale parlamentum ad imponendorum cuilibet foculari unum Bononinum convocet. Nr. 72. pag. 139.
— 26. „ Landulfo cardinali Barensi legato Perusii, ut supplicationes et capitula per oratores Perusinos super exitiis dictae civitatis porrecta confirmet. Nr. 73. pag. 140.
— .... Introitus ordinarii civitatis Bononiensis an. MCCCCIIII. Nr. 74. pag. 140.
1405. 9. Ian. Communi terrae Malleani confirmantur privilegia exemptionis talliae etc. inserta Bonifacii PP. IX. bulla ea de causa edita. Nr. 75. pag. 141.

1405. 7. Iunii. Populo Romano, ne Paulus de Ursinis ad districtum Urbis durante recollectione segetum veniat, operam dare pontifex promittit. Nr. 76. pag. 143.

— 7. „ Exemptionem a solutione onerum publicorum nonnullis civibus Tudertinis concessam pontifex revocat. Nr. 77. pag. 143.

— 30. Oct. Senatori Urbis, ut contra delinquentes leviores procedere possit. Nr. 78. pag. 143.

1406. 4. Ian. Camerarius ecclesiae nomine Innocentii VII. concedit Cornetanis quartam partem gabellae salis sub quibusdam conditionibus, et ut caballarios ipsorum civitatis de introitibus tractae frumenti forensis camerae debitis solvere possint. Nr. 79. pag. 144.

— 10. „ Officialibus Urbis, ut sua officia, prout sunt deputati, continuare possint. Nr. 80. pag. 144.

— 13. „ Indultum Ladislao regi Siciliae concessum eligendi officiales in civitate Esculana pontifex revocat. Nr. 81. pag. 145.

— 27. „ Eliae Sabbati Iudaeo medico confirmatur privilegium civis Romani et artem suam exercendi in Urbe a Senatu ei collatum, inserto eiusdem Senatus decreto. Nr. 82. pag. 147.

— 1. Febr. Pontifex omnes concessiones a praedecessoribus suis vel apostolicae sedis legatis de vicariatibus, gubernationibus etc. factas revocat. Nr. 83. pag. 148.

— 1. „ Constitutio, ut vicarii seu feudatarii ecclesiae teneantur ad solutionem antiquorum censuum et regalium, non obstante quod in concessionibus non sit expressum. Nr. 84. pag. 149.

— 15. Mart. Eidem Senatori Urbis, ut nonnullos propter publica debita in carceribus Capitolinis et alibi detenti libertati restituat. Nr. 86. pag. 150.

— 1. April. Paulo de Ursinis capitaneo DL. armigerorum stipendia et provisiones super censibus nonnullorum vicariatuum assignantur. Nr. 87. pag. 150.

— 3. „ Petro Paulucii et Rentio Stalliae, ut in civitate Tiburtina corrigenda corrigant. Nr. 88. pag. 151.

— 13. Maii. Senatori Urbis, ne ad personalem executionem in quemdam civem Romanum procedat. N. 85. p. 149.

— 15. Iulii. Pacta cum Ioanne Filimarino super restituendo Gitfalco inita pontifex confirmat. Nr. 89. p. 152.

— 13. Aug. Capitula cum Ladislao rege Siciliae per Ludovicum de Melioratis nomine pontificis et Romanae ecclesiae et Urbis super pace, et remissione omnium per dictum regem in Urbe commissorum excessuum etc. inita pontifex confirmat. Nr. 90. pag. 152.

— 13. „ Idem Ladislaus rex Siciliae ecclesiae Romanae vexillifer constituitur. Nr. 91. pag. 156.

— 24. „ Petrus Mathucii defensor viarum publicarum ac reformator salinae Urbis, Patrimonii B. Petri etc. constituitur. Nr. 92. pag. 156.

SEDE VACANTE AN. 1406.

1406. 15. Nov. Cornetanis sacrum cardinalium collegium mandat, ne cuiquam ex reditibus sui territorii camerae debitis sine ipsius licentia usque ad electionem novi pontificis quicquid exsolvant. N. 93. p. 157.

— 16. „ Vicerector Patrimonii B. Petri a sacro cardinalium collegio usque ad electionem novi pontificis in suo officio confirmatur. Nr. 94. pag. 158.

GREGORIUS PP. XII. (coron. 2. Dec. 1406. —)

1407. 17. Febr. Gregorius PP. XII. capitula cum Mathaeo de Tenalliis mercatores super impignoratione mitrae pontificiae inita confirmat. Nr. 95. pag. 158.

— 8. April. Castellano castri S. Angeli de Urbe, ut dictum castrum, inventario munitionum facto, Nicolao episcopo Camerinensi tradat. Nr. 96. pag. 159.

— 8. „ Litterae testimoniales pro eodem castellano, quod ipse una cum familiaribus et famulis usque in numerum LX. in custodia et castellania castri S. Angeli bene et fideliter serviverit. N. 97. p. 159.

— 29. „ Venditionem quorumdam librorum per cameram apostolicam H. cardinali Neapolitano factam pontifex confirmat. Nr. 98. pag. 159.

— 30. „ Venditionem gabellarum Ripae et Ripettae quibusdam Romanis per conservatores camerae Urbis factam pontifex approbat. Nr. 99. pag. 160.

— 12. Maii. Capitula inter Paulum de Ursinis DL. armigerorum capitaneum et summum pontificem de custodiendis terris ecclesiae inita. Nr. 100. pag. 160.

— 18. „ Capitula (italice conscripta) pro parte praedicti Pauli de Ursinis concordata. Nr. 101. pag. 165.

— 23. Iulii. Petrus cardinalis sancti Angeli vicarius generalis Urbis eiusque districtus in temporalibus constituitur. Nr. 102. pag. 166.

— 29. Aug. Sacro cardinalium collegio pontifex facultatem Philippo Corario fratri et nepotibus suis de bonis ac terris ecclesiae pro eorum statu tenendo providendo concedit. Nr. 103. pag. 168.

— 8. Sept. Episcopo Feretrano, ut gentibus armigeris iuxta generale parlamentum et statutum provincialium Marchiae Anconitanae stipendia continue solvat. Nr. 104. pag. 169.

— 26. „ Monitio et citatio edita contra plerosque vicarios et alios, qui ligam et societatem cum rege Siciliae contra ecclesiam et eius terras fecerant. Nr. 105. pag. 169.

1408. 7. Iulii. Matthaeo de Strata, ut fidelitatis iuramenta a gentibus armigeris, quae pontificem a civitate Lucana proficiscentem comitentur, recipiat. Nr. 106. pag. 171.

1409. 1. April. Leopardus de Fornariis custos carcerum curiae Romanae constituitur. Nr. 107. pag. 171.

ALEXANDER PP. V. (coron. 7. Iulii 1409. † 3. Maii 1410.)

1410. 28. Febr. Alexander PP. V. Nicolao marchioni Estensi remittit omnes pecuniarum summas, quas ratione census vicariatus Ferrariensis camerae apostolicae solvere deberet. Nr. 108. pag. 172.

— 1. Mart. Romani, Ladislao rege Siciliae ex Urbe profugato, pontifici se subiiciunt, qui statuta Urbis confirmat et nonnulla privilegia adiicit. Nr. 109. pag. 172.

— 19. „ Cardinali sanctae Praxedis Urbis eiusque districtus vicario in temporalibus generali de proventibus camerae Urbis CCCC. floren. auri quolibet mense assignantur. Nr. 110. pag. 174.

IOANNES PP. XXIII. (coron. 25. Maii 1410. —)

1410. 25. Maii. Ioannes PP. XXIII. Bertoldo de Ursinis concedit, ut introitus eius portus Foliae et portus Guliani Romanae ecclesiae perpetuo aequaliter dividantur. Nr. 111. pag. 175.

— 26. „ Vitucio de Vitellensibus, ut Petrum cardinalem s. Praxedis, quoties id ex aliquo casu exposceret, cum octo sociis in castrum S. Angeli de Urbe receptet. Nr. 112. pag. 175.

— 9. Iunii. Episcopus Cremonensis in Interamnensi, Reatina et Ameliensi civitatibus et comitatibus reformator cum potestate quoscumque rebelles ad devotionem ecclesiae redeuntes absolvendi, cum eisque pacta etc. ineundi constituitur. Nr. 113. pag. 176.

— 1. Iulii. Pontifex capitula, confoederationes et pacta, quae Malatesta de Malatestis Alexandri PP. V. et ecclesiae Romanae nomine cum Baptista de Sabellis ad obedientiam ecclesiae una cum suis castris etc. redeunte inierat, confirmat. Nr. 114. pag. 176.

— 13. Sept. Guarceuis census quinquaginta torcalorum ad decem reducitur. Nr. 115. pag. 180.

— 27. Oct. Ludovicus II. Siciliae rex concedit mercatoribus Ianuensibus, ut cum navibus et mercibus ad portum Corneti venire possint. Nr. 116. pag. 181.

— 7. Dec. Marchioni Estensi omnes pecuniae, in quibus tenebatur ecclesiae Romanae ratione census sui vicariatus, remittuntur. Nr. 117. pag. 181.

1411. 3. Febr. Viterbiensibus conceditur, ut manutenendis aedificiis publicis, muris, fontibus etc. XV. florenos auri de introitibus civitatis quolibet mense impendere possint. Nr. 118. pag. 181.

— 3. „ Senatori, conservatoribus camerae ac doganerio salis Urbis, ut reditus dicti salis tradant Iacobo Tani thesaurario Urbis. Nr. 119. pag. 182.

— 22. „ Iacobus Iuliani de Gualteriis cum duobus suis filiis eorumque haeredibus et descendentibus nobiles declarantur. Nr. 120. pag. 182.

— 27. Mart. Bindacto de Ricasolis nomine pontificis tractandi et concludendi pacta, conventiones et foedera cum Ioanne Galeaz de Manfredis, et inita confirmandi seu immutandi datur potestas. N. 121. p. 183.

— 26. April. Universis thesaurariis et depositariis etc. Patrimonii B. Petri pontifex inhibet, ne de introitibus camerae apostolicae vigore cuiuscumque concessionis etc. aliquid sine ipsius aut card. camerarii licentia assignent vel solvant. Nr. 122. pag. 183.

— 28. Sept. Michaeli Cossae galearum pontificiarum capitaneo generali quasdam facultates pontifex concedit. Nr. 123. pag. 184.

— 10. Nov. Pontifex omnes concessiones de quibusvis iuribus et bonis in Campania et Maritima factas revocat. Nr. 124. pag. 184.

1412. 5. Febr. Egidius Lelli de Gallesio generalis gabellarius omnium gabellarum Urbis ad sex usque menses constituitur. Nr. 125. pag. 185.

— 6. Mart. Universis in Campania etc. ut Gregorio de Marcellinis in hiis, quae in confusionem et exterminium Nicolai de Comite de Urbe et suorum subditorum rebellium ecclesiae etc. ac bonorum vastationem mandaverit, obediant. Nr. 126. pag. 185.

— 20. April. Pontifex concedit Senensibus terram et oppidum Radicofani ad LX. annos in vicariatum sub annuo censu librarum XL. denar. Cortonensium, confirmatque capitula ea de re inter suum camerarium et Senenses inita. Nr. 127. pag. 186.

— 27. Maii. Capitula et pacta etc. quibus Guido Antonius comes Urbini cum CCCC. equitibus et CC. peditibus ad stipendia pontificis venire se obligat. Nr. 128. pag. 187.

— 13. Iunii. Communi Viterbiensi super restitutione pecuniarum receptarum. Nr. 129. pag. 198.

— 31. Iulii. Sacrum cardinalium collegium capitula et pacta inter comitem Montisferetri et Rodulphum de Giancontis nomine pontificis inita observare et observari curare promittit. Nr. 130. pag. 198.

— 6. Aug. Comiti Montisferetri pontifex fidem facit, quae orator Sigismundi Romanorum imperatoris ipsius nomine eidem de reditu ad ecclesiae devotionem scripserit, vera esse ab ipsoque imperatore observatum iri. Nr. 131. pag. 199.

1412. 1. Sept. Racanatenses ad cor reversi a censuris temporalibus et spiritualibus absolvuntur. N. 132. p. 199.
— 15. Oct. Velletrensibus conceditur, ne ad mandatum rectoris Campaniae milites ad exercitum, syndicum ad parlamentum etc. mittere teneantur. Nr. 133. pag. 202.
— 12. Dec. Galeatius de Pepolis vicarius et rector castri Centi constituitur. Nr. 134. pag. 202.
— 23. „ Domini participes et universitas castri Turricis Verulanae dioec. absolvuntur ab omnibus delictis et criminibus per eos perpetratis. Nr. 135. pag. 203.
1413. 12. Ian. Paulo de Ursinis certos lapides Tiburtinos existentes in Urbe in loco Canaparia nuncupato pontifex donat. Nr. 136. pag. 204.
— 26. „ Hilario et Lucae de Bardis et aliis mercatoribus Florentinis assignationem super gabellis vini et frumenti Urbis factam pontifex confirmat. Nr. 137. pag. 204.
— 4. Febr. Iordano de Columna, ut cum hominibus castrorum Gerani et Cerreti ad devotionem ecclesiae redeuntibus componere possit. Nr. 138. pag. 205.
— 6. April. Senatori Urbis datur potestas inquirendi in delinquentes et puniendi portantes arma de die vel de nocte contra statuta Urbis. Nr. 139. pag. 205.
— 19. Iunii. Comiti Montisferetri, ut cum Florentinis et Senensibus pacta et foedera nomine ecclesiae inire possit. Nr. 140. pag. 206.
— 3. Iulii. Ladislaus rex Siciliae et Hungariae concedit Cornetanis quasdam bona, mandatque, ut potestas ipsorum una cum eius officialibus salarium XL. ducat. per mensem recipiat etc. Nr. 141. p. 206.
— 7. „ Capitula et pacta, quae pontifex cum comite Urbini inivit ad extrahendum, adiuvantibus Florentinis, Paul. de Ursinis cum sociis de Marchia, bellum inferendum regi Siciliae etc. N. 142. p. 206.
— 25. „ Pontifex consentiente sacro cardinalium collegio ratificat pacta inter suos commissarios et comitem Montisferetri inita. Nr. 143. pag. 212.
1415. 25. Ian. Cardinalis legatus Viterbiensibus ad obedientiam pontificis revertentibus quaedam capitula concedit et confirmat. Nr. 144. pag. 212.

SEDE VACANTE AN. 1415—1417.

1415. 4. Iulii. Patres concilii Constantiensis Viterbiensibus significant, quae hucusque egerint pro exstinguendo luctuoso schismate, seque mox ad eos oratores missuros, qui de quiete et pace instauranda etc. agant. Nr. 145. pag. 215.
— 21. Aug. Iidem Patres Cornetanos de proximo archiepiscopi Mediolanensis et praepositi Quinqueecclesiensis adventu ad eos pro componendis rebus publicis certiores reddunt. Nr. 146. pag. 215.
— 13. Oct. Idem concilium Cornetanis remissionem rebellionum, et excessuum a cardinali legato iis concessamet privilegia confirmat, et ex aerario camerae apostolicae pecunias pro instaurandis muris ac molendinis eorum civitatis assignat. Nr. 147. pag. 216.
— 13. „ Iidem Patres Cornetanis ipsos eorumque res publicas apud futurum pontificem mox creandum se commendaturos promittant. Nr. 148. pag. 217.
— 13. „ Iidem Cornetanis commendant Bonizum Perusinum, qui potestas eorum civitatis assumatur, qua dignitate non sine laude iam functus fuerat. Nr. 149. pag. 218.
1416. 1. April. Iidem Viterbiensibus grates de litteris missis reddunt, significant se haud aegre ferre, ut Tartalliam de Lavello ad stipendia ecclesiae pro defensione eorum civitatis retineant. Nr. 150. p. 218.
— 3. „ Iordanus cardinalis de Ursinis episcopus Albanensis ex concilio Constantiensi Viterbiensibus significat, patres eiusdem concilii quemdam episcopum nuntium missuros, qui in alma Urbe et in caeteris terris ecclesiae res publicas componat. Nr. 151. pag. 218.

MARTINUS PP. V. (coron. 27. Nov. 1417. † 20. Febr. 1431.)

1417. 11. Nov. 28. „ Martinus PP. V. Viterbienses et Cornetanos de sua assumptione ad summum pontificatum et coronatione certiores reddit. Nr. 152. pag. 219.
— 2. Dec. Idem treugas inter Romanos et Barones circumstantes indicit. Nr. 153. pag. 220.
1418. 3. Martii. Idem pontifex omnes talliarum et subsidiorum concessiones in Marchia Anconitana capitaneis armigerorum factas revocat. Nr. 154. pag. 221.
— 5. Nov. Terracinensibus vectigal salis aliaque privilegia a Romanis pontificibus iis concessa etc. confirmantur. Nr. 155. pag. 222.
— 5. „ Iidem a censuris et excessibus commissis absolvuntur. Nr. 156. pag. 222.
— 14. „ Ludovico de Alidosiis Imolensi plurium castrorum et villarum sub annuo censu XXV. floren. auri ad triennium confertur. Nr. 157. pag. 224.
— 28. „ Georgio de Ordelaffis vicariatus in civitate et comitatu Forliviensi ad triennium sub annuo censu M. flor. conceditur. Nr. 158. pag. 229.
— 29. „ Gabrieli de Lombardis et Matthaeo de Cottis fumantariae officium in civitate Imolensi sub censu annuo I. librae cerae conceditur. Nr. 159. pag. 231.

1418. 17. Dec. Ambrosio de Magistris C. flor. auri de censu ab universitatibus Pensauri et Racanati et Montis S. Mariae in Georgio annuatim debito ad triennium etc. conceduntur. Nr. 160. pag. 232.

— 21. „ Pontifex archiepiscopum Narbonensem camerarium de nonnullis libris sibi et aliis rebus ex palatio pontificio Avinionensi Ioanni XXIII. transmissis plene absolvit. Nr. 161. pag. 233.

1419. 7. Ian. Comes Montisferetri ducatus Spoletani rector constituitur. Nr. 162. pag. 233.

— 29. „ Malatestae de Malatestis reductio annui census pro vicariatu suo Pensauriensi a Gregorio XII. concessa confirmatur. Nr. 163. pag. 134.

— 30. Mart. Guillelmo Thosi, ut Meum de Piperno scholae Ferentinati praeficiat. Nr. 164. pag. 235.

— 27. April. Ranutius de Farnesio a pontifice constituitur senator Urbis. Nr. 165. pag. 236.

— 13. Maii. Bononiensibus vicariatus eorum civitatis ac districtus sub annuo censu XM. flor. camerae apostolicae, et ad minus VM. flor. studio generali Bonon. applicandorum conceditur. Nr. 166. pag. 236.

— 15. „ Carolus de Malatestis constituitur rector Romandiolae. Nr. 167. pag. 239.

— 15. „ Constitutio, qua sancitur, ut omnes vicarii temporales Romandiolae rectori eiusdem provinciae parere debeant. Nr. 168. pag. 240.

— 2. Iunii. Treugas biennales inter Rodulphum de Varano eiusque complices Camerinenses et communitatem Nursiae pontifex indicit. Nr. 169. pag. 241.

— 24. Aug. Comiti Montisferetri, ut a treugis cum Braccio de Fortebrachiis initis resiliat, eique bellum inferat, sub poena privationis vicariatuum etc. pontifex mandat. Nr. 170. pag. 242.

— 1. Sept. Francisco, Carolo et Ursino de Ursinis vicariatus castri Braciani sub annuo censu ancipitris ad triennium conceditur. Nr. 171. pag. 242.

— 11. „ Capitula et pacta, quibus Tartallia de Lavello cum CCC. lanceis ad stipendia pontificis per annum venire se obligat. Nr. 172. pag. 245.

— 12. „ Petro et Raynucio de Farneto privilegia et infeudationes confirmantur. Nr. 173. pag. 249.

— 12. „ Iisdem indultum de recuperandis terris ipsis in feudum etc. concessis et ab aliis iniuste invasis conceditur. Nr. 174. pag. 250.

— 15. „ Iacobus Britii constituitur thesaurarius in provinciis Campaniae et Maritimae. Nr. 175. pag. 550.

— 23. „ Ioanni de Astallis officium thesaurariatus de Urbe confirmatur. Nr. 176. pag. 251.

— 9. Oct. Episcopus Astensis rector provinciae Patrimonii B. Petri in Tuscia etc. constituitur. Nr. 177. p. 251.

— 19. „ Carolo et Pandulpho de Malatestis omnes pecuniarum summas, quas de eorum vicariatibus Ariminensi, Cesenato, Faventina etc. camerae apostolicae debebant, pontifex remittit. Nr. 178. pag. 253.

1420. 29. Ian. Bartholus Salvi de Plumbino generalis officialis et gabellarius omnium gabellarum Viterbiensium constituitur. Nr. 179. pag. 254.

— 25. Febr. Nicolae de Mundis de Genezano castellanus arcis Narniensis constituitur. Nr. 180. pag. 254.

— 26. „ Francisco de Pizolpassis, ut a Braccio de Fortebrachiis possessionem certarum civitatum in provincia Patrimonii nomine ecclesiae recipiat. Nr. 181. pag. 255.

— 27. „ Ugolinus comes de Planano castellanus castri S. Angeli de Urbe constituitur. Nr. 182. pag. 255.

— 27. „ Braccio de Fortebrachiis vicariatus nonnullarum civitatum et terrarum in ducatu Spoletano, in Marchia Anconitana, in comitatu Persino etc. sub annuo censu VM. flor. conceditur. N. 183. p. 255.

— 27. „ Pontifex confirmat omnia, quae per Braccium de Fortebrachiis in nonnullis civitatibus et terris ecclesiae statuta et decreta sunt. Nr. 184. pag. 256.

— 28. „ Episcopo Montisflasconis, ut castrum S. Angeli de Urbe et inventario confecto eius munitiones bellicas Ugolino castellano tradat. Nr. 185. pag. 257.

— 28. „ Capitula, quae camerarius pontificis cum castellano castri Suriani, ne terras ecclesiae etc. offendat, inivit. Nr. 186. pag. 257.

— 5. Mart. Bartholus Geri mercator Florentinus commissarius et officialis super salaria et tracta grani terrae Corneti constituitur. Nr. 187. pag. 258.

— 5. „ Capitula quae inter Bartholum Geri et cameram apostolicam sunt inita super salaria et tracta grani terrae Corneti. Nr. 188. pag. 260.

— 7. „ Marcellus de Strozzis Spoletanae et Interamnensis civitatum gubernator constituitur. N. 189 p. 261.

— 20. „ Comiti Montisferetri indulgetur, ut monetas aureas, argenteas et aereas Urbini et in aliis civitatibus sui vicariatus cudi facere possit. Nr. 190. pag. 262.

— 26. „ Macharius Stephani de Aretio generalis gabellarius civitatis Narniensis constituitur. N. 191. p. 263.

— 28. April. Andreas de Pileo custos sacri palatii apostolici constituitur. Nr. 292. pag. 263.

— 5. Iunii. Ferantum locum Viterbiensis dioecesis erigitur in comitatum, et Christophorus Andreae de Senis eiusque filii comites Ferantini nominantur. Nr. 193. pag. 263.

— 20. Iulii. Capitula concordiae ineundae inter pontificem et castri Suriani castellanum, qui dictum castrum ecclesiae restitueret. Nr. 194. pag. 264.

— 19. Aug. Cardinali legato in Romandiola, ut capitula militaria inter Bononienses et Braccium de Fortebrachiis inita confirmare possit. Nr. 197. pag. 268.

1420. 7. Sept. Iacobo comiti Palazoli fit recognitio pecuniarum summae per eum camerae mutuo datae pro redimenda arce Spoletana. Nr. 195. pag. 267.

— 24. „ Hominibus et communi civitatis Balneoregiensis absolutio ab inobedientia, excessibus etc. conceditur. Nr. 196. pag. 267.

— 11. Oct. Capitula inter camerarium pontificis et Angelum de Trisacho inita, qui capitaneus cum LXX. militibus custodiendum palatium apostolicum accipit. Nr. 198. pag. 269.

— 26. Nov. Braccio de Fortebrachiis, capitaneo armigerorum ecclesiae, census ex vicariatibus Pensauriensi, Camerinensi, Firmano et Esculano ad satisfaciendum stipendiariis etc. conceduntur. N. 199. p. 270.

1421. 7. Mart. Paulus Cecchae defensor roncinariorum, clavarolorum et scaricatorum artis fluminis in Urbe constituitur. Nr. 200. pag. 270.

— 29. „ Antonio de Alexandria potestati Bononiensi facultas duos legum doctores contra dictae civitatis statuta secum habendi conceditur. Nr. 201. pag. 271.

— 15. April. Bernardus Pistacchi Urbis gabellarius ad sex menses constituitur. Nr. 202. pag. 271.

— 6. Iunii. Communi castri Anticuli Anagninae dioecesis confirmantur quaedam privilegia a Gregorio XI. concessa. Nr. 203. pag. 271.

— 15. Iulii. Balthassar Trentaquattro gubernator camerae communis Bononiensis constituitur. Nr. 204. p. 272.

— 4. Sept. Paulo de Valle pontifex cancellariatum Urbis confirmat. Nr. 205. pag. 272.

— 8. „ Tartallia de Lavello eiusque nati comites civitatis Tuscanellae creantur. Nr. 206. pag. 274.

— 25. Oct. Ceperanensibus, ut quosdam proventus camerae apostolicae debitos reparationi murorum sui castri applicare possint. Nr. 207. pag. 274.

1422. 28. Ian. Thesaurario Marchiae Anconitanae facultas reformandi salariam ipsius Marchiae etc. conceditur. Nr. 208. pag. 275.

— 13. Mart. Treugas inter Romanos et Barones eorumque sequaces indictas pontifex ad annum prorogat. Nr. 209. pag. 276.

— 9. April. Processus apostolicus sive Bulla in coena Domini. Nr. 210. pag. 276.

— 18. „ Ioannes de Vico Praefectum Urbis eiusque sequaces et complices ob omnibus excessibus, rebellione etc. pontifex absolvit et in pristinum statum reducit et reponit. Nr. 211. pag. 278.

— 1. Maii. Pandulphus de Malatestis capitaneus generalis gentium armigerarum Romanae ecclesiae constituitur. Nr. 212. pag. 279.

— 17. Iunii. Blasius Papa custos portae s. Pauli de Urbe constituitur. Nr. 213. pag. 279.

— 1. Oct. Ioanni dicto Bructo et duobus aliis speciariis Romanis absolutio in causa cerae falsificatae in exsequiis cardinalis s. Angeli conceditur. Nr. 214. pag. 280.

1423. 9. Ian. Braccio de Fortebrachiis talliae et census nonnullorum vicariatuum ad satisfaciendum de eius stipendiis etc. conceduntur. Nr. 215. pag. 280.

— 19. „ Bartholomaeo de Gonzaga senatori Urbis dictum senatoris officium ad alios duos menses prorogatur. Nr. 216. pag. 281.

— 1. Febr. Pontifex quascumque exemptiones et potestates concessas per Romanos pontifices in provincia Maritima suspendit, et omnes rectori eiusdem provinciae subiicit. Nr. 217. pag. 282.

— 8. „ Matthaeus de Patraciniis constituitur generalis officialium Urbis sindicus. Nr. 218. pag. 282.

— 1. Mart. Nonnulla castra Albanensis, Tusculanae, Penestrinae et Tiburtinae diocesum a focatico et aliis impositionibus camerae Urbis debitis pontifex eximit. Nr. 219. pag. 283.

— 14. Iunii. Constitutio contra surripientes quaecumque bona mobilia, lapides, plumbum, calcem, ferramenta, tabulas etc. basilicarum et ecclesiarum Urbis. Nr. 220. pag. 284.

1424. 6. Ian. Venditionem castri Sipizani ab Iordano de Columna facta comitibus Anguillariae pontifex confirmat. Nr. 221. pag. 285.

— 12. Maii. Ludovicus de Acursolis generalis gabellarius Urbis constituitur. Nr. 222. pag. 285.

— 16. „ Romano de Abiomonte locumtenenti senatoris Urbis amplam iurisdictionem in dicta Urbe pontifex concedit. Nr. 224. pag. 286.

— 8. Iunii. Pontius Alterii super quadam conducta galea pontificis commissarius constituitur. Nr. 223. p. 286.

— 17. „ Comiti Montisferetri, ut castra etc. quae quondam Braccius de Fortebrachiis in ducatu Spoletano et Marchia Anconitana invaserat, ecclesiae recuperet. Nr. 225. pag. 287.

— 5. Aug. Monaldum et Iacobum quondam Perimonaldi de Perusio et eorum haeredes conterrigenas terrae Corneti pontifex declarat. Nr. 226. pag. 287.

— 10. Sept. Pontifex confirmat pacta, quae Iacobus Paselli cum communi Bononiensi super sale conducendo inierat. Nr. 227. pag. 288.

1425. 23. Ian. Hominibus castri Montis Compatrum pontifex ad medietatem, quod pro sale et focatico camerae Urbis debebant, reducit. Nr. 228 pag. 288.

— 28. „ Constitutio pedagii in portu castri Nazani Nepesinae dioecesis. Nr. 229. pag. 289.

— 1. Febr. Pontifex quasdam de diffidatis clausulas in statutis Urbis annullat, et alias substituit. N. 230. p. 289.

1425. 31. Mart. Baptistam Petri Mathei et Bosium de Stinchis cives Romanos magistros viarum, pontium, aedificiorum, bancharum, canalium, salubritatis etc. Urbis more antiquo pontifex constituit. N. 231. p. 290.

— 30. Iunii. Pontifex pacem inter Malatestas et comitem Montisferetri initam confirmat. Nr. 232. pag. 291.

— 25. Aug. Mandatum pontificis contra exititios Perusinos rebelles. Nr. 233. pag. 293.

— 30. „ Valentino Foliante confertur officium defensoris rivi aquae Marannae. Nr. 234. pag. 294.

— 1. Sept. Constitutio de homicidis in vicinis Urbi locis Senatori extradendis. Nr. 235. pag. 294.

1426. 1. Sept. Nicolaus marchio Estensis in civitate Ferrariensi vicarius atque incolae ab omnibus delictis, excessibus etc. commissis absolvuntur. Nr. 236. pag. 295.

— 1. „ Nicolao de Cancellariis pontifex officium soldani curiae camerae apostolicae denuo confert, eique Reginaldum de Scaltanico in eodem officio socium dat. Nr. 237. pag. 296.

— 8. „ Castrum Griptarum regimini sanctae sedis immediate subiicitur. Nr. 238. pag. 297.

— 18. Dec. Rectori Campaniae, ut causas inter commune terrae Vici et communitatem civitatis Alatrinae super quibusdam territoriis vertentes summario eudiat et decidat. Nr. 239. pag. 297.

1427. 19. Aug. Archiepiscopo Beneventano pontificis locumtenenti in civitate Spoletana gubernium terrae Trevii idem pontifex concedit. Nr. 240. pag. 297.

— 16. Nov. Baldassar de Baroncellis capitaneus Montaneae Bononiensis constituitur. Nr. 241. pag. 298.

1428. 25. Ian. Ioannes Leopardi de Pisis iudex eppellationum in curia generali provinciae Marchiae Anconitanae constituitur. Nr. 242. pag. 298.

— 23. Maii. Ludovicus del Domo iudex eppellationum in provincia Patrimonii constituitur. Nr. 243. p. 299.

— 1. Iunii. Fatius Bochabiancha procurator camerae in provincia Marchiae constituitur. Nr. 244. pag. 299.

— 27. „ Carolus de Brusciatis iudex curiae generalis in provincia Marchiae constituitur. Nr. 245. p. 300.

— 7. Oct. Episcopus Montisflasconis vicarius pontificis in civitate Tudertina constituitur. Nr. 246. pag. 300.

EUGENIUS PP. IV. (coron. 11. Mart. 1431. † 23. Febr. 1447.)

1331. 8. Maii. Eugenius PP. IV. episcopum Racanatensem commissarium exercitus ecclesiae in provincia Campaniae constituit. Nr. 247. pag. 301.

— 22. Iunii. Pontifex omnia approbat, quae Ioannes de Boscolis pro reformando regimine civitatis Bononiensis egerat. Nr. 249. pag. 302.

— 25. „ Quaedam pacta inter Perusinos et Romanam ecclesiam initam confirmantur. Nr. 248. pag. 301.

— 11. Oct. Universitati Civitatisnovae in Marchia Anconitana omnia privilegia et statuta confirmantur, et quaedam petita conceduntur. Nr. 250. pag. 302.

— 20. „ Universitati Montisflasconis omnia privilegia et statuta confirmantur, et quaedam petita conceduntur. Nr. 251. pag. 303.

— 1. Dec. Ioannes de Suessa soldanus curiae camerae apostolicae constituitur. Nr. 252. pag. 303.

— 15. „ Episcopum Racanatensem pontifex suum commissarium in provincia Patrimonii B. Petri in Tuscia cum potestate bellum movendi, gerendi etc. constituit. Nr. 253. pag. 304.

— 23. „ Lucius Ciaffi in officio custodiae publicorum aedificiorum Urbis confirmatur. Nr. 254. pag. 305.

1432. 29. Ian. Pacta inter pontificem et comitem Montisferetri super restituenda camerae apostolicae Civitate Castelli etc. inita. Nr. 255. pag. 305.

— 17. Febr. Pontifex Vetrallensibus ad obedientiam Romanae ecclesiae venientibus quaedam privilegia et exemptiones concedit. Nr. 256. pag. 307.

— 20. „ Comiti Montisferetri omnes vicariatus a Martino V. concessos pontifex confirmat, et quaedam alia castra etc. concedit. Nr. 257. pag. 309.

— 22. „ Nuntiis apostolicis, ut a Sigismundo Romanorum rege, antequam Italiam ingrediatur, iuramentum solitum pro Romana ecclesia recipiant. Nr. 258. pag. 310.

— 14. Mart. Cornetanis privilegium super pascua Rocchae Iorii et petita conceduntur. Nr. 259. pag. 310.

— 28. „ Nepesinis quaedam privilegia conceduntur. Nr. 260. pag. 311.

— 8. Maii. Balneoregiensibus omnia privilegia pontifex confirmat, et quaedam alia concedit. Nr. 261. p. 313.

— 15. „ Antonius de Columna princeps Salernitanus eiusque fratres, fautores etc. ab omnibus criminibus absolvuntur. Nr. 262. pag. 313.

— 17. Iunii. Universitati Civitatisvetulae dioec. Viterbiensis quaedam privilegia conceduntur. Nr. 263. p. 314.

— 25. Iulii. Episcopus Camerinensis in Romanae ecclesiae exercitu et civitatibus provinciae Patrimonii commissarius cum potestate bellum movendi, compositiones faciendi etc. constituitur. Nr. 264. p. 315.

— 1. Nov. Ranutius de Ciglionibus generalis herbatici et pascuorum proventuum in Patrimonio B. Petri in Tuscia exactor constituitur. Nr. 265. pag. 315.

1433. 7. Ian. Bononiensibus nonnulla pacta concessa et capitula confirmantur. Nr. 266. pag. 316.

— 26. „ Anconitanis castra Flumicini et Montis S. Viti pontifex IIIM. flor. concedit. Nr. 267. pag. 320.

— 28. „ Pacta nova inter pontificem et comitem Montisferetri inita de supradicta Civitate Castelli restituenda et quibusdam articulis prioribus pactis adiiciendis. Nr. 268. pag. 321.

1433.	9. Oct.	Pontifex declarat Antonium de Columna eiusque fratres hostes Romanae ecclesiae, et omnibus terris, castris, iuribus et bonis privatos, eaque confiscata et incorporata camerae apostolicae propter rebellionem et alia delicta. Nr. 269. pag. 322.
1434.	25. Mart.	Universis Marchiae Anconitanae, ut Francisco Sfortia eorum marchioni census et alios quoscumque introitus solvant. Nr. 270. pag. 325.
—	12. Iulii.	Clericis camerae apostolicae, ut cardinalem camerarium per Romanos detentum pristinae libertati restituendum curent. Nr. 271. pag. 325.
—	27. „	Bertus Boni officialis molendinorum comitatus Bononiensis constituitur. Nr. 272. pag. 325.
1435.	22. April.	Florentinis, ut XXVM. florenorum auri Francisco Sfortiae capitaneo ligue solvant. Nr. 273. p. 326.
—	22. „	Cardinali camerario, ut Perusinis ligam ineundi cum Florentinis licentiam concedat. Nr. 274. p. 326.
—	6. Iulii.	Capitula inter camerarium et oratorem P. archiepiscopi Patracensis, Caroli et Galeatii fratrum de Malatestis inita de plenaria venia et gratia per pontificem dictis fratribus eorumque sequacibus impertienda. Nr. 275. pag. 326.
—	5. 6. Aug.	Procuratorium e duce Mediolanensi datum ad concordiam inter ipsum et pontificem Venetosque ac Florentinos ineundam. Nr. 276. pag. 329.
—	27. „	Procuratorium ad concordiam inter Conradum de Trinciis Fulginatem et pontificem ineundam. Nr. 277. pag. 331.
—	....	Supplicationes per oratores communis Civitatis Castelli pontifici exhibitae, et eius responsa adiecta. Nr. 278. pag. 333.
—	16. Dec.	Archiepiscopus Pisanus Urbis eiusque districtus gubernator constituitur. Nr. 279. pag. 336.
1436.	17. Ian.	Obligatio marchionis Mantuani pro dominis de Malatestis Nr. 280. pag. 337.
—	30. Mart.	Excommunicationis sententia in auferentes marmora aliosque lepides pretiosos ex basilicis Urbis aggravatur. Nr. 281. pag. 338.
—	20. Maii.	Archiepiscopo Capuano commissario, ut Forliviensibus bellum inferat. Nr. 282. pag. 339.
—	10. Sept.	Contractus induciarum inter duces Mediolani et Ianuae etc. coram pontifice habitus. N. 283. p. 339.
—	16. „	Supplicationes per oratores communis Civitatis Castelli pontifici exhibilae, eiusque adiecta responsa. Nr. 284. pag. 340.
—	1. Oct.	Iacobo de Senis confertur officium bullettarum in civitate Bononiensi. Nr. 285. pag. 341.
—	14. „	Francisco de Salimbenis civitatis Bononiensis potestati iurisdictio praeter eiusdem civitatis statuta et syndicatum conceditur. Nr. 286. pag. 341.
1437.	5. Febr.	Statuta pro universitate artis lanae gentilis in civitate Bononiensi confirmantur. Nr. 287. pag. 341.
—	31. Maii.	Stephanus de Macaronibus officialis zecchae Urbis constituitur. Nr. 288. pag. 342.
—	24. Sept.	Iuvenali Bartholomaei de Narnia officium assetatoris vinorum in eadem civitate eiusque comitatu confertur. Nr. 289. pag. 342.
1439.	30. Sept.	Iudaei in civitate et comitatu Bononiensi a solutione C. ducat. pro pallio die s. Petronii etc. eximuntur. Nr. 290. pag. 342.
—	18. Oct.	Arpinum dioecesis Soranae pontifex in comitatum erigit. Nr. 291. pag. 343.
1440.	27. Febr.	Communi Civitatis Castelli ad quinque annos sub annuo censu M. flor. conceditur vicariatus eorum civitatis et districtus Nr. 292. pag. 343.
1441.	22. Febr.	Universitati Civitatisvetulae quaedam privilegia confirmantur. Nr. 293. pag. 347.
—	29. „	Pontifex communi Florentino Burgum Sancti Sepulchri cum eius territorio oppignorat XXV. millibus floren. auri usque ad eiusdem mutui restitutionem. Nr. 294. pag. 348.
—	20. Iunii.	Nuntiis apostolicis, ut a cardinali de Fuxo privilegia, reliquias et alia ad Romanam ecclesiam spectantia ab Urbe ad partes Avinionenses deportata petant, et ad dictam Urbem deferant. Nr. 295. pag. 349.
1442.	26. Mart.	Archiepiscopus Beneventanus generalis in spiritualibus et temporalibus vicarius in Urbe eiusque districtu constituitur. Nr. 296. pag. 349.
—	28. Iulii.	Constituuntur quidam doganerii generales pascuorum Urbis et Patrimonii beati Petri in Tuscia. Nr. 297. pag. 350.
1443.	25. April.	Comiti Montisferetri titulum et dignitatem ducalem pontifex concedit. Nr. 298. pag. 351.
1444.	27. Ian.	Cardinales s. Mariae in Transtiberim et s. Laurentii in Damaso paciarii Italiae constituuntur. Nr. 299. pag. 351.
—	1. Mart.	Summa IIIIMCCCXXXIII. flor. auri e comite Anguilariae camerae apostolicae mutuo data, cum ad stipendia Francisci Sfortiae ecclesiae rebellis militaret, eidem camerae publicatur, ipseque comes omni iure hypothecae super civitate Nepesina necnon Monterosulo et Insula privatur. Nr. 300. pag. 353.
—	1. April.	Archiepiscopo Tranensi et suis fratribus de Ursinis pro summa IIIIMCCCXXXIII. florenorum auri mutuo camerae apostolicae data supradicta hypotheca super tertia parte arcis civitatis Nepesinae, et fortelliciis tenimentisque Montisrosuli et Insulae conceditur. Nr. 301. pag. 353.
—	26. Maii.	Nursinis quaedam inserta statuta reformata confirmantur. Nr. 302. pag. 354.

1444. 1. Iunii. Epus Spoletanus commissarius gentium armorum in Marchia Anconitana constituitur, cum facultate etiam suscipiendi quoscumque honestis pactis ad obedientiam ecclesiae redeuntes. Nr. 303. p. 356.
— 26. Nov. Idem episcopus Spoletanus commissarius constituitur ad faciendum observari in eadem Marchia pacem cum Francisco Sfortia initam. Nr. 304. pag. 357.
— 26. „ Constitutio, ut quibuscumque rebus semel dumtaxat gabella in Urbe solvatur. Nr. 305. pag. 358.
1445. 5. Maii. Ligam cum Philippo Maria Angelo duce Mediolani ad terras ecclesiae defendendas initam pontifex ratificat. Nr. 306. pag. 358.
— 5. Dec. Communi Civitatis Castellanae confirmantur quaedam privilegia et quaedam alia de novo conceduntur. Nr. 307. pag. 359.
1446. 3. Iulii. Universis Romanae ecclesiae subditis pontifex prohibet, ne Francisco Sfortiae ecclesiae rebelli adhaereant vel serviant. Nr. 308. pag. 361.
— 26. Sept. Universis Romanis modum in distributione salis et solutione a vicecamerario praescriptum, exemptionibus revocatis, servare mandatur. Nr. 309. pag. 361.
— 12. Oct. Capitula inter Dominicum card. Firmanum apostolicae sedis legatum et commune S. Angeli Cingulani districtus inita confirmantur. Nr. 310. pag. 362.
— 22. Nov. Anconitanis quaedam capitula a cardinali camerario approbata confirmantur. Nr. 313. pag. 366.
1447. 30. Ian. Communi terrae Forcis praesidatus Farfensis ad obedientiam ecclesiae reverso quaedam privilegia confirmantur. Nr. 311. pag. 362.
— 13. Febr. Confirmantur quaedam capitula inter commune Montisulmi et cardinalem Aquileiensem legatum nomine ecclesiae initae, adiectis pontificis responsis ad singula capitula. Nr. 312. pag. 363.

NICOLAUS PP. V. (coron. 18. Mart. 1447. † 24. Mart. 1455.)

1447. 1. Maii. Nicolaus PP. V. populo Romano quaedam privilegia ab Eugenio IV. concessa confirmat et observare promittit. Nr. 314. pag. 367.
— 7. „ Epus Saonensis constituitur civitatis Tudertinae eiusque comitatus gubernator. Nr. 315. pag. 368.
— 1. Iulii. Dominis de Sabellis restituuntur castra et feuda, quibus eorum genitor propter inobedientiam privatus erat. Nr. 316. pag. 369.
— 27. Aug. Bononiensibus quaedam capitula concessa confirmantur. Nr. 317. pag. 371.
— 28. „ Capitula et pacta inter cardinalem camerarium et Franciscum de Florentia magistrum zecchae in Urbe inita de florenis, grossis et mediis grossis cudendis etc. Nr. 318. pag. 371.
— 25. Sept. Tiburtinis conceditur, ut debitores Tiburtini per cives Romanos coram comite ipsorum civitatis prius peti debeant, quam ad represalias procedatur. Nr. 319. pag. 376.
1450. 23. Iunii. Castro Fabricae Civitatis Castellanae dioec. nundinas cum consuetis privilegiis et immunitatibus pontifex concedit. Nr. 320. pag. 376.
1452. 21. Mart. Cornetanis statutum de arte laboratorum confirmatur. 321. pag. 377.
1453. 16. Nov. Esini de MMCCC. florenis camerae apostolicae solutis absolvuntur. Nr. 322. pag. 378.
1455. 23. Ian. Communi Civitatis Castellanae super potestate ex tribus eorum nominatis per pontificem confirmando etc. Nr. 323. pag. 378.
— 25. Febr. Ligam inter oratores Venetos, Mediolanenses et Florentinum et regem Aragonum ac cardinalem legatum Neapoli initam pontifex ratificat. Nr. 324. pag. 379.

CALIXTUS PP. III. (coron. 20. April. 1455. † 8. Aug. 1458.)

1455. 24. April. Calixtus PP. III. terrae Montissancti ducatus Spoletani quaedam capitula confirmat. Nr. 325. p. 386.
— 29. „ Universitati terrae Amandulae in Marchia Anconitana confirmatio privilegiorum et nonnullarum immunitatum conceditur. Nr. 326 pag. 387.
— 1. Maii. Guillelmo de Varena officium extraordinariatus Urbis conceditur. Nr. 327. pag. 387.
— 12. „ Petrus Clementis custos et gubernator terrae Frascati etc. constituitur. Nr. 328. pag. 388.
— 29. „ Communitati castri Carbognani Civitatis Castellanae dioec. indulgetur, ne castrum eorum alienari ab apostolica sede, seu alicui in feudum dari possit. Nr. 329. pag. 388.
— 5. Iunii. Camerario et mercatoribus artis lanae Assisinatibus statutum iterum conceditur, ut qui pannos exteros ad dictam civitatem apportent, teneantur solvere certam gabellam. Nr. 330. pag. 389.
— 7. „ Universitati castri Montis Luponi Firmanae dioecesis privilegia et exemptiones pontifex confirmat. Nr. 331. pag. 390.
— 19. „ Cardinali camerario, ut Ioanni de Guerris officium sigillandi seu recognoscendi mensuris et staterae in Urbe conferat. Nr. 332. pag. 391.
— 7. Iulii. Communitati terrae Fabriani statuta confirmantur et taxa debita camerae apostolicae ad MCCC. ducat. reducitur. Nr. 333. pag. 391.
— 15. „ Archiepiscopus Ragusinus gubernator et commissarius exercitus Romanae ecclesiae constituitur. Nr. 334. pag. 392.

PIUS PP. II. (coron. 3. Sept. 1458. † 16. Aug. 1464.)

1462. 28. April. Pontifex excommunicationem in destruentes aedificia antiqua Urbis promulgat, et mandat conservatoribus camerae Urbis, ut tales inventos mulctis pecuniariis etc. puniat. Nr. 369. pag. 422.

— 18. Maii. Abbati monasterii Casemarii Verulanae dioec. et aliis pontifex concedit, ut auri, argenti aliusve metalli fodinas in Campaniae et Maritimae provinciis instruere possint. Nr. 368. pag. 421.

— 1. Iunii. Blasius Spinola Ianuensis principalis fodinae aluminam in Tulfa magister ad viginti annos constituitur cum annuo salario CCCC. flor. auri etc. Nr. 370. pag. 423.

— 4. Sept. Quibusdam mercatoribus Ianuensibus quaedam pacta de aluminibus in Tulfa emptis cum camera apostolica inita pontifex confirmat. Nr. 371. pag. 424.

— 25. Nov. Philippo et Frederico Centurionis et Brancaleoni de Auria mercatoribus Ianuensibus pacta de quantitate praedictorum aluminum in Tulfa exemptorum cum salvoconductu pontifex confirmat. Nr. 372. pag. 424.

1463. 27. Iunii. Communi castri S. Marini feudum quorumdam castrorum et privilegia a Nic. cardinale s. Caeciliae concessa pontifex confirmat. Nr. 373. pag. 425.

— 24. Nov. Communitati Arpini Soranae dioec. nonnulla inserta capitula confirmantur. Nr. 374. pag. 426.

1464. 10. Ian. Quibusdam nobilibus Romanis nonnulla castra, quibus Iac. de Sabellis propter rebellionem privati fuerat, a camera apostolica vendita pontifex confirmat. Nr. 375. pag. 428.

— 13. Aug. Episcopus Soranus gubernator filiorum, terrarum etc. quondam Adoardi de Columna constituitur. Nr. 376. pag. 430.

PAULUS PP. II. (coron. 16. Sept. 1464. † 28. Iulii 1471.)

1465. 24. Maii. Paulus PP. II. a civitate Senarum et Ildebrandino de Ursinis comite Suanensi in eorum controversia in arbitrum electum pacem inter ipsos reconciliandam curat. Nr. 377. pag. 430.

— 25. „ Cardinali s. Clementis, ut inter Reatinos ac commune Civitatis Ducalis pacem instauret, vel treugas inter eos indicat. Nr. 378. pag. 434.

— 26. Iulii. Pacta de portandis aluminibus a Tulfa ad Centumcellas inter cameram apostolicam et Petrum Antonium de Macerata inita. Nr. 379. pag. 434.

— 1. Sept. Privilegia et statuta terrae Vetrallae conceduntur et confirmantur. Nr. 380. pag. 436.

1466. 13. Ian. Cursus equorum laetitiae causa civitatibus Cesenae et Britenorii conceditur. Nr. 381. pag. 437.

— 13. „ Constitutio, qua cuique in terris ecclesiae praeter cameram apostolicam monetas cudere propter adulterinas pontifex prohibet, et omnes bononinos Marchianos ad papales grossos et baiochos reduci iubet. Nr. 382. pag. 438.

— 17. „ Civitas Britenorii ad immediatam ditionem sedis apostolicae revertitur. Nr. 383. pag. 440.

— 21. „ Bononiensibus nonnulla de eorum civitatis regimine privilegia a Nicolao V. Calixto III. et Pio II. concessa, quibusdam modificationibus adiectis, pontifex confirmat. Nr. 384. pag. 441.

— 21. „ Cesenatibus ad immediatum Romanae ecclesiae dominium reversis nonnulla privilegia etc. conceduntur. Nr. 385. pag. 443.

— 25. Mart. Contractus cum magistro Antonio Laurentii de Florentia ad amplificandum palatium s. Marci de Urbe initus. Nr. 386. pag. 445.

— 3. Maii. Treugas quinque annorum inter Asculanos et Nursinos indictas pontifex confirmat. N. 387. p. 447.

— 10. Iunii. Pontifex et rex Siciliae et duces Mediolani comitem Montisferetri cum certo armigerorum equitum et peditum numero ad sua stipendia conducunt. Nr. 388. pag. 448.

— 25. Aug. Statutum de salaria camerae Urbis pontifex confirmat. Nr. 389. pag. 450.

1467. 15. Mart. Communi terrae Nursiae novam consuetorum officiorum bursam pontifex transmittit. N. 390. p. 315.

— 15. April. Civitati Tudertinae novam officiorum consuetorum bursam ad quinquennium pontifex transmittit, et quaedam statuta adiicit. Nr. 392. pag. 455.

1468. 5. Maii. Conventio inter nuntium apostolicum et ducem Burgundiae de alumine, in terra Tulfae tempore Pii II. invento, in cruciatae commodum vendendo inita. Nr. 391. pag. 451.

1469. 2. Iunii. Castrum Tulfae veteris cum iuribus et pertinentiis suis per Ladovicum et Petrum fratres dños dicti castri pretio XVIIMCCC. ducatorum pontifici venditur. Nr. 393. pag. 456.

— 10. „ Ursus de Ursinis, qui eisdem Ludovico et Petro in eorum inobedientia contra sedem apostolicam auxilium praestiterat, ab hoc excessu absolvitur. Nr. 394. pag. 458.

— 10. „ Pontifex praedictos Ladovicum et Petrum de Tulfa veteri cum complicibus et adhaerentibus de eadem inobedientia plenario absolvit. Nr. 395. pag. 459.

— 30. Sept. Pontifex statuta Urbis, quae emendari et in unum volumen redigi fecit, confirmat. Nr. 396. p. 460.

1470. 19. April. Processus sive bulla in coena Domini. Nr. 397. pag. 461.

— 11. Iunii. Capitula et pacta societatis etc. inter pontificem et regem Siciliae inita, ut in commune utriusque partis commodum sua alumina insimul venderentur. Nr. 398. pag. 463.

— 25. „ Instrumentum quo Nicolao Nanni et Cordono de Cordonibus gabellae Civitatis Castelli pro tempore quinque annorum venduntur. Nr. 399. pag. 467.

1470. 4. Iulii. Domínico de Catalanis et Bartholomaeo de Sala datium vini etc. civitatis Bononiensis per camerem apostolicam pro spatio quatuor annorum etc. venditur. Nr. 400. pag. 469.

1471. 22. Iunii. Bartholomaeo do Massa, ut do confinii controversia inter Urbevetanos etc. et Senenses inquirat et decidat. Nr. 401. pag. 471.

SIXTUS PP. IV. (coron. 25. Aug. 1471. † 13. Aug. 1484.)

1471. 16. Sept. Sixtus PP. IV. Bononiensibus omnia statuta et privilegia per Nicolaum V. et eius successores concessa etc. confirmat. Nr. 402. pag. 472.

1472. 14. Febr. Civitati Perusinae omnia statuta et privilegia per Martinum V. eiusque successores concessa pontifex confirmat, et quaedam alia adiicit. Nr. 403. pag. 473.

— 7. Nov. Castrum Frascati ad proprietatem S. Sedis, annullata quadam concessione de eodem facta, revocatur. Nr. 404. pag. 475.

1473. 16. Aug. Romanis pontifex statuta super dotibus, iocalibus, ornamentis mulierum et puellarum nubendarum etc. edita confirmat, et mulctam pecuniariam restaurando ponti Sixti applicandam adiicit. Nr. 405. pag. 475.

1474. 25. Febr. Pacta inter cameram apostolicam et magistrum Franciscum de Ancona monetarium Marchiae Anconitanae inita. Nr. 406. pag. 478.

1475. 1. Ian. Conceditur omnibus domos aedificantibus in Urbe et eius districtu, ut ad decem miliaria possint de dictis domibus et aliis aedificiis pro libito disponere. Nr. 407. pag. 480.

— 26. Iulii. Racanatensibus propter ecclesiam s. Mariae de Laureto intra eorum limites sitam conceditur, ne teneantur recipere gentes armorum nisi tempore belli. Nr. 408. pag. 481.

— 30. Aug. Cornetanis ad promovendam apud ipsos agriculturam confirmantur privilegia de extrahendis grano et blado. Nr. 409. pag. 482.

— 30. „ Bulla super confinibus inter territoria Bononiense et Imolense. Nr. 411 pag. 486.

— 5. Sept. Bulla, ne quis Corsus immorari possit in Urbe atque eius districtu, nec in aliis civitatibus et locis Rom. ecclesiae subiectis, nec possit conduci, nisi dat cautionem CC. ducat. de non inferendo damno etc. Nr. 410. pag. 484.

1476. 31. Oct. Constitutio ad diminuendas monetas extraneas in terris ecclesiae a pontifice editur. Nr. 412. p. 488.

— 24. Nov. Portus Cesenaticus ad proprietatem ecclesiae Romanae revocatur. Nr. 413. pag. 491.

1477. 1. Mart. Bulla, qua conceditur, ut ad frumentum uberius comparandum omnibus sub certis conditionibus liceat agros etiam alienos arare et colere in districtu Urbis, quamvis ab eorum dominis licentiam non obtinuerint etc. Nr. 414. pag. 491.

— 31. Iulii. Fabiano de Monte Pelitiano, ut inter Anconitanos et Auximanos pacem instauret. Nr. 415. p. 492.

— 24. Sept. Hieronymo de Riario in civitate Imolae vicario, ut monetam cudere possit. Nr. 416. pag. 494.

1478. 30. Maii. Constitutio, qua legati provinciarum, gubernatores locorum, officiales et magistratus reformantur, et reducuntur ad constitutiones quondam Egidii cardinalis Albornotii sedis apostolicae in partibus Italiae legati etc. Nr. 417. pag. 494.

1479. 25. Ian. Pontifex declarat omne alumen per Laurentium de Medicis, vel per suos institutores in provincia Patrimonii factum ubique inventum esse publicatum camerae apostolicae. Nr. 418. pag. 497.

— 3. Mart. Nucciolo de Risis de Narnia confirmantur pacta de purgando flumine Tiberonis ad idem navigabile reddendum cum camera apostolica inita, conceditur que eius filio officium bullatoris pannorum in Urbe pro summa XL. ducat. auri annuatim solvenda. Nr. 419. pag. 497.

— 10. Mart. Pacta inter cameram apostolicam et magistrum Ioannem Klug Saxonem de plumbo, argento etc. in provincia Patrimonii B. Petri in Tuscia effodiendis inita. Nr. 420. pag. 499.

— 17. Aug. Herculem ducem Ferrariae vicariatu etc. pontifex privat. Nr. 421. pag. 501.

1483. 14. „ Ligam cum Senensibus initam pontifex confirmat. Nr. 422. pag. 503.

INNOCENTIUS PP. VIII. (coron. 12. Sept. 1484. † 25. Iulii 1492.)

1487. 17. Sept. Innocentius PP. VIII. per card. camerarium Antonio de Palatio et sociis mercatoribus Florentinis doganam mercium apud s. Eustachium de Urbe VIIIM. ducatis ad annum concedit. Nr. 423. p. 503.

ALEXANDER PP. VI. (coron. 26. Aug. 1592. † 18. Aug. 1503.)

1492. 2. Oct. Alexander PP. VI. Bononiensibus omnia privilegia etc. per Nicolaum V. eiusque successores concessa confirmat. Nr. 424. pag. 506.

1493. 20. Maii. Civitati Racanatensi eam, qua nobiles et doctores a regimine eiusdem civitatis excluduntur, constitutionem pontifex confirmat et quaedam adiicit. Nr. 425. pag. 507.

1495. 25. Dec. Capitula foederis inter Alexandrum PP. VI. et Ferdinandum de Aragonia pro se et rege Siciliae suo patre inita ad tuendos ecclesiae Rom. status contra regem Francorum, et de Zizim sultano fratris Turcarum imperatoris in regnum Siciliae transferendo etc. Nr. 426. pag. 510.

1501. 17. Sept. Civitatem Ferrariae ducatus titulo pontifex decorat, eaque Herculem Estensem eiusque primogenitum Alphonsum et descendentes investit, censu annuo eisdem ad C. flor. auri, descendentibus vero ad M. reducto. Nr. 427. pag. 511.

1503. 10. Maii. Cessionem civitatis Praenestinae vicinorumque castrorum a Francisco de Columna camerae apostolicae factam pontifex recipit, atque ei eiusque descendentibus annuam pensionem DC. ducat. super aluminibus cruciatae assignat. Nr. 428. pag. 514.

IULIUS PP. II. (coron. 19. Nov. 1503. † 20. Febr. 1513.)

1503. 30. Nov. Iulius PP. II. statuta et privilegia civitatis Bononiensis confirmat. Nr. 429. pag. 515.

1508. 16. Aug. Bononienses per pontificem a Bentivoliorum tyrannide libertati in gratam huius rei memoriam spondent quotannis XVI. millia ducatorum pro stipendiandis in defensionem ditinis ecclesiasticae militibus solvere. Nr. 430. pag. 516.

1511. 4. Oct. Instrumentum confoederationis, foederis et ligae inter Ferdinandum Aragonum et utriusque Siciliae regem et ducem ac dominium Venetorum pro recuperandis initae et defendendis dominiis Romanae ecclesiae contra Bentivolios etc. cum pactis et capitulis per dictas partes subscriptis. Nr. 431. pag. 518.

LEO PP. X. (coron. 19. Mart. 1513. † 1. Dec. 1521.)

1521. 8. Maii. Leo PP. X. novum foedus cum Carolo Romanorum rege init ad expellendos Gallos Mediolano, Ianua, Ferraria etc. Nr. 432. pag. 524.

HADRIANUS PP. VI. (coron. 31. Aug. 1522. † 14. Sept. 1523.)

1522. 30. Oct. Hadrianus PP. VI. quaedam capitula cum oratoribus Alphonsi ducis Ferrariae init, et eundem ducem a censuris ecclesiasticis absolvit ac sub certis conditionibus redintegrat. Nr. 433. pag. 529.

PAULUS PP. III. (coron. 7. Nov. 1534. † 10. Nov. 1549.)

1539. 21. Ian. Paulus PP. III. cum Hercule II. Estensi Ferrariae etc. duce concordiam init et investituram concedit. Nr 434. pag. 533.

PAULUS PP. IV. (coron. 26. Maii 1555. † 18. Aug. 1559.)

1557. 14. Sept. Capitula pacis inter Paulum PP. IV. et Philippum II. Hispaniarum regem super restitutione quarumdam civitatum Romanae ecclesiae ab Hispanis occupatarum inita, et super neutralitate a pontifice in bello Gallico observanda. Nr. 435. pag. 539.

S. PIUS PP. V. (coron. 17. Ian. 1566. † 1. Maii 1572.)

1567. 29. Mart. Pius PP. V. civitates, terras et loca s. Romanae ecclesiae alienare vel in feudum dare, vel de eorum alienationibus et infeudationibus tractare quovis pretextu prohibet. Nr. 436. pag. 541.

GREGORIUS PP. XIII. (coron. 25. Maii 1572. † 10. April. 1585.)

1580. 1. Iunii. Gregorius PP. XIII. constitutionem contra non solventes in festo ss. Petri et Pauli census, canones et alia iura camerae apostolicae debita edit. Nr. 437. pag. 544.

.... Elencus omnium locorum, bonorum et possessionum, quae olim a Romanis pontificibus in feudum concessa et a Gregorio PP. XIII. sive extinctione investiturae, sive alia transactione recuperata et acquisita fuere, ab eoque camerae apostolicae incorporata, a Tydeo de Marchis, eiusdem camerae notario et archivi illius custode, iussu Gregorii XIII. confectus, et in tres tomos divisus, adiectis, a nobis vero recisis, singularum recuperationum et acquisitionum instrumentis. Nr. 438. pag. 547.

SIXTUS PP. V. (coron. 1. Maii 1585. † 27. Aug. 1590.)

1585. 1. Iulii. Sixtus PP. V. per subditos Romanae ecclesiae bona in eius dominio existentia, aut castra etc. sine speciali sedis apostolicae licentia in quosquam non subditos et extraneos alienari prohibet. Nr. 439. pag. 553.

CLEMENS PP. VIII. (coron. 7. Febr. 1592. † 3. Mart. 1605.)

1598. 19. Ian. Clemens PP. VIII. conventiones infra insertas inter cardinalem Aldobrandinum nomine sedis apostolicae, et ducissam Urbini nomine Caesaris Estensis super restitutione ducatus Ferrariensis et aliorum locorum in provincia Romandiolae initas confirmat. Nr. 440. pag. 544.

— 25. „ Ferrarienses per suos nuntios cardinali Aldobrandino legato Bononiae reverentiam et obedientiam exhibent. Nr. 441. pag. 561.

1598. 28. Ian. Instrumentum possessionis civitatis et ducatus Ferrariensis nomine Romanae ecclesiae per praedictum cardinalem legatum Ferrariae acceptae. Nr. 442. pag. 562.

— 29. „ Instrumentum possessionis Comacli eiusque comitatus a cardinale Bandino nomine pontificis captae. Nr. 443. pag. 566.

— 1. Febr. Iuramentum fidelitatis, vassallagii et ligii homagii praestitum per commune Ferrariae in manibus cardinalis legati. Nr. 444. pag. 569.

— 21. „ Iuramentum fidelitatis, vassallagii et ligii homagii praestitum pontifici in Urbe per oratores Ferrarienses. Nr. 445. pag. 571.

— 15. Nov. Cardinalis Aldobrandinus legatus gesta et acta per suos substitutos in capienda possessione castrorum etc. ducatus Ferrariensis confirmat. Nr. 446. pag. 572.

1599. 1. Mart. Clemens PP. VIII. concedit civitati Ferrariensi, ut apud sedem apostolicam oratorem habere possit, cui in cappella et aliis publicis actibus pontificiis ad instar aliorum oratorum locus designatur. Nr. 447. pag. 573.

1602. 24. Iulii. Dominicus Blondus mittitur pro componendis differentiis confinium inter status Ferrariae et Mantuae. Nr. 448. pag. 573.

PAULUS PP. V. (coron. 29. Maii 1605. † 28. Ian. 1621.)

1607. 10. Sept. Instrumentum concordiae super aquis Clanarum inter Paulum PP. V. et Ferdinandum Mediceum magnum Etruriae ducem initae. Nr. 449. pag. 573.

1611. 24. Maii. Fabritius Verospius ad componendas lites exortas super confiniis et iuribus pascendi inter Reatinos et Civitatem Ducalem, necnon homines terrarum Montis Leonis et Leonissae etc. mittitur. Nr. 450. pag. 579.

URBANUS PP. VIII. (coron. 29. Sept. 1623. † 29. Iulii 1644.)

1627. 1. Oct. Urbanus PP. VIII. congregationem super confinibus status sedi apostolicae mediate et immediate subiecti instituit, illiusque praefectum et consultores nominat. Nr. 451. pag. 579.

1639. 17. Maii. Pontifex declarat per emptorem quorumcumque locorum in statu Ecclesiastico existentium titulum ducatus, marchionatus etc. locis huiusmodi annexum non acquiri sine speciali sedis apostolicae licentia. Nr. 452. pag. 582.

1644. 31. Mart. Tractatus pacis mediante rege Francorum initae inter Urbanum PP. VIII. et Odoardum Farnesium Parmae ducem. Nr. 453. pag. 583.

— 31. „ Tractatus pacis mediante rege Francorum initae inter Urbanum VIII. rempublicam Venetorum ac duces Etruriae et Mutinae de statu pontificii rebus componendis per usurpationem ducis Parmae perturbatis. Nr. 454. pag. 586.

INNOCENTIUS PP. X. (coron. 29. Sept. 1644. † 6. Ian. 1655.)

1654. 14. Mart. Innocentius PP. X. pro tuenda Romanae ecclesiae iurisdictione in castro S. Caesarii contra gubernium ducale Mutinense Breve edit. Nr. 455. pag. 589.

ALEXANDER PP. VII. (elect. 7. April. 1655. † 22. Maii 1667.)

.... Capitula concordiae inter Alexandrum PP. VII. et Ferdinandum II. magnum Etruriae ducem super aquis Clanarum inita. Nr. 456. pag. 590.

CLEMENS PP. XI. (coron. 30. Nov. 1700. † 19. Mart. 1721.)

1709. 14. Dec. Capitula conventionis inter Clementem PP. XI. et magnum Etruriae ducem initae ad exstirpandos latrones et facinorosos confinia utriusque dominii infestantes. Nr. 457. pag. 592.

BENEDICTUS PP. XIII. (coron. 4. Iunii 1724. † 21. Febr. 1730.)

1724 25. Nov. Concordia inter Benedictum PP. XIII. et Carolum VI. Romanorum Imp. inita super restitutione civitatis Comaclensis eiusque vallium caeterorumque annexorum. Nr. 458. pag. 593.

BENEDICTUS PP. XIV. (elect. 17. Aug. 1740. † 3. Maii 1758.)

1752. 2. Sept. Conventio inter Benedictum PP. XIV. et Mariam Theresiam uti Milani et Mantuae ducissam super confinibus territoriorum Mantuani et Ferrariensis inita. Nr. 459. pag. 595.

1754. 16. Aug. Conventio inter Benedictum PP. XIV. et rempublicam Venetorum inita de differentiis super molendinis in flumine Tartari exortis. Nr. 460. pag. 597.

1757. 3. Maii. Tractatus ad dirimendas controversias, quae de limitibus inter ditiones Mantuanam et Ferrariensem agebantur, inter Benedictum PP. XIV. et Mariam Theresiam Romanorum imperatricem uti Milani et Mantuae ducissam initus, rescissis instrumentis insertis. Nr. 461. pag. 599.

1757. 7. Dec. Tractatus inter praedictos pontificem et imperatricem at Milani ducissam initus ad promovendum commercium inter Sanctam Sedem et Lombardiam, rescissis singularum mercium formulis censendi. Nr. 462. pag. 603.

CLEMENS PP. XIII. (coron. 16. Iulii 1758. † 3. Febr. 1769.)

1763. 26. Dec. Conventio inter Clementem PP. XIII. et Franciscum I. Romanorum imperatorem super venditione bonorum allodialium, quae idem imperator uti magnus Etruriae dux in ducatu Urbini et in Romandiola possidebat. Nr. 463. pag. 605.

PIUS PP. VI. (elect. 14. Febr. 1775. † 29. Aug. 1799.)

1778. 4. Febr. Conventio inter Pium PP. VI. et Leopoldum I. magnum Etruriae ducem super confiniis Civitatis Plebis, marchionatus de Castiglione del Lago ac comitatus Laviani dominii pontificii, et Cetoni, Clusii ac Montis Politiani ditionis Etruriae, rescissis documentis adiectis. Nr. 464. pag. 608.

1785. 24. Iunii. Conventio inter Pium PP. VI. et Iosephum II. Romanorum imperatorem inita super venditione bonorum allodialium Estensium, quae idem imperator in civitate et ducatu Ferrariensi possidebat. Nr. 465. pag. 612.

1793. 17. Ian. Conventio inter Pium PP. VI. et Ferdinandum III. magnus Etruriae ducem inita de non construendis aedificiis in confiniis utriusque dominii nisi in certa locorum distantia. Nr. 466. p. 614.

NIHIL OBSTAT

D. Bernardus Smith Ord. S. Benedicti Censor Deputatus.

IMPRIMATUR

Fr. Hieronymus Gigli Ord. Praed. Sac. Pal. Apost. Magister.

IMPRIMATUR

Fr. A. Ligi-Bussi Archiepus Iconii Vicesgerens.